052 25

Race . VIII. H.105

AVREAE DECISIONES SAC. REG. CONS. NEAP.

NICOLAI ANTONII GIZZARELLI

EIVSDEM CONSILII SENATORIS LONGE SPECTATISSIMI

IN QVIBVS ILLVSTRIORES, TAM CONTRACTVVM, ET VLTIMARVM voluntatum caſus, quam arduæ Criminales, Conſuetudinariæ, ac Feudales CONTROVERSIAE,

MAXIMA DICENDI CLARITATE, ET ADMIRABILI INGENII perſpicacitate diſceptatæ, ac deciſæ recenſentur.

In hac verò poſtrema Editione Nouiſſimæ eiuſdem Authoris Deciſiones acceſſerunt;

IN DVOS LIBROS DISTRIBVTAE.

Omnes, & ſingulæ lucubratiſsimis Additionibus Eximiorum Iure Conſultorum

BALDAXARIS DE ANGELIS Neapolitani
IOSEPHI MELE Bitontini, &
DIDACI DE MARE Regini.
} Illuſt.

Opus ob vberem ſingularis doctrinæ, & eruditionis copiam qua eniteſcit,

OMNIBVS DICENTIBVS, ET LEGALEM DISCIPLINAM profitentibus perutile, ac neceſſarium.

Gemino Indice, Quæſtionum vno, rerum memorabilium, & verborum altero.

ÇVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.

Neap. Ex Typographia Franciſci Sauij, Impreſſoris Cur. Archiepiſc. M.DC.XXXII.
Expenſis Dominici Vecchi Bibliopolæ ſub Signo Sanctiſs. Nominis IESV.

Digitized by Google

Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo Domino

D. FERDINANDO ALFAN DE RIBERA, ENRIQVEZ DVCI DE ALCALA, &c.

Summæ rerum Catholicæ Maieſtatis Conſiliario, digniſsimo eius Cubiculario, atq; in hoc Regno Neap. Proregi, &c.

BALDAXAR DE ANGELIS F.

PRæclariſſimo nomini tuo, Principum genitor, Dux maxime, Heroum ſplendor, digniſſime Prorex, opus ſuum conſecrat, deditus tibi, qui quãtuluſcunq; eſt, præter quã Regiæ tuæ liberalitati, ac authoritati non audet mentis ſuæ partus, nec alteri dicare, nec debet: floſculorum .n. ac laborum ſuorum, vnicum te patronũ adoptare, vti tenetur, delegit. Sunt enim additiones in primæ Claſſis Authorẽ Nicolaum Antonium Gizzarellum Antiquiſſimæ, Nobiliſſimæq; Domui tuæ valde deuotum, qui non ſemel, atque iterum, ſed ſæpius de eminentiſſimo Auo tuo operibus mentionem fecit in ſuis. Ergo nonniſi Auguſtiſſimæ Familiæ tuæ, cui idem Nicolaus erat addictus admodum, auctarium meum dedicari, par erat. Sexcentæ etiam me rationes impellebant, quibus ſub alterius præterea neminis Opuſculum hoc, qualecumq; eſt, at ſolum ſub firmiſſimo tutamine tuo, veluti ſub Numæ clypeo, in vulgum propalari deſiderat. Ex his omnibus vnica tantum ad te confugienti animo calcaria ſubdidit: Etenim vt cuncta ſydera ſolem ſuſpiciunt ſuum, reuerenturquè: Ita Doctiſſimi quique certatim tibi, veluti Apollini Muſarum Choro præſidenti, ob tuã genij, & ingenij excellentiam, nominis, ominiſq; præſtantiam, honoris, fulgoriſq; ſplendorem præſeferunt aliquod beneuolentiæ ſignum: Vnde ego vnus è multis ingratiſſimus omnium mortalium ſim, niſi aliqua obſequij ſignificatione, quanti te faciam, virtutum omnium lumen, & columen, quantumque tibi, virtutes ipſæ debeant, apud omnes teſtatum relinquam.

Quoties enim cumque animo, & cogitatione ſuſtollor, ad gentilitij tui Nobilitatem, nulli ſecundam, atque ad vetuſta illa Heroum tuorum ornamenta, ac monimenta contemplanda,

Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.

Radianti cumulo illuſtrium actionum ita obuoluor, ita veluti Phæbea lampade hallucinor, vt facilius è quibuſcumq; flexibus mæandriſque, atq; è quibuſuis labyrinthæis ambagibus, quam è tanto radiorum ſplendore memet explicem, vel abſoluam. Sunt enim tot, tantæque res maiorum

Digitized by Google

ſuorum, tum domi, tum belli præclarè geſtæ, vt in quemcumq; celſitudinis gradum oculos conijciam, virtutum, ſpectatæ fidei, fortitudinis, quamplurima videam ornamenta, eademque præfulgentiſſima.

At inter tot proceres omni omnium virtutum genere decoratos, locum tenet apprimè Principem Auus tuus vir præclariſſimus, cui ſol ille Hiſpaniarum prouidentiſſimus, Regni huius tam vaſti, ita florentiſſimi olim præcelſas commiſit habenas, vireſcit etenim hic in omnium mentibus hominum vere hortus Heſperidum, vbi peruigil ille ſuæ ipſius ſapientiæ multiplicis Draco ſcientiarum ſuarum aurea aduigilabat ad poma; cuius æternum extabunt auiti moris flores vndecumque micantes, conſcientiæ lilia, niuali candore fulgentia, genuini pudoris purpureus ille roſarum decus, ac glorioſum, fructus illuſtrium actionum, quam ſuauiſſimi; è quibus omnibus bonitatis, & ſanctitatis ardorem, odoremq; cæleſtem, toto orbe perfuſum, fama peruulgauit æterna.

Tantæ igitur magnanimitatis, Duciſq; ita prudentiſſimi, ea extat in hunc Regnum beneuolentia incredibilis, adiumenti amor, monimenti ardor, vt è mortalium mentibus nulla ætas ſit abolitura, vel recordationem perpetuam, vel memoriam ſempiternam. Neſtoris huius ita eminentiſſimi, famam toto orbe celeberrimam, non modo ab te æquatam, ſed fortè etiam ſuperatam, totius orbis terrarum fides vniuerſa teſtatur.

Etenim infinitas animi, corporis, fortunæ dotes, dicam melius ſydera, vt in ſingulis hominibus diſpertita, atque conſperſa, ita in te vno collecta omnia, ac colligata vndique promicant, & ſplendeſcunt: teſtatur hoc digniſſima pro Catholica Maieſtate Legatio tua, qua incredibili prudentia, morum ſuauitate, & dexteritate apud Summum Pontificem functus es; teſtantur hoc idem illibata integritas, ac inculpata Iuſtitia cunctos ad tui ipſius exemplum rationis fræno gubernans: Iuſtitiæ etiam adeo eſt innexa clementia, vt benignus in omnes, durus in neminem, facilis in bonos, comis affabiliq; in ſubditos, nulli non aperis aditus æquitatis, nulli intercludas lamentationis acceſſus.

Quin ſi forte tibi ad ſeueritatis atrocitatem ſit deſcendendum; prius ad lacbrymas deuenis, quam ad pœnam, & peccatum deteſtans, errantem commiſerans, atrocitatis ipſius ſeueritatem, ac pietatis flumine irrigando moderaris. Ea etiam tua eſt in populis, regendis, gubernandiſque diligentia, in viros doctos liberalitas, in omnes beneuolentia non vulgaris; vt munificentiam, & excellentiam tanti Principis non prædicare, quiſq; mortalium, nefas eſſe, exiſtimet. De te itaque id (quod de Carthagine Salluſtius ait) ſilere potius puto, quam pauca dicere: quando omnes in omni morum, & armorum celſitate, in omni pacis, & quietis tranquillitate, encomijs omnibus antecellis: meritoq; te vnum omnes omnium ætatum optimates ſuſpiciunt Principem eminentiſſimum: cumq; cæterarum mortalium laudes, Heroumq; dignitates vnus omnes ſis ſupergreſſus, optime quidem omnibus & Ducum decus, & Principum gloria appellaris.

At quid generis tui, & amplitudinis, & ſplendoris, omnibus quidem veneratum, nulli tamen ingreſſum, immenſum pelagus prætentaui? Quando Alcalanæ gentis, Originem, & Nobilitate vetuſtiſſimam, & vetuſtate Nobiliſſimam, Ducumq; numerum ferè innumerum, ſeriemquè penè infinitam, vſque ab heroicis temporibus, perpetuiſq; honoribus ductam, mea debilis ingenij cymbula, immenſum pertimeſcit Oceanum. Tantorum enim Dynaſtarum, Ducum, Principum heroina grauitas celſitudo, maieſtas præconem expetunt ſingularem, tubam aliam exigunt (non Homericam, non Maronianam) immortalem potius dixerim, cæleſtem, ſempiternam.

Sed eo vnde digreſſa eſt, noſtra breuiter reuertatur oratio. qui multis in locis, multiplici ſeruitio deditus, ac poſtremo in Barenſi Prouincia audiendis iudicijs Præfectus, quiq; licet occupatiſſimus, in dies maiora permolior, hos ſucciſiuis horis ſudores, ſomno, & quieti furatus, ad Doctiſſimum Principem dico; Legalia, Legum Moderatori conſecro. Elegi enim te ex omnibus Principibus vnum, qui regere conſilijs vrbes, fundare legibus, emendare iudicijs potes. Oro demum Deum Opt. Max. tuam celſitudinem in quo omnis ſpes bonorum poſita eſt mihi, vrbi, orbi deniq; vniuerſo diu præſeruet incolumem. Neap. die 15. Auguſti 1629.

IOSEPH DE ANGELIS V.I.D.

Dilectiſsimus Pater filio Baldaxari amatiſsimo S.

INcredibile eſt (mi fili, mi dulcis amor, mea ſumma voluptas) quanta fruar lætitia, quanta efferar voluptate, quoties in tua ſcripta peruenio. Nihil enim hoc mihi gratius in vita, optatius nihil accidere poteſt, & ad animi alacritatem, & ad mentis oblectamentum. Vincunt enim lucubrationes tuæ opinionem hominum, ac voluntatem; legentemq; ita alliciunt, oblectant, rapiunt, vel incendunt potius, vt nemini noſtrum ſit inuidendum aureo illi, ac feliciſſimo tempore, quo Latia viguit lingua, Romana floruit eloquentia. Miror memoriæ promptitudinem, dicendi exuberantiam; ac præter genij, & ingenij excellentiam, iaculariſq; ſpicula linguæ, atque facundiam non vulgarem; miror etiam aurea illa priſcorum orationis flumina, antiquorum admiror illa magnifica, ac detonantia fulmina. Agnoſco, neſcio quid noui, neſcio quid magni, neſcio quæ noua, veterum exuperantia faſtus. Venam ſcilicet purgationem, reconditiorem, præeminentiorem. Referunt enim exculti ſudores tui, neſcio quid grande, ſegregatum à vulgo, à quotidiano dicendi, ac differendi, examinandiq; ſtylo ſeiunctum, ſepoſitum, ſeparatum. Quicquid enim in tuis extat monumentis, redolet illam ſelectiſſimi ſæculi Græcorum antiquitatem expurgatam, puriſſimam candidiſſimam. Tranſeo iuris Cæſarei, ac Pontificij facultatem ſingularem, ac prope diuinam. Prætereo animi tui excellentiſſimi dotes multiplices, ac ferè infinitas, quæ omnia enumerare non eſt conſilium, nec opis eſt noſtræ. Eſſet enim labor Herculeus, ac indefeſſus. Dicam tamen pauca. Quis, inquam, vnquam æqualium tuorum in tã florenti ætate (dicam melius) in adoleſcentia ſua aſſecutus eſt, tot honores, tot dignitates eſt conſecutus? Quis tot, tantiſq; perfunctus officijs? Aduocatione, Præfectura, Auditoratu, Magiſtratu? Merito igitur me genitorem tuum, tuiq; amantiſſimum per excultiſſimos labores tuos, quædam ſpes rapit ferè immortalitatis. Video enim, ac tota cogitatione complector, quanto res noſtrę vberiores, exornatiores futurę ſint. Longè enim proſpicio, quo loci, quantumque in ſublime noſtrę familię nomen ſit euolaturum. Præſertim Excellentiſs. DVCI DE ALCALA in hoc Regno Prorege. Hoc enim Principe ita humaniſſimo Duce, & auſpice rebus noſtris, quid non optandum, quid non ſperandum? vnde nullus remanet dubitationi locus, quin nos, noſtramque omnia commendanda ſint gloriæ perenni. Sed aliter, atque decreueram facio, qui inſcius, imprudenſque, ac præter opinionem in laudes incidi tuas; Pater filij? Quidni? ſi ab exteris nationibus, ſi è barbaris gentibus, ſi ab hoſtibus etiã virtus ipſa laudatur, non licet fortaſſe; at factum infectum eſſe non poteſt. Si tamen peccaui, peccatum amantis eſt. Dedecet fortaſſe? immo decet, & omni iure, & iure optimo decet. non enim natum, ſed nati dotes, commendauit pater. Sit vtcumque peccaui nihil. attingi ſolum quod eſt minimum, maiora ſubticui, tacui maxima; Famæque iura reſeruaui ſua. Parua dixi; idque verecundius feci, quam decuit. non enim modeſtiæ fines tranſiui. non præterij pudoris terminos. Cæterum te te eximij tui commendabunt mores, virtus ipſa pro ſe loquetur. Vale.

ſuorum, tum domi, tum belli præclarè geſtæ, vt in quemcumq; celſitudinis gradum oculos conjiciam, virtutum, ſpectatæ fidei, fortitudinis, quamplurima videam ornamenta, eademque præſulgentiſſima.

At inter tot proceres omni omnium virtutum genere decoratos, locum tenet apprimè Principem Auus tuus vir præclariſſimus, cui ſol ille Hiſpaniarum prouidentiſſimus, Regni huius tam vaſti, ita florentiſſimi olim præcelſas commiſit habenas, vireſcit etenim hic in omnium mentibus hominum vere hortus Heſperidum, vbi peruigil ille ſuæ ipſius ſapientiæ multiplicis Draco ſcientiarum ſuarum aurea aduigilabat ad poma; cuius æternum extabunt auiti moris flores vndecumque micantes, conſcientiæ lilia, niuali candore fulgentia, genuini pudoris purpureus ille roſarum decus, ac glorioſum, fructus illuſtrium actionum, quam ſuauiſſimi; è quibus omnibus bonitatis, & ſanctitatis ardorem, odoremq; cæleſtem, toto orbe perfuſum, fama peruulgauit æterna.

Tanta igitur magnanimitatis, Duciſq; ita prudentiſſimi, ea extat in hunc Regnum beneuolentia incredibilis, adiumenti amor, monimenti ardor, vt è mortalium mentibus nulla ætas ſit abolitura, vel recordationem perpetuam, vel memoriam ſempiternam. Neſtoris huius ita eminentiſſimi, famam toto orbe celeberrimam, non modo ab te æquatam, ſed fortè etiam ſuperatam, totius orbis terrarum fides vniuerſa teſtatur.

Etenim infinitas animi, corporis, fortunæ dotes, dicam melius ſydera, vt in ſingulis hominibus diſpertita, atque conſperſa, ita in te vno collecta omnia, ac colligata vndique promicant, & ſplendeſcunt: teſtatur hoc dignisſima pro Catholica Maieſtate Legatio tua, qua incredibili prudentia, morum ſuauitate, & dexteritate apud Summum Pontificem functus es; teſtantur hoc idem illibata integritas, ac inculpata Iuſtitia cunctos ad tui ipſius exemplum rationis fræno gubernans: Iuſtitiæ etiam adeo eſt innexa clementia, vt benignus in omnes, durus in neminem, facilis in bonos, comis affabiliq; in ſubditos, nulli non aperis aditus æquitatis, nulli intercludas lamentationis acceſſus.

Quin ſi forte tibi ad ſæueritatis atrocitatem ſit deſcendendum; prius ad lachrymas deuenis, quam ad pœnam, & peccatum deteſtans, errantem commiſerans, atrocitatis ipſius ſeueritatem, ac pietatis flumine irrigando moderaris. Ea etiam tua eſt in populis, regendis, gubernandiſque diligentia, in viros doctos liberalitas, in omnes beneuolentia non vulgaris; vt munificentiam, & excellentiam tanti Principis non prædicare, quiſq; mortalium, nefas eſſe, exiſtimet. De te itaque id (quod de Carthagine Salluſtius ait) ſilere potius puto, quam pauca dicere: quando omnes in omni morum, & armorum celſitate, in omni pacis, & quietis tranquillitate, encomijs omnibus antecellis: meritoq; te vnum omnes omnium ætatum optimates ſufficiunt Principem eminentiſſimum: cumq; cæterarum mortalium laudes, Heroumq; dignitates vnus omnes ſis ſupergreſſus, optime quidem omnibus & Ducum decus, & Principum gloria appellaris.

At quid generis tui, & amplitudinis, & ſplendoris, omnibus quidem veneratum, nulli tamen ingreſſum, immenſum pelagus prætentaui? Quando Alcalanæ gentis, Originem, & Nobilitate vetuſtiſſimam, & vetuſtate Nobiliſſimam, Ducumq; numerum ferè innumerum, ſeriemquè penè infinitam, vſque ab heroicis temporibus, perpetuiſq; honoribus ductam, mea debilis ingenij cymbula, immenſum pertimeſcit Oceanum. Tantorum enim Dynaſtarum, Ducum, Principum heroina grauitas celſitudo, maieſtas præconem expetunt ſingularem, tubam aliam exigunt (non Homericam, non Maronianam) immortalem potius dixerim, cæleſtem, ſempiternam.

Sed eo vnde digreſſa eſt, noſtra breuiter reuertatur oratio. qui multis in locis, multiplici ſeruitio deditus, ac poſtremo in Barenſi Prouincia audiendis iudicijs Præfectus, quiq; licet occupatiſſimus, in dies maiora permolior, hos ſucciſiuis horis ſudores, ſomno, & quieti furatus, ad Doctiſſimum Principem dico; Legalia, Legum Moderatori conſecro. Elegi enim te ex omnibus Principibus vnum, qui regere conſilijs vrbes, fundare legibus, emendare iudicijs potes. Oro demum Deum Opt. Max. tuam celſitudinem in quo omnis ſpes bonorum poſita eſt mihi, vrbi, orbi deniq; vniuerſo diu præſeruet incolumem. Neap. die 15. Auguſti 1629.

IO:

IOSEPH DE ANGELIS V.I.D.

Dilectiſsimus Pater filio Baldaxari amatiſsimo S.

INcredibile eſt (mi fili, mi dulcis amor, mea ſumma voluptas) quanta fruar lætitia, quanta efferar voluptate, quoties in tua ſcripta peruenio. Nihil enim hoc mihi gratius in vita, optatius nihil accidere poteſt, & ad animi alacritatem, & ad mentis oblectamentum. Vincunt enim lucubrationes tuæ opinionem hominum, ac voluntatem; legentemq; ita alliciunt, oblectant, rapiunt, vel incendunt potius, vt nemini noſtrum ſit inuidendum aureo illi, ac feliciſſimo tempore, quo Latia viguit lingua, Romana floruit eloquentia. Miror memoriæ promptitudinem, dicendi exuberantiam; ac præter genij, & ingenij excellentiam, iaculariſq; ſpicula linguæ, atque facundiam non vulgarem; miror etiam aurea illa priſcorum orationis flumina, antiquorum admiror illa magnifica, ac detonantia fulmina. Agnoſco, neſcio quid noui, neſcio quid magni, neſcio quæ noua, veterum exuperantia faſtus. Venam ſcilicet purgationem, reconditiorem, præeminentiorem. Referunt enim exculti ſudores tui, neſcio quid grande, ſegregatum à vulgo, à quotidiano dicendi, ac differendi, examinandiq; ſtylo ſeiunctum, ſepoſitum, ſeparatum. Quicquid enim in tuis extat monumentis, redolet illam ſelectiſſimi ſæculi Græcorum antiquitatem expurgatam, puriſſimam candidiſſimam. Tranſeo iuris Cæſarei, ac Pontificij facultatem ſingularem, ac prope diuinam. Prætereo animi tui excellentiſſimi dotes multiplices, ac ferè infinitas, quæ omnia enumerare non eſt conſilium, nec opis eſt noſtræ. Eſſet enim labor Herculeus, ac indefeſſus. Dicam tamen pauca. Quis, inquam, vnquam æqualium tuorum in tã florenti ætate (dicam melius) in adoleſcentia ſua aſſecutus eſt, tot honores, tot dignitates eſt conſecutus? Quis tot, tantiſq; perfunctus officijs? Aduocatione, Præfectura, Auditoratu, Magiſtratu? Merito igitur me genitorem tuum, tuiq; amantiſſimum per excultiſſimos labores tuos, quædam ſpes rapit ferè immortalitatis. Video enim, ac tota cogitatione complector, quanto res noſtrę vberiores, exornatiores futurę ſint. Longè enim proſpicio, quo loci, quantumque in ſublime noſtrę familię nomen ſit euolaturum. Præſertim Excellentiſs. DVCI DE ALCALA in hoc Regno Protege. Hoc enim Principe ita humaniſſimo Duce, & auſpice rebus noſtris, quid non optandum, quid non ſperandum? vnde nullus remanet dubitationi locus, quin nos, noſtramque omnia commendanda ſint gloriæ perenni. Sed aliter, atque decreueram facio, qui inſcius, imprudenſque, ac præter opinionem in laudes incidi tuas; Pater filij? Quidni? ſi ab exteris nationibus, ſi è barbaris gentibus, ſi ab oſtibus etiã virtus ipſa laudatur, non licet fortaſſe; at factum infectum eſſe non poteſt. Si tamen peccaui, peccatum amantis eſt. Dedecet fortaſſe? immo decet, & omni iure, & iure optimo decet. non enim natum, ſed nati dotes, commendauit pater. Sit vtcumque peccaui nihil. attingi ſolum quod eſt minimum, maiora ſubticui, tacui maxima. Famæque iura reſeruaui ſua. Parua dixi; idque verecundius feci, quam decuit. non enim modeſtiæ fines tranſiui. non præterij pudoris terminos. Cæterum te te eximij tui commendabunt mores, virtus ipſa pro ſe loquetur. Vale.

IOSEPHO DE ANGELIS V. I. D.

Et in Neapolitano foro doctiſsimo cauſarum Patrono.

Julius Cæſar Ianuarius V. I. D. S.

EN Baldaxaris de Angelis tui ingenioſiſſimi filij ad Deciſiones Nicolai Antonij Gizzarelli Additiones prodeunt, vt ad optimas, ſelectas, atque curioſiſſimas Deciſiones per Eminentiſſimum Conſiliarium, & Aulæ Decanum compoſitas, optima quoque, ſelecta, recondita, itidemque ſcitù digna dicta, additaque quam feliciter tui accederent eruditiſſimi nati, quem vti proximum Virtute, Doctrina, Iugenio, atque ſtudio in ſua ineunte adoleſcentia tam celebri Deciſionanti, vt hoc forenſi vtar vocabulo, eius hæc ſcripta demonſtrant, & proſpicere, quam clariſſimè licebit ex ipſiuſmet tui geniti optatiſſimis laboribus ad tres primos, & inde omnes ſequentes Iuſtiniani Codicis libros, quos Pratum, Typis iam datum, ipſi appellare libuit, vt diuerſis diuerſa, & delectabilia, inſimulque non inutilia adduceret, quibus de proteſtatione pulcherrimus, atque ingenioſiſſimus Tractatus. Aliudque iu Criminalibus decidendis cauſis æque doctum opuſculum, & ad Eruditiſſimum Conſulentem Io. Vincentium de Anna diſſertiſſime Additiones; Omnia in lucem omni referta doctrina hinc ad paucos dies edenda ſui eximij ingenij adiunctos videbimus partus: ita dubiò procul largiſſima, atque noſtri Inuictiſſimi Regis prudentiſſima manus ad eundem Senatoris gradum, & maiora, promotum tibi, & nobis non ſerò dabit; Augurar, atque hoc ſibi virtutis præmium promictere fas erit: Vidimus enim ipſum non adhuc ephebis exceſſum nonnullorum Oppidum, Regiarumque Ciuitatum rectiſſimum Iudicem, & ex Ducis Albæ huius Regni Proregi, & ſub quo, annuente Deo, Octauiani tranquilla tempora noſtræ potiori gentes impolluta deſtiſtinatione in. S. Tranenſi Audientia ex tribus Auditoribus ferè ipſum in Aula ſemper Præſidentem, ibique in bello Exulum Marchionis Orioli, Prouinciæ Præſidem fidiſſimum, atq; Iudicij præſtantiſſimum adfuiſſe Conſultorem, ipſemet Excellentiſſimus Regni Prorex, Regiumq; nouit Collateralem Conſilium, & de eius in præfatæ Audientiæ muneris, exactiſſimæ functionis laudibus, atque parcus ſcripſit encomijs aliqua attingere libuit, qui vt ſuum de epiſtolis ab eo compoſitis ornaret libellum, nonnullas ad tui, & mei cariſſimi Baldaxaris in lucem edidit Epiſtolas, quas Marchio Excellentiſſimi Ducis Albæ de eius ſcripſerat meritis. Lætare ergo, tecumque nos, & lectores lætemur omnes, ex quo de Baldaxare Angelorum ſortito cognomine verè prodeunt, prodientque quaſi Angelica ſcripta. Vale.

B A L.

BALDAXAR DE ANGELIS CANDIDO LECTORI.

ADmonitum te volui me hiſce in laboribus ferè duorum menſium ſpatio inſudaſſe, vt cui debebam parerem, & illud potiſsimum præoculis habui, vt plurimorum vtilitati conſulerem, quod an ſim aſſecutus Doctorum eſto iudicium, ſpero equidem boni conſulturos, ſi qua minus quam vellent explicaui; addent alij, quæ deſunt, quod ſi quid in eis eſt, vt dixi, minus aptè explicatum ignoſcant queſo imperitiæ meæ, & iuuentuti, ſi qua vero digna fortaſſe ſunt, laudent dominum Deum, ſine quo nil poſſe fieri tam certum eſt, quam quod certiſsimum tù interim, optimè lector, his ruere dum alia, iuuante Deo, præſtantiora tibi prope diem deguſtanda præparantur.

Digitized by Google

EX commiſſione Admod. Illſtr. & Reuerendiſſimi Domini Iacobi Terragnoli Vicarij Generalis Neap. Librum Deciſionum veterum, & nouiſſimarum D. Nicolai Antonij Gizzarelli Regij Conſiliarij, vna cum doctiſſimis, & ampliſſimis Additionibus D. Baldaxaris de Angelis, eximij I. C. & in Regijs Tribunalibus Aduocati, perlegi, & cum nihil contineat Catholicæ Fidei, & bonis moribus aduerſum, illum imprimi poſſe cenſeo. Neap. die 1. Auguſti 1629.

Io. Dominicus Pizzella Canonicus, & Aduocatus Fiſcalis.

Imprimatur Iacobus Terrag. Vic. Gen. Neap.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

PEreuntaui de ordine V. Excell.n edum poſtremas Deciſiones Regij olim Conſiliarij Nicolai Antonij Gizzarelli in Secunda Parte collocatas: ſed pariter Additamenta deſuper edita, ac ſuper omnibus alijs eiuſdem Auctoris deciſionibus ſummo labore, & ingenioſè congeſta per V. I. D. Baldaxarem de Angelis, quæ cum nil iuri publico, ac honeſtatis zelo officere videantur, ſeu potius Iuris profeſſoribus comodum, & vtilitatē afferre exiſtimo, proindè iuſtiſſimè prælo imprimi poſſe, accedente tamen beneplacito V. Excellentię, cui in omnibus me ſubmicto. Datum Neap. ex ædibus noſtris die 12. Auguſti 1629.

Veſtræ Excellentiæ

Obſequentiſſimus Seruulus

Ioannes Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

Imprimatur

Tapia Reg. Enriquez Reg. Lopez Reg.

Digitized by Google

QVAESTIONVM OMNIVM HOC IN PRIMO; ET SECVNDO LIBRO Contentarum Tabula.

EX PRIMO LIBRO.

I.

AN hypotheca mulieris expreſſa poſterior, creditoribus tacitam tantum habentibus præferatur, vel etiam habentibus expreſſam.

II.

Aſſenſus, an impetrari poſſit poſt mortem emptoris viuente venditore, & an reuocatio vigore Conſtitutionis competat, tam venditori, quam emptori.

III.

De regiſtratione aſſenſus, & illius confirmatione ſtatu rerum non mutato etiam vigore gratię anni 1550. & de aſſensu requiſito in pacto de retrouendendo, & ipſius prorogatione non obſtante renuntiatione venditoris.

IV.

Matris obligatio pro filij carcerari liberatione, an valeat, & an Senatus conſulti Velleiani beneficio iuuetur.

V.

De diſpoſitione tex. in l. congruit cum l. ſeq. C. de locat. præd. ciu. lib. ij. vanè in S.C. intellecta tempore Afflicti, vt in eius deciſ. 238. & tempore Præſidis de Franchis in deciſ. 406. & an ponat caſum generalem. & tex. in l. ne cui C. locati ſpetialem vel è contra.

VI.

An nouus conceſſionarius debeat præferri veteri emphiteotæ.

VII.

An hæres cum beneficio inuentarij nullo inuento emptore cogere poſſit creditores ad recipiendum bona in ſolutum.

VIII.

An quantitas pro releuio ſoluta poſsit ab hærede in feudalibus deduci.

IX.

An liquidatio inſtrumenti facta eadem die quo debitor deceſſit ſit nulla.

X.

An nobilitas filij porrigatur ad Patrem.

XI.

An remiſſio poſſit fieri conditionatè.

XII.

An ſententia lata contra maiorem, & minorem ſit nulla in totũ, vel reſpectu minorũ tantum.

XIII.

Forindicari, an quis poſſit in Regno pro crimine pro quo non venit imponenda pœna mortis naturalis.

XIV.

Obligatus cum fideiuſſore de ſoluendo, ſeu reſtituendo iudicatum, vel declaratum per tertium tenetur ſoluere iudicatum per iudicem. & latè de intellectu l. cum apud ſempronium ff. Iudic. ſolui.

XV.

Cadauer famoſi delinquentis mortui appellatione pendente à ſententia condemnatoria ad mortem, & ad rapetandum, an rapetandum veniat, & ſuſpendendum, & ſententia ſit exequtioni demandanda.

XVI.

Citatio, & forindicationis ſententia pro homicidio proditorio ad informandum, an ſit nulla ſi adſit homicidium non tamen ſit proditorium.

XVII.

Digitized by Google

XVII.

Denuntiatio, an concurrere debeat cum ob Proregis diſpenſationem anni tempus ad foriudicandum abbreuiatur.

XVIII.

Homicidium committens poſt longum tempus à recepta iniuria, an puniri debeat pœna mortis naturalis.

XIX

Pactum inter coniuges celebratum in alberano, & capitulis matrimonialibus de perpetuo incolatu in Ciuitate Neapolis,& ſub pœna pro quauis cauſa non diſcedere, an ſi ambo conſentiant liceat diſcedere.

XX.

De creditore petente plus debito, & eius pœnis,an debitor teneatur ad intereſſe ad eandem rationem per liquidationem inſtrumenti factam tempore,quo non erat locus liquidationi.

XXI.

Beneficia reſtitutionis in integrum poſt cauſam introductam,an ſint deneganda.

XXII.

Extimatio donationis feudi factæ per patrem filio primogenito cum alijs bonis contemplatione matrimonij ſub conditione, quod in eis maſculi tantum ſuccedant, & quod non poſsint pro quocunq; crimine confiſcari cũ clauſula, nec aliter, nec alio modo, ac promiſſione impetrationis aſſenſus poſtea non impetrati num debeatur.

XXIII.

Exulatus à propria patria, an cenſeatur exulatus ab eius territorio,& diſtrictu.

XXIV.

Actorum magiſtro offenſo non intuitù officij, ſed ex particulari inimicitia tanquam perſona priuata,an M.C. iuxta rituum diſpoſitionem Baro ſiue Iudex loci cognoſcat.

XXV.

Percutiens aliquem ictù ſcopicti non ſequuta morte vulnerari,num incidat in pœnam mortis ex diſpoſitione R.pragmaticæ.

XXVI.

Cæcus à natiuitate num pro delicto torqueri poſſit.

XXVII.

Num receptio teſtium in cauſa repulſæ ſit committenda.

XXVIII.

Succedens in feudo præter, vel contra Defuncti voluntatem,qui extraneum ſcripſit hæredem an teneatur ad onera hæreditaria.

XXIX.

Species empta ex pecunia ad id obnoxia loco pecuniæ ſuccedit,& ipſa pecunia cenſetur, & an hoc casù poſſit reſtitui aliud pro alio.

XXX.

Præſes à prouincia ſibi commiſſa diſcedens abſque Principis licentia capitali pœna punitur,quę ex cauſis aliquando remicti poteſt.

XXXI.

Vaſſalli Burgenſes ad quid teneantur Baroni, & periculum ærarij nominati, num idonei,an ſpectet ad vniuerſitatem, & quid in alijs adminiſtratoribus.

XXXII.

An fabrica Caſtri terrarum Baronalium ſit Burgenſatica,vel feudalis?

XXXIII.

Mortuo feudatario à quo die ſit computandus annus reſpectù fructuum, qui inter hæredes veniunt diuidendi,& extimandi.

XXXIV.

An nix ſit in fructù,& augeat fructus feudi.

XXXV.

An legato feudo, ſine aſſensù debeatur extimatio.

XXXVI.

Vita,& militia,an dentur in Collecterali linea.

XXXVII.

An quis pro atrio Eccleſiæ conficiendo cogatur vendere ſicut pro ampliatione, vel conſtructione eiuſdem tenetur.

XXXVIII.

An Neapolitana Ciuitas,& alij vicini teneantur contribuere in pretio domorũ pro atrio Eccleſiæ conficiendo emptarum.

XXXIX.

An venditor in nundinis pretio non ſoluto poſſit res ſuas vendicare, vel cenſeatur fidem emptoris ſequutus.

XXXX.

An tertius veniens poſt concluſum in cauſa ad coadiuuãdum vel pro ſuo intereſſe debeat audiri,& in quo ſtatù.

XXXXI.

An præſentans ſcripturam priuatam poſt cauſæ concluſionem valeat aduerſarium, cogere,vt eam recognoſcat.

XXXXII.

An hæres eius,qui in aliena Prouincia mortuus eſt poſſit elapſo trium menſium ſpatio à die obitus in teſtatoris patria, vbi bona ſunt inuentarium conficere.

XXXXIII.

Quo pacto probetur quem eſſe à natura aut ex accidenti mutum dementem, vel imperfectum,& num valeat feudum obtinere.

XXXXIV.

Vxor mortuo viro etiam ante aditam hæreditatem eius bona pro ſuis dotibus, & iuribus dotalibus poteſt retinere.

XXXXV.

An teſtamentum ad Pias cauſas iuxta formam

mam c.cum ſſes,& c.relatum de teſtamẽtis valeat teſtibus etiam non rogatis.

XXXXVI.

An cõſtitutio dictorum iurium ſeruetur, tum in terris imperij,tum aliorum dominorum temporalium.

XXXXVII.

An Alimenta præterita ad hæredem tranſmittantur,& an peti poſſit quaue actione.

XXXXVIII.

An recuſans reſpondere ſi eſt hæres,& tenet, ac poſſidet bona hæreditaria poſſit in progreſsù cauſæ demoſtrare contrarium,& an dicatur impertinens probatio.

XXXXIX.

An confirmatio contractus per maiorem geſti ab ipſo peti poſſit, vbi ſuus conſenſus tantũ neceſſarius eſt abſq. iudicis decreto.

L.

An dos habeat priuilegium,vt ab vnoquoque ex hæredibus in ſolidum exigi poſſit.

LI.

An donatio facta conſangnineo abſenti habitanti cum donatore in eadem domo, & cũ eo viuenti per multum temporis ſpatium præſumatur perueniſſe ad conſanguinei notitiam,& ab ipſo irreuocabiliter acceptata

LII.

An meretrix poſſit mercedem cauſa fornicationis,& concubitus promiſſam iudicialiter petere.

LIII.

An teſtes in cauſa criminali recepti ſuper qua dam violentia,& ſpolio minime repetiti ꝓbent in cauſa ciuili ad finem prouidendi ſuper ſpolio, & reſtitutione poſſeſſionis ex remedio c. reintegrande.

LIV.

Mulieres nupetæ inhoneſtæ viuentes nõ poſſunt habitare in vicis,& locis honeſtis etiãſi ibi habeant domos proprias.

LV.

An vaſſallus ſubiciens ſe gratijs, & miſericordijs Baronis, ac ob id ab eo compoſitus in aliquam pecuniæ ſummam poſſit appellare ſi granatum ſe cognoſcat.

LVI.

Hæres excuſatur non conficiens inuẽtarium, vbi maior expenſa concurreret, quam vtilitas iude ſequens.

LVII.

A diuiſione per ſortes facta,an poſſit appellare ſi altera pars dicit ſe leſam.

LVIII.

An acta tempore feriarum facta ſint nulla,& ſi pars dictam exceptionem minime oppoſuerit,& patiatur ad aliquos actus procedi.

LIX.

Vendens mercatori aliquas merces ſolutione infra paucos dies promiſſa, & quod nõ aufugeret, an mercatore poſtmodo decocto re ſua in fundo exiſtente alijs creditoribus ipſius præferatur.

LX.

Prohibitio teſtatoris volentis filium ſine propinquorum conſenſu vſq. ad aliquod tempus contrahere nõ poſſe de quibus propinquis intelligatur.

LXI.

An condemnatus ad triremes pro tribus nauigationibus elapſo triennio vnica tantum condemnatione facta debeat liberari.

LXII.

Conſanguineos conſentire recuſantes,vbi tenetur iudex poteſt compellere,vel ipſe preſtare authoritatem, & dare licentiam contrahendi.

LXIII.

An depoſitio principalis illico dato termino peti poſſit, & quando.

LXIV.

Duobus maſculis vniuerſalibus hæredibus inſtitutis relicto vſufructù certæ quantitatis fœminis,& poſt eorum obitum maſculi ſuccedant ſi vnus ex inſtitutis relictis filijs pręcedat deinde altera ex legatarijs,an portio ipſius legatariæ defunctæ ad alium hæredem ſuperſtitem vadat,vel ad hæredem inſtituti præmortui traſmittatur.

LXV.

An ſi compilatio proceſſu per creditorem ſuper reſciſſione contractus ob tertias non ſolutas debitor eas ſoluerit,ſed interim aliæ ſint decurſæ valeat debitor ex eodem proceſſu ad illas condemnari , vel requiratur nouum iudicium.

LXVI.

Pragmaticæ loquentes de recuſationib.Conſiliatiorum non habent locum, vbi quis recuſat vnum ex eis tanquam conſultorem Cappellani maioris.

LXVII.

An aſſenſus venditioni rei feudalis interueniens extendatur ad cõtractum Affictus de eadem re tunc factum debitori, qui ex conſuetudine tunc vigente dicebatur emptio annuorum introituum.

LXVIII.

An diſpoſitio l. ne cui C. locati vendicet ſibi locum quãdo longè ante tempus exfractationis conductor inſtat ſibi fuiſſe factam relocationem.

LXIX.

An porrecta ſupplicatione de verbo faciendo in actù liquidationis ſi reus nõ pareat infra ter-

terminum præſtando cautionem valeat po ſtea carceratus audiri.

LXX.

An habens aliquod priuilegium ſi eo nũquam vtatur poſſit illud allegari.

LXXI.

*A*n Caſalia alicuius Ciuitatis contribuere in expenſis publicis, quas Ciuitas fecit, teneã-tur.

LXXII.

Si partes habentes contractum pro abſoluto iuſſerunt fieri cautelas, an vnus alio diſſentiente poſſit, ante cautelarum celebrationem, à contractu recedere.

LXXIII.

An R.C. Sum. habeat aliquam iuriſdictionem in Magnum *A*dmiratum, eiuſq. Officiales.

LXXIV.

An permiſſa alienatione dicatur etiam cõceſſa pignoratio.

LXXV.

*A*n receptans imputatum de crimine læſ. Maieſtatis incidat in crimen.

LXXVI.

Quantum tempus hęredi ſtatuatur poſt teſtatoris mortem, vt poſſit à creditoribus, & legatarijs conueniri.

LXXVII.

An reſignatarius beneficij Eccleſiaſtici cui fuit facta reſignatio fructibus retentis eius vita durante poſſeſſionem reſignati beneficij quæſierit.

EX SECVNDO LIBRO.

LXXVIII.

An depoſitio trium ſociorum criminis inducat plenam probationem cõtra perſonam non leuis, & infamatæ vitæ ad ornatum c. Regni frequens, & ineffrenata.

LXXIX.

An mutus, lurdus, & fatuus poſſint retinere feudum.

LXXX.

Mercatoris decocti doloſè pęnam ex diſcurſu totius deciſionis.

LXXXI.

Legatum quãdo cauſa demonſtrationis, & nõ taxationis appareat; enuntiatur, & falſam cauſam vitiare contractum, & inſtitutionẽ.

LXXXII.

Mercatorem ſuſpectum de fuga, teneri cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo.

LXXXIII.

Remedium competens colono pro tuitione ſuæ poſſeſſionis quale fuerit.

LXXXIV.

Si pauper allegans ſuſpictionem teneatur facere depoſitum ſeruata forma Reg Pragm. & ibi traditur deciſio pro quadam vniuerſitate.

LXXXV.

An poſſit cogi ad petenda beneficia ſibi competentia priuilegiatus.

LXXXVI.

*A*bbunde diſcuritur quando falſum in vno cẽſeatur falſum in omnibus, & curioſa diſtinctio traditur.

LXXXVII.

Vicinus, an poſſit cogi ad vẽdendam domum pro ampliatione hoſpitij Religioſorum.

LXXXVIII.

Feudalia, an veniant in generali obligatione.

LXXXIX.

Res furata reperta pęnes aliquem non male famæ, & conditionis, quod producat inditium contra eum.

LXXXX.

*P*ęna, an ſit vnica, quando vnica eſt ſententia, vel an tot dicantur pęna, quot delicta.

COPIOSISSIMVS

SENTENTIARVM;

Ac ſingularium rerum memorabilium, quæ in hoc primo, & ſecundo Deciſionum libro continentur.

ELENCHVS.

A

ABſolutio ab excomunicatione tali pacto, vt ſi Reſiduum non ſoluatur ad tale tempus reincidat in excomunicationem, an ſubſtineatur in deciſ. 11. num. 16.

Abſens ex cauſa reipublica non reſtituitur ſi adhuc abſentia ceſſante interueniſſet læſio deciſ. 9. num. 20.

Abbreuiatio foriudicationis ſeruatur in omnibus delictis arduis in additt. ad deciſ. 17. num. 8.

Bbſurdum eſſet ſi in bonis Salerni exiſtentibus, vel locis non vltra vnam, vel duas aut tres dietas hæres anno potiretur adinuentarium conficiendum deciſ. 42. nu. 14.

Abſens, qui eſt in eadem prouincia ab vno præſide ſiue prorege Gubernata non dicitur abſens deciſ. 42. num. 15. & 18.

Abbutens priuilegio debet eo priuari additt. ad deciſ. 70 num. 6.

Acta facta in foro Eccleſiaſtico coram Summo Pontifice, an faciant fidem in foro ſeculari deciſ 86 num. 17.

Atteſtationes ſi in aliquo reperiantur falſa in omnibus cenſentur falſa deciſ. 86. nu. 3.

Actore non probante reus abſoluitur deciſ. 79. num. 12.

Actus filij à nemine melius ſciri poſſunt, quam à patre deciſ. 79. num. 11. in 2. libro.

Actuarij ſolo iuramento recuſantur in additt. ad deciſ. 66 num. 4.

Actuarij S. C. cum cauſa legitima refutantur in add. ad deciſ. 67. num. 5.

Actio in ſolidum datur pro alimentis additt. ad deciſ. 50. num. 4.

Actio realis datur contra vnum ex hæredibus in ſolidum deciſ. 50. num 19.

Actus introducti do iure gentum, vt ſunt venditio locatio non debent peti confirmari in iuditio cum ratione, & declaratione deciſ. 49. num. 2. & 3.

Actus concluſionis dat finem probationibus add. ad deciſ 41. num. 2.

Actus in dubio interpretandus eſt, vt ſit vtilior gerenti, deciſ. 44. nu. 8. & 11.

Actuarius non conuenitur in ſindicatu de geſtis non intuitu officij in add. ad deciſ. 24. num. 8.

Actuarius non habet iuriſdictionem, ſed tantum officium dictandi, vel ſcribendi in add. ad deciſ. 24. num. 7.

Actuarius eſt annalis, & ſtare debet ſindicatui in add. ad deciſ. 25. num. 4.

Actorum magiſtro non ratione officij læſo, ſed ex particulari inimicitia tanquam perſona priuata tunc non M. C. ſed Baro, ſiue Iudex loci cognoſcit, et ratio differentia aſſigniatur cum diuerſum ſit offendere perſonam, vel officium deciſ. 24. num. 5. 6. 7. 8 & 9.

INDEX

Actorum magiſtri per S. C. paſſim Habiti loco officialium de quibus ſola M. C. cognioſcit iuxta diſpoſitionem rituum eiuſdem M. C. Contra opinionem de Franch. in deciſ. 24. nu. primo, & 2.

Actio pro dolo expreſſo non datur, ſed pro uelato deciſ 22. nu. 37.

Actus dependens à voluntate vnius reputatur impoſſibilis, & contractus annullatur ratione impoſſibilitatis quia nec obligationem parit neq; actionem deciſ. 22. num. 8 & 9 præſertim in contractibus ſtricti iuris, & ſub tali l. acceptatis, & celebratis, nn. 10. & 11.

Actor vna via vtitur reus vero pluribus, in add. ad deciſ. 21. nu. 5.

Actoris eſt cauſam ampliare rei autem fugere, in add ad deciſ. 21. nu. 4.

Actus negatiui nedum ligant, ne quid faciamus verum facere, quod alius non faciat. deciſ 19. num. 26.

Actio perſonalis diuiditur inter coheredes, deciſ. 12. nu. 3.

Acceptilatio conditionis ſi ex ipſa conditione redatur inutilis reteſtur conditio, deciſ. 11. num. 14.

Accuſare perpetuo prohibetur. qui ſemel deſtitit ab Accuſat. one deciſ. 12. nu 3.

Acta facta contra graui morbo laborantes, & ſententia inde ſequta dicitur nulla deciſ. 9. num. 2.

Actio exigendi Releuium non datur aduerſus tertium poſſeſſorem licet obſeruetur contrarium deciſ. 8. nu. 7.

Actus quando dicatur confirmari ex certa ſcientia, deciſ. 1. nu. 22.

Actus ſi expirauit ob lapſum temporis non reuiuiſcit ſtatu rerum mutato deciſion. 3. num. 20.

Actus medius. vbi repugniat ceſſat ſpes reconualidationis, deciſ. 3. nu. 18.

Aduocatus pauperum datur pauperibus, deciſ. 84. num. 18.

Admirati literis creditur dum petit remiſionem alicuius. add ad deciſ. 73. nu. 6.

Adminiſtrator prouinciam ſua ſponte deſerens abſq; Principis licentia, ac ſucceſſore non ex peccato capitali crimine tenetur exemplari penaideciſ. 30. nu primo.

Afflict. in deciſ. 140. & 240. cũ omnibus Regnicolis ſequitur opinionem Neapodani ſecum quam quam paſſim iudicatur ipſamque Canonizat, & in deciſ. 293. fatetur per dictum cap. conſiderantes fratrẽ admicti ad ſucceſsionẽ fratris in feudis antiquis, in dec. 28. n. 24.

Affl mouetur ad opinionem quod debeatur ſẽper vita, & militia, quia Conſt. loquẽdo de patre diſponit de quocunq; aſcẽdente, in dec. 36. n. 11

Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt res enim non ſuccedit loco pretij, nec è contra num. 2. & 3. & aliud pro alio inuito creditore ſolui poteſt ratione inhumanitatis vitandæ, in deciſ 29 nu. 22.

Alimenta debita ex legis diſpoſit. quæ ſint, in deciſ. 47. nu. 2.

Alimenta debita ex l. diſpoſit. præſtantur in ſubſidium ſecus ſi ex hominis, in deciſ. 47. n. 4.

Alimenta debita ex hominis diſpoſit. quæ ſint, in deciſ. 47. nu 5.

Alimenta debentur filijs iure actionis ſtante cõſuetudine Neap in deciſ 57. num. 14.

Alimenta præterita an debeantur filijs ſpurijs, & illa an traſmittatur ad heredes, num. 15. & quid fuerit deciſũ per S. C. in dec. 47. n. 16.

Alimenta quo iure debeantur ſpurijs num. 11. & Iud eis officio debita, quæ ſint nu. 6. & 7. debita filys a patribus, an debeantur officio Iudicis, & num 8 præterita quando peti poſſunt, & quando à tempore mota litis, in deciſ. 47. num. 9.

Alimenta præterita debita ſpurio à die litis mota Iudicis offic. conſequuntur non iure actionis eum ampliat. & declarat num. 2. & 3. & curioſis quæſtionibus, in add. ad deciſ. 47. num 4.

Alimenta præſtans extraneus filio actione negotiorum geſtorum repetit a patre iallà requiſitum, & ampliat. in add. ad deciſ. 47. nu. 4 5 & 6.

Alimenta præterita in quibus priuilegiantur, & in quis differunt à futuris, in add. ad deciſ. 47. num. 7.

Alimenta ſpurijs debentur inſpecta æquitate Canonica. in add ad deciſ. 47 nu. 14.

Alimenta quomodo ſint taxanda, in add. ad deciſ. 48 num. 16.

Alimentorum tractatio in add. ad deciſ. 47. vſq; ad finem nu. 19.

Alimenta tantum filijs naturalibus relinquuntur, in add. ad deciſ. 47. num. 18.

Alienatum proprie non dicitur, quod adhuc in venditoris dominio eſt in deciſ. 47 nu. 5.

Alienationis verbũ à l. prolatũ cõtinet pignorationẽ ſecus ab homine, in deciſ. 74. nu. 7 & 8.

Alienatione permiſſa, an cẽſeatur permiſſa pignoratio, et è cõtra, in add. ad deciſ. 74. nu. primo.

Alienatione prohibita omnis actus per quem transfertur dominium cenſetur prohibitus, in add. ad deciſ. 74. num. 5.

Alienationis nomen plura comprehendit, in ead. add. num. 8.

Alienatione prohibita non cenſetur prohibita, in ead. add. nu. 9.

Alienare, an dicatur quis inſtituendo heredem, in ead. add. num 12.

Alie.

Alienatione permiſſa permittitur hæredis conſtitutio in ead.add.num.11.

Alloquens cum carceratis, cum quibus extat prohibitio alloquendi miſerationis cauſa nonpunitur, in addit. ad deciſion. 75. num.7.

Amor nullus vincit paternum in deciſ. 4. num.27.

Ambroſius,& Auguſtinus duo Sancta Romana Eccleſia luminaria in deciſion. 5. num. 13.

Amor patria enunciatur in addit ad deciſ. 11. num.4.

Antonius de Alex opin. Neapolitani multum defert quem vocat authorem cuiuſdam opinionis in deciſ.28.num.25.

Annus poteſt ſumi ab indictione, qua incipit in menſe Septembris, in deciſion. 33. num. 2.

Annus computari poteſt iuxtà conſuetudinem regionis,qua attendi debet, in deciſion. 33. num.3.

Annus aut naturalis, & legalis,aut induſtrialis.in ead. deciſ num. 12.

Annus à quo die attendatur pro diuiſione fructuum in add. ad deciſion. 33.nu primo.

Annus qualiter computetur, in addit. ad deciſ. 33.num.2.

Angelus in l. nauis ff. ad l Rhod. declaratur, quod loquatur, vbi principaliter agebatur de vtilitate priuata in deciſ. 38.nu.7.

Antimonia implicabilis,l cum ab vno de leg. 2. C.cum l ſeruo §.ſi teſtator de legat. 1. nouè conciliatur etiam ſecundum communem mentem in deciſ.50 nu. 17.

Annus pro foriudicatione facienda currit à die forbanni, & ibi de veritate, in add. ad deciſ.13 nu.8.

Anatomiæ cauſa, an concedi poſſit cadauer, in add.ad deciſ.15.num 7.

Annus ad foriudicandum ſtatutus,an poſſit per Regem abbreuiari.quod ſic per modum legis naturalis, & etiam particulariter, in deciſ. 17.nu 2.& 17.

Annus in quibus caſibus non expectatur pro foriudicatione facienda in addit.ad deciſ.17. num.7.

Animus nocendi qnomodo probatus dicitur, in add.ad deciſ.25.num.8.

Andreas de Iſer. dittauit conſtitutiones Regni in ſuo commento.in deciſ. 27.num.4.

Andreas feudiſtarum Princeps ead.deciſ.num. 16.& deciſ 88.num.6.

Appellatio de iure ſuſpendit iudicatum,& nu. 11.in ò extinguit,num.22. & 23.& damnatus ad mortem ductus ea pendente poteſt impune eximi,in deciſ.15.num.2.

Appellatio reducit inquiſitionem, & cauſam ad ſtatum, in quo erat ante litem conteſtatum, & operatur, vt ea pendente donec per S. C. ſententia confirmetur, inquiſitus non poſſit dici delinquens, in deciſ. 15.num 20.

Appellatio non datur facinoroſis hominibus, in add.ad deciſ.15.num 9.

Appellatione pendente nil innouandum,in add. 15.nu.13.

Appellare quilibet poteſt pro condemnatis ad mortem in add ad deciſ.15 nu.15.

Approbator fideiuſſionis vicem ipſius gerit, num.8. & ibi quomodo ſi lucri non gratia, aut non doloſè approbauerit, & de laudante fideiuſſores in add 31.nu.9.

Appellatione ſupellectilis, qua veniant,in add. ad deciſ 32.nu.14.

Appellatione fructuum,qua veniant cum omnibus quaſtionibus curioſis in addit ad deciſ. 34.num.6.

Appellatione Prouentuum, qua veniant cum alijs curioſis quaſtionibus, in add. ad deciſ. 34.nu.8.

Appanagium in Francia fuit introductum ex aquitate cap.licet extra De voto in deciſ.36. nu.64.

Appanagium dicitur etiam primogeniti, & eſt vniuerſalis ſucceſſio in ead deciſ.nu. 65.

Appanagium fuit incognitum Tiraquell. in ead. deciſ.nu.66.

Appanagium deberi ſecundo genitis de iure Francorum firmarunt Iſer. & Caram. ſed erroneè in ead.deciſ nu 67.

Appanagium in Francia, nec ex æquitate dari in linea collaterali,in ead.deciſ.nu. 68.

Appellatione Eccleſia venit Clauſtrum dormitorium,& alia deciſ.37.nu.16.

Appellari poteſt à iuditio ſortis, & fortunæ concurrente enormi læſione, & traditur exemplum,licet non detur appellatio, ea non concurrente,in addit.ad deciſ.57. nu. primo.

Appellatio etiam conſortijs nō appellantibus prodeſt cōmuni,et exiſtente cauſa defenſionis, et inſeparabilibus,& diuiduis add ad deciſ 69. nu 64 & 69.et 74. & fortius vnius defenſio in prima inſtantia alijs prodeſt nu.72.

Arij Pinelli dictum ſ3. inuentarium prodeſſe, vt hæres cogatur ad vendendum optimè confutatur, in deciſ.7.num.21.& 22.

Arbores,qua non renaſcuntur,non ſunt in fructu, in deciſ.34.nu.36.

Articulus debet accuratè diſcuti,licèt non poſſit breuiter,in deciſ.36.nu.6.

Argumentum de aſſenſu legis ad aſſenſum hominis non valet,in deciſ.74 nu.9.

Argumentum à maioritate rationis non procedit in feudis in ead.deciſ nu. 3.

Aſſenſus, an poſſit impetrari viuo venditore poſt mortem emptoris, & quid è contra, an impetrari poſſit mortuo venditore, in deciſ. 2. num. primo, & 2.

Aſſenſus poſt mortem non impetratur abſq; nouo conſenſu diſpoſitiuo hæredis in ead. deciſ. n. 3.

Aſſenſum non eſſe impetratum, vel inualide, paria ſunt in ead. deciſ. nu. 5.

Aſſenſus an impetrari poſſit poſt mortem venditoris, cum opinione Regentis Villani, in ead. deciſ. num 7.

Aſſenſus impetratus poſt mortem fauore dotis in ead deciſ. num. 8. & 9.

Aſſenſum poſſe impetrare mortuo emptore iuxtà opinionem Paridis de Puteo, quam ſequutum fuit S.C. in ead deciſ. num. 11. & 14.

Aſſenſus impetratus in alienatione, vel obligatione feudi poſt mortem non tenet abſq; nouo conſenſu hæredum defuncti cum ratione, & ampliat, in add. ad deciſ. 2. nu. primo.

Aſſenſus qua de cauſa requiruntur in alienat. feudorum in ead. add nu. 2.

Aſſenſus eſt mera gratia, in eadem addit. nu. 4.

Aſſenſus propriè à Rege præſtantur in feudis titulatis in ead add. num. 7.

Aſſenſus materia eſt rigoroſa in ead. addit. n. 10.

Aſſenſus præſtantur poſt mortem fauore dotis ſecus in antefato & ibi enunciatiuè differentia dotis, ab antefato remiſſiuè in ead. addit num. 11.

Aſſenſus hæredis non cenſetur datus dum ab eo ſit ſupplicatum pro aſſenſu Regio, in ead. add. num. 12.

Aſſenſus nouus an requiratur ſi interim vnus ex contrahentibus aſſenſum impetrans decedat in deciſ. 3. num. 13.

Aſſenſus eſt expediendus infra quadrimeſtre poſt contractum, in deciſ. 3. nu. 6.

Aſſenſus requiritur in prorogatione pacti de retrouendendo in ead. deciſ. nu. 7.

Aſſenſus diſformis à contractu non valet in ead. deciſ. nu. 9.

Aſſenſus dicitur ſubreptitius, & nullus non expreſſis pactis ſubſtantialibus in ead. deciſ. num. 10.

Aſſenſus ſuper conditione, & non ſuper pacto de retrouendendo, eſt nullus etiam ſi venditor renunciauerit pacto de retrouendendo, in ead. deciſ. nu 11. & 12.

Aſſenſus in beneficium ſecundo geniti corruit non facta mentione quod extabat primo genitus in ead deciſ. nu. 13.

Aſſenſum nullum non conualidat gratia de anno 1569. in ead deciſ. nu. 21.

Aſſenſus regiſtratio infrà annum debet fieri, et intra biennium ex gratia conceſſa Neapolitanis hodie in add. ad deciſ. 3. nu. primo.

Aſſenſus expeditus, per verbum fiat reſoluitur ſi nõ regiſtratur cum ratione in ead. add. n. 2.

Aſſenſus non extenditur de contractu ad contractum, de tempore ad tempus, nec de re ad rem deciſ. 67. nu primo, & in add nu. 2.

Aſſenſus non extenditur ad contractum etiam finalem, & habentem eandem rationem niſi expreſſe dicatur in ead. deciſ. nu. 2.

Aſſenſus nõ extẽditur ad pactũ de retrouẽdendo in eod. contractu appoſitũ in ead. dec. n. 4.

Aſſenſus vbi ſumus in connexis extenditur de vno ad alium in ead. deciſ. nu. 5. & 7.

Aſſenſus ſuper venditione facienda non extenditur ad factam, in addit. ad deciſ. 67. nu. 2.

Aſſenſus præſtitus ad ſortem principalẽ non extenditur ad intereſſe in ead. add. num. 3. ibi ad intereſſe, quod ex mora reſultauit.

Aſſenſus præſtitus pro reſtitutione dotium, & antefati in caſu ſoluti matrimonij, & in omnem caſum reſtitutionis comprehendit, et extenditur ad caſum aſſecurationis dotiũ cõſtãte matrimonio ob inopiã viri in ead. add. n. 4

Aſſenſus vt obtineatur debent omnino exprimi, quæ poſſunt mouere principem ad concedendum, vel non concedendum, vel difficilius concedendum. in ead. add. num. 6.

Aſſenſus tanquam gratia conceditur, vel denegatur in ead. add. nu. 7.

Aſſenſus ſuper quibuſcumque alienationibus proreges præſtare non poſſunt pro vt ante prag. delli 9 cap. in ead. add. num. 10.

Aſſenſus quod intelligantur prohibiti in ead. add. nu. 11.

Aſſenſus datus per capitulum Regni reſtitutioni dotis procedit etiam in aſſecuratione, & alijs caſibus paribus in deciſ. 74. nu primo.

Atrium eſt pars Eccleſiæ nu. 8. & dicitur ſanctum in deciſ. 37. nu. 9.

Atrienſes, qui contra Accurſium ex Alciat. in ead. deciſ. nu. 12.

Atrium quid ex ſeſto in ead. deciſ. nu. 14.

Atrium, & ſepta Eccleſiæ gaudent eodem beneficio quo Eccleſia in ead deciſ. nu. 17.

Authores citantur qui poſuerunt materiam regiſtrationis aſſenſuum in quinternioribus R. C.S. & ibi plura, & ad quem finem regiſtratio ſit facienda, & ſi omnes aſſenſus regiſtrari debeant in add. ad deciſ. 3. nu. 3.

Author de Angelis compoſuit pratum ſuper Codicem in add. ad deciſ. 15. nu. primo.

Audientia teſtium committitur arbitrio Iudicis, & ibi de laudibus Baldi nu. primo, et audientiã dari in repulſa, in add. ad dec. 27. n. 2

Audientia teſtium reprobandorum ex diſpoſitione ritus M.C. non committitur etiam ſenum, & valetudinariorum, & quod hoc fuerit antea obſeruatum in deciſ. 27. nu. 1. & 3.

Audien-

Digitized by Google

Audientia commiſſa Capitaneo ſi alteri poſſit ſubdelegari in add. ad deciſ. 27. num. 4.

Audientia teſtium committitur ad inſtantiam Neapolitanorum ordinarijs locorum nõ examinatorum extra Ciuitatem eſt declaratione in add. ad deciſ. 27. nu. 8. & 9.

Author de Angelis ſequitur ordinem prati ſui ſuper Codice in add. 30. num. 5.

Augmenta, quæ accreſcant feudo in addit. ad deciſ. 32. num. 5.

Authent. Res, quæ) non habet locũ in fidei cõmiſſis relictis à collaterali in deciſ. 36. n. 38.

Authoritas S.C. ſimilis eſt præfecto prætorio in addit ad deciſ. 49. num. 3.

B

B*Art. Cepoll. in conſ. 27. improbatur, & declaratur, in deciſ. 4. nu. 40. 45. & 48.*

Bart. dictum in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. et æſti.) quod ſit ĩnuari à veteribus cõductoribus tantundem offerentibus ſi repellantur eſt communiter receptum in conductore ad longum tempus, & emphyteuta, in deciſ 5. num. 21.

Baſtardi non dicuntur de domo patris, in add. ad deciſ. 10. nu. 5.

Baſtardi nonnulli virtutis inſignes, & mirificæ fortunæ floruerunt in addit. ad deciſ. 10. num. 8.

Baſtardi non dicuntur de domo patris cum pluribus ampliat. & ibi quid in legitimatis, in ead, add num. 9.

Bannitus durante tempore banni mortuus in loco banni ſepelliri non poteſt in add. ad deciſ. 16. num. 6.

Bal. doctrina in cap. 1. §. fin. quæ fuit prim. cau. ben. am. num. 5. allegatur, quod donatio ex defectu aſſenſus ſit reſoluta, nec teneat, & ob dictam clauſulam, nec aliter, nec alio modo, quæ liberat à caducitate, præter, vt ad æſtimationem non teneatur, in deciſ. 22. num. 3. & 4.

Bannitus à territorio, & diſtrictu, an cenſeatur bannitus à mari ibi adiacenti in add. ad deciſ. 23. nu. 5.

Bannitus, vt incurrat in pœnam banni debet eſſe captus in loco prohibito in ead. addit. num. 6.

Banniti, qui piratis peiores ſunt exiſtentibus prouincia deſtra augetur, in deciſ. 30. num. 9.

Bartholomei de Capua notabilia verba in capitulo Regni Terrerij pro Barone, in deciſ. 31. num. 2.

Bartolomeus de Capua laudatur, & eius virtutes recenſentur. in deciſ. 35. num. 3.

Bald. Afflict. opinionẽ ſequitur ex eo. quod vita & militia debeatur loco portionis, à qua excluditur ſecundo genitus, in deciſ. 36. n. 12.

Bancherij publici foro cedentes, & in termino pragmatica non comparentes habentur pro foriudicatis, in deciſ. 80. nu. 2.

Bancherius decoctus etiam vitio fortunæ, & facto miniſtri banci foriudicatur, in add. ad deciſ. 80. num. 12.

Beneficia reſtitutionis in integrum hodie paſſim conceduntur in S C. (licèt olim fuiſſet obſeruatum) & ſic deciſum nu. primo. vt num. 8. & 11. Minadois deciſ. 15. perpenditur, & Doctrin. Andr. in Conſt. obſcuritatem in deciſ. 21. num. 2. & 4.

Beneficia conceduntur etiam introducta cauſa, & ibi recenſentur deciſiones receptiſſimè S.C. pro veritate, in add. ad deciſ. 21. n. primo.

Beneficia poſt 30. dies à die concluſionis intimata non conceduntur in ead. add. nu. 2.

Beneficia ex cauſa conceduntur, in ead. addit. num. 6.

Beneficia, quæ ſint, quibus, & quando dentur, & ſi poſt in ſufflationem ſpiritus dentur, in ead. addit. num. 7.

Beneficia hodie, quo tempore concedantur, & peti poſſunt, in addit. ad deciſ. 40. nu. 11.

Beneficium alicuius ſi ſit vnitum, & ille poſtea aliquid faciat in Eccleſia vnita non interuertit poſſeſſionem rectoris, in deciſ 67. nu. 7.

Beneficium per vnum petitum eſt commune alteri iuxtà pract. S.C. in deciſ. 85. num. primo.

Beneficia iure ſpetiali alicui competentia non poteſt quis cogi petere, in addit ad deciſ. 85 num primo.

Beneficia quo tempore petuntur in ead. addit. num. 4.

Bona Eccleſiæ, an poſſint alienari pro redemptione eorum, qui prauis moribus, vel eorum culpa in paupertatem inciderunt in deciſ. 4. num. 2.

Bona defuncti, an tranſeant affecto onere illo, & hypotheca de non dando inſolutum in deciſion. 7. num. 42. & 43.

Boues aratorij, & alia ad fundi inſtructionem, & culturam parata, & deſtinata veniunt in ipſius conceſſione, vel venditione, in deciſ. 32. num. 10.

Bonus quandoq; dormitat homerus in deciſ. 86. num. 6.

Bonorum appellatione venire ea pro quibus habemus actionem, & exceptionem, in deciſ. 88. num. 7.

Bucciaria non poſſunt fieri intus Ciuitatem, in addit. ad deciſ. 54. nu. 12.

C

Carcerari, & captiuari apud hoſtes, an ſit differentia in deciſ.4.num. 19.

Carceratorum liberatio, pia cauſa eſt in ead. deciſ.num.30.

Caſus, in quibus mulier non iuuatur Velleiano vſq; ad finem, in additt. ad deciſ. 4. num.15.

Camera Regia hodie liberat gabellas plus offerentibus, & aufert prioribus, niſi plus offerant, in deciſ.5.num.27.

Cadauer famoſi delinquentis mortui, appellatione pendente à ſententia condemnatoria ad mortem, & ad raptandum, nec raptari debet, nec ſuſpendi, nec aliter ſententia exequutioni demandari, in deciſ.15.nu primo.

Cadauer quia anima, & ſenſu caret, & pena capax non eſt, quia ſenſum doloris non habet puniri non poteſt in ead. deciſ.num. 24.

Cadauer poſt mortem quando puniatur exratione, in addit ad deciſ.15.num. 2.

Cadauera cum pompa ad Eccleſiam debent deferri cum ſonte, & cantibus pſallentium, in ead.add.num.3.

Cadauer famoſi delinquentis pendente appelpellatione fuit raptatum, in ead. addit. num.11.

Cauſa vna finalis, ſeù ratio ſi ceſſet, & altera aquè finalis remanet, valet diſpoſitio, in deciſ.16.num.15.

Cauſa excuſantes pacti in obſeruantiam ſunt infirmitas aeris intemperiés, et ſuperuenientes inimicitia, in deciſ. 19.num.13.

Cautio praſtita de parendo mandatis S.C. per debitorem importat de ſoluendo caſu quo ſuccumbat, & tenetur ſoluere, vel dicere cauſam in vinculis, in deciſ.20. num.13.

Cautela pro creditore petente plus, quando debitor confitetur partem, vt offerat ſeparatum partem recipere, vt tunc conſtituat debitorem in mora illam partem non offerentem, in deciſ.20.num.17.18.& 22.

Can. in cap. Imperialem ſecundo loco allegatus pro alia parte circa clauſulam non aliter, nec alio modo, an profit ne debeatur alinatio, remittit ſtudioſis diſtinguendum in deciſ.22.num.4.

Caraccita Fiſci Patronus in audientia principatus citrà, malè teſtatur de obſeruantia S. C. & M.C. vbi neque, vti Iudex, nec vti Aduocatus vnquam interfuit, in deciſ. 27. num.6.

Cardinales tenentur reſidentiam facere, in add.ad deciſ.30.num.8.

Caſtrum ædificatum in Villis, & Terris Baronum eſt feudale, & vendita, vel conceſſa Villa venit Caſtrum in illa exiſtens, in deciſ.32.num.1. & 7.

Caſtella plumbea putealia, epiſtomia, fiſtula, applũbata, et quæ terra cõtinentur, quã vis non affixa, veniũt fundo vẽdito in ead. deciſ.n.6.

Caſtrum non eſt quid ſeparatum à feudo, & terra, ſed faciunt vnum corpus, & ibidem deciſ.S C. in ead. deciſ.num. 15.

Caſtrum quomodo ſit ſubcomitatu, in addit.ad deciſ.32.num.6.

Caſtrum vendens cum iuriſdictione cenſetur vendidiſſe omnia pertinentia ad caſtrum, in ead.add.num.7.

Campus Martius Baſilica forum ſimilia, neque ſunt in commercio Principis, quia de illis diſponere non poteſt in deciſ. 35.nu.32.

Cap. regni conſiderantes prorogauit ſucceſſionem feudorum in linea collaterali, in deciſ. 36 num 19.

Camer poſt Iſer primum locum obtinuit in interpretatione feud in ead.deciſ.num. 83.

Capicius cur omnes ferè afferre rationes deciſ. ſuæ 211 in ead.deciſ.num 97.

Capicius deciſ.211. fuit reiecta, quia contra caſum legis, & contra reſcriptum Imper. in ead.deciſ.num.95.

Carolus Imperator V. remiſit S. C. articulum vita militia in linea collaterali cum clauſula dummodo non fieret extenſio ad conſtitutiones, in ead.deciſ.num. 96.

Caſalia tenentur contribuere in expenſis factis per vniuerſitatem, in addit. ad deciſ. 38. num.2.

Cautela practicorum enuntiatur, quando fit cõcluſio, ad finem vt poſt eam poſſint produci ſcriptura in addit ad deciſ 41.num.6.

Cauſa quoties reducitur ad non cauſam, etiam ſequuta ſolutione condicitur, quod datum eſt, in deciſ.43.num.7.

Camerarius poſt Andr. primus feudorum interpres, & Flocearus eius diſcipulus, & in lectura feudorum ſucceſſor defendunt primam opinionem d.c.1.mut.num.37. ipſarum vltimam prævalere in plurium opinionum conflicta, & in deciſ.43.num. 40.

Cannetius Camerarij, & Flocari mutilator perperam illos impugnat, ac malè ponderat text.l.qui filium §.Sabinus, & ibi Accurſius ff ad Trebell. capiendo ſententiam Principis pro opinione, in ead.deciſ.num.37.38.& 39.

Cauſa, quæ prodeſt, attendenda eſt, ſi concurrit duplex cauſa nociua, & proficua, in deciſ.44.num 9.

Caſus, quibus ſola electio abſq; confirmatione, vel ipſa confirmatio tribuit ius remiſſiuè, in deciſ.49.num.6.

Cautela

Cautela abbundans eſt ſuſpecta, & facit dolum præſumere, in addit ad deciſ. 49. num. 7.

Caſus, in quibus datur actio aduerſus hæredes inſolidum in addit. ad deciſ. 50. num. 2.

Cardinales deponentes abſq; iuramento regulariter non probant, & deciſ cauſa per S.C. in fauorem conuentorum in deciſ. 53. n. 9. et 10.

Carauita non potuit teſtare de praxi, quia nunquam fuit in noſtris Tribunalibus, in add. ad deciſ. 53. num. 6.

Carolus de Tappia Regens. R. C. laudatur in add. ad deciſ. 66. num. 2.

Carolus de Tappia inter ſcribentes obſeruandus, in add. ad deciſ. 68 nu 3.

Carcer non ſoluit, ſed burſa cum deciſ. S.C. in add. ad deciſ. 69. num. 2.

Carcerato debitore non debet contra ipſum ad bonorum exequutionem, ſiue venditionem procedi vigore inſtromenti liquidati in add. ad deciſ. 69. num 58.

Carauita parum de prax. M.C. V. ſciuit. in addit ad deciſ. 69. nu. 18.

Cauſa falſitatis orta in ciuili, an faciat ſuperſedere eam in add. ad deciſ. 86 nu. 16.

Cautio de iuditio ſiſti, & iudicatum ſoluendo ad quid fuerunt inuente in addit. ad deciſ. 82. num. 11.

Captura infert. præiuditium irreparabile, in addit. 82. nu 8.

Cautio de iudicatum ſoluendo datur ne ſententia ſit eluſoria cum pluribus ad tractationem in add. ad deciſ. 82. num. 3.

Cautio de ſtando iuri præſtatur ad finem, vt conuentus ſiſtet in iuditio, in ead add. nu. 2.

Cauſa contractus colligitur ex narratione facta in principio, & proemio inſtrumenti, in deciſ. 81. num. 14.

Cauſa ceſſante ceſſat voilitas, in ead. deciſ. n. 10.

Cauſa eſt Regina voluntatis, & ea in contractibus conſideratur in deciſ. 81 num. 9.

Cauſa ſanguinis excludit omne dolum, & culpam in ead deciſ num. 8.

Camillus de Medicis laudatur, in addit. ad deciſ. 79 num. 2.

Cap. frequens, & ineffrenata declaratur per cap. conſtitutionem 148. in ordine in add ad deciſ. 78 num. 3.

Cap frequens declaratur, quando depoſitiones ſociorum ſunt Elsſa, & non integra in ead. addit. num. 7.

Cap frequens, & ineffrenata declaratur, quando perſona nominata non eſt leuis, & infamata vita, in deciſ. 78 num. 7.

Cap frequens, & ineffrenata ad quem finem fuit latum, in ead. deciſ. num. 6.

Caſalia an cenſeantur dannata, dannata Ciuitate, in add. ad deciſ. 71. nu. 16.

Caſtra, vel ville, an veniant appellatione Ciuitatis ibid. nu. 15.

Caſtri, & Ciuitatis appellatione, an veniat totum territorium ibid. nu. 14.

Cautela abbundans nocet, in add. ad deciſ. 72. num. 2.

Caſalia Ciuitatis, quæ ſint ibidem, num. 13.

Caſalia quando veniant appellatione Ciuitatis ibid num. 12.

Caſalia quando præſumantur, quid ſeparatum à Ciuitate, ibid. nu. 11.

Caſalia vtuntur eiſdem priuilegijs Ciuitatis ibid. num. 10.

Caſale ſemper currit cum Ciuitate, ibid. nu. 7.

Caſalia tenentur contribuere in expenſis publicis, quas fecit Ciuitas ibid. nu. primo.

Caſalia gaudent priuilegijs Ciuitatis licet fuerint diuiſa quo ad iuriſdictionẽ, ibidem, n 2.

Capita latronum, & publicorum delinquentium, in actu captura, vel alias occiſorum in publico deferuntur ad aliorum terrorem ob eorum in Regno frequentiam, & copiam in deciſ. 15. nu. 12. & 13.

Cenſus lite pendente ſuper reſciſſione contractus ſumuntur, & quomodo in add. ad deciſ 65. num 6.

Cenſus impoſitio, an cenſeatur prohibita, dum fuit prohibita alienatio, in add. ad deciſ. 74. num 7.

Citatio pro homicidio proditorio ad informandum, an ſit nulla ſi adſit homicidium, licet non ſit proditorium, & deciditur, in deciſ. 16. num. primo. & 12.

Circunſtantia alterat delictum in deciſ. 16. num. 13.

Citari, vt quis poſſit de delicto cum qualitate, qualiter de illa qualitate conſtare debeat.

Citandi ius, & praxis in regno, & in criminalibus, & quid ſi ad foriudicandum in deciſ. 17. num. 12. & 13.

Citatio ad capitula eſt præambula ad ſententiam foriudicationis, & ibi quomodo debeat ipſa fieri remiſſiuè, in addit. ad deciſ. 17 num. 5.

Citatus ſuper tenore inſtrumenti non poteſt audiri etiam per viam grauaminis in S. C. niſi præſtita cautione de parendo mandatis S.C. in deciſ. 20 nu. 12.

Ciuitas Romana ſola habet reſtitutionem iure minoris, aliæ verò vniuerſitates omnes reſtituuntur iure maioris ex clauſula generali, quando ſunt paruæ, ſed quæ reguntur per Sindicos æquiparantur Reſpub. Romanæ in deciſ. 21. num. 9.

Ciuitate prohibita non cenſentur prohibita ſuburbia prout è contra patria prohibita, & Terra concessa, quæ veniãt, in add. ad deciſ. 23. nu. 2. & 3.

Digitized by Google

I N D E X

Ciuitatis noſtræ mos, vt in 4. die Maij quilibet reperiatur in domo nouiter conducta enuntiatur, in add.ad deciſ.68.nu. primo.

Ciues de caſalibus Neap.trahant,et non trahuntur prout ipſi Neapolitani, in add. ad deciſ. 71.num. 8.

Ciuitas, & caſalia poſſunt cogi ad emendum frumentum Ciuitatis ſi merces ſint, nec reperiuntur emptores, in deciſ.71. nu.4.

Citatus ſuper tenore inſtrumenti infirmus, vel abſens debent Procuratorem mittere ad ſe excuſandum in deciſ.9 nu.6.

Clauſula feudi natura in aliquo non eſt mutata de forma Cancellariæ in deciſ.3.nu. 14.

Clericus proditor qua pena puniatur, in deciſ. 6.num.11.

Clauſula prædicta,nec aliter, nec alio modo ſecundum Bart.inducit formam, & ſolemnitatem,importat neceſſitatem, & ſunt verba præciſa, & taxatiua, & faciunt deficere conſenſum num.5.& de veritate in deciſ.22. num.33.

Clauſula addita in præcedentibus cenſentur repetita in ſequentibus vnica ratione comprehenſis, in deciſ.23.num.4.

Clerici ſicuti non ligantur iuribus volentibus pænas conuentionales exigi poſſe ab eis per alios,ita nec,vt per eos ab alijs exigantur, in deciſ.38.num.2.

Clauſula in contractu affictus (quod plus valet donat) conductorem in caſu enormiſſimæ leſionis non iuuat ex ratione in deciſ. 63. num.6 & 7.

Clericus allegans ſuſpectionem Iudicis laici,an ſtruata forma pragm.teneatur facere depoſitum in add ad deciſ.66.num.6.

Clauſula quo ad expreſſa tantum non excludit ea,quæ inſunt,& ſunt connexa in add. ad deciſ.67.num.6.

Clauſula vna via electa,quid operetur,& quomodo declaretur, in add. ad deciſ. 69. num. 5.& 8.

Clericus perueniens, eius debitorem in Curia Laicali,an teneatur ibi præſtare cautionem, & ibi plura de præuentione, in add. ad deciſ. 69.num.15.

Communis opinio non ex numero dd. conſtat, ſed ex pondere rationum,& authoritatuum, in deciſ prima num.18.

Communis opinio contraria pro qua queritur ratio aut tex.cui non ſatis bene reſpondetur communi præualeri debet, in deciſ.prima num.18.

Commercia hominum publicè intereſt non prohiberi, ſine quibus Reſp.ſtare non poteſt, ſed ampliari, in deciſ.prima nu.58.

Conſtitutionis diuæ memoriæ beneficium eſſe commune emptori, & venditori, in deciſ. 2. num.12.

Contractus,vbi eſt nullus pro defectu aſſenſus, eſt nullus pro vtroq; in deciſ.2.num. 13.

Conſenſus tranſlatiuus hæredis, an ſufficiat, vel requiratur diſpoſitiuus in deciſ 2. num.15.

Confirmatio,an retrotrahetur ad tempus actus confirmati,& rebus in eodem ſtatu manentibus, in deciſ.3.nu 16 & 17.

Correlatiuorum vna æqualis natura, in deciſ. 4 num.8.

Correlatiuorum priuilegium debet eſſe reciprocum,in deciſ.5.nu.9.

Conductores veteres tantundem offerentes, ex diſpoſitione l. congruit, & l. ſeq. nouis ſunt præferendi,in deciſ.5 nu.3

Conductores fiſcalium non gaudent priuilegio tacitæ reconductionis, ſed tantum priuatorum, ideo per l. congruit priuilegiantur in prælatione offerentes tantundem.& in multis differant à priuatis, & pro inde diſpoſitũ in illis non eſt trahendum ad iſtos, nec è conuerſo,in deciſ 5 nu.14.15 & 16.

Conductor antiquus, an præferatur nouo cõductori ex ratione in add ad deciſ.5.num. 1. 2. & 3.

Conductor antiquus non præfertur ſecundo etiam in prædio ruſtico, & declaratur Afflicti deciſ.238.in ead add nu 5.

Conductor primus etiam ſi rem conductam melioraſſet adhuc non præfertur cum ampliat. & limit. in ead. addit. numer. 6. 7. & 8.

Conductor primus, an præferatur in prædijs Eccleſiæ ſecundo in ead.add.nu.11.

Conductor negando rem reſtituere dicitur dominum ſpoliare, in.ead add nu.14.

Conductor antiquus perſona miſerabilis, an præferatur nouo conductori, in ead. addit. num.15.

Conceſſio cum ſit alicui ex agnatis, etiam quod non eſſent deſcendentes primi inueſtiti, tunc anno durat facultas petendi renouationem, in deciſ.6.nu.18.

Conditiones obligationum, an immutentur ex hæredum perſona, in deciſ. 7. numer. 33. & 34.

Commodum ſentiens debet pariter incommodum ſentire,in deciſ 8 nu.6.

Condictio remittendi dicitur indiuidua etiam in ſeparabilibus in deciſ.11.nu.primo.

Conditiones & pacta in remiſſione appoſita, an reijciantur,& quomodo procedat num. 4. in in ead. deciſ.num. 12.& 13.

Conditio appoſita in acceptilatione inquid reſoluatur, & quæ conditio in ea remaneat.num intrin-

intrinſeca,vel extrinſica, & nu.17. vbi multa non inutilia, in ead.deciſ.nu.15.

Conditio *appoſita in exequutione actus non inducit formam in eodem actu in ead. deciſ. num.23.*

Conſtitutio *Regni pœnam eorum explanatur, in deciſ.13.nu.5.*

Conſuetudo, *quæ viget contra communem dd. opin. in deteſtationem delinquentium eſt toleranda,in deciſ.15.nu.6.*

Confirmatum *vires accipit à confirmante in ead.deciſ.nu.23.*

Corpora *inſignium latronum poſt mortem puniuntur,in addit ad deciſ.15.nu.8.*

Contumacia *accuſantur per accuſantem, vel Fiſcum in add.ad deciſ 17. nu.6.*

Conditio *ſiue pœnalis ſtipulatio per quam ius libertatis infringitur,nec in legato, nec in matrimonio ſeruanda, nec inter contrahentes,nec inter eorum conſanguineos, etiam quod pœna ſit modica, & quia contra bonos mores, in deciſ. 19. numer. 8. 9. 10. 11. 14. & 15.*

Conſenſus *vxoris diſceſſui non excuſat contrauenientem, vbi pacto ſubſcripſerat ſe, in ead. deciſ.nu.25.*

Contractu *reſoluto non debentur amplius vſuræ conuenta ex eo,& omnia reſoluta cenſentur,in deciſ.20.nu.1.& 3.*

Contra *plus debito petentes, quid ſeruetur in Regno remiſſiuè in ead deciſ. nu.32.*

Conditio *quod bona donata non poſſint confiſcari,velut turpiſſima inuitans ad delinquendam, & ad felloniam reijcienda, quemadmodum conditio inutilis,in deciſ.22. nu.32.*

Conatus *expreſſè punitur licet non fuerit ſequutus affectus in add.ad deciſ.25 nu.11.*

Cæcus *non poteſt delinquere, quia neſcit quid facit ſicut infans, cui mutus æquiparatur, ſicut æquiparantur, cæco, mutus,& ſurdus, quibus,ex quo ſenſu carent.datur curator,in deciſ.26.nu primo, & 2.*

Cæcus *quamuis velit,neſcit offendere,quia non videt, & multò minus cæcus à natiuitate, cuius infirmitas eſt inſanabilis,in ead. deciſ. num.2.*

Cæci *vtriuſq; oculi excuſantur à muneribus publicis, & perſonalibus in ead deciſ. nu 4.*

Cæcus,*& furioſus de iure omninò,& ſimpliciter excuſantur à delicto nulla exceptione data,quam vis audiat,intelligat, & corpore valeat,in ead.deciſ nu.7.& 11.*

Cæci,*muti, & ſurdi à natiuitate torqueri non poſſunt ex ratione, & declarat,in add ad deciſ.26.nu.1.2 & 4.*

Cæci,*muti,& ſurdi,damnari nequeunt niſi ex dictis teſtium,in ead.add.nu.2.*

Conſtitutio *Regni in pecuniarijs diſponẽs examen in cauſis feudalibus, & criminalibus non commictis ſemper practicata (ſicut Rit. M.C.) illud committendo examinatoribus Curiæ,vel S.C.in deciſ.27 num 11.*

Conſtitutio *Regni, vt de ſucceſſionibus reſtringit ius commune feudorum,quo omnia feuda erant diuiſibilia,& in eis omnes filij æqualiter ſuccedebant, & inducit in hoc Regno ius ſpetiale circa ſucceſſionem, in deciſ. 28. num.10.*

Conſtitutio *prædicta vocat filios, & deſcendentes,& ex latere venientes ad ſucceſſionem non vt hæredes.ſed vt filios,& proximiores, in ead.deciſ.nu.11.*

Conſtitut *de ſucceſſionibus gloſ. in verbo vtroque,format quæſtionem de inſtitutis non vocatum,vt dictam conſtat,declaret.quod ab eo vocati non hæredes veniant: ſe iure proprio ex prouidentia principis, & beneficio ipſius conſtitut deciſ.28.nu.14. & 15.*

Conceſſio *Principis tibi, & hæredibus tuis id importat ſi filij tui tibi ſint hæredes,& ſic ex domini inueſtitura ex tunc ſunt hæredes, ita vt amplius curemus ſi inſtituantur, vel ne in ead.deciſ nu.26.& 27.*

Contradictiones, *& repugnantia tenentium opinionem negatiuam.quod vocatus non ſcriptus hæres,non teneatur ad onera in ead. deciſ nu 52.& 54.*

Contrahentibus *licet inuicem ſe decipere: dummodo non vltra dimidiam in deciſ.29. nu. 7.*

Contractus *illius dicitur gratia celebratus, in cuius vtilitatem, & ſecuritatem tendit, in ead.deciſ.num.13.*

Contemptus *Principis talis,ac tantus eſſe poteſt, vt talis in obediens ad mortem ſit damnandus,vt eſt prouinciam deſerere, quaſi Princeps non adſit, quaſi deſerens ipſe ſit Princeps, & ſuperiorem non recognoſcat in deciſ.30.nu.7.*

Commoditas,*& intereſſe fructus loco habetur, in deciſ.34.nu.3.& 13.*

Commoda *omnia ſunt fructus iuriſdictionis in ead deciſ.nu.39.*

Conſtitutio *Regni Comitibus venit interpretanda in deciſ.36.nu.4.*

Conſtitutio *Regni, vt de ſucceſſoribus reſtrinxit ſucceſſionem in feudis, vſque ad gradum tertium à ſeptimo in ead deciſ.nu.16.*

Conſt.*vt de ſucceſſionibus prætulit ad feuda primogenitos generice excluſis ſecundo genitis in ead.deciſ.nu.17.*

Conſt. *Comitibus ſtatuit dari vitam, & militiam fratribus minoribus, in ead. deciſ. num.18.*

Conſuetudo *excludens in totum ſecundo genitos,*

eſt

eſt iniqua,& cui ſecus in feudis, in ead. deciſ nu.nu.26.& 72.

Conſt. Comitibus loquitur de bonis patris per exemplum in ead deciſ.num.22.

Conſtitutiones Regni interpetrantur ſtrictè in ead.deciſ.nu.30.& 34.

Conſtitutiones Regni quando ommictunt caſum recurritur ad Regem in ead. deciſion. num:31.

Conſt.Comitibus pro opinione negatiua verba clara oſtenduntur in ead.deciſ. nu 36.

Conſt.Comitibus cur fuerit edita, in ead. deciſ. num.79.

Conſt.ut de ſucceſſionibus fuit promulgata poſt Conſt Comitibus,in ead.deciſ.nu.81.

Conſtitutiones feudorum ſtrictè interpetrantur ob intereſſe Domini in ead. deciſ. num. 90.

Conſt comitibus principaliter fuiſſe emanatam ob vitam, & militiam,& paragium, & non incidenter, vt aliqui voluerunt oſtenditur in ead deciſ nu.94.

Commictens homicidium in atrio punitur pro immunitate Eccleſiæ violata, in deciſ. 37. num.11.

Commodum Eccleſiæ cum beneficio publico ne dum conſerendum ſed praſerendum, in ead. deciſ.nu.15.

Concluſum in cauſa idem operat, quod iudicatum in addit ad deciſ.41.nu.3.

Conſtitutio Regni adictorum citato contra Regnum dat terminum triginta dierum extra Regnum duorum menſium à die citationis ad comparendum,in deciſ.42.num.16.et 17.

Conſuetudines feudales irrationabiles tantum ſeruanda. vbi vigent rationabiles ligāt omnes,non vt dictum Oberti Gerardi,ſed vt ratio ſicut dicta Gratiani in libro decreti,in deciſ 43 nu.13 & 14.

Collatio Pontificis in perſonam notoriè inhabilem à principio non tenet, ſi inhabilitas ſuperuenit ex poſt facto dabitur adiunctus,ſiue coadiutator in ead deciſ.nu.56.

Coloni, & affittatores poſſunt retinere rem melioratam pro expenſis & meliorationibus, in add ad deciſ 44.nu.9.

Conſuetudines varia circa teſtamenti factionem,in deciſ.45. num. 8.

Confeſſus fictè, an poſſit probare contrarium, & an poſſit hoc eius heres, & an bannitus deficiens in purgatione, & an hoc valeant agere poſt ſententiam, & quid de hac re practicetur in Regia Audientia Hiſpania, in deciſ.48 nu.2.3.4.5 & 6.

Confeſſus fictè per contumaciam in ciuilibus, num ſibi præiudicat in criminalibus, in ead.deciſ.nu.7.

Confiteri reus, an teneatur in criminalibus remiſſiuè, in ead.deciſ.nu.8.

Confeſſus fictè poteſt confeſſionem reuocare, in ead deciſ.nu. 10.

Contumax dicitur confeſſus, in add. ad deciſ. 48.num.2.

Confeſſio ficta quomodo purgetur, in eadem addit.nu 3.

Confirmationem contractus pars ſemper petere poteſt in omnibus caſibus, in quibus dubitatur, an poſſit peti infringi, in deciſ. 49. num.4.

Confirmatio ſententiæ peti poteſt,& etiam tranſactionis, & ſimilium contractuum, in ead. deciſ nu.5.

Confirmatio contractus operatur, vt neuter contrahentium poſſit dicere ſe deceptum vltra dimidiam iuſti pretij, in ead. deciſion. num.7.

Contractum confirmatum per decretum nemo poteſt de dolo,vel metu conquarere, in ead. deciſ nu.8.

Contractus ab initio ſunt voluntarij.& ex poſt facto neceſſarij in ead.deciſ.nu. 9.

Commodum ſentiens ex facto alieno præſumitur eiuſdem facti notitiam habuiſſe, in deciſ. 51.nu. 9.

Conſilium Doctoris non attenditur, ſed potius ſententia ſuper eod. facto prolata quando eſt contraria conſilio.in ead. deciſ.nu. 18.

Concubina, an legari poſſit,in add.ad deciſ.52. nu 4.

Compromiſſum adiecta clauſula, vt poſſit arbitrer de iure vnius auferre,& dare alteri intelligitur etiam boni viri arbitrio, in deciſ. 55.nu.6.

Conſenſus partium circa ferias non præiudicat iudicibus,& tectibus in add. ad deciſion. 58. num. 6.

Conſenſus propinquorum requiſitus pro aliquo effectu ſufficit eſſe illorum quibus ſucceſſio defertur ab inteſtato, in addit. ad deciſ. 60. num.primo.

Condemnatus ſimpliciter ad ſeruiendum in triremibus non tenetur ſeruire remigando, ſed militando, & ibi plura de condemnatis ad triremes,in add.ad deciſ.61. nu 9.

Condemnatus ad triremes pro tribus nauigationibus elapſo triennio vnica tantum condemnatione ad nil aliud tenetur,in ead.addit.nu primo.

Conſentire ſi duo tenentur, & vnus diſſentiat iudex poteſt illum cogere, quid ſi patiatur potius ſe excoriari, quam conſentire,in deciſ. 62.nu 2.& 3.

Conſenſus vnius ſi deſideratur, & non vult adhibere ſine legitima cauſa ſuperior, vel po-

teſt

teſt dare licentiam, vel compellet conſentire, fallit ſi requiratur copulatiuè etiam eiuſdem ſuperioris authoritas, in ead. deciſion. num. 4 & 12.

Conſentire ſi recuſat ſuperior nuptijs puellæ, vt ei abſq; hærede morienti ſuccedat poteſt Iudex alium coniunctum remotiorem adhibere, in ead. deciſ. nu. 9.

Conſenſus propinquorum, vt proficiat in caſibus in quibus interuenire debet, qua requirantur, in ead. deciſ. num. 10.

Conſenſus proximiorum in actu ſimulato adhibitus illud non validat, & habetur, ac ſi non interfuiſſet, in ead. deciſ. nu. 11.

Concluſio in cauſa quot modis dicatur facta, in add. ad deciſ. 63. nu. 7.

Conſultor Cappellani maioris licet fuerit conſiliarius non recuſatur, vti ſuſpectus eum depoſito iuxtà requiſitum pragm. Regni, in add. ad deciſ. 66 num. 3.

Conductor poteſt ante tempus exfractationis cogere locatorem ad conficiendum cautelas reconductionis in ead ad deciſ 68. nu. 4.

Correus ex cauſa oneroſa ſoluere coactus à correo ſocio partem pro Rata repetere poteſt, & eo quòd ſi ſit obligatus ex cauſa lucratiua, in add. ad deciſ 69. nu. 78.

Committens plura eiuſdem generis delicta ad eundem finem tendentia ſtante interuallo pluribus penis plectitur. in add. ad deciſ. 90. num. 2. 4 & 5.

Committens plura facta quorum ſingula in ſe continent crimen ſi facta vna ad eundem finem tenderent vnicum delictum dicitur in ead. add. nu 3.

Committens plura diuerſi generis delicta ad eundem finem confunduntur omnia, & maior pena delicti irrogatur in ead. add. nu. 7.

Coniecturis opus non eſt in claris, in deciſ. 86. num. 12.

Colono, & inquilino non datur interdictum vnde vi, & interdictum recuperandæ ſi per vim fuerit expulſus ex ratione, in deciſ. 83. num primo.

Colonus non poſſidet, ſed detinet, in ead. deciſ. num. 2.

Colono, & inquilino non competit interdictum, vti poſſidetis in ead. deciſ. nu. 3.

Colonus cum turbatur implorat officium Iudicis nobile ad finem ne turbetur in ead. deciſ. num. 4.

Conuentus ſuo nomine non tenetur ad cautionem de iudicatum ſoluendo cum declarat, in deciſ. 82. nu. 2.

Contractus, vt teneat reciproca, & mutua debet certitudo, & incertitudo in deciſion. 81. num. 15.

Contrahentibus licet inter ſe decipi, in deciſ. 81. num. 7.

Conuentiones fiunt ex perſuaſionibus, in ead. deciſ. num. 6.

Cæcus, an poſſit retinere feudum, in addit. ad deciſ 79. nu. primo.

Correctio intelligitur iuxta terminos legis correcta, in deciſ. 79 nu. 9.

Confeſſiones receptatorum contra receptantem faciunt plenam probationem cum ampliat, et declarat, in addit ad deciſ. 70. nu. 13.

Conuictus, quis dicatur, in ead add. nu. 9.

Conuictus legitime, quis dicatur in crimine Blaſfemia, in ead. add. nu. 21.

Confeſſus, & conuictus cum qualitate minuente delictum non dicitur legitimè conuictus, in ead. add nu. 22.

Confeſſus ex tortura illata præcedentibus indicijs dum erat inquiſitus de inciſione moneta non appellat, in ead. add. nu. 24.

Confeſſus, & conuictus num appellat, & ibi ponitur obſeruantia S.C. in deciſ. 78. num. primo, & 3.

Cognitio, quæ defertur Iudici laico vigore capitulorum Regni eſt præciſa ſummaria, & extraiudicialis ſuper poſſeſſionem tantum, in deciſ. 77. nu. 21.

Conſanguineus receptans conſanguineum prohibitum non incurrit in pœnam, in add. ad deciſ. 75. nu 9.

Compromictere eſt alienare, in add. ad deciſion. 74. num. 7.

Contractus eſt validus licet fuerit dictum deberi fieri cautelas quamuis non fuerunt facta add. ad deciſ. 72. nu, primo.

Contractus ſi factus eſt ſine ſcriptura ſi deinde aliqua partium compellitur ad confectionem eiuſdem ſcriptura non tenetur ſe obligare cum clauſulis guarentigis, & quomodo procedat, deciſ. nu. 72. nu. 7.

Contractus, qui poſſunt in ſcriptis, & ſine ſcriptis celebrari nunquam cenſentur in ſcriptis confici quamuis partes voluerint agi ſcripturas niſi id expreſſerint, in ead. deciſ. nu. 6.

Contractus quando dicatur in ſcriptis à partibus celebratus cum intell l. contractus C. de fid. inſtrum, in ead. deciſ. nu. 2.

Conſuetudines Neap. comprehendunt etiam caſalia, & diſtrictus, in add. ad deciſion. 71. num. 6.

Creditor habens expreſſam hypotecam, an præferatur dotis poſterioris in bonis quaſitis ante dotalem contractum, in add. ad deciſion. primo.

Creditores hæreditarij coguntur ad recipiendum bona debitoris inſolutum nullo emptore reperto inſtante hærede cum beneficio legis, & in-

& inuentarij, & ibi tempore D. Rouiti contrarium deciſum cum ratione, & traditur veritas ipſius articuli in add. ad deciſion. 7. num. primo.

Crimen dicitur extinctum ob mortem, quæ omnia ſoluit, & nulla pœna in mortuum exequi poteſt alias Iudices, & aſſeſſores, in Syndicatu actione iniuriarum tenentur, in deciſ. 15. num. 3. & 4.

Creditor plus petendo non conſtituit debitorem in mora, in deciſ. 20. nu. 5. & 31.

Creditor petens plus debito priuatur iure ſuo, niſi ante litem conteſtatam deſiſtat etiam dolo per conuentum non probato præſumitur enim doloſe plus petere, in ead. deciſ. nu. 7. 8. 11. & 18.

Creditor tàm ex ſententia, quam præcepto, vel inſtrumento habente executionem paratam pœnæ plus petitioni ſubiacet, in ead. deciſ. num. 14.

Creditor plus debito petens vltra pœnas pecuniarias punitur etiam criminaliter, & extra ordinem crimine ſtellionatus, in ead. deciſ. num. 30.

Creditor petendo plus debito, et reſoluendo contractum diſcedit à fide quo caſu idem debitori licet. in ead. deciſ. num. 34.

Creditor propia authoritate poteſt apprehendere poſſeſſionem rei ſibi obligatæ, & à nullo poſſeſſa pro ſui iuris conſeruatione, in deciſ. 44. num. 5.

Creditor habens bona debitoris hypothecata poteſt illorum poſſeſſionem vacuam apprehendere, in ead. deciſ. nu. 6.

Creditor non impeditur exequi in bonis vſq; ad effectualem ſolutionem licet carcerauerit debitorem vigore inſtrumenti liquidati, in addit. ad deciſ. 69. n. pri. 3. 6. 7. 26. 28. et 37.

Creditor eligens vnam rem, an poſſit variare, in add. ad deciſ. 69. nu. 12. 13. & 14.

Creditor quando non poteſt variare in ead. add. num. 15.

Creditor vigore inſtrumenti liquidati, tàm ex illius clauſulis, quàm iuris diſpoſitione, & perſonalem compulſionem, & exequutionem in bonis ad libitum exercere poteſt, in ead. add. nu. 51. 52. & 53.

Creditor dum non habuerit inſtrumentum publicum, ſed tantum apocam priuatam, vel teſtes, an poſſit cauſam ſui debitoris fugæ ſuſpecti, in addit. ad deciſ. 82 nu. 9.

Craſſatores ſtradarum in actu craſſandi reperto, & furantes de nocte poſſunt impunè occidi, add. ad deciſ. 78. nu. 16. & 15.

Crimen læſæ Maieſtatis dicitur propriæ commiſſi in quolibet ex capitibus à iure diſtinctis 13. pœna nõ diuerſitas aſſignetur, in deciſ. 75. nu. 5.

Cumia affert nouem fundamenta pro ead. opinione, in deciſ. 36. num. 27.

Culpa non eſt eius qui naſcitur de adulterio, ſed illius, qui generat, in add. ad deciſ. 47. num. 15.

D

Datio inſolitum certæ rei eſt emptio, in deciſ. 3. nu. 2.

Datio inſolutum facta pro maiori quantitate debiti, an vitietur in totum, in ead. deciſion. num. 3.

Dationis inſolutum materia aliquæ enuntiantur, in add. ad deciſion. 7. nu. 3.

Damnatus ad triremes pendente appellatione non debet micti ad triremes, in add. ad deciſ. 15. num. 14.

Dationis arrarum, & pœnæ promiſſionis ratio differentiæ, in deciſ. 19. nu. 16.

Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi, & non alijs eſt imputandum, in deciſ. 20 nu. 6.

Damnum dicitur, tàm illud, quod patrimonium lædit, quam voluntatem, & affectionem, in deciſ. 29. num. 15.

Debitoris res queſita poſt obligationem generalem non aliena dicitur, ſed propria, & venit veluti à principio ſub onere dictæ obligationis, in deciſ. prima nu. 32.

Deſcendentes à primo inueſtito debent reinueſtiri, & alijs præferri, in deciſ. 5. num. 9.

Deciſ. S. C. text. in l. ne cui facere diſpoſitionem vniuerſalem, et l. congruit cum l. ſequent habere locum limitatiuè in caſu ſpeciali in conductore fiſcalium, in ead. deciſ. num. 24. & 26.

Debitor admictitur ad ceſſionis beneficium, etiam ſi ſtatuto caueatur inſtrumenta guarentigiata exequi debere, tam via carceris, quam alia quauis via melius viſa creditori, in deciſ. 7. num. 52.

Decurionatus dignitas patri ſupueniens prodeſt filio ante decurionatũ nato, in deciſ. 10. nu. 4.

Delictum grauiſſimum ſibi mortem inferentis eſt, in quod multæ alia pœnæ locum habent, in deciſ. 15. nu. 10.

Delicta enormia, atrocia, & quæ atrociſſima dicantur, in add. ad deciſ. 16. nu. 16.

Delictum ab inimico commiſſum proditorium non præſumitur, at bene doloſum, & inſidioſum, in deciſ. 16. nu. 8.

Denuntiatio, an requiratur cum per Proregis diſpenſationem abbreuiatur anni tempus ad foriudicandum, in deciſ. 17. nu. primo, & 8.

Defenſio quando dicatur facta incontinenti, vel ex interuallo, in deciſ. 18. num. 3.

Debitor, & creditor ſunt correlatiua, & poſito

vno ponitur alter, & diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in altero, in deciſ.20.nu.4.

Debitor partis, à quo creditor petit totum, licet ſciat debere partem excuſatur à mora eod. dec.20.n.15.& nõ tenetur niſi ad partem,& poterit tãtũ negare in iudicio,et iuſtè litigare, niſi creditor offerat ſeparatũ recipere partẽ, in ead. deciſ.20. n. 15.16.17.18.23.& 25.

Debitor negans totũ nullam pœnam meretur, nec tenetur offerre partem, nec deſiſtere, & contra creditorem non offerentem ſeparatam recipere partem præſumitur nolle recipere,& iura omnia antiqua, & noua deteſtantur cõtra petentes plus debito,in ead.dec.n.25.& 27

Debitor, cui fuit plus debito petitum non tenetur partem offerre,nec deſiſtere, in ead.deciſ.nu.9.

Decreta quod priuilegiatus petat beneficia debent eſſe cum clauſula, alias ſit præcluſa via, vt ipſos excludant poſt dicta decreta in deciſ.21.num.12.

Delicta puniri Reipub. intereſt, & eius fauore, ne delicta remaneant impunita ſit extenſio, in deciſ.23 num.11.

Deciſ.S.C.vt interdicta propria patria ob exilium cenſeantur quoq; eſſe interdictum eius territoriũ,& diſtrictus, in ead.dec.nu 13.

Deciſ. S C.ad relationem meritiſſimi,& eruditi D. Reg. Caroli Tappia collegæ D. Authoris, in deciſ.27.nu.16.

Debitor elapſo biẽnio de iure canonico opponere poteſt exceptionem non numeratæ pecuniæ,ne veritate inſpecta ſit in damno, in dec.29.n.8.

Deſerens prouinciam, Principe inſcio reus eſt Maieſtatis, idem in officiali,qui ab officio recedit ante tempus ſindicatus, quod pœna capitis plectatur,idem in duce eſercitus, in deciſ. 30.nu.3.4.& 5.

Deciſ. S.C.contra Vniuerſitatẽ nominantẽ ærarium minus idoneum, in deciſ.31. num. 9.

Deciſiones non debent edi abſque rationibus,in deciſ. 36.num.5.

Deciſio pro ſecundo genitis edita per cap. fuit præuio reſcripto Caroli V. Imperatoris, in ead. deciſ. nu. 24.

Deciſ. S. C. in linea collaterali non deberi vitã, & militiam,in ead. deciſ.num.41.

Deciſ.S.C.in caſu præmiſſo, in deciſ.40. num.6. & 12.& 16.

Deciſ. in hoc caſu in audientia Granatenſi, & Catalumnia,in ead.deciſ.nu.4.& 5.

Declaratio principalis peti poteſt poſt concluſum, & ibi quæ poſſunt fieri poſt concluſionem,in add. ad deciſ. 41.nu.5.

Deciſ. S. C. hæredem decedentis in aliqua Prouincia huius Regni non habere niſi trimeſtre ad conficiendum inuentarium, quia non ſunt Prouinciæ, de quibus ius commune intelligit,in deciſ.42.num.10.11.& 12.

Deciſ. §. mutus, barbara, irrrationabilis reſpuenda,per quam multa iura feudalia æqua, & rationabilia corrigerentur, Rubr. non congruens,& ex errore compilatorum ibi poſita,in deciſ.43.nu.12.17.& 18.

Decretum omnem fraudem ſuſpictionis abſtulit cum ampliat.& declarat. in add.ad deciſ.44. num.2.

Decretum, vt operet multa requiritur, in ead. add.num. 5.

Decretum abſque cauſa interpoſitum non tenet in ead.add.num.6.

Depoſitionem teſtis dicentis ſcire contractum factum, quia vicinus, vel coniunctus nõ concludere,in deciſ.51.num.13.

Depoſiti loco in triremibus damnare non permictitur,in add ad deciſ.6. nu.7.

Depoſitio principalis ex communi practica S.C. in qualibet iudicij parte peti poteſt, in deciſ. 63 num.1.

Depoſitio principalis, ſiue interrogatio inuenta eſt, vt reus ab onere probandi releuetur calumnioſè tamen petita denegatur, & quando petentem non releuat, in ead.deciſ. num.2. 3.9.& 4.

Depoſitio principalis ſi conceditur terminus currere non poteſt,& quare,in ead. deciſ.nu. 8.& 10.

Debitor quando condemnari poſſit abſq; nouo proceſſu, & inſtantia facta, in add. ad deciſ. 65.num.1.

Deciſ.de Franch.278. quomodo intelligatur, in deciſ.68.num.3.

Debitor in promptu probans eius exceptionem aduerſus inſtrumenti liquidationem impedit carcerationẽ,ſecus ſi ex interuallo,in add. ad deciſ.69.num.57.

Depoſitio principalis peti debet illico dato termino in deciſ.63.num.11.12.13.& 14.

Debitor ſi in actu interrogationis inſtrumenti confitetur illud ibiq, contenta eſſe vera, & ſi dicat ſe ſatisfeciſſe ſtatim cauſam in vinculis etiam ex internallo debet dicere, in add. ad deciſ.69.num.44.45.46.& 47.ſicq; ſi voluerit de falſo inſtrumentum redarguere nu.44.

Debitor intentans præuentionis iudiciũ,& ommictens præſtare cautionem,an eius ommiſſio annullet præuẽtionẽ, in add.ad dec.69.n.24.

Debitor volens præuenire,quæ debeat facere, in ead.add.num.23.

Depoſitum facere, & ſe in carcerem mancipari ſunt exequata ad impediendã bonorum exequutionẽ,vel venditionẽ, in ead.add.nu.66.

Debitor in vinculis conſtitutus in cõtinenti,vel ex interuallo audire debet, in ead.add.nu.70.

I N D E X

Aſſenſus, an poſſit impetrari viuo venditore poſt mortem emptoris, & quid è contra, an impetrari poſſit mortuo venditore, in deciſ. 2. num. primo, & 2.

Aſſenſus poſt mortem non impetratur abſq; nouo conſenſu diſpoſitiuo haredis in ead. deciſ. n. 3.

Aſſenſum non eſſe impetratum, vel inualide, paria ſunt in ead. deciſ. nu. 5.

Aſſenſus an impetrari poſſit poſt mortem venditoris, cum opinione Regentis Villani, in ead. deciſ. num 7.

Aſſenſus impetratus poſt mortem fauore dotis in ead deciſ. num. 8. & 9.

Aſſenſum poſſe impetrare mortuo emptore iuxtà opinionem Paridis de Puteo, quam ſequutum fuit S.C. in ead deciſ. num. 11. & 14.

Aſſenſus impetratus in alienatione, vel obligatione feudi poſt mortem non tenet abſq; nouo conſenſu hæredum defuncti cum ratione, & ampliat, in add. ad deciſ. 2. nu. primo.

Aſſenſus qua de cauſa requiruntur in alienat. feudorum in ead. add nu. 2.

Aſſenſus eſt mera gratia, in eadem addit. nu. 4.

Aſſenſus propriè à Rege praſtantur in feudis titulatis in ead add. num. 7.

Aſſenſus materia eſt rigoroſa in ead. addit. n. 10.

Aſſenſus praſtantur poſt mortem fauore dotis ſecus in anteſato & ibi enunciatiuè differentia dotis, ab anteſato remiſſiuè in ead. addit num. 11.

Aſſenſus hæredis non cenſetur datus dum ab eo non ſupplicatum pro aſſenſu Regio, in ead. add. num. 12.

Aſſenſus nouus an requiratur ſi interim vnus ex contrahentibus aſſenſum impetrans decedat in deciſ. 3. num. 13.

Aſſenſus eſt expediendus infra quadrimeſtre poſt contractum, in deciſ. 3. nu. 6.

Aſſenſus requiritur in prorogatione pacti de retrouendendo in ead. deciſ. nu. 7.

Aſſenſus difformis à contractu non valet in ead. deciſ. nu. 9.

Aſſenſus dicitur ſubreptitius, & nullus non expreſſis pactis ſubſtantialibus in ead. deciſ. num. 10.

Aſſenſus ſuper conditione, & non ſuper pacto de retrouendendo, eſt nullus etiam ſi venditor renunciauerit pacto de retrouendendo, in ead. deciſ. nu 11. & 12.

Aſſenſus in beneficium ſecundo geniti corruit non facta mentione quod extabat primo genitus in ead deciſ. nu. 13.

Aſſenſum nullum non conualidat gratia de anno 1569. in ead deciſ. nu. 21.

Aſſenſus regiſtratio infrà annum debet fieri, et intra biennium ex gratia conceſſa Neapolitanis hodie in add. ad deciſ. 3. nu. primo,

Aſſenſus expeditus, per verbum fiat reſoluitur ſi nõ regiſtratur cum ratione in ead. add. n. 1.

Aſſenſus non extenditur de contractu ad contractum, de tempore ad tempus, nec de re ad rem deciſ. 67. nu primo, & in add nu. 2.

Aſſenſus non extenditur ad contractum etiam finalem. & habentem eandem rationem niſi expreſſe dicatur in ead. deciſ. nu. 2.

Aſſenſus nõ extẽditur ad pactũ de retrouẽdendo in eod. contractu appoſitũ in ead. dec. n. 4.

Aſſenſus vbi ſumus in connexis extenditur de vno ad alium in ead. deciſ. nu. 5. & 7.

Aſſenſus ſuper venditione facienda non extenditur ad factam, in addit. ad deciſ. 67. nu. 2.

Aſſenſus praſtitus ad ſortem principalẽ non extenditur ad intereſſe in ead. add. num. 3. ibi ad intereſſe, quod ex mora reſultauit.

Aſſenſus praſtitus pro reſtitutione dotium, & anteſati in caſu ſoluti matrimonij, & in omnem caſum reſtitutionis comprehendit, et extenditur ad caſum aſſecurationis dotiũ cõſtãte matrimonio ob inopiã viri in ead. add. n. 4

Aſſenſus vt obtineatur debent omnino exprimi, quæ poſſunt mouere principem ad concedendum, vel non concedendum, vel difficilius concedendum. in ead. add. num. 6.

Aſſenſus tanquam gratia conceditur, vel denegatur in ead. add. nu. 7.

Aſſenſus ſuper quibuſcumque alienationibus proreges praſtare non poſſunt pro vt ante prag. delli 9 cap. in ead. add. num. 10.

Aſſenſus quod intelligantur prohibiti in ead. add. nu. 11.

Aſſenſus datus per capitulum Regni reſtitutioni dotis procedit etiam in aſſecuratione, & alijs caſibus paribus in deciſ. 74. nu primo.

Atrium eſt pars Eccleſia nu. 8. & dicitur ſanctum in deciſ. 37. nu. 9.

Atrienſee, qui contra Accurſium ex Alciat. in ead. deciſ. nu. 12.

Atrium quid ex ſeſto in ead. deciſ. nu. 14.

Atrium, & ſepta Eccleſia gaudent eodem beneficio quo Eccleſia in ead deciſ. nu. 17.

Authores citantur qui poſuerunt materiam regiſtrationis aſſenſuum in quinternioribus R. C.S. & ibi plura, & ad quem finem regiſtratio ſi facienda, & ſi omnes aſſenſus regiſtrari debeant in add. ad deciſ. 3. nu. 3.

Author de Angelis compoſuit pratum ſuper Codicem in add. ad deciſ. 15. nu. primo.

Audientia teſtium commictitur arbitrio Iudicis, & ibi de laudibus Baldi *nu. primo, et audientiã dari in repulſa, in add. ad dec. 27. n. 2*

Audientia teſtium reprobandorum ex diſpoſitione ritus M.C. non commictitur etiam ſenum, & valetudinariorum, & quod hoc fuerit antea obſeruatum in deciſ. 27. nu. 1. & 3.

Audientia commiſſa Capitaneo ſi alteri poſſit ſubdelegari in add.ad deciſ.27.num.4.

Audientia teſtium committitur ad inſtantiam Neapolitanorum ordinarijs locorum nõ examinatorum extra Ciuitatem eſt declaratione in add.ad deciſ.27.nu.8.& 9.

Author de Angelis ſequitur ordinem prati ſui ſuper Codice in add.30.num.5.

Augmenta, quæ accreſcant feudo in addit. ad deciſ.32.num. 5.

Authent. Res, quæ) non habet locũ in fidei cõmiſſis relictis à collaterali in deciſ.36.n. 38.

Authoritas S.C.ſimilis eſt præfecto prætorio in addit ad deciſ.49.num.3.

B

B*Art.Cepoll.in conſ.27.improbatur, & declaratur, in deciſ.4.nu.40.45.& 48.*

Bart.dictum in l.1,§.permittitur ff. de aqua quotid.et æſti.) quod ſit iniuria veteribus cõductoribus tantundem offerentibus ſi repellantur eſt communiter receptum in conductore ad longum tempus, & emphyteuta, in deciſ 5.num. 21.

Baſtardi non dicuntur de domo patris, in add. ad deciſ.10.nu.5.

Baſtardi nonnulli virtutis inſignes, & mirificæ fortunæ floruerunt in addit. ad deciſ.10. num. 8.

Baſtardi non dicuntur de domo patris cum pluribus ampliat.& ibi quid in legitimatis, in ead,add num.9.

Bannitus durante tempore banni mortuus in loco banni ſepelliri non poteſt in add. ad deciſ.16.num.6.

Bal.doctrina in cap.1.§.fin.quæ fuit prim. cau. ben.am.num. 5. allegatur, quod donatio ex defectu aſſenſus ſic reſoluta, nec teneat, & ob dictam clauſulam, nec aliter, nec alio modo, quæ liberat à caducitate, præter, vt ad æſtimationem non teneatur, in deciſ. 22. num. 3. & 4.

Bannitus à territorio, & diſtrictu, an cenſeatur bannitus à mari ibi adiacenti ia add. ad deciſ.23.nu.5.

Bannitus, vt incurrat in penam banni debet eſſe captus in loco prohibito in ead. addit. num.6.

Banniti, qui piratis peiores ſunt exiſtentibus prouincia deſtra augetur, in deciſ. 30. num. 9.

Bartholomei de Capua notabilia verba in capitulo Regni Terrerij pro Barone, in deciſ. 31.num.2.

Bartolomeus de Capua laudatur, & eius virtutes recenſentur.in deciſ.35.num.3.

Bald.Afflict.opinionẽ ſequitur ex eo, quod vita, & militia debeatur loco portionis, à qua excluditur ſecundo genitus, in deciſ.36.n.12.

Bancherij publici foro cedentes, & in termino pragmatica non comparentes habentur pro foriudicatis, in deciſ.80.nu 2.

Bancherius decoctus etiam vitio fortunæ, & facto miniſtri banci foriudicatur, in add. ad deciſ.80.num.12.

Beneficia reſtitutionis in integrum hodie paſſim conceduntur in S C. (licèt olim fuiſſet obſeruatum) & ſic deciſum nu.primo. vt num. 8. & 11.Minadois deciſ. 15. perpenditur, & Doctrin. Andr.in Conſt.obſcuritatem in deciſ.21.num. 2.& 4.

Beneficia conceduntur etiam introducta cauſa, & ibi recenſentur deciſiones receptiſſimæ S.C.pro veritate, in add.ad deciſ.21.n.primo.

Beneficia poſt 30. dies à die concluſionis intimata non conceduntur in ead.add.nu. 2.

Beneficia ex cauſa conuentionum, in ead. addit, num.6.

Beneficia, quæ ſint, quibus, & quando dentur, & ſi poſt inſufflationem ſpiritus dentur, in ead.addit.num.7.

Beneficia hodie, quo tempore concedantur, & peti poſſunt, in addit.ad deciſ.40.nu. 11.

Beneficium alicuius ſi ſit vnitum, & ille poſtea aliquid faciat in Eccleſia vnita non interuertit poſſeſſionem rectoris, in deciſ 67.nu.7.

Beneficium per vnum petitum eſt commune alteri iuxtà pract.S.C.in deciſ.85.num.primo.

Beneficia iure ſpetiali alicui competentia non poteſt quis cogi petere, in addit ad deciſ. 85 num primo.

Beneficia quo tempore petuntur in ead. addit. num.4.

Bona Eccleſiæ, an poſſint alienari pro redemptione eorum, qui prauis moribus, vel eorum culpa in paupertatem inciderunt in deciſ.4.num.2.

Bona defuncti, an tranſeant affecto onere illo, & hypotheca de non dando inſolutum in deciſion.7. num.42.& 43.

Boues aratorij, & alia ad fundi inſtructionem, & culturam parata, & deſtinata veniunt in ipſius conceſſione, vel venditione, in deciſ. 32.num.10.

Bonus quandoq; dormitat homerus in deciſ. 86. num.6.

Bonorum appellatione venire ea pro quibus habemus actionem, & exceptionem, in deciſ.88.num.7.

Bucciariæ non poſſunt fieri intus Ciuitatem, in addit.ad deciſ.54.nu.12.

C

CArcerari, & captiuari apud hoſtes, an ſit differentia. in deciſ.4.num.19.

Carceratorum liberatio, pia cauſa eſt in ead. deciſ.num.30.

Caſus, in quibus mulier non iuuatur Velleiano vſq; ad finem, in addit. ad deciſ.4. num.15.

Camera Regia hodie liberat gabellas plus offerentibus, & aufert prioribus, niſi plus offerant, in deciſ.5.num.27.

Cadauer famoſi delinquentis mortui, appellatione pendente à ſententia condemnatoria ad mortem, & ad raptandum, nec raptari debet, nec ſuſpendi, nec aliter ſententia executioni demandari, in deciſ.15.nu primo.

Cadauer, quia anima, & ſenſu caret, & pœna capax non eſt. quia ſenſum doloris non habet pœnis i non ſoles in ead. deciſ.num. 24.

Cadauer poſt mortem quando puniatur ex ratione, in addit ad deciſ.15.num.2.

Cadauera cum pompa ad Eccleſiam debent deferri cum ſonis, & cantibus pſallentium, in ead.add.num.3.

Cadauer famoſi delinquentis pendente appellatione fuit raptatum, in ead. addit. num.11.

Cauſa vna finalis, ſeu ratio ſi ceſſet, & altera æquè finalis remanet, valet diſpoſitio, in deciſ.16.num.15.

Cauſæ excuſantes pacti in obſeruantiam ſunt infirmitas aeris intemperies, et ſuperuenientes inimicitia, in deciſ. 19.num.13.

Cautio præſtita de parendo mandatis S.C. per debitorem importat de ſoluendo caſu, quo ſuccumbat, & tenetur ſoluere, vel dicere cauſam in vinculis, in deciſ.20. num.13.

Cautela pro creditore petente plus, quando debitor confitetur partem, vt offerat ſeparatum partem recipere, vt tunc conſtituat debitorem in mora illam partem non offerentem, in deciſ.20.num.17.18.& 22.

Cam. in cap. Imperialem ſecundo loco allegatus pro alia parte circa clauſulam non aliter, nec alio modo, an proſit ne debeatur alimatio, remittit ſtudioſis diſtinguendum in deciſ.22.num.4.

Carauita Fiſci Patronus in audientia principatus citra, malè teſtatur de obſeruantia S. C. & M.C. vbi neque, vti Iudex, nec vti Aduocatus vnquam interfuit, in deciſ. 27. num.6.

Cardinales tenentur reſidentiam facere, in add. ad deciſ.30.num.8.

Caſtrum ædificatum in Villis, & Terris Baronum eſt feudale, & vendita, vel conceſſa Villa venit Caſtrum in illa exiſtens, in deciſ.32.num.1.& 7.

Caſtella plumbea putealia, epiſtemia, fiſtulæ, applibata, et quæ terra cōtinentur, quā vis non affixa, veniūt fundo vēdito in ead. deciſ.n.6.

Caſtrum non eſt quid ſeparatum à feudo, & terra, ſed faciunt vnum corpus, & ibidem deciſ.S.C. in ead. deciſ.num. 15.

Caſtrum quomodo ſit ſubcomitatu, in addit. ad deciſ.32.num.6.

Caſtrum vendens cum iuriſdictione cenſetur vendidiſſe omnia pertinentia ad caſtrum, in ead.add.num.7.

Campus Martius Baſilica forus ſimilia, neque ſunt in commercio Principis, quia de illis diſponere non poteſt in deciſ.35.nu.32.

Cap. regni conſiderantes proroga uit ſucceſſionem feudorum in linea collaterali, in deciſ. 36 num 19.

Camer poſt Iſern primum locum obtinuit in interpetratione feud in ead. deciſ.num. 83.

Capicius cur omiſerit afferre rationes deciſ. ſuæ 211 in ead.deciſ.num 97.

Capicius deciſ.211. fuit reiecta, quia contra caſum legis, & contra reſcriptum Imper. in ead. deciſ.num.95.

Carolus Imperator V. remiſit S. C. articulum vitæ militiæ in linea collaterali cum clauſula. dummodo non fieret extenſio ad conſtitutiones, in ead. deciſ.num. 96.

Caſalia tenentur contribuere in expenſis factis per vniuerſitatem, in addit. ad deciſ. 38. num.2.

Cautela practicorum enuntiatur, quando fit cōcluſio, ad finem vt poſt eam poſſint produci ſcriptura in addit ad deciſ 41.num.6.

Cauſa quoties reducitur ad non cauſam, etiam ſequuta ſolutione condicitur, quod datum eſt, in deciſ.43.num.7.

Camerarius poſt Andr. primus feudorum interpres, & Floccarus eius diſcipulus, & in lectura feudorum ſucceſſor defendunt primam opinionem d.c.1.mut.num.37. ipſarum vltimam præualere in plurium opinionum conflicta, & in deciſ.43 .num. 40.

Cannetius Camerarij, & Floccari mutilator perperam illos impugnat, ac malè ponderat text.l.qui filium §.Sabinus, & ibi Accurſius ff ad Trebell. capiendo ſententiam Principis pro opinione, in ead.deciſ.num.37.38.& 39.

Cauſa, quæ prodeſt, attendenda eſt, ſi concurrit duplex cauſa nociua, & proficua, in deciſ.44.num 9.

Caſus, quibus ſola electio abſq; confirmatione, vel ipſa confirmatio tribuit ius remiſſiuè, in deciſ.49.num.6.

Cautela

Digitized by Google

Cautela abbundans eſt ſuſpecta, & facit dolum præſumere, in addit ad deciſ.49. num. 7.

Caſus, in quibus datur actio aduerſus hæredes inſolidum in addit. ad deciſ.50. num. 2.

Cardinales deponentes abſq; iuramento regulariter non probant, & deciſ. cauſa per S.C. in fauorem conuentorum in deciſ.53. n.9. et 10.

Carauita non potuit teſtare de praxi, quia nunquam fuit in noſtris Tribunalibus, in add. ad deciſ.53. num.6.

Carolus de Tappia Regens. R. C. laudatur in add. ad deciſ.66. num.2.

Carolus de Tappia inter ſcribentes obſeruandus, in add. ad deciſ.68 nu 3.

Carcer non ſoluit, ſed burſa cum deciſ. S.C. in add. ad deciſ.69. num.2.

Carcerato debitore non debet contra ipſum ad bonorum exequutionem, ſiue venditionem procedi vigore inſtrumenti liquidati in add. ad deciſ.69. num 58.

Carauita parum de prax. M.C.V. ſciuit. in addit ad deciſ.69. nu.18.

Cauſa falſitatis orta in ciuili, an faciat ſuperſedere eam in add. ad deciſ.86 nu.16.

Cautio de iuditio ſiſti, & iudicatum ſoluendo ad quid fuerunt inuentæ in addit. ad deciſ. 82. num.11.

Captura infert. præiudicium irreparabile, in addit.82. nu 8.

Cautio de iudicatum ſoluendo datur ne ſententia ſit eluſoria cum pluribus ad tractationem in add. ad deciſ. 82. num.3.

Cautio de ſtando iuri præſtatur ad finem, vt conuentus ſiſtet in iuditio. in ead. add. nu.2.

Cauſa contractus colligitur ex narratione facta in principio, & proemio inſtrumenti, in deciſ.81. num.14.

Cauſa ceſſante ceſſat volitas, in ead. deciſ. n.10.

Cauſa eſt Regina voluntatis, & ea in contractibus conſideratur in deciſ.81 num.9.

Cauſa ſanguinis excludit omne dolum, & culpam in ead deciſ num.8.

Camillus de Medicis laudatur, in addit. ad deciſ.79 num.2.

Cap. frequens, & ineffrenata declaratur per cap. conſtitutionem 148. in ordine in add ad deciſ.78 num 3.

Cap frequens declaratur, quando depoſitiones ſociorum ſunt Eliſa, & non integræ in ead. addit. num.7.

Cap frequens, & ineffrenata declaratur, quando perſona nominata non eſt leuis, & infamata vita, in deciſ.78 num. 7.

Cap frequens, & ineffrenata ad quem finem fuit latum. in ead. deciſ. num. 6.

Caſalia an cenſeantur dannata, dannata Ciuitate, in add. ad deciſ.71. nu.36.

Caſtra, vel villæ, an veniant appellatione Ciuitatis ibid. nu.15.

Caſtri, & Ciuitatis appellatione, an veniat totum territorium ibid. nu.14.

Cautela abbundans nocet, in add. ad deciſ. 72. num.2.

Caſalia Ciuitatis, quæ ſint ibidem, num. 13.

Caſalia quando veniant appellatione Ciuitatis ibid num.12.

Caſalia quando præſumantur, quid ſeparatum à Ciuitate. ibid. nu.11.

Caſalia vtuntur eiſdem priuilegijs Ciuitatis ibid. num.10.

Caſale ſemper currit cum Ciuitate. ibid. nu.7.

Caſalia tenentur contribuere in expenſis publicis, quas fecit Ciuitas ibid. nu. primo.

Caſalia gaudent priuilegijs Ciuitatis licet fuerint diuiſa quo ad iuriſdictionẽ, ibidem, n 2.

Capita latronum, & publicorum delinquentium, in actu capturæ, vel aliàs occiſorum in publico deferuntur ad aliorum terrorem ob eorum in Regno frequentiam, & copiam in deciſ.15. nu.12. & 13.

Cenſus lite pendente ſuper reſciſſione contractus ſumuntur, & quomodo in add. ad deciſ 65. num 6.

Cenſus impoſitio, an cenſeatur probibita, dum fuit probibita alienatio, in add. ad deciſ.74. num 7.

Citatio pro homicidio proditorio ad informandum, an ſit nulla ſi adſit homicidium, licet non ſit proditorium, & deciditur, in deciſ. 16. num. primo. & 12.

Circunſtantia alterat delictum in deciſ. 16. num.13.

Citari, vt quis poſſit de delicto cum qualitate, qualiter de illa qualitate conſtare debeat.

Citandi ius, & praxis in regno, & in criminalibus, & quid ſi ad foriudicandum in deciſ. 17. num.12. & 13.

Citatio ad capitula eſt præambula ad ſententiam foriudicationis, & ibi quomodo debeat ipſa fieri remiſſiuè, in addit. ad deciſ. 17 num.5.

Citatus ſuper tenore inſtrumenti non poteſt audiri etiam per viam grauaminis in S. C. niſi præſtita cautione de parendo mandatis S.C. in deciſ.20 nu.12.

Ciuitas Romana ſola habet reſtitutionem iure minoris, aliæ verò vniuerſitates omnes reſtituuntur iure maioris ex clauſula generali, quando ſunt paruæ, ſed quæ reguntur per Sindicos æquiparantur Reipub. Romanæ in deciſ.21. num.9.

Ciuitate probibita non cenſentur probibita ſuburbia prout è contra patria probibita, & Terra conceſſa, quæ veniãt, in add. ad deciſ. 23. nu 2. & 3.

Digitized by Google

I N D E X

Ciuitatis noſtræ mos, vt in 4. die Maij quilibet reperiatur in domo nouiter conducta enuntiatur, in add. ad deciſ. 68. nu. primo.

Ciues de caſalibus Neap. trahunt, et non trahuntur prout ipſi Neapolitani, in add. ad deciſ. 71. num. 8.

Ciuitas, & caſalia poſſunt cogi ad emendum frumentum Ciuitatis ſi merces ſint, nec reperiuntur emptores, in deciſ. 71. nu. 4.

Citatus ſuper tenore inſtrumenti infirmus, vel abſens debent Procuratorem mittere ad ſe excuſandum in deciſ. 9 nu. 6.

Clauſula feudi natura in aliquo non eſt mutata de forma Cancellaria in deciſ. 3. nu. 14.

Clericus proditor qua pena puniatur, in deciſ. 6. num. 11.

Clauſula prædicta, nec aliter, nec alio modo ſecundum Bart. inducit formam, & ſolemnitatem, importat neceſſitatem, & ſunt verba præciſa, & taxatiua, & faciunt deficere conſenſum num. 5. & de veritate in deciſ. 22. num. 33.

Clauſula addita in præcedentibus cenſentur repetita in ſequentibus vnica ratione comprehenſis, in deciſ. 23. num. 4.

Clerici ſicuti non ligantur iuribus volentibus pænas conuentionales exigi poſſe ab eis per alios, ita nec, vt per eos ab alijs exigantur, in deciſ. 38. num. 2.

Clauſula in contractu affictus (quod plus valet donat) conductorem in caſu enormiſſimæ leſionis non iuuat ex ratione in deciſ. 63. num. 6 & 7.

Clericus allegans ſuſpectionem Iudicis laici, an ſeruata forma pragm. teneatur facere depoſitum in add ad deciſ. 66. num. 6.

Clauſula quo ad expreſſa tantum non excludit ea, quæ inſunt, & ſunt connexa in add. ad deciſ. 67. num. 6.

Clauſula vna via electa, quid operetur, & quomodo declaretur, in add. ad deciſ. 69. num. 5. & 8.

Clericus perueniens, eius debitorem in Curia Laicali, an teneatur ibi præſtare cautionem, & ibi plura de præuentione, in add. ad deciſ. 69. num. 15.

Communis opinio non ex numero dd. conſtat, ſed ex pondere rationum, & authoritatuum, in deciſ prima num. 18.

Communis opinio contraria pro qua queritur ratio aut tex. eius non ſatis bene reſpondetur communi præualeri debet, in deciſ. prima num. 18.

Commercia hominum publicè intereſt non prohiberi, ſine quibus Reſp. ſtare non poteſt, ſed ampliari, in deciſ. prima nu. 58.

Conſtitutionis dua memoria beneficium eſſe commune emptori, & venditori, in deciſ. 2. num. 12.

Contractus, vbi eſt nullus pro defectu aſſenſus, eſt nullus pro vtroq; in deciſ. 2 num. 11.

Conſenſus tranſlatiuus hæredis, an ſufficiat, vel requiratur diſpoſitiuus in deciſ 2. num. 15.

Confirmatio, an retrotrahetur ad tempus actus confirmati, & rebus in eodem ſtatu manentibus, in deciſ. 3. nu 16. & 17.

Correlatiuorum vna æqualis natura, in deciſ. 4 num. 8.

Correlatiuorum priuilegium debet eſſe reciprocum, in deciſ. 5. nu. 9.

Conductores veteres tantundem offerentes, ex diſpoſitione l. congruit, & l. ſeq. nouis ſunt præferendi, in deciſ. 5 nu. 3.

Conductores fiſcalium non gaudent priuilegio tacitæ reconductionis, ſed tantum priuatorum, ideo per l. congruit priuilegiantur in prælatione offerentes tantundem. & in multis differant à priuatis, & pro inde diſpoſitū in illis non eſt trahendum ad iſtos, nec è conuerſo, in deciſ. 5 nu. 14. 15 & 16.

Conductor antiquus, an præferatur nouo cōductori ex ratione in add ad deciſ. 5. num. 1. 2. & 3.

Conductor antiquus non præfertur ſecundo etiam in prædio ruſtico, & declaratur Afflicti deciſ. 238. in ead add nu. 5.

Conductor primus etiam ſi rem conductam melioraſſet adhuc non præfertur cum ampliat. & limit. in ead. addit. numer. 6. 7. & 8.

Conductor primus, an præferatur in prædijs Eccleſiæ ſecundo in ead. add. nu. 11.

Conductor negando rem reſtituere dicitur dominum ſpoliare, in ead add nu. 14.

Conductor antiquus perſona miſerabilis, an præferatur nouo conductori, in ead. addit. num. 15.

Conceſſio cum ſit alicui ex agnatis, etiam quod non eſſent deſcendentes primi inueſtiti, tunc anno durat facultas petendi renouationem, in deciſ. 6. nu. 18.

Conditiones obligationum, an immutentur ex hæredum perſona, in deciſ. 7. numer. 33. & 34.

Commodum ſentiens debet pariter incommodum ſentire, in deciſ 8. nu. 6.

Condictio remittendi dicitur indiuidua etiam in ſeparabilibus in deciſ. 11. nu. primo.

Conditiones & pacta in remiſſione appoſita, an reijciantur, & quomodo procedat num. 4. in in ead. deciſ. num. 12. & 13.

Conditio appoſita in acceptilatione inquid reſoluatur, & quæ conditio in ea remaneat num intrin-

intrinſeca, vel extrinſica, & nu. 17. vbi multa non inutilia, in ead. deciſ. nu. 15.

Conditio appoſita in exequutione actus non inducit formam in eodem actu in ead. deciſ. num. 23.

Conſtitutio Regni pœnam eorum explanatur, in deciſ. 13. nu. 5.

Conſuetudo, quæ viget contra communem dd. opin. in deteſtationem delinquentium eſt toleranda, in deciſ. 15. nu. 6.

Confirmatum vires accipit à confirmante in ead. deciſ. nu. 23.

Corpora inſignium latronum poſt mortem puniuntur, in addit. ad deciſ. 15. nu. 8.

Contumacia accuſantur per accuſantem, vel Fiſcum in add. ad deciſ 17. nu. 6.

Conditio ſiue pœnalis ſtipulatio per quam ius libertatis infringitur, nec in legato, nec in matrimonio ſeruanda, nec inter contrahentes, nec inter eorum conſanguineos, etiam quod pœna ſit modica, & quia contra bonos mores, in deciſ. 19. number. 8, 9. 10. 11. 14. & 15.

Conſenſus uxoris diſceſſui non excuſat contrauenientem, vbi pacto ſubſcripſerat ſe, in ead. deciſ. nu. 25.

Contractu reſoluto non debentur amplius vſuræ conuenta ex eo, & omnia reſoluta cenſentur, in deciſ. 20. nu. 1. & 3.

Contra plus debito petentes, quid ſeruetur in Regno remiſſiuè in ead. deciſ. nu. 32.

Conditio quod bona donata non poſſint confiſcari, velut turpiſſima inuitans ad delinquendam, & ad felloniam reijcienda, quemadmodum conditio inutilis, in deciſ. 22. nu. 32.

Conatus expreſſè punitur licet non fuerit ſequutus affectus in add. ad deciſ. 25 nu. 11.

Cæcus non poteſt delinquere, quia neſcit quid facit ſicut infans, cui mutus æquiparatur, ſicut æquiparantur, cæco, mutus, & ſurdus, quibus, ex quo ſenſu carent. datur curator, in deciſ. 26. nu primo, & 2.

Cæcus quamuis velit, neſcit offendere, quia non videt, & multò minus cæcus à natiuitate, cuius infirmitas eſt inſanabilis, in ead. deciſ. num. 2.

Cæci vtriuſq; oculi excuſantur à muneribus publicis, & perſonalibus in ead. deciſ. nu 4.

Cæcus, & furioſus de iure omninò, & ſimpliciter excuſantur à delicto nulla exceptione data, quam vis audiat, intelligat, & corpore valeat, in ead. deciſ nu. 7. & 11.

Cæci, muti, & ſurdi à natiuitate torqueri non poſſunt ex ratione, & declarat, in add ad deciſ. 26. nu. 1. 2 & 4.

Cæci, muti, & ſurdi, damnari nequeunt niſi ex dictis teſtium, in ead. add. nu. 2.

Conſtitutio Regni in pecuniarijs diſponens examen in cauſis feudalibus, & criminalibus non commiſſis ſemper practicata (ſicut Rit. M. C.) illud committendo examinatoribus Curiæ, vel S. C. in deciſ. 27 num 11.

Conſtitutio Regni, vt de ſucceſſionibus reſtringit ius commune feudorum, quo omnia feuda erant diuiſibilia, & in eis omnes filij æqualiter ſuccedebant, & inducit in hoc Regno ius ſpeciale circa ſucceſſionem, in deciſ. 28. num. 10.

Conſtitutio prædicta vocat filios, & deſcendentes, & ex latere venientes ad ſucceſſionem non vt hæredes, ſed vt filios, & proximiores, in ead. deciſ. nu. 11.

Conſtitut. de ſucceſſionibus gloſ. in verbo vtroque, formát quæſtionem de inſtituto te non vocatum, vt dictam conſtat, declaret, quod ab eo vocati non hæredes veniant: ſe iure proprio ex prouidentia principis, & beneficio ipſius conſtitut. deciſ. 28. nu. 14. & 15.

Conceſſio Principis tibi, & hæredibus tuis id importat ſi filij tui tibi ſint hæredes, & ſic ex domini inueſtitura ex tunc ſunt hæredes, ita vt amplius curemus ſi inſtituantur, vel ne in ead. deciſ nu. 26. & 27.

Contradictiones, & repugnantia tenentium opinionem negatiuam. quod vocatus non ſcriptus hæres, non teneatur ad onera in ead. deciſ nu 52. & 54.

Contrahentibus licet inuicem ſe decipere: dummodo non vltra dimidiam in deciſ. 29. nu. 7.

Contractus illius dicitur gratia celebratus, in cuius vtilitatem, & ſecuritatem tendit, in ead. deciſ. num. 13.

Contemptus Principis talis, ac tantus eſſe poteſt, vt talis in obediens ad mortem ſit damnandus, vt eſt prouinciam deſerere, quaſi Princeps non adſit, quaſi deſerens ipſe ſit Princeps, & ſuperiorem non recognoſcat in deciſ. 30. nu. 7.

Commoditas, & intereſſe fructus loco habetur, in deciſ. 34. nu. 3. & 13.

Commoda omnia ſunt fructus iuriſdictionis in ead deciſ. nu. 39.

Conſtitutio Regni Comitibus venit interpretanda in deciſ. 36. nu. 4.

Conſtitutio Regni, vt de ſucceſſoribus reſtrinxit ſucceſſionem in feudis, vſque ad gradum tertium à ſeptimo in ead deciſ. nu. 16.

Conſt. vt de ſucceſſionibus prætulit ad feuda primogenitos generice excluſis ſecundo genitus in ead. deciſ. nu. 17.

Conſt. Comitibus ſtatuit dari vitam, & militiam fratribus minoribus, in ead. deciſ. num. 18.

Conſuetudo excludens in totum ſecundo genitos,

eſt

eſt iniqua,& cui ſecus in feudis, in ead. deciſ nu nu.26. & 72.
Conſt. Comitibus loquitur de bonis patris per exemplum in ead deciſ num.22.
Conſtitutiones Regni interpetrantur ſtrictè in ead.deciſ.nu.30 & 34.
Conſtitutiones Regni quando ommictunt caſum recurritur ad Regem in ead. deciſion. num.31.
Conſt.Comitibus pro opinione negatiua verba clara oſtenduntur in ead.deciſ. nu.36.
Conſt.Comitibus cur fuerit edita, in ead. deciſ. num.79.
Conſt.vt de ſucceſſionibus fuit promulgata poſt Conſt Comitibus,in ead.deciſ.nu.81.
Conſtitutiones feudorum ſtrictè interpetrantur ob intereſſe Domini in ead. deciſ. num. 90.
Conſt comitibus principaliter fuiſſe emanatam ob vitam, & militiam,& paragium, & non incidenter, vt aliqui voluerunt oſtenditur in ead deciſ nu 94.
Commictens homicidium in atrio punitur pro immunitate Eeleſia violata, in deciſ. 37. num.11.
Commodum Eeelſia cum beneficio publico ne dum conferendum ſed praferendum, in ead. deciſ.nu.15.
Concluſum in cauſa idem operat, quod iudicatum in addit ad deciſ.41.nu.3.
Conſtitutio Regni adictorum citato contra Regnum dat terminum triginta dierum extra Regnum duorum menſium à die citationis ad comparendum,in deciſ.42.num.16. et 17.
Conſuetudines feudales irrationabiles tantum ſeruanda. vbi vigent rationabiles ligãt omnes,non vt dictum Oberti Gerardi,ſed vt ratio ſicut dicta Gratiani in libro decreti,in deciſ 43 nu.13 & 14.
Collatio Pontificis in perſonam notoriè inhabilem à principio non tenet, ſi inhabilitas ſuperuenit ex poſt facto dabitur adiunctus,ſiue coadiutator in ead deciſ.nu.56.
Coloni, & affictatores poſſunt retinere rem melioratam pro expenſis & meliorationibus, in add ad deciſ.44.nu.9.
Conſuetudines variæ circa teſtamenti factionem,in deciſ.45. num. 8.
Confeſſus fictè, an poſſit probare contrarium, & an poſſit hoc eius hæres, & an bannitus deficiens in purgatione, & an hoc valeant agere poſt ſententiam, & quid de hac re practicetur in Regia Audientia Hiſpania, in deciſ.48.nu.2.3.4.5 & 6.
Confeſſus fictè per contumaciam in ciuilibus, num ſibi præiudicat in criminalibus, in ead.deciſ.nu.7.
Confiteri reus, an teneatur in criminalibus remiſſiuè, in ead.deciſ.nu.8.
Confeſſus fictè poteſt confeſſionem reuocare, in ead deciſ.nu.10.
Contumax dicitur confeſſus, in add. ad deciſ. 48.num.2.
Confeſſio ficta quomodo purgetur, in eadem addit.nu 3.
Confirmationem contractus pars ſemper petere poteſt in omnibus caſibus, in quibus dubitatur, an poſſit peti infringi, in deciſ. 49. num.4.
Confirmatio ſententia peti poteſt,& etiam tranſactionis, & ſimilium contractuum, en ead. deciſ nu.5.
Confirmatio contractus operatur, vt neuter contrahentium poſſit dicere ſe deceptum vltra dimidiam iuſti pretij, in ead. deciſion. num.7.
Contractum confirmatum per decretum nemo poteſt de dolo,vel metu conquærere, in ead. deciſ nu.8.
Contractus ab initio ſunt voluntarij.& ex poſt facto neceſſarij in ead.deciſ.nu. 9.
Commodum ſentiens ex facto alieno praſumitur eiuſdem facti notitiam habuiſſe, in deciſ. 51.nu. 9.
Conſilium Doctoris non attenditur, ſed potius ſententia ſuper eod. facto prolata quando eſt contraria conſilio in ead. deciſ. nu. 8.
Concubina, an legari poſſit,in add.ad deciſ.52. nu 4.
Compromiſſum adiecta clauſula, vt poſſit arbiter de iure vnius auferri, & dare alteri intelligitur etiam boni viri arbitrio, in deciſ. 55.nu.6.
Conſenſus partium circa ferias non præiudicat iudicibus,& teſtibus in add. ad deciſion. 58. num. 6.
Conſenſus propinquorum requiſitus pro aliquo effectu ſufficit eſſe illorum quibus ſucceſſio defertur ab inteſtato, in addit. ad deciſ. 60. num.primo.
Condemnatus ſimpliciter ad ſeruiendum in triremibus non tenetur ſeruire remigando, ſed militando, & ibi plura de condemnatis ad triremes,in add.ad deciſ.61. nu 9.
Condemnatus ad triremis pro tribus nauigationibus elapſo triennio vnica tantum condemnatione ad nil aliud tenetur,in ead.addit.nu primo.
Conſentire ſi duo tenentur, & vnus diſſentiat iudex poteſt illum cogere, quid ſi patiatur potius ſe excoriari, quam conſentire,in deciſ. 62.nu 2. & 3.
Conſenſus vnius ſi deſideratur, & non vult adhibere ſine legitima cauſa ſuperior, vel po-

teſt dare licentiam, vel compellet conſentire, fallit ſi requiratur copulatiuè etiam eiuſdem ſuperioris authoritas, in ead. deciſion. num. 4 & 12.

Conſentire ſi recuſat ſuperior nuptijs puellæ, vt ei abſq; hærede morienti ſuccedat poteſt Iudex alium coniunctum remotiorem adhibere, in ead. deciſ. nu. 9.

Conſenſus propinquorum, vt proficiat in caſibus in quibus interuenire debet, quæ requirantur, in ead. deciſ. num. 10.

Conſenſus proximiorum in actu ſimulato adhibitus illud non validat, & habetur, ac ſi non interfuiſſet, in ead. deciſ. nu. 11.

Concluſio in cauſa quot modis dicatur facta, in add. ad deciſ. 63. nu. 7.

Conſultor Cappellani maioris licet fuerit conſiliarius non recuſatur, vti ſuſpectus eum depoſito iuxtà requiſitum pragm. Regni, in add. ad deciſ. 66 num. 3.

Conductor poteſt ante tempus exfractationis cogere locatorem ad conficiendum cautelas reconductionis in ead ad deciſ 68. nu. 4.

Corrrus ex cauſa onerosa ſoluere coactus à correo ſocio partem pro Rata repetere poteſt, & eo quòd ſi ſit obligatus ex cauſa lucratiua, in add. ad deciſ 69. nu. 78.

Committens plura eiuſdem generis delicta ad eundem finem tendentia ſtante interuallo pluribus penis plectitur. in add. ad deciſ. 90. num. 2. 4 & 5.

Committens plura facta quorum ſingula in ſe continent crimen ſi facta vna ad eundem finem tenderent vnicum delictum dicitur in ead. add. nu 3.

Committens plura diuerſi generis delicta ad eundem finem confunduntur omnia, & maior pena delicti irrogatur in ead. add. nu. 7.

Coniecturis opus non eſt in claris, in deciſ. 86. num. 12.

Colono, & inquilino non datur interdictum vnde vi, & interdictum recuperandæ ſi per vim fuerit expulſus ex ratione, in deciſ. 83. num primo.

Colonus non poſſidet, ſed detinet, in ead. deciſ. num. 2.

Colono, & inquilino non competit interdictum, vti poſſidetis in ead. deciſ. nu. 3.

Colonus dum turbatur implorat officium Iudicis nobile ad finem ne turbetu in ead. deciſ. num. 4.

Conuentus ſuo nomine non tenetur ad cautionem de iudicatum ſoluendo cum declarat, in deciſ. 82. nu. 2.

Contractus, vt teneat reciproca, & mutua debet certitudo, & incertitudo in deciſion. 81. num. 15.

Contrahentibus licet inter ſe decipi, in deciſ. 81. num. 7.

Conuentiones fiant ex perſuaſionibus, in ead. deciſ. num. 6.

Cœcus, an poſſit retinere feudum, in addit. ad deciſ 79. nu. primo.

Correctio intelligitur iuxta terminos legis correcta, in deciſ. 79 nu. 9.

Confeſſiones receptatorum contra receptantem faciunt plenam probationem cum ampliat, et declarat, in addit ad deciſ. 70. nu. 13.

Conuictus, quis dicatur, in ead add. nu. 9.

Conuictus legitime, quis dicatur in crimine Blasfemia, in ead. add. nu. 21.

Confeſſus, & conuictus cum qualitate minuente delictum non dicitur legitimè conuictus, in ead. add nu. 22.

Confeſſus ex tortura illata præcedentibus indicijs dum erat inquiſitus de inciſione monetæ non appellat, in ead add. num. 24.

Confeſſus, & conuictus num appellat, & ibi ponitur obſeruantia S.C. in deciſ. 78. num. primo, & 3.

Cognitio, quæ defertur Iudici laico vigore capitulorum Regni eſt præciſa ſummaria, & extraiudicialis ſuper poſſeſſionem tantum, in deciſ. 77. nu. 21.

Conſanguineus receptans conſanguineum prohibitum non incurrit in pœnam, in add. ad deciſ. 75. nu 9.

Compromictere eſt alienare, in add. ad deciſion. 74. num. 7.

Contractus eſt validus licet fuerit dictum deberi fieri cautelas quamuis non fuerunt facta add. ad deciſ. 72. nu, primo.

Contractus ſi factus eſt ſine ſcriptura ſi deinde aliqua partium compellitur ad confectionem eiuſdem ſcripturæ non tenetur ſe obligare cum clauſulis guarentigis, & quomodo procedat, deciſ. nu. 72. nu. 7.

Contractus, qui poſſunt in ſcriptis, & ſine ſcriptis celebrari nunquam cenſentur in ſcriptis confici quamuis partes voluerint agi ſcripturas niſi id expreſſerint, in ead. deciſ. nu. 6.

Contractus quando dicatur in ſcriptis à partibus celebratus cum intell l. contractus C. de fid. inſtrum, in ead. deciſ. nu. 2.

Conſuetudines Neap. comprehendunt etiam caſalia, & diſtrictus. in add. ad deciſion. 71. num. 6.

Creditor habens expreſſam hypotecam, an præferatur doti poſteriori in bonis quæſitis ante dotalem contractum, in add. ad deciſion. pri. num. primo.

Creditores hæreditarij coguntur ad recipiendum bona debitoris inſolutum nullo emptore reperto inſtante hærede cum beneficio legis, & in-

& inuentarÿ. & ibi tempore D. Rouiti contrarium deciſum cum ratione, & traditur veritas ipſius articuli in add. ad deciſion. 7. num. primo.

Crimen dicitur extinctum ob mortem, quæ omnia ſoluit, & nulla pœna in mortuum exequi poteſt alias Iudices, & aſſeſſores, in Syndicatu actione iniuriarum tenentur, in deciſ. 15. num. 3. & 4.

Creditor plus petendo non conſtituit debitorem in mora, in deciſ. 20. nu. 5. & 31.

Creditor petens plus debito priuatur iure ſuo, niſi ante litem conteſtatam deſiſtat etiam dolo per conuentum non probato præſumitur enim doloſe plus petere, in ead. deciſ. nu. 7. 8. 11. & 18.

Creditor tàm ex ſententia, quam præcepto, vel inſtrumento habente executionem paratam pœnæ plus petitioni ſubiacet, in ead. deciſ. num. 14.

Creditor plus debito petens vltra pœnas pecuniarias punitur etiam criminaliter, & extra ordinem crimine ſtellionatus, in ead. deciſ. num. 30.

Creditor petendo plus debito, et reſoluendo contractum diſcedit à fide quo caſu idem debitori licet. in ead. deciſ. num. 34.

Creditor propia authoritate poteſt apprehendere poſſeſſionem rei ſibi obligatæ, & à nullo poſſeſſa pro ſui iuris conſeruatione, in deciſ. 44. num. 5.

Creditor habens bona debitoris hypothecata poteſt illorum poſſeſſionem vacuam apprehendere, in ead. deciſ. nu. 6.

Creditor non impeditur exequi in bonis vſq; ad effectualem ſolutionem licet carcerauerit debitorem vigore inſtrumenti liquidati, in additi. ad deciſ. 69. n prs. 3. 6. 7. 26. 28. et 37.

Creditor eligens vnam rem, an poſſit variare, in add. ad deciſ. 69. nu. 12. 13. & 14.

Creditor quando non poteſt variare in ead. add. num. 15.

Creditor vigore inſtrumenti liquidati, tàm ex illius clauſulis, quàm iuris diſpoſitione, & perſonalem compulſionem, & exequutionem in bonis ad libitum exercere poteſt, in ead. add. nu. 51. 52. & 53.

Creditor dum non habuerit inſtrumentum publicum, ſed tantum apocam priuatam, vel teſtes, an poſſit cauſam ſui debitoris fuga ſuſpecti, in addit. ad deciſ. 82 nu. 9.

Craſſatores ſtradarum in actu craſſandi reperto, & furantes de nocte poſſunt impunè occidi, add. ad deciſ. 78. nu. 16. & 15.

Crimen leſæ Maieſtatis dicitur propria commicti in quolibet ex capitibus à iure diſtinctis l3. pœna nõ diuerſitas aſſignetur, in deciſ. 73. nu. 5.

Cumia affert nouem fundamenta pro ead. opinione, in deciſ 36. num. 27.

Culpa non eſt eius qui naſcitur de adulterio, ſed illius, qui generat, in add. ad deciſ. 47. num. 15.

D

Datio inſolutum certa rei eſt emptio, in deciſ. 3. nu. 2.

Datio inſolutum facta pro maiori quantitate debiti, an vitietur in totum, in ead. deciſion. num. 3.

Dationis inſolutum materia aliqua enuntiantur, in add. ad deciſion. 7. nu. 3.

Damnatus ad triremes pendente appellatione non debet micti ad triremes, in add. ad deciſ. 15. num. 14.

Dationis arrarum, & pœnæ promiſſionis ratio differentia, in deciſ. 19. nu. 16.

Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi, & non alÿs eſt imputandum, in deciſ. 20 nu. 6.

Damnum dicitur, tàm illud, quod patrimonium lædit, quam voluntatem, & affectionem, in deciſ. 29. num. 15.

Debitoris res quæſita poſt obligationem generalem non aliena dicitur, ſed propria, & venit veluti à principio ſub onere dicta obligationis, in deciſ. prima nu. 32.

Deſcendentes à primo inueſtito debent reinueſtiri, & alÿs præferri, in deciſ. 5. num. 9.

Deciſ. S.C. text. in l. ne cui facere diſpoſitionem vniuerſalem, et l. congruit cum l. ſequent habere locum limitatiuè in caſu ſpetiali in conductore fiſcalium, in ead. deciſ. num. 24. & 26.

Debitor admictitur ad ceſſionis beneficium, etiam ſi ſtatuto caueatur inſtrumenta guarentigiata exequi debere, tam via carceris, quam alia quauis via melius viſa creditore, in deciſ. 7. num. 52.

Decurionatus dignitas patri ſupueniens prodeſt filio ante decurionatũ nato, in deciſ. 10. nu. 4.

Delictum grauiſſimum ſibi mortem inferentis eſt, in quod multæ aliæ pœnæ locum habent, in deciſ. 15. nu. 10.

Delicta enormia, atrocia, & quæ atrociſſima dicantur, in add. ad deciſ. 16. nu. 16.

Delictum ab inimico commiſſum proditorium non præſumitur, at bene doloſum, & inſidioſum, in deciſ. 16. nu. 8.

Denuntiatio, an requiratur cum per Proregis diſpenſationem abbreuiatur anni tempus ad foriudicandum, in deciſ. 17. nu primo, & 8.

Defenſio quando dicatur facta incontinenti, vel ex interuallo, in deciſ. 18. num. 3.

Debitor, & creditor ſunt correlatiua, & poſito

uno

Digitized by Google

vno ponitur alter, & diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in altero. in decis.20.nu.4.

Debitor partis, à quo creditor petit totum, licet ſciat debere partem excuſatur à mora eod. dec.20.n.15.& nõ tenetur niſi ad partem,& poterit tãtũ negare in iudicio,et iuſtè litigare, niſi creditor offerat ſeparatũ recipere partẽ, in ead. decis.20. n. 15.16.17. 18.23.& 25.

Debitor negans totũ nullam pœnam meretur, nec tenetur offerre partem, nec deſiſtere, & contra creditorem non offerentem ſeparatam recipere partem præſumitur nolle recipere,& iura omnia antiqua, & noua deteſtantur cõtra petentes plus debito,in ead.dec.n.25.& 27

Debitor, cui fuit plus debito petitum non tenetur partem offerre,nec deſiſtere, in ead.decis.nu.9.

Decreta quod priuilegiatus petat beneficia debent eſſe cum clauſula, alias ſit præcluſa via, vt ipſos excludant poſt dicta decreta in decis.21. num.12.

Delicta puniri Reipub. intereſt, & eius fauore, ne delicta remaneant impunita ſit extenſio, in decis.23 num.11.

Decis.S.C.vt interdicta propria patria ob exilium cenſeantur quoq; eſſe interdictum eius territoriũ,& diſtrictus, in ead.dec.nu 13.

Decis. S C.ad relationem meritiſſimi,& eruditi D. Reg. Caroli Tappia collega D. Authoris, in decis.27.nu.16.

Debitor elapſo biẽnio de iure canonico opponere poteſt exceſſionem non numeratæ pecuniæ,ne veritate inſpecta ſit in damno, in dec.29.n.8.

Deſerens prouinciam, Principe inſcio reus eſt Maieſtatis, idem in officiali,qui ab officio recedit ante tempus ſindicatus, quod pœna capitis plectatur,idem in duce eſercitus, in decis. 30.nu.3.4.& 5.

Decis. S.C.contra Vniuerſitatẽ nominantẽ ærarium minus idoneum, in decis.31. num. 9.

Deciſiones non debent edi abſque rationibus,in decis. 36.num.5.

Deciſio pro ſecundo genitis edita per cap. fuit prauio reſcripto Caroli V.Imperatoris, in ead. decis. nu. 24.

Decis. S. C. in linea collaterali non deberi vitã, & militiam,in ead. decis.num.41.

Decis.S.C.in caſu præmiſſo, in decis.40. num.6. & 12.& 16.

Decis. in hoc caſu in audientia Granatenſi, & Catalumnia,in ead.decis.nu.4.& 5.

Declaratio principalis peti poteſt poſt concluſum, & ibi quæ poſſunt fieri poſt concluſionem,in add. ad decis. 41.nu.5.

Decis. S. C. hæredem decedentis in aliqua Prouincia huius Regni non habere niſi trimeſtre ad conficiendum inuentarium, quia non ſunt Prouinciæ, de quibus ius commune intelligit,in decis.42.num.10.11.& 12.

Decis. §. mutus, barbara, irrationabilis reſpuenda,per quam multa iura feudalia æqua, & rationabilia corrigerentur, Rubr. non congruens,& ex errore compilatorum ibi poſita,in decis.43.nu.12.17.& 18.

Decretum omnem fraudem ſuſpictionis abſtulit cum ampliat.& declarat. in add.ad decis.44. num.2.

Decretum, vt operet multa requiritur, in ead. add.num. 5.

Decretum abſque cauſa interpoſitum non tenet in ead.add.num.6.

Depoſitionem teſtis dicentis ſcire contractum factum, quia vicinus, vel coniunctus nõ concludere,in decis.51.num.13.

Depoſiti loco in triremibus damnare non permictitur,in add ad decis.6. nu.7.

Depoſitio principalis ex communi practica S.C. in qualibet iudicij parte peti poteſt, in decis. 63 num.1.

Depoſitio principalis, ſiue interrogatio inuenta eſt, vt reus ab onere probandi releuetur calumnioſè tamen petita denegatur, & quando petentem non releuat, in ead.decis. num.2. 3. 9. & 4.

Depoſitio principalis ſi conceditur terminus currere non poteſt,& quare,in ead. decis.nu. 8.& 10.

Debitor quando condemnari poſſit abſq; nouo proceſſu, & inſtantia facta, in add. ad decis. 65. num.1.

Decis.de Franch.278. quomodo intelligatur, in decis.68.num.3.

Debitor in promptu probans eius exceptionem aduerſus inſtrumenti liquidationem impedit carcerationẽ,ſecus ſi ex interuallo,in add. ad decis.69.num.57.

Depoſitio principalis peti debet illico dato termino in decis.63.num.11.12.13.& 14.

Debitor ſi in actu interrogationis inſtrumenti confitetur illud ibiq; contenta eſſe vera, & ſi dicat ſe ſatisfeciſſe ſtatim cauſam in vinculis etiam ex internallo debet dicere, in add.ad decis.69.num.44.45.46. & 47.ſecq; ſi voluerit de falſo inſtrumentum redarguere nu.44.

Debitor intentans præuentionis iudiciũ,& ommictens præſtare cautionem,an eius ommiſſio annullet præuẽtionẽ, in add.ad dec.69.n.24.

Debitor volens præuenire,quæ debeat facere, in ead.add.num.23.

Depoſitum facere, & ſe in carcerem mancipari ſunt exequata ad impediendã bonorum exequutionẽ,vel venditionẽ, in ead.add.nu.66.

Debitor in vinculis conſtitutus in cõtinenti,vel ex interuallo audiri debet, in ead.add.nu.70.

Delictum factum in caſalibus, in Ciuitate præſumitur, in add. ad deciſ. 71 nu. 5.

Demanium conceſſum Neapolitanis cenſetur conceſſum Ciuibus *caſalium, in ead. add. n. 9.*

Depoſitio principalis calumnioſe petita denegatur in add. ad deciſ. 63. nu. 1. & 5.

Depoſitio principalis poſt concluſum in cauſa non datur, in ead. addit. num. 6. & de praxi quando dicatur calumnioſe petita, nu. 3.

Delinquentes qui non appellent, in add. ad dec. 78. nu. 24.

Decoctores. ſeù falliti dicitur infames, et ex ſententia Baldi deberent creditoribus tradi, vt dilaniarentur, in deciſ. 80. nu. 6.

Debitor fugitiuus, vt carcerari valeat, quæ requirantur, in add ad deciſ. 82. nu. 5. & 7.

Debitor *ad fugam præparatus poteſt capi de facto, in ead. add. nu. 9.*

Debitor fugitiuus qui præſtitit cautionem carcerari non debet, in ead add nu. 10.

Di*ſpoſitum in vno equiparatorum à l. cenſetur diſpoſitum in alio; & à maioritate rationie diſpoſitum in* Fiſco *extendi cenſetur ad dotem, quia eſt magis priuilegiata, in deciſ. prima, num. 13.*

Difficultas tunc excuſat, ſi factum in obligationem deducatur, & mora non committitur, etiamſi interueniat iuramentum, ex communi opinione, in deciſ. 9. num. 12. & 13.

Difficultas excuſans à pœna, de qua pœna intelligatur, in ead. deciſ nu. 15.

Dignitas, & nobilitas, quam filius conſequitur patrem nobiliorem oſtẽdit, in dec. 10. n 3. et 5.

Diſpenſatio ex defectu principis voluntatis non [illegible] *& doctrin. Andr. in* Conſtit. *Regni in deciſ. 17. nu. 10. 11. & 14.*

Diſcedere à loco promiſſo licet concurrente patris iuſſu, et ibi de declaratione in add. ad deciſ. 19 num. 2.

Diſtrictus à territorio in quo differant, in add ad deciſion. 23. num. 4.

Diſpoſitio l. 2. C de pign. ceſſat, vbi adeſt clauſula ita quod ſpecialitas generalitati non derogat, nec è contra. in deciſ. 29. num. 4.

Di*fferentia eſt intereſſe fructuum, & haberi loco fructus, in deciſ. 34 num. 2.*

Di*fferentia inter fructus redditus prouentus, et penſiones, in ead. deciſion. num 31.*

Differentia inter dotem, & alimenta, & legitimam, in deciſ. 36. num. 44.

Dilatio eſt danda arbitrio iudicis, in add. ad deciſ. 42. nu. 15.

Dilatio citra montes eſt duorum menſium vltra montes quatuor, in ead. add. num. 16.

Dictio etiam amplicatiua ſimilium, & caſus minus dubitabilis, in deciſ. 43. nu. 44.

Diſpoſitio ad pias cauſas tx c. relatum ſi p. de teſtam. requirente duos teſtes quomodo intelligatur, in deciſ. 45. num. primo, & 2.

Di*ſpoſitio cap. cum eſſes, & relatum ſecundum aliquos* DD. *nõ ſeruatur niſi in locis dictionis Eccleſiaſtica, in deciſ. 46. nu. 1. 2. 3. & 4.*

Di*ſtinctio alimentorũ triplex, in dec. 47. nu pri.*

Di*uturnitas temporis per biennium inducitur, vel per decennium, & multò magis per 20. annos, in deciſ. 51. num. 21. & 23.*

Di*ſtinctio* Cyn. *conſtituentis differentiam inter meretricem publicam, & occultam circa derogationem actionis recenſetur, & quid ſentiant Theologi, & de veritate, in deciſ. 52. nu. 3. 4. 19. & 20.*

Di*uiſio per ſortes ſemel facta, quando ſit iterũ facienda eſt deciſ. S, C. in deciſ. 57. num. 8.*

Diſpenſatio principis tempore feriarum ad quid deſeruiat. in deciſ. 56. num. primo.

Di*ſpoſitio exorbitans debet reſtringi, in deciſ. 68. num. 2.*

Di*latione pendente officium iudicis conquieſcit, in add. ad deciſ. 64. num. 16. 49. & 50.*

Dilatione ſiue termino conceſſo vni ex obligatis inſolidum carcerato ſuperſederi debet quo ad omnes alios in exequendo vigore inſtrumenti liquidati, in add ad deciſ. 69. num. 79.

Differentia contractus ſtricti iuris cũ contractibus bonæ fidei, vel mixtis, & vltimis voluntatibus, nam primos impoſſibilitas vitiat, ſecus in ſecundis, quando eſt adiecta circa accidentalia, in deciſ. 22. num. 13.

Dotem non præferri anterioribus hypothecis expreſſis in poſtea quæſitis opin. traditur, & conciliatio contrariorũ, in deciſ. pri. num. 51.

Do*s non cenſetur priuilegiata niſi in caſibus à iure expreſſis, in ead deciſ. num. 20.*

Dos, & Fiſcus paribus paſſibus ambulãt quo ad ipſos, & inter ſe ipſos, nõ quo ad cõmunicationem in præiudiciũ priuatorũ, in ead. dec. n. 22

Do*tis priuilegium maximũ eſt, vt ſoluto matrimonio mulieri bona inæſtimata reuertantur abſq; retrotraditione, quamuis vẽdicare rem propriam non ſit priuilegium, et dominium non poſſit eſſe penes duos eod. tempore, in ead. deciſion. num. 37. & 38.*

Do*talis res extimata marito effecto non ſoluẽdo reputatur dotalis, ac ſi nulla æſtimatio interceſſiſſet, nec affecta cenſetur aliqua obligatione per maritum contracta, aut per alienationem etiam cum vxoris conſenſu, et iuramẽto diſtracta, in ead. deciſ. num. 43. 44. & 45.*

Dotis priuilegiũ ſpeciale, quod præferatur poſteriori mutuãti ad rẽ emendã cõſtruendã, vel reficiẽdã ex §. his cõſequens, in auth de æqualitate dot. ergo regulariter: et indiſinitè in poſtea q̃ſitis nõ præfertur, in ead. dec. n. 49. et 50

Do*tis etiam fauore priuilegia, & ſpecialia non*

ſunt

ſunt multiplicanda in ead. deciſ. nu 52. et 53.

Dos ſecundum opin. gloſ. in differenter in S. C. receptam, in omnibus cauſis, in quibus ipſa, & priuati concurrunt, fuit ſemper ſuo loco grauata. num quia vera interpetratio l. ſumitur à patria, in ead. deciſion nu. 54. & 60.

Dos ſi ex vi dicta l. aſſid. præferatur habentibus anteriorem expreſſam contrahentibus nullũ ſuper eſſet remedium, & dotes eneruarent omnes cauſas creditorum, & deſtruerent commune commercium contra naturalem equitatem, in ead. deciſ. num. 56. & 57.

Dotis, & libertatis cauſa iudicatur à pari, in deciſ. 4. nu. 25.

Donatio inter virum, & vxorem, an firmetur iuramento, in ead. deciſ. num. 46.

Dominos priuatos eſſe melioris conditionis Fiſco circa locandi libertatem, Abſurdum, & incouueniens eſt, in deciſ. 5. nu. 7.

Dominus directus poteſt finito tempore emphiteotam propia authoritate expellere, in deciſ. 6. nu. 6.

Doctrinã Bart. in l. . . § permittitur ff. de aqua quotidiana & æſtiua procedere etiam contra Eccleſiam in ead. deciſ nu. 13.

Doctoratus dignitas eſt in deciſ. 10 num. 2.

Doctorum priuilegia filijs conferuntur cũ declarat & ampliation. add. ad deciſ. 10. num. 4.

Doctoratus eſt dignitas in ead add. num. 24.

Doctorum priuilegia enunciantur cum pluribus ad materiam, in ead. add nu. 25.

Donatio facta hoc modo quod donatarius teneatur aliquid facere. non eſt conditionalis, ſed modalis, in deciſ. 11. num. 21.

D. Reg. Conſtantius laudatur, in add ad deciſ. 11. num 2.

Dolus malus, & bonus quomodo differant explicatur tex. in l. 2. §. non fuit ff. de dolo, in deciſ. 16. num 7.

Donatio patris in filium contemplatione matrimonij dicitur ex cauſa neceſſaria, quia vbi filius contrahit cum æquali, & honeſta compelli poteſt ad donandum, maximè ex vſu capit Regni, in deciſ. 22. num. 14. 15. & 16.

Donatio huiuſmodi ob matrimonium de iure communi vocatur Antipherna ideſt remuneratoria ſiue antidotalis, quæ terminos, et naturam excedit ſimplicis donationis, & tranſubſtantiatur in contractum permutationis, & dationis inſolutũ, in ead deciſ. n. 17 et 18.

Donatio remuneratoria dicitur verecũdia cauſa facta, & ex cauſa neceſſaria, vt iocalibus vxori donatis ſecundum Ciuitatis morẽ qui alias violaretur illa nõ trãſmittendo, nec põt ob ingratitudinẽ reuocari, nec poteſt dici contractus ſtricti iuris: ſed bona fidei, et ꝑpterea debetur euictio. in ead. dec. n. 19. 20. 21. et 22.

Donans ſub conditione alterante feudorũ naturã, et tenorẽ inueſtituræ, et ob id aſſenſu carens eſt in culpa et ad æſtimationẽ tenetur, et quoties rei præſtatio redditur impoſſibilis, ad quã quis tenetur, in ead dec. n. 25 26. et 28

Donator aſſenſũ non impetrans contractus, tenorem inueſtituræ, & feudi qualitatẽ, nõ dicitur ſuũ poſſe feciſſe quãdo alij et pares cõſimilẽ impetrauerunt, deciſ. Affiict 295. excuſans facientẽ ſuum poſſe non eſt ſine controuerſia, nec procedit vbi conſtat de voluntate promiſſoris ſe omnino obligantis ab intereſſe, ad euictionem, & ad indemnitatem de proprio, in ead. deciſ. num. 30. & 31.

Donatarij non cenſentur acceptaſſe conditiones inutiles in contractibus bonæ fidei, & ex cauſa onroſa, in ead. deciſ. nu. 35.

Donator tacens difficultates ex conditionibus donationũ ſimilibus oriundas dicitur in culpa, velut vẽditor, qui ſciẽs morbũ rei venditæ cõſulto reticuit tenetur. n mouere, et certiorare qualitatem, qua rei cõditio ſit deterior, deciſ. 22 num. 38.

DD omnes, et Regni ſapiẽtes etiã pro negatiua perperã allegatos) pro affirmatiua cõcludere, quã S. C. cauſas iudicas, et non perſonas, plures deciſ confirmauit, in deciſ. 28. num. 58.

Docti viri, & ſenſati ſemper commendant, in add. ad deciſ. 34. num. 3.

DD. Regnicolæ tenentes opin. deberi æſtimationem feudi legati recenſentur. & vide vſq; ad num. 19. in deciſ 35. num 6.

DD qui ſcripſerunt. quod debeatur vita militia, in feudo ex linea collaterali enumerantur. in deciſ. 36 num. 10.

DD. ſiculi qui ſequuti ſunt eand. opin. affirmatiuam enumerantur, in ead deciſ. num. 26.

Domus magnatũ antiqua in familia, an debeat tradi Eccleſiæ pro ampliatione, & quid ſi domus fuerit ſubiecta fidei commiſſo, in add. ad deciſ. 37. num. 6. & 7.

Dominium rerum venditarũ non cenſetur trãſlatum in emptorem pretio non ſoluto, quod illicò ſoluere promiſit, vel ſecundum morem illicò ſolet ſolui, in deciſ. 39. num. primo.

Dominium quando cenſeatur tranſlatum in emptorem, in add. ad deciſ. 39. num. primo.

D. Franciſcus de Caſtro Regni Prorex laudatur & ex tollitur, in deciſ. 40. num. 1.

D. Reg. Valenzuela laudatur in addit. ad deciſ 44 num. 15.

Dos debetur filiæ in regno ſtante conſtitutione iure actionis in deciſ. 47. num. 13.

Dos an poſſit exigi ab vno ex hæredibus viri inſolidum in deciſ. 50. num. primo.

Dos an ab vno ex hæredibus inſolidum exigi poſſit, in addit. ad deciſ. 50. nu. primo.

Dos gaudet priuilegijs alimentorum, in add. ad deciſ. 50.num.3.

Donatio facta præſenti, & tacenti, & ſi expreſsè non acceptata valida cenſetur, & reuocari non poteſt, nam in eius commodum præſens, & tacens cenſetur acceptare Aret. & De c.opinione communiter damnata idem in facta abſenti, qui de ea habuerint ſcientiam, nam non contradicendo præſumitur aſſenſiſſe, in deciſ. 51.num. 3.

Donatio abſenti facta palam coram Notario, iudice, & teſtibus præſumitur ad notitiam donatarij perueniſſe nec actus occultus dici poteſt, et ex vicinitate loci in quo donatarius degit, item ex coniunctione ſanguinis, in deciſ.51.num.5.& 10.

Donationes tales à communiter accidentibus peruenire ſolent ad notitiam etiam extraneorum, & exterorum, in ead. deciſ.nu.8.

Donatio præſenti, & tacenti ex parte donantis lex aliud non exigit niſi præſentiam, & contra deciſum ab omnibus reprobatum, in ead.deciſ.nu.19.

Donatio facta abſenti quando teneat. vſq; ad finem, in add. ad deciſion. 51 nu primo.

Doctor aut Clericus cum ſcholaribus non poteſt expelli à vicinio honeſto, in add. ad deciſ. 54. num.8.

Dominium non cenſetur translatum nec habita fides de pretio ſi emptor cogitauit fugam arripere, & ita S.C. iudicaſſe, in deciſ. 59.nu. 2.13.& ex quibus auguatur, talis intentio, num.3 & 12.

Dominus ſi non impoſuit onus vaſſallis, quod imponere poterat per centum annos non perdit priuilegium, in deciſ.70.nu.5.

Donandi poteſtatem non habet, qui adminiſtrandi facultatem habet, in add. ad dec. 74 n.14.

Dolus debet abeſſe à contractu, in dec.91. n.19.

Dotis cauſa grauior eſt anteſat, in add. ad deciſ. prima num.8.

Dotis priuilegium ſi detur doti confeſſate, & ibi materiam confeſſata dotis valde vtilem, & neceſſariam, in add. ad deciſ primam num.9.

Dux Alua Prorex excellentiſſimus huius Regni laudatur, in addit. ad deciſ. 2.nu.9.

Durius agitur cum lege, quam cum homine in his, qui reſpiciunt nullitatem actus. in deciſ. 3.num.19.

Dux de Alcala Regni Prorex prudentiſſimus, ordinauit electionem examinatorum, in deciſ.27.num.15,

Dubitationes in contrarium, quod regula vicinus, & conflictus præſumitur iura, et facta vicini, & coniuncti, & procedat quoad iura ſanguinis, & diuitias, non quoad alia facta, quæ poſſunt eſſe occulta, in deciſ. 31.nu.11.

E

Ecclesia volente renouare, ſeù relocare, quod cæteris paribus præferatur vetus emphiteota, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, in deciſ.6.num. 15.

Eccleſia in emphiteuſim concedit extraneis, & non alicui ex agnatis primi emphiteota, etiã re non integra, facultas, & actio petendi reuocationem durat annis triginta, & minori ſpatio non tollitur, in ead.deciſ. nu. 17.

Eccleſia rogat vicinum ad vendendum, ne altius tollat, ne luminibus Eccleſiæ officiatur, & deciſ.S.C.in deciſ.37.nu. 18.& 19.

Eccleſia maior habeat per circuitum 40. paſſus, minor. 30.in ead.deciſ.nu. 10.

Eccleſia an poſſit cogere vicinum ad locandam ſuam domum, in add.ad deciſ.37.nu. 8.

Eccleſia an poſſit cogi ad trahendam partem pro ampliat. alterius Eccleſiæ, in ead. addit. num.20.

Eccleſiæ poſſunt cogere vicinos ad extollendum parietem cum ratione, in ead.add.nu.12.

Eccleſia etiam contribuit ad inſtructionem, & refectionem pontium itinerum, & murorum Ciuitatis, & in cauſa prædicta deciſ. S.C. in add.ad deciſ.38.nu.8.& 9.

Effectus inuentarij, in add.ad deciſ.42. nu.5.

Electio mala imputatur eligenti, in deciſ. 31. num.7.

Electio in perſonam alicuius pro erario ab vniuerſitate facta ſi idonea non apparuerit cædit in præiuditium ipſius vniuerſitatis in ſubſidium, in add.ad deciſ.31.num. primo.

Eligere & nominare, in quo differant, in ead. add.nu.6.

Electio vnius remedij exequutiui non precludit viã alijs quãdo per primum creatori nõ eſt ſatiſfactũ, in add.ad deciſ. 69.n. 27.et 29.

Emphyteota vetus, ſeù eius deſcendens præferri nouo conceſſionario, in deciſ.6.nu. primo.

Emphyteuſis contractu finita, non teneri Eccleſiam renouare, in ead.deciſ.num. 3.

Emphyteuta expulſus à Domino non habet remedium poſſeſſorium, in ead.deciſ. nu.7.

Emphyteotæ veteri, re non integra, non datur actio, nec prælatio in ead.deciſ. nu.8.

Emphyteota inops effectus, & non idoneus, non poteſt petere renouationem, in ead. deciſ. num.10.

Emphyteuta primus, an præferatur nouo cum ampliat. in add ad deciſ.6.nu. 1.2.& 5.

Emictens ictum ſcoppicti non ſequuta morte incidit in pœnam mortis, in add. ad deciſ. 25.nu.2.& 7.

Emictens ictum ſcopicti ad ſe defendendũ non

tenetur

teneatur pœna pragmat, in ead. add. nu. 5.

Emptor, & venditor etiam in reuocatione virtute Conſt. diuæ memoriæ ad patria iudicantur, in deciſ. 29 num. 25.

Emptor ſi ſtatim poſt venditionem bonis cedat, an venditor mercibus adhuc extantibus alijs creditoribus præferatur, in add. ad deciſ. 39. num. 3.

Encomia Philippi Secundi Regis Catholici, in deciſ. 36. num. 25.

Erarij bonorum formant libros reddituum, & introituum de indictione, ad indictionem pro maiori facilitate reddenda rationis, & quia ſic placet, in deciſ. 33 num. 8.

Extentio ex indemnitate rationis non propie extentio, ſed comprehenſio dicitur cum in caſibus à iure exceptis cum dictione taxatiua, in deciſ. prima num. 14.

Exequutores dati ad cauſas pias expendunt ad carceratos liberandos, in deciſ. 4. num. 31.

Exequutio ſi ex forma ſtatuti poteſt contra hæredem fieri, id non habebit locum in hærede inuentarium conficiente, in deciſ. 7. nu. 51

Expenſa an ſint detrahenda ex ſolutione releuij cum pluribus, & authoris diſtinctione, in add ad deciſ. 8. num. 8.

Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit inſtrumēti liquidationē in dec. 9. n. 21

Extimacio in rei locum ſuccedit, in ead. dec. n. 24

Extentio non fit in pœnalibus, nec receditur, à proprietate verborum, in deciſ. 23. nu. 3.

Extenſio in pœnalibus regulariter fit vbi aliàs ſententia redderetur eluſoria, in ead. dec. n. 10.

Extentio fit in pœnalibus à maioritate rationis, & ob abſurditatem vitandā in ead. dec. n. 12.

Exulatus ab aliquo loco poteſt per illum locum inter facere, in add. ad deciſ. 23. nu. 7.

Exulatus à propria patria, an cenſeantur à territorio, & diſtrictu exulatus, & quid in exulato à Ciuitate cum deciſ. Coll. Conſilij, in ead. add. nu. primo.

Examen teſtium reprobandorum. quod committatur, quando cauſa non eſt ardua traditur, & limitatio Afflicti nunquam practicata, in deciſ. 27. num. 2.

Examinatores S. C. quibus hodie committitur audientia repulſa ſunt Curiales, & pars corporis, & commiſſio eis facta eſt, ac ſi teſtes reciperentur in Curia ipſa, in ead dec. n. 5. et 9.

Examinatorum officium in quibus conſiſtat, & de praxi circa dationem examinatorum hodie, in add. ad deciſ. 27. nu. 5. & 6.

Exceptio non numeratæ pecuniæ de iure ciuili intra bienniū opponenda, in deciſ. 29. nu. 8.

Exceptio inuentarij poſt ſententiam opponi poteſt, in add ad deciſ. 42. nu. 12.

Exceptio meliorationum exequutionem ſententiæ impedit cum larga materia meliorationum, in add. ad deciſ. 44. nu. 10.

Exceptio ſi detur ad retinendum non arguit dare actionem ad petendum, in deciſ. 52. nu. 8.

Examinator cuius ſumptibus debet mitti dum principalis abeſt à loco iudicij, in add. ad deciſ. 63. nu. 8.

Exequutio pro fructibus maturatis lite pendente fieri poteſt in eod. iudicio, in deciſ. 65. nu. 8.

Vxequutio ſi fiat in boni vigore inſtrumenti liquidati proceditur ad venditionē iuditiario ordine ſeruato, in add. ad deciſ. 69. num. 42.

Exequutio minime fieri poteſt contra debitorem dum in vinculis dato ei termino aduerſus inſtrumenti liquidationem cauſam dicit cum amp. in add. ad deciſ. 69. num. 48. 51. 53. & 54.

Exemplo opus eſt in atrociſſimis, & celeritate, & ordo eſt ordinem non ſeruare in illis, in deciſ. 78. num. 2.

Extrauagantes non poſſunt dici eſſe de corpore iuris, in deciſ. 77. num. 18.

Exequutio ſi fiat in bonis vigore inſtrumēti liquidati proceditur ad venditionem iudiciario ordine non ſeruato, in add. ad deciſ. 69. nu. 42.

Exequutio fieri minimè poteſt contra debitorē dū in vinculis Dato ei termino aduerſus inſtrumēti liquidationem cauſam dicit, in ead. add. num. 48. 51. & 53. & ampl. nu. 54.

Extentio non fit in ſubſtitutionibus, & non fit de perſona ad perſonam in dec. 79. nu. 5.

Exceſſus pro annullando contractu debet eſſe vltra dimidiam, in deciſ. 8. num. 3.

F

FAciens ſuum poſſe excuſatur, nec teneatur ad pœnam, nec ad intereſſe, nec ad euictionem limitatur, in deciſ. 22. nu. 6. 7. 30. & 31.

Facinoroſi ſemper delinquunt ex propoſito, in deciſ. 24. num. 11.

Factū in feudo hæreditario quis tenetur habere tantum prædeceſſoris, quia ſanguis, & qualitas hæreditaria concurrūt, in deciſ. 28. n. 28.

Faciēs ſine iuſſu Principis, quod ſine iuſſu Principis facere non poteſt Principem contemnit, in deciſ. 31. nu. 3.

Facultas pignorandi. fructus eſt, & piſcationes, venationes, sūt in fructus, & Aucupia, ſyluæ cæduæ Arlidines, Dolia, & Rota per quā trahitur aqua, sūt in fructu, & oliua etiā immatura, itē fenū immature ceſum in fructu eſt, horti poma, olea, flores, aqua, et ſtamenta ſunt in fructu, & palea in fructu eſt in deciſ. 34. nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

Fabius de Anna allegauit in ead. cauſa pro ſucceſſore, vt in eius conſilio 6. in deciſ. 36. nu. 3.

Fauor maior in Eccleſijs cōſtruendis; quā cōſtructis, an idem pro atrio conſtruendo ante fores Eccleſiæ, quod ſic, in deciſ. 37. nu. 6. & 7.

INDEX

Factores mercatorum non poſſunt habere fidem de pretio in præiuditium dominorum, in deciſ.39.num.5.

Fauores maximi concurrunt in alimentis præſtandis, in addit ad deciſ.47.num.8.

Fatuum eſt affirmare in hoc remedio paſſim credi etiam teſtibus non iuratis præterquam, vbi Iudex eos recipit ad ſui inſtructionem, in deciſ.53.num.8.

Facti qualitas eſt probanda à fundante in illa, in deciſ.78.num.7.

Factum ſufficit narrari in conciſtorio Principis, in deciſ.79.num.7.

Falſitas, vt euitetur interpetratio ſemper fit, in add. ad deciſ 80.num. 14.

Falſa cauſa vitiat contractum in deciſion. 81. num.12.

Falſa cauſa etiam legato vitiat diſpoſitionem teſtatoris, & quomodo, & quid reſpectu inſtitutionis, in addit. ad deciſ 81.num.2.

Falſa cauſa adiecta decreto, an illud vitiet, & quomodo, in ead.add.num.num.4.

Falſum in vno quando cenſeatur in omnibus, in addit. ad deciſ..86.num primo.

Falſum in vno dicens in totum eſt periurus, & nihil probat etiam ſi id quod dixiſſet fuiſſit verum in ead.add, num. 7. 8. & 9. 10. 11. & 12.

Feudalis rei dominium ſtatim continuatur in hæredem, in deciſ.2.nu.4.

Feudalis præſumitur res vendita cum aſſenſu, in add. ad deciſ.2.nu.3.

Feudum ex pacto, & prouidentia nouum in omnibus, & per omnia ſubſtinet vim feudi hæreditarij, in deciſ. 28.nu.3.

Feudũ, vt quis conſequatur duo requiſita, primum, quod ſit de ſanguine, & ſecundum, quod ſit hæres tàm primi acquirentis, quàm cuiuslibet vltimi decedentis, in deciſion. 28. num.4.

Feudum tenens cum qualitate hæreditaria, & de eo diſponens interuiuos, vel in vltima voluntate ſine aſſenſu ſucceſſor illud capiet iure proprio, & per conſtitutionem diuæ memoriæ poterit diſpoſitionem reuocare, in ead. deciſ num.9.

Feuda vigore dictæ Conſt. deferebantur in hoc regno ex munificentia, & prouidentia Principis, & beneficio dictæ Conſtit. in ead.deciſ. num.12.

Feudum in prima natura non hæreditaria attenta datur ſucceſſione; conſiderata ſecunda hæreditaria debitur tranſmiſſione, vt non ſuccedamus primo, donec à moriente transferatur ſanguis, & qualitas hæreditaria ſimul, in ead.deciſ.nu. 29.

Feuda non à vaſſallo feudatario, ſed à publico ſunt introducta, & ſunt proprium patrimonium Regis, qui ſolus poteſt famam, & qualitates conceſſioni præſcribere, & cuius deſtinatione ſunt, in deciſ.28.nu.46. & 47.

Feudatarius ſi ſuccedit in feudo præter defuncti voluntatem tenetur ad onera hæreditaria. & D.Camillus de Medicis laudatur, in addit. ad deciſ.28.num.1. & 2.

Feudo vendita veniunt dolia fundi cauſa empta, & Rota per quam aqua trahitur, in deciſ.32.nu.3.

Feudo vendito, vel conceſſo, cenſetur venditum, vel ceſſum eo modo, vt erat penes concedentem, vel vendentem inſtructum, & optimum, in deciſ.32.num.13.

Feudo vendito venire caſtrum, in add. ad deciſ. 32.nu primo.

Feudo vendito veniunt hoſpitia deſtinata pro habitatione Baronis, & alia, vt ibi declaratur, & alio caſu, in ead add.num. 2.3.& 4.

Feudatario decedente ante Kalend Martij, vel poſt Kalend. quomodo, & à quo tempore fructus diuidantur inter hæredes feudatarij, & dominum ad quem feudum reuertitur, in deciſ.33 num.5.

Feudatarij. & emphyteotæ, qui eorum induſtria vbriores fundos reddiderunt, non tenentur ad maiorem canonem, in deciſ.34.nu.46.

Feudo legato ſine aſſenſu deberi æſtimationem paſſim, & ſæpius iudicatum per S.C. in deciſ. 35.nu.1 & 2.

Feuda in Regno noſtro non poſſunt habere, niſi qui ſint hæredes, & citra ius, & nomen hæredis non poſſunt capere, in ead. deciſ. num. 21.& 43.

Feuda ſunt in commercio noſtro, quia alienabilia iuſſu Principis, in ead. deciſ. nu. 23. 29. 41.& 42.

Feuda inter patrimonia priuatorum numerantur, in ead.deciſ.nu.24.

Feuda, quæ non ſunt de perpetuò prohibitis alienantur, in ead.deciſ.num.25.& 27.

Feudatarius in multis caſibus poteſt alienare, & Rex tenetur aſſentire, in ead. deciſion. num.28.

Feuda nõ ſunt de omnino impoſſibilibus ad diſponendum. in ead.deciſ.nu.40.

Feudum perit ob inhabilitatem ſuper venientem principali acquiſitori, in deciſion. 43. num.8.

Feudum nouum, vel gratia, vel prætio pro ſe, & filijs quæſitum cenſetur, nec poteſt feudatarius abſq; culpa à domino diueſtiri, in ead. deciſ. nu.15.

Feudum pecunia quæri poteſt hodie ex communi doct.concl in ead deciſ.nu.16.

Feudum paternum ob Vaſſalli delictum non

amms.

ammictitur,ſed ad agnatos pertinet, in ead. deciſ.nu.18.
Feudum etiam pro dote retineri poteſt, in add. ad deciſion.44.num.4.
Femina poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos eum declarat, in add. ad deciſion. 45. num. 8.
Feriæ quotuplices ſint,& earum explicatio, in deciſ.58.nu.2.3.4.& 5.
Feria Neap.à quo tempore iudicantur, in ead. deciſ.num.6.
Ferijs quando dicatur quis renuntiare,& conſentire,in ead. deciſion.num.7.
Feriarum exceptio non obſtat quecunq; illa ſint uberiores ubi res eſſet tempore petitura,et pelum in mora,in ead deciſ.nu.num.9.
Feria qua poſſunt tolli à ſtatuto, in ead. deciſ. nu. 10.& 13. & quid ubi proceditur ſine ſtrepitu iudicij.nu.11.
Ferialium dierum materiam, qui authores enuntiant,in add ad deciſion.58. nu. primo.
Feſtiuis diebus acta iudiciaria fieri non debent, in add.ad deciſ.58.num.4& 6. & ibi quid ſi pars non contradixerit.
Feria an ſint, inducta in fauorem hominum, vel iudicum, in addit. & ad deciſion. 58. num.5.
Feria non obſeruantur in R. C. S. in ead. add. num. 7.
Feria non obſeruantur in cauſis miſerabilium perſonarum, in ead.add.nu.8.
Feria non procedunt in Curia Principis, in ead.add nu. 9.
Feriato etiam die ſit ſententiæ exequutio, in ead.add nu. 10.
Feriato etiam die Curatores, & Tutores dari poſſunt,in ead add. nu.11.
Feriato etiam die tractãtur cauſa magiſtratum in ead.add.nu. 11.
Feriato die tractantur cauſæ alimentorum, in ead add nu. 13.
Feudum,vaſſallo inſcio non poteſt à domino alienari,in deciſion.74. nu.6.
Feudum fuit datum propter ſeruitium, in deciſ.79.nu.21.
Femina an poſſit retinere feudum, in add. ad deciſ.76.nu.5.
Feudalia an veniant in generali obligatione,in deciſ 88.nu primo.
Feudalia an veniant in generali diſpoſitione, & haredis inſtitutione,& quando, in addit. ad deciſ.88.nu.primo.
Feudum hæreditarium iudicatur, uti de allodialibus,in ead.add.nu.2.
Feuda antiqua an veniant in confiſcatione, & quid reſpectu fructuum, in ead.add.nu.3.
Feudalia, an veniant in generali obligatione, ead.add.nu.4.
Fiſcus,& dos pari paſſa ambulant quo ad quedam non quo ad omnia, in deciſ. prima nu. 5.12.21.& 24.
Fiſcus in multis eſt magis priuilegiatus dote,et dos in multis magis fiſco, & inter eos non datur communicatio, ſed priuilegiorum conquaſſatio,in deciſ.prima nu.25.
Fiſcus cur in poſtea queſitis contra omnes iuris regulas præferatur anterioribus ratio redi non poteſt,in ead.deciſ.nu. 29.
Filius tenetur ſe obligare pro patre carcerato, in deciſ 4 nu.10.
Filij negligentes redimere parentes priuantur eorum ſucceſſione,in ead. deciſion. num. 12. & 14.
Filius familias prohibitus alienare ſine conſenſu patris poteſt ad redimendum patrem à carceribus ſe obligare,in ead. deciſion.nu.42.
Filij ſunt viſcera matris, in add. ad deciſion. 4. num.8.
Filius ortus ante paternam dignitatem,licet ipſa non fruatur.tamen dicitur nobilis, in deciſion. 10.num. 13.
Filij legitimati debent reuerentiam filijs legitimis.in add.ad deciſ.10.nu.12.
Filij legitimati non debent ſedere in menſa cum legitimis) cum pluribus alijs,in ead.add. num.13.
Filij medicorum,an gaudeant nobilitate, in ead. add nu.23.
Filij iuuant patri ad multa, in ead.add.nu.26.
Fideiuſſio præſtita pro obſeruantia pactorum in remiſſione contentorum minimè valet, in deciſ.11.num. 9.
Fideiuſſor obligatus ſoluere iudicatum per tertium tenetur ſoluere iudicatum per Iudicem,in deciſ.14.nu.primo.
Fideiuſſor in omnem cauſam, & caſum intereeſſiſſe intelligitur, in ead. deciſ. nu. 3.
Fide iubens coram iudice tenetur ſoluere iudicatum per ſucceſſorem,& etiam per Iudicem ſuperiorem.qui cauſam auocauit, in ead. deciſ.nu.5.& 12.
Fide iubens in prima inſtantia, quando teneatur etiam in cauſa appellationis, in ead. deciſ. nu 6.& 11.
Fidiiuſsio de ſoluendo iudicatum per talem Curiam tenetur,ſiue iudicatum fuerit per iudicem,qui erat tunc, ſiue per alium, in ead. deciſ num.8 & 10.
Fideiuſſio de ſoluendo iudicatum per certum iudicem eo mortuo recuſato,aut aliàs impedito coram alio extenditur, in ead. deciſion. num.9.& 14.
Filius eſt deterioris conditionis alijs agnatis in ſucceſſione feudi, quod habere non poteſt, niſi ſit hæres patris, & agnoſcat onera ſaluo beneficio

Digitized by Google

neficio inuentarij, in deciſ. 28. num. 39.

Filius ſicut iure Rom. per §. aliud quoq; & ſiue, & per Auth. ex cauſa C. de liber præter. ſuccedit patri ab inteſtato quo ad inſtitutionem, & ex teſtamento quoad legata, & fidei commiſſa ita ſuccedens in feudo contra, vel præter defuncti voluntatem tenetur ſeruare factum illius, & onera ſubire, in ead. deciſ. nu. 43.

Filius ex cauſa etiam à feudo ex hæredatur. in deciſ. 26. num. 40.

Fides de pretio quando conſideretur, & præſumatur, in add. ad deciſ. 39. num. 2.

Fides de pretio in dubio, an cenſeatur habita. in ead. add. num. 4.

Fides, ſiuè fidelitas, à qua feudum demoninatur, eſt de ſubſtantia feudi, & conceſſio ſub pacto vt fidelitas, non præſtetur intelligitur quoad iuramentum fidelitatis, quod remitti poteſt, non quoad fidelitatem ipſam, quæ in eſt feudo tanquam ſpiritus vitæ ipſius feudi, in deciſion. 43. num. 25. 26. & 28.

Filius inſiſtens in domo, vel bonis paternis pro dote matris obligatis non videtur patris hæreditatem adire, ſed in illis iure pignoris inſiſtere pro dote materna, in deciſ. 44. num. 10.

Filia etiam ab extraneo dotata poteſt petere dotem à patre ſtante ſtatuto in deciſion. 47. num. 12.

Fictiones duæ conſequutiuæ vna ad aliam poſſunt ſimul concurrere, in deciſ. 51. nu. 19.

Fides de pretio quando haberi videtur, in add. ad deciſ. 59 num. 3.

Fidei commiſſum conditionale ad hæredes non traſmictitur in deciſ. 66. nu primo, & quando, in addit. ad deciſ. nu. 2. vſq; ad finem.

Fidei commiſſi materia à ſapientibus fuit errata. in add. ad deciſ. 64. num. primo.

Fieri non debet per plura, quod per pauciora poteſt. in add. ad deciſ. 70. num. primo.

Fidei commiſſaria ſubſtitutio requirit mortem naturalem, in deciſ. 79. num. 4.

Fidem fallere graue ſcelus eſt, in deciſ. 80. num. 5.

Fiſcus nec compellit priuatos emere confiſcatas per eum ſubaſtandat, in deciſ. 87. num. 5.

Forma antiquitus obſeruata, in alienationibus annuorum introituum, in deciſ. 3. nu. primo.

Foriudicari, an poſſit, quis in regno pro crimine pro quo non eſt admictenda pæna mortis naturalis, quid non deciſum in collaterali conſilio, nec ratione contumaciæ poteſt foriudicari in caſu prædicto, in deciſ. 13. num. primo & 3.

Foriudicatio non datur in delictis non merente pænam mortis naturalis, & ſi fuerit facta, quod ſit nulla, & ibi ponitur exemplũ de minore, qui ob delictum decapitari non poteſt ſi fuerit foriudicatus, nulliter appareat foriudicatus, in add. ad deciſ. 13. num. primo.

Foriudicationis ſententia ſtatim non exequitur, & permictitur inquiſito dicere de nullitate in ead add num. 2. & 4.

Foriudicatus non appellat, nec Principem ſupplicat, in ead. add. num. 4.

Foriudicari quis non poteſt niſi poſt anni circulum contractum in contumatia, in ead. add. num. 6.

Foriudicandus debet citari in domo, in qua habitat, in ead. add num. 7.

Foriudicatus pro mortuo habetur, in ead. add. num. 9.

Foriudicatus per priuatum ſuſpendi poteſt cum declarat. & ampliat. in ead. add. num. 10.

Foriudicatus. an in Eccleſia poſſit occidi, in ead. add. num. 11.

Foriudicatus exiſtens penes Curiam non poteſt occidi, in ead. add num. 12.

Foriudicari non poteſt quis pro delicto non merente pænam mortis naturalis ſi non adſint inditia ad torquendum, in ead. addit. num. 13.

Foriudicari, quis poteſt pro appenſato homicidio in deciſ. 16. num. 14.

Foriudicatio, vt ritè procedat debet fieri in delictis merentibus pænam mortis naturalis. in add. ad deciſ. 16. num. 2.

Foriudicationis pæna quando per Principem remictenda, vbi de intellectu Conſt. Regni pænam eorum, in deciſ. 17. num. 14.

Forma ſententiæ in infligenda pæna exilij, & in deciſ. 23. nu. primo.

Forma hæc in Regno pro te, & hæredibus facit proſſimè ſucceſſurum hæredem in feudo etiã ſi defunctus alium faciat hæredem in patrimonio, in deciſ. 28 num. 30.

Forma originalis conceſſionis feudi parit ius irreuocabile perſonis in ea comprehenſis per ſtipulationem primi acquirentis, in ead. deciſ. num. 50.

Fœtus pecudum in fructu eſt, in deciſion. 34. num. 28.

Fortuna, quia non habet ſuperiorem in mundo non appellatur à iudicio ſortis, in deciſ. 57. num. primo.

Frater occidens ſororis ſtrupatorem poſt longum temporis interuallum à pæna ordinaria excuſatur, in add. ad deciſ. 18. nu. 5.

Fabritius Sammarcus Aduocatus primarius domini authoris auunculus, in deciſ. 25. num. 13. 16 & 15.

Fructuum diſtintio enunciatur, in addit ad deciſ. 33. num. 3.

Fructus maturi non exacti ad quem pertineãt. cum alijs queſtionibus curioſis, in ead. addit. num. 4.

Fructus dicitur quidquid ex re, vel propter rem ad nos peruenit, in deciſ. 34. num. primo, & 32.

Fructus appellatione venit omne, quoad vſum hominis in ductum eſt, ſiuè naturalis, ſiue induſtrialis, in ead. deciſ. nu. 12.

Fructus appellatione continentur, quod vis lucrum, quod vis emolumentum, & omnes commoditates, ex re noſtra ad nos pertinentes, in ead. deciſ. nu. 18.

Fructus appellatione, quæ non veniunt, reditus appellatione veniunt, vt partus ancillæ, quæ non eſt in fructu, ſed in reditu, in ead. deciſion. num. 26. 29. & 30.

Fructus eſt, qui terra coaleſcit naſcitur, & renaſcitur in ead. deciſion. nu. 33. vt lapidicina, Argenti fodina, Auri fodina non ſunt fructus, neque in fructu, num. 34.

Fructus nunquam renaſcitur idem numero, ſed idem genere, in ead. deciſ. nu. 38.

Fructus ſunt in triplici differentia, vt glandes, Caſtanea, Poma, Nuces, & ſimilia, ſunt fructus naturales, in ead deciſ. nu. 41. & 42.

Frumentum, & alia ſegetes ſunt fructus induſtriales in ead. deciſ. num. 42.

Fructus ciuiles dicuntur impropriè fructus, & accedunt magis naturalibus, in ead. deciſion. num. 43.

Fructus ſunt in triplici differentia, in add. ad deciſion. 34. num. 5.

Frater diues tenetur dotare ſororem, quando illa eſt pauper, in deciſ. 36. nu. 53.

Frater non priuatur vita militia ob ingratitudinem in fratre commiſſam ſecus vero ſi in patrem, in ead. deciſ. nu. 39.

Frater non tenetur alere fratrem, niſi ipſe ſit diues, & ille pauper, in ead. deciſ. nu. 56.

Frater ſecundo genitus pro vita militia non tenetur præſtare iuramẽtum fidelitatis, quia nec datur, in feudo exiguo, in ead. deciſion. num. 86.

Frater ſecundo genitus tenetur eſſe fidelis alias priuatur, in ead deciſ. nu. 87.

Frater ſecundo genitus cur non contribuat in adoha pro vita, & militia in ead. deciſion. num. 88.

Fraus, & dolus ſunt in conſiderationem, in add. ad deciſ. 58. nu. 2.

Fructus rei locata exiſtentes in remotis partibus ignorare, quis præſumitur, in deciſ. 63. num. 5.

Fructus ſunt difformes, inuariabiles, & vno anno ſunt maiores, alio minores, in deciſ. 81. num. 4.

Fugere à carceribus magis, quàm citatus non comparere, & qua pœna fugiens puniatur, ibidem, in deciſ. 13. nu. 4.

Furta quando hodie puniantur pœna mortis naturalis, in ead. deciſ. nu. 7.

Feudo inſtrumento legato veniunt inſtrumenta fundi, & etiam patris ſum quantumcunq; nobilia, & exceſſiui pratij, vt ſunt ſupellectilia aurea, argentea per larum, canes venatorij, Aucti rapaces, retia piſcatoria, baliſtæ, & alia huiuſmodi, in deciſ. 92. nu. 11.

Feudum legare ſimpliciter differt, vel legare fundum inſtructum. in ead. deciſ. nu. 12.

Furioſus eſt, qui diſponit de rebus penitus impoſſibilibus, & indiſcretè, in deciſ. 35. nu. 37.

Furioſus non poteſt diſponere ex defectu voluntatis, & intellectus, in eadem deciſion. num. 38.

G

Gladius in inuidos eſt applauſus ſapientium, in deciſ. 36. nu. 9.

Gloſa accurſij l. cum ab vno de legat. 2. ratio, & intell. in deciſ. 50. nu. 4.

Gloſa in l. 2. C. de barid. act. locus ſingularis animaduerſus, in ead. deciſ. nu. 5.

Gloſa doctrina in l. fin. § in computatione C. de iur. delib. tanquam notabilis recenſetur, & approbatur rationem vide, in deciſ. 7. num. 47. & 48.

Gualterius Faliota eius debitorem per concordiam liberauit à manus mutilatione, in add. ad deciſ. 69. nu. 59.

H

Hæres an reuocet alienata per defunctum in Regno Siciliæ, in deciſ. 2. nu. 10.

Hæres, qui ſciuit contractum, præſumitur ſcire etiam prorogationem, in deciſ. 3. nu. 8.

Hæres cum beneficio legis nullo emptore reperto, an cogere poſſit creditores ad recipiendum bona inſolutum deciſ. S.C. in ead. re Surdus contradictor confutatur, in deciſ. 7. num. 53. 54. 55. & 56.

Hæres cogi poteſt, vt vendat, & ſoluat, vel tradat vendenda, quando hæreditas ſoluendo eſt, nec bonorum venditio ipſi noect, & de veritate, in ead. deciſ. num. 2. & 3.

Hæreditas habetur pro non adita in biſqua (ſi pro adita haberetur) dãnoſa eſſet hæredi, in ead. deciſ. num. 18.

Hæres non tenetur debitorum nomina exigere, ſed poteſt illa creditoribus inſolutum dare, in ead. deciſ. nu. 19.

Hæres cum beneficio inuentarij quo iure ſit propriè

proprii hæres in ead. deciſ. num. 29. & 30.

Hæres cum beneficio non tenetur ad perſonales defuncti obligationes, ſed quatenus ex eis emolumentum capit, in ead. deciſ. num. 31. & 32.

Hæres dando inſolutum, an ſit in lucro, vel damno, in ead. deciſ num. 44. & 45.

Hæres cum beneficio poteſt reuocare alienationem feudi ex pacto, & prouidentia factam per defunctum, ſecus in hærede ſimpliciter, in ead deciſ num. 46.

Hæres ſi emptorem reperiat abſque ipſius obligatione tenetur vendere, ac ſoluere in pecunia, in ead. deciſ nu. 61.

Hæres ſuo iure vtens non facit creditori iniuriam. in ead. deciſ. nu 62.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, an poſſit dare Creditoribus nomina debitorum inſolutum in add. ad deciſ. 7. nu. 2.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij. etiam ſi obligauerit nomine proprio, non tenetur inſolidum, in ead add. nu. 5.

Hæres cum inuentario non eſt hæres, & ibi de differentia inter hæredem cum inuentario, & abſq; inuentario, in ead. add. nu. 6.

Hæres cum inuentario ſi retinuit pro ſe bona hæreditaria, & ſoluit creditoribus, an poſſit ab alijs inquietari, in ead add num. 7.

Hæres cum inuentario, an poſſit ſoluere de bonis hæreditarijs, ſi in pecunia fuit facta promiſſio, in ead. add. num. 8.

Hæres cum beneficio in feudalibus, an poſſit quantitatem pro releuio ſolutam deducere, in deciſion. 8 num. 1. & 2.

Hæres cum beneficio legis, an deducat quantitatem pro releuio per eum ſolutam, in add. ad deciſ. 8 num. primo.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij. quando expenſas litis per eum factas, ex hæreditate deducere poſſit, in ead add num. 9.

Hæredes tenentur pro hæreditarijs portionibus ad onera hæreditaria etiam ſi Fiſcus ſit creditor; niſi intercedat pignus, vel hypotheca, in deciſ. 12. nu. 6. & 7.

Hæredem dari in feudo introductum eſt in beneficium illius, qui feudum tenet, in deciſ. 28. num. 6.

Hæredem vocatum ad hoc, vt ſit hæres cum qualitate hæreditaria eſſe neceſſario inſtituendum, nulla lege cauetur, in ead. deciſ. num. 34. & 45.

Hæres non poteſt elapſo ſpatio à l. præfixo moram purgare, & inuentarium conficere, nec valet poſtea confectum, in deciſ. 42. num. 24.

Hæreditas, ex quibus adita cenſeatur, in add. ad deciſ. 42. num. 4.

Hæres conueniri nequit durante tempore confectionis inuentarij, & ibi quomodo reſpectu creditorum hæreditariorum, vel legatariorum tantum, in ead. add. num 9.

Hæres ad inſtantiam omniū creditorum tenetur reddere rationem deſcriptorum bonorum in inuentario, in ead add num. 10.

Hæres durante tempore inuentarij conueniri poteſt in ead. add num. 11.

Hæres cum inuentario poteſt ſoluere primo venienti, etiam ſi alij anteriores eſſent, in ead. add. num. 13.

Hæredibus non ſufficit offerre cautionem de ſoluendo dotem, ſed tenentur verè, & realiter ſoluere, in deciſion. 44. num. 13.

Hæredes, in quibus caſibus teneantur inſolidum, in add. ad deciſ. 50 num. 7.

Hæretici excommunicati, & leproſi expelluntur à Ciuitate, prout alia genera perſonarum, in add. ad deciſ. 54. num 9. 10 & 11.

Hæres liberatur à confectione inuentarij ſi conſtet ex partis confeſſione non adeſſe alia bona, in deciſ. 56 num 5.

Hæres non conficiens inuentarium excuſatur ſi maior expenſa concurrebat in eius confectionem, quam vtilitas, in add. ad deciſ. 56. num primo.

Hæres non conficiens inuentarium excuſatur ſi nihil in hæreditate eſt in ead. add. nu. 2.

Hæres non conficiens inuentarium excuſatur ſi nihil in hæreditate ſit, & ibi exemplum, in ead add. nu. 3.

Hæres illius, qui bonis ceſſit excuſatur ſi inuentarium non confecerit, in ead. add. num. 4.

Hæres non conficiens inuentarium excuſatur ſi creditores prius conſcripſerant inuentarium, in ead add. nu 5.

Hæres non conficiens inuentarium non tenetur cum teſtator credita ex bonis ſuis ſoluenda iuſſerit, in ead add num. 6.

Hæres non conficiens inuentarium dum eſt ſucceſſor eius, qui non tenetur vltra quam facere poteſt, non aſtringitur vltra vires, in ead. add nu. 8.

Hæres non conficiens inuentarium non tenetur pro pœna defuncti, in ead add nu. 7.

Hæredes infra tempus conficiendi inuentarij conueniri non poſſunt etiamſi hæreditas ſit opulenta cum ratione, in deciſion. 76. num. primo, & amplia, in add. ad eadem nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7 8 & 9.

Hæres durante tempore inuentarij alios conueniens reconueniri poteſt cum ampl ibi d. nu. 11. & 12.

Hæres ommictens conficere inuentarium, an perdat legitimam, ibid nu. 13.

Hæres inſtituit filius, & ommiſerit confectionem inuentarij, an perdet detractionē trebellianica,

nica, & falcidia ibidem, num. 14.

Hypothecam mulieris expreſſam poſteriorem præferri habentibus anteriorem tacitam tantum non autem expreſſam, in deciſ. primanum.primo.

Hypothecam ſumere vires à die acquiſitionis per communem debitorem nec retrotrahi ad tempus obligationis generalis, & quomodo, in deciſ.prima num.15.30.& 31.

Hypotheca, an oriatur tempore dotis ſoluta, vel promiſſa in addit. ad deciſ. prima num. 3.

Hypotheca ius eſt in diuiduum etiam ſi ſumma debiti, vel res hypothecata ſint diuidua, in add. ad deciſ.50.num.76.

Horatij Marchiſij Regij Conſil.laudes, in deciſ. 5.nu.25.

Homicidium quando ſit proditorium, & proditor quis dicatur, vbi per decretum S.C.& R. C.doctrina Bart, recipitur, in deciſ.16.num. 2.& 4.

Homicidium committens poſt longum tempus à recepta iniuria, an pœna mortis naturalis ſit puniendus, vbi quid decidere ſoleat S. C. in deciſ.18.nu.primo.& 4.

Honoris proprij defenſionem non cogitare beluinum eſt, in ead deciſ.num.5.

Homicidium commiſſum poſt longum tempus iniuriæ recepta, num pœna ordinaria puniatur, in add. ad deciſ. 18.nu.primo.

Homicidium in continenti commiſſum non pœna ordinaria puniri cum exemplis, in ead. add.nu.2.

Homicidium in dubio præſumitur ad defenſam, in ead.add.nu.9.

Homines largi verbis, ſtricti, & parci burſa regulariter fallunt ſecundum Cyn. inſpecta quantitate promiſſorum datorum, & qualitate perſonarum dantium, vel promittentium, ſed reprobatur, in deciſ.19. nu. 17.18. & 19.

Homo non eſt fructus, nec in fructu tamen quid quid ex eius opera peruenit eſt fructus, in deciſ 34.nu.21.& 32.

Homo non eſt in fructu hominis, in ead. deciſ. num 27.

Homines de caſalibus à beneficijs Ciuitatis quãdo excludantur, in add.ad deciſ.71.nu. 17.

Hominis defenſio, in deciſ.79.nu.13.

Hora ratio in morte habetur, in add.ad deciſ.9. num. 8.

I

IAcobi de Beluis opinio communiter recepta in feudo ex pacto: non autem in hæreditario illius tempore incognitum. Item eius opinio non eſt neceſſaria; ſed probabilis dum ratione, vel l.non fundatur, in deciſ. 28.num. 36.37.& 39.

Ignorantia præſumitur in hærede contractus defuncti, in deciſ.2.nu.6.

Ignorans pœnis obligari non debet, cum nec offendat, in deciſ.17.nu. 6.

Illi tenentur in conſequentiam etiam contribuere, quorum eſt commodum, in deciſ.38. num.4.

Imperator reſpexit abſentiam rerum, non perſonarum in termino inuentarij conficiendi, qui non currit hæredi niſi à die ſcientiæ mortis teſtatoris, vel à die adita hæreditatis ſecundum communem Doct, opin.in deciſ. 42. nu. 5.& 6.

Intereſſe affectioni liberi arbitrij, et voluntatis valde conſiderandum in humanis operationibus; in deciſ.5.nu.18.

Intereſſe domini aſſentire debentis eſt conſiderandum, nedum ob vtile, & detrimentum rei verum etim voluntatis, in deciſ. 5. nu. 19.

Iniuria fit antiquo conductori dum ei ſecundus præfertur, in add ad deciſ.5.nu.4.

Inuentarium operatur aliud pro alio ſolui poſſe emptori adiuuento, qui velit abſq; ſpetiale hæredis obligatione, ac nomine proprio emere, in deciſ.7.nu.20.

Inuentarij beneficium, an æquiparetur beneficio ceſſionis bonorum, in ead. deciſ. num. 27. 38.39.40.& 41.

Inuentarium ob publicam vtilitatem introductum eſt, in ead.deciſ. nu.60.

Inuentarij materia traditur, & quomodo debeat confici illud, in addit. ad deciſion. 7. num 4.

Inueſtitura præbet titulum inueſtito, in deciſ. 8.num.9.

Infeudatio, quæ conferat beneficia, in ead. deciſ. num. 10.

Infirmitas non præſumitur, niſi ex ſui natura perpetua ſis, in deciſ 9.nu.7.

Ingreſſus in religionem, an ammittat nobilitatem, in add.ad deciſ.10.nu.22.

Informatio poſt mortem delinquentium non capitur niſi in certis caſibus ſpecialibus, & hæredibus citatis, in deciſ.15.nu.16.

Induſtria inſidioſa, & proditio idem ſunt, in deciſ.16.nu.10.

Intellectus cap. Regni poſt commiſſum, in dec.17. num. 9.

Incontinenti quomodo intelligatur, in add. ad deciſ.18.nu.3.

Inimicitia non excuſat in obſeruantẽ, qui eam procurauit, eiq; cauſam dedit, ac de facile componi poteſt, in deciſ.19.nu.24.

Intereſſe per M. C. & S. C. conſueuit dari ad eandem rationem conuentam, quia contra-

ctus

I N D E X

Ctus reſoluitur culpa debitoris moroſi, quæ nõ debet obeſſe creditori ſecus ſi culpa creditoris iniuſtè reſoluentis, in deciſ. 20. nu. 2. & 3.

Interrogatio facta in iuditio de toto intelligitur de qualitate, & eius parte, & reprehẽditur calumnia Aduocatorum, qui hoc caſu conſulunt negari totum, & eſt magis communis contra aliam communem antiquorum, ibi intellectus, & diſtinctione concordantur opiniones, & limitatur in ead. deciſ. nu. 19. 20. 21. 22. & 24. 26. & 27.

Intereſſi nullum debetur creditori non exiſtente mora, & interpellatione, & interpellatio punitur, & nulla committitur mora petitionis plus debito ibid. in ead. deciſ. nu. 33.

Impugnans contractum proprium cenſetur renuntiare beneficio ſibi ex illo reſultanti, in ead. deciſ nu. 35.

Introductio cauſæ operatur tacitam renuntiationem, quæ non poteſt operari plus quam expreſſa, et Authoris origo à Ciuitate Tarenti, in deciſ. 21. nu. 5. & 7.

Inueſtitura vniformis in regno noſtro pro maſculis, & feminis acceptata ſexus, et ætatis prærogatiua, & qui aliàs contrahit dicitur in dolo, & fraudem facere, diſpoſitio tamen non vitiatur, ſed conditio diformis reycitur, in deciſ. 22. nu. 28. & 29.

Inueſtitura feudum donantis ſub alia conditione cum ſit lex, & gratia particularis præſumitur ignota ſtipulantibus exteris, quos probabilis hæc ignorantia excuſat ſi abſque illa conditione veriſimiliter non contraxiſſent, in ead. deciſ. nu. 36.

Inueſtituræ formas, quarum aliquæ ſunt merè hæreditariæ, aliquæ mixtæ, & aliquæ meræ, ex pacto, & prouidentia diligenter eſſe inſpiciendas, quia ex primis duabus Agnatus non ſuccedit citra ius, & nomen hæredis, in deciſ. 28. num. 35.

Impoſſibilia non cenſentur, & quæ pendent à poteſtate Principis ſi conſueuit concedere, & veriſimile ſit, faciliter eſſe conceſſurum, in deciſ. 36. num. 46.

Inuidi alienos labores deſpiciant, in deciſ. 36. num. 7.

Intereſſe tertij oppoſitoris ſufficit conſtare apparenter etiam ſi excipiatur ius ipſius eſſe nullum, & inualidum, in deciſ. 40. nu. 7.

Interrogationes poſſunt fieri in qualibet parte iudicij, in addit. ad deciſ. 41. num. 12.

Inuentarium confectum per hæredem defuncti procul ab eius patria, & bonis, poſt lapſum trium menſium à die obitus, num iuuet hæredem, in loco bonorum, & in patria illud conſpicientem, in deciſ. 42. num. 1.

Inuentarium bis per S. C. iudicatum poſt tempus confectum hæredi non prodeſſe, in deciſ. 42. num. 26. & 27.

Inuentarium quando, & quanto tempore incipi, & fieri debeat, in addit. ad deciſ. 42. num. primo.

Inuentarium factum poſt tempus non valet, in ead. add. nu. 2.

Inuentarium quomodo fieri debet ne inſolidũ hæres teneatur, in ead. add. num. 8.

Intellectus cap. 1. an mutus difficilis ob duas opiniones inuicem contrarias ibi poſitas, quarum veritas exam. in deciſ. 43. numer. 10. & 19.

Intellectus verus d. cap. 1. an mut. vt ſecunda opinio non corrigat primam, niſi in muto, vel aliter imperfecto à natiuitate, non ex accidenti, qui ſecundum primam, & ſecundam poteſt feudum retinere, in ead. deciſ. nu. 43. 45. & 46.

Impediti valetudine ſeruire dicuntur, in ead. deciſ. nu. 58.

Interrogandi praxis, à quo ſit ſumpta, & quomodo intelligatur cum larga tractatione declaratur facienda per hæredem, tàm in feudalibus, quàm in burgenſaticis, in add. ad deciſ. 48. num. 7.

Inſtitutus poſt mortem vxoris relictæ legatariæ non dicitur conditionaliter inſtitutus, & ideo præmoriens transmittit ad hæredes, in deciſ. 64. nu. 12. & 13.

Intereſſe futurum quomodo taxetur, in add. ad deciſ. 65. nu. 8.

Intereſſe, vel tertiæ quando habeant eandem anterioritatem cum ſorte principali, in ead. add. nu. 7.

Inſtrumento ſtante de conductione pro tot annos ſi illis elapſis pro tacita agatur via exequutiua, in add. ad deciſ. 68. nu. 10.

Intellectus l. ne cui C. locati in deciſion. 68. num. primo.

Inſtrumentum habet paratam exequutionem, in add. ad deciſ. 69. nu. 18.

Inſtrumenti exequutio quando impediatur, in ead. add. num. 20.

Inſtrumentum elapſis annis 20. paratam exequutionem non habet, in ead. add. nu. 21.

Inſtrumentum exequi impeditur per prauentionem, in ead. add. num. 22.

Intellectus §. ſi quis igitur auth. quibus naturales effic. ſui, in deciſ. 71. nu. 3.

Intellectus l. ſi quis ex aliena ff. de iudic, vt non habeat locum cum eſt contentio de iuriſdictione inter duo tribunalia, in deciſ. 73. nu. 5.

Intellectus aliquorum in §. ſancimus verſ. hæc autem auth. vt cum de app. cognoſc. & l. fin. §. donec, C. iur. deliber. refertur, in deciſ. 76. nu. 3. & 4.

Inuen-

Inuentarij tempus indicatum à S.C. eſſe trimeſtre, in ead. deciſ. num. 5.

Infantes quando perfectionati dicantur, in deciſ. 79. num. 8.

Interdictum uti poſſidetis quando detur, in addit. ad deciſ. 83. num. 1.

Interdictum uti poſſidetis allegans debet probare turbationem illatam ab aduerſario, in ead. add. nu. 3.

Interdictum uti poſſidetis quando detur, in ead. add. nu. 4.

Inſtrumentum, ſeu prothocollum quod exhiberi petitur pro redarguendo de falſo debet exhiberi, in add. ad deciſ. 8[illegible]*. num. 13.*

Inditium ad torturam facit res furata penes aliquem reperta, in deciſ. 89. num. 1. & per ſeq. & ibi in addit.

Io. Baptiſta Thorus I. C. Neap. laudatur, in add. ad deciſ. 86. num. 13.

Ira Principis ſemper ab initio temperanda, nec illis placendo, diſplicẽdũ Deo, in dec. 30. n. 12

Iſern. doctr. in cap imperialem nu. 24 in addit. pro negatiua allegati, concludentis feudatario contrahente, & ante aſſenſum decedente, non poſſe aſſenſum impetrari, contractum eſſe nullum, & ob id hæredem ad nihil teneri facit pro opinione affirmatiua, in deciſ. 28. num. 55. 56. & 57.

Iſernia dicta in conſtitut. Comitibus, conferant ad opinionem negatiuam, in deciſ. 36. nu. 32.

Iter & actus non ſunt fructus, ſed in fructu, in deciſ. 34. nu. 24.

Iuramentum quamuis reale ſit quantum ad iurantis, obſeruantiam tñ reſpectu hæredis obligat tantum ad intereſſe, in dec. 7. n. 35.

Iura in ſuo recto ſenſu ſunt intelligenda, prout cantant abſq; cauillatione, in deciſ. 5. nu 11.

Iudex ſi abſoluat reum conditione ne in futurum ea attentes, ſi deinde contraueniat non incidit in primas pœnas ratio ubi vide quid ſi hoc pactum adijciatur à Principe, & quid in priuato, in deciſ. 11. num. 5. 6. & 7.

Iudex debet eſſe cautus in prolatione ſententiæ formidicationis, in addit. ad deciſ. 13. nu. 5.

Ius conſtitutionum eſt in Regno commune, in deciſ. 17. nu. 3.

Iudex ex cauſa poteſt abbreuiare legalem dilationem, in ead. deciſ. nu. 19.

Iudex ſine Actorum Magiſtro non põt eſſe, qui ob id dicitur pars quotitatiua iudicij, & Regina Ioanna numerat Actuarios inter officiales, in deciſ. 24. num. 3. & 4.

Iudex in pœnis ſanguinis ſemper debet eſſe mitior, & mitius puniri debet, regulariter attentatum, quia ſtatuta diſponunt de actu ſecundum effectum, non ſecundum affectum, in deciſ. 25. nu. 2.

Iudex ex cauſa poteſt minorare pœnam, rejicitur opinio cõtraria, & remiſſiue de caſibus, in quibus Iudices tenentur minorare pœnas, & pœna ordinaria non datur emictenti ictum contra occidentem, Sempronium dum voluit occidere Caium ex ratione, in add. ad deciſ. 25. num. 3. 4. & 9.

Ius commune Rom. in deciſ. cauſarum feudaliũ non attenditur, quando per ius feuda terminantur (prout in caſu, ubi quis acquirit pro ſe, & hæredibus, vt veniant hæredes ſanguinis) ſed in defectu iuris feud. in deciſ. 28. nu. 32. & 43.

Iura allegata per Iacobum de Beluiſ. pro fundamento ſuæ opinionis non probant, & loquuntur in diuerſis caſibus, & text. in §. aliud quoq; & in §. ſiue, auth. vt cum de app. copioſè fundat opinionem affirmatiuam, in ead. deciſion. nu. 40 41. & 42.

Iure communi non licet ex contrahentibus altero inuito à contractu recedere: imo contra bonos mores, & ſtatuto permictente, deciſ. 29 num. 14.

Iuſtinianus Imperator hoc facinus deteſtatus particularem edidit legem contra huiuſmodi praſiães, in dec. 30. nu. 2.

Iure feudali deficiente recurritur ad ius commune, in deciſ. 33. num. 11.

Iuramenta non validant contractum earum rerum, quorum commercium eſt prohibitum ratione rei, & materiæ in deciſ. 35. nu 31.

Ius in ſpe, quod nondum eſt in hæreditate teſtatoris poteſt legari in ead. deciſ. nu. 46.

Ius tertij oppoſitoris ſufficit habere figuram eſſe licet in ſubſtãtia non probetur, in dec. 40. n. 8

Ius ſubſtitutionis ad hæredes non trãſmictitur, in ead. deciſ. num. 10.

Iudex in cauſis ſibi commiſſis ſummariæ, &c. poteſt ſiue ad partis inſtantiam, ſiue ex officio in qualibet iudicij parte litigatores interrogare ubicũq; hoc æquitas ſuadebit, in dec. 41. n. 7

Iure cõi feudorũ attento vnuſquiſq; poteſt ſeruire per ſubſtitutũ, lege imperiali hoc diſponente, quæ vbiq; ſeruari debet, & facit ceſſare conſuetudines aliter diſponẽtes, dec. 43. n. 32

Iure communi non reperitur cautum, quod muti, cæci, ſurdi, bonis ſuis priuentur, in ead. deciſ. num. 35. & 36.

Iudices dãnantur, qui eleuato velo interponũt iudiciariã authoritatẽ, in add. ad. dec 49. n. 5.

Iudicium ſuper ſpolio ex c. reintegrãda eſt. ſecũdũ, & extraordinarium iudicij ordinem, non requirens, nec partis citationem ſuper teſtiũ receptione, in dec. 53. nu. 3.

Iudex in hoc iuditio poteſt procedere receptis probationibus ad ſui reformationem, & inſtructionem in ead. dec. num. 4.

Iudex meretricum non habet iuriſdictionem in nuptam meretricē, in add. ad dec.54.n.6.

Iuditium ſortis non tenet niſi in caſibus à iure expreſſis,& quando eſt dubium in iure, ſecus ſi in facto, etiam ſi iudex ſuas interponat partes fallit in vtroque caſu ſi partes conſentiant,in decis.57.num.9. & 10.

Ius ex cauſa de præterito poſt litis conteſtationem eueniens venit in eod.iuditio maxime ſi eſt acceſſorium ad primum, in deciſion. 65. num.primo.

Iudicium vbi ſine actione inſtituitur ſi ex cauſa de præterito ius, & actio competere incipiat pendente iuditio poteſt ex ead inſtantia ſequi condemnatio, & quid de conditione ſuperueniente in deciſ 65.num. 2.& 3.

Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito conualidat ius actoris in qualibet iuriſdictione delegata,in deciſ.65.num.6.

Iudex quando poſſit condemnare aliquem ad expenſas,& intereſſe non petitum, in add.ad deciſ.65.num.9.& 10.

Iuriſdictiones plures habens ſi vnam ſolum habere putabat ceteras minimè deperdit in deciſion 70.num 6.

Iuriſdictio tunc dicitur turbari ad finem puniendi cum ſit de facto extra iuditium, non autem per viam iuditÿ,in deciſ.73. num.4.

Iudex quando poſsit ſuam iuriſdictionem pænali iuditio defendere,in ead. deciſ. num.3.

Iura feudalia ſunt conſuetudines in quibus ſtrictè proceditur in deciſ. 74.num.4.

Iudices cauſarum criminalium in Hiſpania *dicuntur alcaldes,in deciſ.80.num.4.*

L

L*Aberes noſtros ab alÿs poſſideri,iniuſtum, & dolendum,in deciſ.6.nu.16.*

L*atrones inſigni non appellant,& de tractatione,in add.ad deciſ. 15.num.10.& 12.*

L*ac pilus,& lana pecudum in fructu, eſt in deciſ.34.num. 22.*

L*aborator præfertur creditoribus ſicut vendens herbam pecorarÿs, in add.ad deciſ. 44.n. 21.*

L*egis aſſiduis C. qui potior &c. expoſitio, in deciſ prima,num.33.& 17.*

L*egis ſi his qui ff. de iure Fiſci priuilegium, eſt Fiſci ſpeciale incōmunicabile omnibus perſonis,et actibus priuilegiatis, in ead.dec.n.34*

L*egatū rerū dotalium æſtimatarū ſibi à marito factum vxor tanquam propriarum mariti conſequitur ,nec factum ſibi cenſetur animo compenſandi, in ead.deciſ.num.41.*

L*egis in rebus diſpoſitio, C. de iure dotium, vt mulier præferatur in bonis viro traditis,ſiue æſtimatis,ſiue inæſtimatis indicat, quod alias incontrarium ſe habet ius commune, quia illud eſt ſpetiale, cuius contrarium eſt generale, in ead.deciſ num.46.& 47.*

L*egis aſſiduis priuilegium ſi poſſit cedi, & renuntiari,in add.ad deciſ primam num. 10.*

L*egis congruit cum l. ſeq. diſpoſitio C. de locat. præd ciuil lib. 11. varÿs modis intellecta in S.C.tempore Affl. deciſ.238. & Præſid. de Franc.406.& an ob ipſius tex. diſpoſitionem ponatur caſus generalis, & per tex. in l.ne cui C. locati ſpetialis, vel è contra, in deciſ. 5.num.1.2 & 8.*

L.*congruit vti poſterior ſituata in vltimis lib.C. cenſetur addita ad correctionem dictæ legis ne cui,in ead. deciſion. nu. 3.*

L.*congruit Aequitas, vt veteres conductores præferantur nouis, quæ militat, in prædÿs Fiſci, debet etiam militare in conductoribus priuatorum quia diſpoſitio extendi debet iuxta rationem diſpoſiti, & debet admicti d. l. ne cui in rigore,& exorbitanti fundata,in ead. deciſ. nu. 4. & 5.*

L. *ne cui generaliter intelligenda in omnibus & l.congruit in caſu ſuo, quia venit limitatiuè non correctiuè,& eſt condita ante legem ne cui,vera differentiæ ratio,in ead. deciſ.nu. 12.13.& 17.*

L.*congruit loquere in prædÿs fiſcalibus, in add. ad deciſ.5 nu 8.*

L.*congruit à quibus fuit compilata expoſcitur, in ead.add.nu.10.*

L*eges ciuiles,niſi ſint expreſsè à Canone approbata,non ſunt contra Eccleſiam recipiendæ, in deciſ 6.num.5.*

L.*corrigens afferri debet,ſi ſit aliqua correcta dicatur,in deciſ.7.nu.28.*

L.*quæſitum ff de re iud ad tex. intellectus, et nū habeat locum in obligationibus certa quantitatis deducta in ſtipulationem certa die,in deciſ.9.nu. 10.& 11.*

L.*fin. ff. quæ ſent. ad text.intell. ſine appell. reſcind in ead. deciſ.num.22.*

L*egitimatus dicitur ſimilis curato à vulnere in quo remanet cicatrix,in add ad dec. 10.n. 10.*

L*egitimati non ſunt æquales filÿs legitimis, in ead add nu.11.*

L.*eum apud ſempronium ff iud.ſol.declaratur, in deciſ.14 nu.2.4.7.& 13.*

L*ex retro non trahitur,& intelligere debemus, quod lex intelligit in deciſ.17.nu. 4. & 5.*

L*eges omnibus debeat eſſe æquales,in ead.dec.n 7*

L*egatum factum ſub modo,vel conditione,ita vt legatarius,vel hæres in certo loco habitet, an teneat,in add ad deciſ.19.nu.3.*

L.*vn. C. de plus pet. & §. ſi quis agens inſtitut. de act. differentia in deciſ. 20 numer. 11.& 25.*

L. odit impugnantes proprium contractum, & punit etiam ſi impugnans ſit minor, in deciſ. 29.num.23.& 24.

Lectus,& neceſſaria ſupellectilia, an veniant in generali conceſſione,& ſi veniant capella, in addit. ad deciſ.32.num.11.

Legitimam deberi filijs introduxerit Iuſtinianus,in deciſ.36.num.55.

Leges feudales non habuerunt oculos ad priuatam vtilitatem,ſed ad publicam, in ead. deciſ.nu.74.

Lex barbara,& irrationabilis confundit ingenia interpetrum,in deciſ.43.num.42.

Legata pia deducuntur ex ſcriptura manu teſtatoris,ſine teſtibus ſubſcripta,in add. ad deciſ.45.num.5.

Legatum ad pias cauſas probari per duos teſtes iuxtà diſpoſitionem dicti cap relatum cenſuit S.C. in deciſ.46.num.8.

Legati tranſmiſſionis ad deſcendentes materiã poſuit doctiſſimus Regens Valẽzuela in quo dam ſuo conſ.in add.ad deciſ.47.nu primo.

L.cum ab vno in princ.de legat. 2. intell. diſentitur,in deciſ. 50.num.2. & 3.

L.cum ab vno ratio non eſt ſpecialis in dote ſecundnm Cyn.et de intellectu Baldi Cumã. Lud.Bolog.Dini,& Floriani,Surdi Floriani in ead.deciſ. nu. 7.8.10.11.12.13.& 14.

L.cum ab vno procedit generaliter in teſtatore, qui grauauit vnum ex heredibus ſoluere creditori animo compenſandi,& communis ſenſus in d l.cum ab vno exactè explicatur,in ead.deciſ.nu.15.& 16.

Legatum,vel donatio facta à concubina concubinario,an teneat,in add. ad deciſ. 52.nu.5.

Læſio, vel deceptio intolerabilis iuditio ſortis proueniens debet in melius per ſuperiorem ex officio reformari.in deciſ. 57.nu.6.& 7.

Legatum ad tempus relictum finito tempore reuertitur ad heredem non iure fidei commiſſi,ſed conſolidationis ſecus ſi ſimpliciter poſt mortem legatarij,in deciſ.64.num.3.4. & 6.

Legatum poſt mortem legatarij debet ad heredẽ redire q reperitur mortuus nũ heredi hæredis debeatur,in ead.dec.n.5.7.8.9.10.et 14

Legatum non caducatur herede præmoriente quoties teſtator dixerit redeat ad heredes meos, vel quando heres mortuus erat filius teſtatoris,in ead.deciſ.nu. 11.

Legata cenſetur propietas cum onere fidei commiſſi quoties rei poſt obitum alicuius reſtituendus vſusfructus legatario ſufficiens relinquat dum viuit,in ead.deciſ. nu.2.

L.ſi quis ex aliena ff de iuditijs non habet locum cum eſt contentio de iuriſdictione inter duo tribunalia,in deciſ.73.num. 5.

L. 15.à quo de rei vendicatione materia enunciatur,in deciſ.79.n. primo.

L.fin. C. vbi ſenat. vel clariſſimi priuilegium extenditur eum ad filios in deciſ.73.num.2.

L.varios patiens intellectus non debet allegari ad deciſiones cauſarum,in deciſ.79. num. 17.

Legatum in dubio præſumitur factum cauſa demoſtrationis nõ taxationis cõcurrente ſanguinis cõiuntione,et affinitate,in dec.81.n.2

Legatum cauſa demoſtrationis, & non taxationis,quando dicatur,& de effectu eius,in ead. deciſ.nu. primo.

Leſio non datur propter periculum diminutionis,in ead. deciſ.num.5.

Legatum quando dicitur cauſa demonſtrationis,in add. ad deciſ.81.num primo.

Legata in quibus caſibus debentur vitiata inſtitutione,in ead. add.nu.3.

Liquidatio inſtrumenti facta eodem die,quo debitor deceſſit,an ſit nulla,in dec.19.n.primo.

Liquidationis materia contingens eſt, in add. ad deciſ.9. num primo.

Liquidatio inſtrumenti facta contra eum, qui eodem die mortuus fuit, an ſit nulla, in ead. add.num.2.

Libertas quando dicatur infrigi, in addit. ad deciſ. 11.num.5.

Libertatem eligendi matrimonium aliud eſt metu pœna,auferri, aliud ad matrimonium certa lege inuitari,in deciſ.19. num. 23.

Libertas voluntatis commorandi extra Neapolim libertas aſpernenda, & infirma voluntas in ead.deciſ. num.29.

Liquidatio facta plus debito nulla æquitate poſſet eſſe firma pro ſumma etiam verè debita, & ideò vſurarum,vel intereſſe petitionem denegat,in deciſ.20.num.15.

Liquidans inſtrumentum ad plus, quod debet conſequi tenetur ad intereſſe, in addit. ad deciſ. 20.num.1.

Lites non debent eſſe immortales,in add.ad deciſ.21.num.3.

Libellus,in quo quis petit rem cum intereſſe cõprehendit fructus, in deciſion.34.nu.14.

Litem mouens tempore incognito ſibi imputare debet,in deciſ.63.nu.14.

Libellus nouus minime requiritur, vbi quod ſuperuenit poſt litis conteſtationem non poterat ſub prima petitione includi, & quia non debebatur in deciſ.65.nu.6 & 9.

Liquidationis actus, vt ſit perfectus quid requiratur,in deciſ.69 nu. 3. & de praxi liquidationis facienda, nu. 4.

Liquidatio quomodo fiat,in add.ad dec.69.n.19.

Loffredi doctr. in cõſ.10 n.14.fundãtis tex.in l. cũ à matre C de rei vẽd.nõ procedere in his, quæ legis beneficio capimus eſt intelligẽda(ſecundũ Cam.quãdo lege datur ſine qualitate hereditaria adiecta ab homine, in deciſ.28. nu.33.

Loffred. firmat eand. opinionem affirmatiuam triplici fundamento in deciſ. 39. numer. 13. 21. & 22.

M

Mater torquetur filÿ amore, in deciſ. 4. num. 11.

Mater tenetur alere filium inopem, & dotare filiam inopem, in ead. deciſ. nu. 15. & ibi.

Mater redimere filium tenetur, & pro eo ſe obligare, in ead. deciſ. num 17. & 18.

Mater, an intercedat pro libertate filÿ? in ead. deciſ. num. 22.

Maſculis, non feminis ius vindicta competit, in ead. deciſion. nu. 38.

Maritum non habere, & liberum illum non eſſe, paria ſunt, in ead. deciſ. num. 45.

Mater intercedens pro filio iuuatur Senato Conſulto Velleiano, in ead. deciſ. nu. 49.

Mater intercedens pro filÿ carcerati excarceratione iuuatur benefic. Velleiani, ſed attenta opinione noſtra, veritas eſt, in contrarium, in addit. ad deciſion. 4. num. primo.

Marcus Antonius de Ponte Carolus de Tappia, Arcualus Sedenno, & Iacobus de Franchis I.C. diſſertiſſimi authoris collega, in deciſ. 3. num. 28.

Magna Curia non conſueuit vnquam contra cadauera damnatorum in carcere mortuorum exequi ſententiam maximè, quia vt plurimum pendet appellatio qua pendente nemo dici poteſt condemnatus, in deciſ. 15. nu. 17.

Materia forindicationis enuntiatur, in add. ad deciſ. 17. num. primo.

Maritus occidens vxorem adulteram cum primum potuit excuſatur à pœna ordinaria, in add. ad deciſ. 18. nu. 4.

Maritus, & vxor paciſcentes in albarano, & mox in capitulis matrimonialibus perpetuũ incolatum in Ciuitate Neapolis, & inde ſub pœna pro quauis cauſa non diſcedere, non poſſunt contrauenire, & quod ambo conſentiant, ſic per S.C. deciſum, in deciſ. 19. num. primo 2. & 20.

Marchio Regius Conſiliarius, vel familiaris, Comes, & Dux promittens Regis aſſenſum in contractu, illum non impetrando cenſetur in dolo, & tenetur ad totale in intereſſe, quia præſumitur facilis, ac potens ad impetrandum, in deciſion. 22. num. 27.

Materia Patria prohibitionis enuntiatur remiſſiue, in add. ad deciſ. 23. num. 8.

Magna C. non cognoſcere de delictis tã actiuè, quam paſſiuè actorum magiſtri declaratur, ſed M.C. cognoſcere de delictis officialium, et baronalium cum ampl. et declarat. in add. ad dec. 24. n. 5. 6. 8. & 10.

Marinus de Caramanico author dicta gloſ. in verbo vtroqueut de ſucceſſionibus, & aliàs gloſſauit, floruit tẽpore Caroli Primi, quo feudum hæreditarium non erat introductum, nec cognitum, in deciſ. 28. num. 18. et 22.

Male fidei, vel bone fidei poſſeſſor; quos fructus teneatur reſtituere, in add. ad deciſ. 24. n. 7.

Marinus de Caramanico Conſtit. Regni gloſator floruit tẽpore Caroli primi, et fuit iudex cap. Neap.

Maritus quando cogitur alere vxorem, in deciſ. 47. num 3.

Maiores etiã poſſũt petere cõfirmari corũ contractus à iudice, qui tenetur etiam ſi altera pars contradiceret, in deciſ. 49. n. primo, et 10.

Maritus pro dotis reſtitutione non poteſt conueniri inſolidum, & ibi quid in reſtitutione antefati, in add ad deciſ. 50. num. 5.

Maritus habet beneficium deducto ne egeat ob maritale reuerentiam cum declarat, in ead. add. num. 6.

Maritata de conſenſu viri habitans in domo non ſibi coniuncti poteſt expelli, in deciſ. 54. num. 20.

Maritus conſentiens mulieri adultera ipſe, & non vxor debet puniri, in ead. deciſ. nu. 22.

Maritus certioratus, & conſcius adulterÿ vxoris dicitur tacite lano in ead. deciſ. num. 23. & 24.

Maritus vilis, & leno vxoris cum ea expelli debet, in ead. deciſion. nu. 25.

Mater tutrix obligans ſe pro tutela filÿ, et renũtians omni legũ auxilio poteſt carcerari, ſed de veritate remiſſiue, in ead. deciſ. n. 29. et 30

Matrimonÿ libertatem impediens anathema eſt, in deciſion. 62. num. 7.

Malus ſemper malus præſumitur in dec. 86. n. 8

Magnus admiratus creat locumtenentem cũ ipſa præheminentia, in add. ad deciſ. 37. nu. 2.

Magnus admiratus eſt æqualis magiſtro iuſtitiario, in ead. deciſ. num. 4.

Magnus admiratus creat 50. homines qui recommendati dicuntur, in ead. deciſ. num. 5.

Matricula, & exercitium ſunt verificanda pro obtinenda remiſſione, & ibi exercitiũ debere eſſe continuatum, in ead. deciſ. nu. 9. et 10.

Magni admirati fauore datur continentia cauſa, in ead. deciſ. nu. 10 & 14.

Maior ex minoris priuilegio cõſequitur id quod ex perſona propria ei non conceditur, in add. ad deciſ. 69. num. 66.

Maritus põt retinere rẽ dotalem, quã meliorauit pro meliorationibus in add ad dec. 44. nu. 8.

Meretrix, an valeat agere in iudicio petendo mercedem pollicitam cauſa fornicationis, & concubitus, in deciſ. 62. num. primo

Meretrix licet iure fori, nõ poſſit petere mercedẽ promiſ.

Google

promiſſam, tamen ei ſoluto repeti non poteſt, in ead. num. 2.
Meretrix eſt domina ſui corporis, & ſe vendere poteſt, & quando, & multa iam facta tenent, quæ ſi non eſſent facta impedirentur, in ead. decif. nu. 5. 6 & 9.
Meretrix falſum aſſerens ſe ſcilicet virginem, & ob id maiorem quantitatem extorquens tenetur id, quod recepit reſtituere ſecus ſine fraude, in ead. decif. num. 14. & 15.
Meretrix quando poſſit petere mercedem ex cauſa fornicationis, in addit. ad decif. 52. num primo.
Meretrix, quæ dicatur, in ead add. num. 2.
Meretrix licite accipit ſuæ turpitudinis quæſtum, in ead add. nu. 3.
Meretrices prohibentur cohabitare inter bonas, & in loco honeſto de iure Regni, ac etiam de iure communi, in decif. 54. num. primo 4. 5. 6. & 8.
Meretrices, & exteri abſq; vxoribus, ac ſcolares, ex particolari priuilegio Neapolitanorum poſſunt expelli à vicis, et locis, vbi perſonæ honeſtæ habitant, in ead. decif. nu. 2.
Meretrices, et lenones de iure communi poſſunt compelli habitare in extremis partibus, & extra menia Ciuitatis, in ead. decif. num. 3.
Meretrix, quæ dicatur, in ead. decif. nu 7.
Meretrices nuptæ non iudicantur ad paria, ſicut ſolutæ & gaudent priuilegijs, & fauoribus honeſtarum, in ead decif nu. 10. 18. et 19.
Meretrix maritata poteſt accuſari de adulterio, quia in ea conſideratur matrimonium, in ead. decif. nu. 12.
Meretrix coniugata carcerari pro debito non poteſt, cum pluribus curioſis in materia meretricuum, in add. ad decif. 54. num. 3.
Meretrices certum habitandi locum tenent Romæ in ead add. nu. 14.
Meretrix dominus domus, vel vicini ad quorum inſtantiam ex fractauit meretrix debēt ſoluere penſionem, in ead. add. num. 15.
Mercatores decocto quo ordine ſit creditoribus ſatisfaciendum, in decif. 59. nu. 6.
Mercatores improbos multa contra allegantur, in add ad decif. 59. num. 4.
Mercator fugitiuus tenetur cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, in add. ad decif. 82. num primo.
Mercator ſuſpectus de fuga, an teneatur cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, in decif 82. num primo.
Mercatores falliti dicuntur famoſi latrones, in add. ad decif. 80. num. primo.
Mercatorū ſtatus verſatur in magno periculo, et diſcrimine ſalutis eternæ, in ead. add. n. 2.
Mercatura, an derogit nobilitati, in ead add. n. 3
Mercatores propter eorum tenacitatem, & fraudulentem habitum iura diuerſimode tractarunt, in ead. add. num. 4.
Mercatores decocti, ſiue falliti ſunt ipſo iure priuati adminiſtratione eorum bonorum, in ead add. num. 5.
Mercatores decocti non admictuntur ad ceſſionem bonorum, in ead. add. nu. 6.
Mercatores decocti antiquo iure quomodo puniebantur, in ead. add. nu. 7.
Mercatores decocti poſſunt torqueri, vt indicent pecunias, in ead. add. nu. 8.
Mercatores decocti poſſunt capi in Eccleſia, in ead. add. num. 9.
Mercator decoquens dicitur furtum facere, & ſtante decoctione eius bona efficiuntur creditorum, in ead. add. nu. 10.
Mercator vitiæ fortunæ decoctus non patitur penas doloſi mercatoris, in ead. add. nu 11.
Mercator bonus non præſumitur librum falſificare, in ead add. nu. 13.
Mercator non probatur ex vnica venditione. et ibi quomodo probetur mercatura, in ead. add. num. 15.
Mercator quando dicatur eſſe in dolo, in ead. add. nu. 16. & 17.
Mercatores falſum committentes in eorum libris varijs penis puniuntur, in ead. addit. num. 18.
Mercatorum fraudes, in decif. 88. num. primo.
Mercatores doloſi decoctores in Hiſpania quomodo puniantur in decif. 80. nu 3. & ibi traditur deciſio.
Milites hieroſolomitani, an poſsint retinere feudum in add. ad decif. 79. n. 3.
Milites S. Iacobi calatraua, & alcantara, an poſſint feudum retinere, in add ad dec. 79 n. 4
Miſſio in poſſeſſionum fiebat priſco tempore in bonis debitoris, in add ad decif. 69. nu. 41.
Minor alienans rem abſq; ſolemnitatibus pro redimendo captiuo non reſtituitur in integrum, in add ad decif. 4. nu 10.
Minor ſuccedens in feudo non tenetur ſtatim ſoluere releuium, ſed tunc demum cum iurat fidelitatem, & obtinet inueſtituram factus pubes, in decif. 8. nu. 4.
Minor etiam quod repudiat beneficia reſtituitur, quia per talem renuntiationem dicitur decipi, & lædi, in decif. 21. nu. 3. & 6.
Minoris priuilegium quando maiori communicetur, in add. ad decif. 12. nu. 9.
Minadois opinio pro negatiua allegata rectè ponderata concludit pro affirmatiua, in decif. 82. num. 31.
Minadous tam legendo, quam conſulendo ſuſtinuit eandem opinionem pro primogenito, in decif. 36. nu. 23.

Loffred. firmat eand. opinionem affirmatiuam triplici fundamento in deciſ. 39. numer. 13. 21. & 22.

M

Mater torquetur filij amore, in deciſ. 4. num. 11.

Mater tenetur alere filium inopem, & dotare filiam inopem, in ead. deciſ. nu. 15. & ibi.

Mater redimere filium tenetur, & pro eo ſe obligare, in ead. deciſ. num 17. & 18.

Mater, an intercedat pro libertate filij? in ead. deciſ. num. 22.

Maſculis, non feminis ius vindicta competit, in ead. deciſion. nu. 38.

Maritum non habere, & liberum illum non eſſe paria ſunt, in ead. deciſ. num. 45.

Mater intercedens pro filio iuuatur Senato Conſulto Velleiano, in ead. deciſ. nu. 49.

Mater intercedens pro filij carcerati excarcerᴀtione iuuatur benefic. Velleiani, ſed attenta opinione noſtra, veritas eſt, in contrarium, in addit. ad deciſion. 4. num. primo.

Marcus Antonius de Ponte Carolus de Tappia, Areualus Sedenno, & Iacobus de Franchis I.C. diſſertiſſimi authoris collega, in deciſ. 3. num. 28.

Magna Curia non conſueuit vnquam contra cadauera damnatorum in carcere mortuorum exequi ſententiam maximè, quia vt plurimum pendet appellatio qua pendente nemo dici poteſt condemnatus, in deciſ. 15. nu. 17.

Materia foriudicationis enuntiatur, in add. ad deciſ. 17. num. primo.

Maritus occidens vxorem adulteram cum primum potuit excuſatur à pœna ordinaria, in add. ad deciſ. 18. nu. 4.

Maritus, & vxor paciſcentes in albarano, & mox in capitulis matrimonialibus perpetuũ incolatum in Ciuitate Neapolis, & inde ſub pœna pro quauis cauſa non diſcedere, non poſſunt contrauenire, & quod ambo conſentiant, ſic per S.C. deciſum, in deciſ. 19. num. primo 2. & 20.

Marchio Regius Conſiliarius, vel familiaris, Comes, & Dux promictens Regis aſſenſum in contractu, illum non impetrando cenſetur in dolo, & tenetur ad totale in intereſſe, quia præſumitur facilis, ac potens ad impetrandum, in deciſion. 22. num. 27.

Materia Patris prohibitionis enunciatur remiſſiue, in add. ad deciſ. 23. num. 8.

Magna C. non cognoſcere de delictis tã actiuè, quam paſſiuè actorum magiſtri declaratur, ſed M. C. cognoſcere de delictis officialium, et baronalium cum ampl. et declarat. in add. ad dec. 24. n. 5. 6. 8. & 10.

Marinus de Caramanico author dicta gloſ. in verbo vtroqueut de ſucceſſionibus, & aliàs gloſſauit, floruit tẽpore Caroli Primi, quo feudum hereditarium non erat introductum, nec cognitum, in deciſ. 28. num. 18. et 22.

Male fidei, vel bone fidei poſſeſſor; quos fructus teneatur reſtituere, in add. ad deciſ. 24. n. 7.

Marinus de Caramanico Conſtit. Regni gloſator floruit tẽpore Caroli primi, et fuit iudex cap. Neap.

Maritus quando cogitur alere vxorem, in deciſ. 47. num 3.

Maiores etiã poſſũt petere cõfirmari cõtrã contractus à iudice, qui tenetur etiam ſi altera pars contradiceret, in deciſ. 49. n. primo, et 10.

Maritus pro dotis reſtitutione non poteſt conueniri inſolidum, & ibi quid in reſtitutione antefati, in add ad deciſ. 50. num. 5.

Maritus habet beneficium deducto ne egeat ob maritale reuerentiam cum declarat, in ead. add. num. 6.

Maritata de conſenſu viri habitans in domo non ſibi coniuncti poteſt expelli, in deciſ. 54. num. 20.

Maritus conſentiens mulieri adultera ipſe, & non vxor debet puniri, in ead. deciſ. nu. 22.

Maritus certioratus, & conſcius adulterij vxoris dicitur tacite leno in ead. deciſ. num. 23. & 24.

Maritus vilis, & leno] vxoris cum ea expelli debet, in ead. deciſion. nu. 25.

Mater tutrix obligans ſe pro tutela filij, et renũtians omni legũ auxilio poteſt carcerari, ſed de veritate remiſſiue, in ead. deciſ. n. 29. et 30

Matrimonij libertatem impediens anathema eſt, in deciſion. 62. num. 7.

Malus ſemper malus præſumitur in dec. 86. n. 8

Magnus admiratus creat locumtenentem cũ ipſa præheminentia, in add. ad deciſ. 37. nu. 2.

Magnus admiratus eſt æqualis magiſtro iuſtitiario, in ead. deciſ. num. 4.

Magnus admiratus creat 50. homines qui recommendati dicuntur, in ead. deciſ. num. 5.

Matricula, & exercitium ſunt verificanda pro obtinenda remiſſione, & ibi exercitiũ debere eſſe continuatum, in ead. deciſ. nu. 9. et 10.

Magni admirati fauore datur continentia cauſa, in ead. deciſ. nu. 10. & 14.

Maior ex minoris priuilegio cõſequitur id quod ex perſona propria ei non conceditur, in add. ad deciſ. 69. num. 66.

Maritus põt retinere rẽ dotalem, quã meliorauit pro meliorationibus in add ad dec. 44. nu. 8.

Meretrix, an valeat agere in iuditio petendo mercedem pollicitam cauſa fornicationis, & concubitus, in deciſ. 62. num. primo

Meretrix licet iure fori, nõ poſſit petere mercedẽ promiſ.

Google

promiſſam, tamen ei ſoluta repeti non poteſt, in ead. num. 2.

Meretrix eſt domina ſui corporis, & ſe vendere poteſt, & quando, & multa iam facta tenent, quaſi non eſſent facta impedirentur, in ead. deciſ. nu. 5. 6 & 9.

Meretrix falſum aſſerens ſe ſcilicet virginem, & ob id maiorem quantitatem extorquens tenetur id, quod recepit reſtituere ſecus ſine fraude, in ead. deciſ. num. 14. & 15.

Meretrix quando poſſit petere mercedem ex cauſa fornicationis, in addit. ad deciſ. 52. num. primo.

Meretrix, quæ dicatur, in ead. add. num. 2.

Meretrix licite accipit ſua turpitudinis quæſtum, in ead. add. nu. 3.

Meretrices prohibentur cohabitare inter bonas, & in loco honeſto de iure Regni, ac etiam de iure communi, in deciſ. 54. num. primo 4. 5. 6. & 8.

Meretrices, & exteri abſq; uxoribus, ac ſcolares, ex particolari priuilegio Neapolitanorum poſſunt expelli à viciis, et locis, vbi perſonæ honeſtæ habitant, in ead. deciſ. nu. 2.

Meretrices, et lenones de iure communi poſſunt compelli habitare in extremis partibus, & extra mœnia Ciuitatis, in ead. deciſ. num. 3.

Meretrix, quæ dicatur, in ead. deciſ. nu. 7.

Meretrices nuptæ non iudicantur ad paria, ſicut ſolutæ & gaudent priuilegijs, & fauoribus honeſtarum, in ead deciſ. nu. 10. 18. et 19.

Meretrix maritata poteſt accuſari de adulterio, quia in ea conſideratur matrimonium, in ead. deciſ. nu. 12.

Meretrix coniugata carcerari pro debito non poteſt, cum pluribus curioſis in materia meretricuum, in add. ad deciſ. 54. num. 3.

Meretrices certum habitandi locum tenent Romæ in ead. add. nu. 14.

Meretrix dominus domus, vel vicini ad quorum inſtantiam ex fractauit meretrix debēt ſoluere penſionem, in ead. add. num. 15.

Mercatores decocto quo ordine ſit creditoribus ſatisfaciendum, in deciſ. 59. nu. 6.

Mercatores improbos multa contra allegantur, in add ad deciſ. 59. num. 4.

Mercator fugitiuus tenetur cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, in add. ad deciſ. 82. num primo.

Mercator ſuſpectus de fuga, an teneatur cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, in deciſ 82. num primo.

Mercatores falliti dicuntur famoſi latrones, in add. ad deciſ. 80. num. primo.

Mercatorū ſtatus verſatur in magno periculo, et diſcrimine ſalutis eternæ, in ead. add. n. 2.

Mercatura, an deroget nobilitati, in ead. add. n. 3

Mercatores propter eorum tenacitatem, & fraudulentem habitum iura diuerſimode tractarunt, in ead. add num. 4.

Mercatores decocti, ſiue falliti ſunt ipſo iure priuati adminiſtratione eorum bonorum, in ead add. num. 5.

Mercatores decocti non admictuntur ad ceſſionem bonorum, in ead. add. nu. 6.

Mercatores decocti antiquo iure quomodo puniebantur, in ead. add. nu. 7.

Mercatores decocti poſſunt torqueri, vt indicent pecunias, in ead. add. nu. 8.

Mercatores decocti poſſunt capi in Eccleſia, in ead. add. num. 9.

Mercator decoquens dicitur furtum facere, & ſtante decoctione eius bona efficiuntur creditorum, in ead. add. nu. 10.

Mercator vitio fortunæ decoctus non patitur penas doloſi mercatoris, in ead. add. nu 11.

Mercator bonus non præſumitur librum falſificare, in ead add. nu. 13.

Mercator non probatur ex vnica venditione, et ibi quomodo probetur mercatura, in ead. add. num. 15.

Mercator quando dicatur eſſe in dolo, in ead. add. nu. 16. & 17.

Mercatores falſum committentes in eorum libris varijs penis puniuntur, in ead. addit. num. 18.

Mercatorum fraudes, in deciſ. 88. num. primo.

Mercatores doloſi decoctores in Hiſpania quomodo puniantur in deciſ. 80. nu 3. & ibi traditur deciſio.

Milites hieroſolomitani, an poſsint retinere feudum in add. ad deciſ. 79. n. 3.

Milites S. Iacobi calatraua, & alcantara, an poſſint feudum retinere, in add ad dec. 79 n. 4

Miſſio in poſſeſſionum fiebat priſco tempore in bonis debitoris, in add ad deciſ. 69. nu. 41.

Minor alienans rem abſq; ſolemnitatibus pro redimendo captiuo non reſtituitur in integrum, in add. ad deciſ. 4. nu. 10.

Minor ſuccedens in feudo non tenetur ſtatim ſoluere releuium, ſed tunc demum cum iurat fidelitatem, & obtinet inueſtituram factus pubes, in deciſ. 8. nu. 4.

Minor etiam quod repudiat beneficia reſtituitur, quia per talem renuntiationem dicitur decipi, & lædi, in deciſ. 21. nu. 3. & 6.

Minoris priuilegium quando maiori communicetur, in add. ad deciſ. 12. nu. 9.

Minadois opinio pro negatiua allegata rectè ponderata concludit pro affirmatiua, in deciſ. 82. num. 31.

Minadous tam legendo, quam conſulendo ſuſtinuit eandem opinionem pro primogenito, in deciſ. 36. nu. 23.

Minor præſumitur pronocatus ad diuiſionem cum præuio decreto diuiſit, in add. ad deciſ. 49. num. primo.

Minor eligens in diuiſione peiorem partem, reſtituitur, fallit ſi fortè contingat, in ead. deciſ. nu. 3.

Minor, vel maior prohibitus contrahere abſq; conſanguineorum conſenſu illis recuſantibus poteſt adire Iudicem, qui eos coget, vel dabit licentiam contrahendi, ſed quid ſi conſanguinei ſint pupilli. vel femina, in deciſ. 62. nu. primo, & 8.

Mortuus reputatur, qui in eſtremis laborat, in deciſ. 9. num. 3.

Mortuus prius præſumitur, qui natura imbecillior eſt, & ibi exemplum, in patre, & filio, matre, & infante ſimul pereuntibus, & in marito, & coniuge eum declarat. in add. ad deciſ. 9. num 9. & 10.

Modus non ſuſpendit actum, ſed trahit ſecum exequutionem, in deciſ. 11. nu. 18 & 19.

Modus in dubio præſumitur, non conditio, in ead. deciſion. num. 22.

Monetarius delictum confeſſus, qui metu pœnæ mortem operuit, raptus poſt mortem, & furcis ſuſpenſus, in deciſ. 15. nu. 25.

Mobilia deputata ad perpetuum vſum Caſtri ſunt pars feudi, in deciſ. 32. nu. 8.

Moderni debent eſſe breues, in add. ad deciſ. 34. num. 2.

Modus authoris, in deciſionibus, in deciſ. 36. num. 8.

Monaſterium dicitur Monachorum ſtatio, in deciſ. 87. nu. 7.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile, in deciſ. 86. num. 5.

Mulier ſpetiali iure præfertur anterioribus in ijs tantum rebus ab ipſo marito datis in dotem, in deciſ. prima nu. 6. 8. 9. & 36. eo effecto non ſoluendo.

Mulier non præfertur anterioribus in quæſitis per maritum pecunia ſpetialiter mutuata, aut prætio non dum ſoluto, in deciſion prima num. 11.

Mulier vigore confeſſionis de receptione dotis, an præferatur in bonis viri creditoribus, qui cõtraxerunt poſt ipſam confeſſionem, in add. ad deciſ. prima num. 4.

Mulier tacitam habens, an præferatur pariter creditoribus tacitam habentibus pro legato facto à patre pro eius dote, in ead. addit. num. 5.

Mulier pro dote præfertur creditoribus, tacitam anteriorem habentibus, ſed non pro antefato, & ſi priuilegium dotis detur antefato, in add ad deciſ. primam nu. 6. 7. & 9.

Mulier quando mariti creditoribus præferatur remiſſiuè, in ead. add. num. 12.

Mulier an expendat, dotes ſuas pro liberandis coniunctis à carcere, in deciſ. 4. nu. 5. & 7.

Mulierum genus auariſſimum eſt, in ead deciſ. num. 6.

Mulier, an expendat dotes ſuas pro filia dotanda, in ead. deciſion. nu. 7. & 24.

Mulier, an intercedat pro libertate cuiuſq; in ead. deciſ. num. 20.

Mulier, an intercedat pro patre, in ead. deciſ. num. 26.

Mulier pro cauſa pia efficaciter pro alio intercedit, in ead. deciſ. nu. 29.

Mulieres ab omnibus ciuilibus officijs excluduntur, in ead. deciſ num. 36.

Mulieri, quam maſculo facilius ſuccurritur, in ead. deciſ. nu 37.

Mulier liberans maritum exiſtentem in carcere, & ſe obligans, ac vendens rem aliquam etiam ſine authoritate mariti, quæ exigebatur, rectè obligatur, in ead. deciſ. num. 41.

Mulier non ſolum pro cauſa liberandi maritum à carceribus poteſt alienare, & ſe obligare, & etiam pro alimentis mariti, in ead. deciſ num. 43.

Mulier poteſt fide iubere propia cauſa, in add. ad deciſ. 4. num. 2.

Mulier pro marito carcerato poteſt intercedere, & ſe obligare cum ampliat. in ead. add. nu. 4. 5. 6. & 7.

Mulieris obligatio pro viro aſſorbens totam dotem non valet, & ibi quæ pars dotis debet remanere, in ead add nu. 9.

Mulier intercedens pro dote non iuuatur Velleiano cum ampliat. in ead. addit. num. 13.

Mulier in quibus caſibus non iuuatur Velleiano, in ead. add. nu. 15.

Mutus, ſurdus, & cæcus non poſſunt torqueri ob naturæ impedimentum, in deciſion. 26. num. 6.

Mutus, & ſurdus quando dicantur capaces delicti, & ex eo teneantur, in ead. deciſ. num. 8 & 9.

Mutus excuſatur à delicto, ex quo non clamauit, ſed alias tenetur, in ead. deciſ num. 10.

Mutus, ſurdus, & cæcus, quia carent ſenſu, & intellectu non poſſunt accuſare ergo nec accuſari, in ead. deciſ. num. 12.

Mulier in puerperio exiſtens non poteſt torqueri, in addit. ad deciſion. 26 num. 7.

Muti, ſurdi &c. an ligentur ſtatutis, & pragmaticis, in ead. add nu. 10.

Munitiones, vt puta Trabucchi, Manganellæ, Baliſta, & ſimilia poſita pro defenſione Caſtri perpetua domini deſtinatione veniunt in venditione Terræ, in deciſion. 32. num. 2. & 9.

Munera,

Munera, honores, & dignitates ſunt in fructu, in deciſ. 34. num. 15.

Mutus, ac demens, an quis fuerit natiuitate ipſo caſu, aut morbo, in probationum conflictu, depoſitioni matris credendum maximè ſi teſtis ſit omnium collitigantium, & omni exceptione maior, in deciſ 43 num. primo.

Mutus aut aliter imperfectus, ſiue natura, ſiue caſu, quia ſeruire non poteſt feudum habere non poteſt, in ead deciſ. num. 4. 5. & 10.

Mutus ex accidenti ſeruiet per ſubſtitutum, vbi feudum requirit ſeruitium perſonale, & hac regula procedit in quolibet inhabili, qui eſt habilis ad ſuccedendum, in ead. deciſ. nu. 48. & 49.

Mutus, & ſurdus à natura de iure Com. Rom. non poteſt teſtari ſecus ſi ex accidenti, in ead. deciſ. num. 57.

Mutatio voluntatis non præſumitur niſi probetur, in add. ad deciſ. 44 num. 6.

Mulier, an poſſit aſſecurari dum dos eſt data patri & filio, & vnus eorum ad inopiam vergit, in ebd. add num. 14.

Mulier pecuniam pro concubito ſolutam turpiter petit, ſed non turpiter accipit, & quo iure id verum intelligatur, in deciſ. 52. num. 7. & 16.

Mulier honeſta non poteſt carcerari pro debito ciuili, quod ampliatur etiam in meretrice nupta, & in vidua nobili meretrice, in deciſ. 54. num. 13. 14 & 15.

Mulier nupta, quando permictitur, etiam à domo propria poteſt expelli, in ead. deciſion. num. 26.

Mulier nupta in honeſtè uiuens marito conſentiente poteſt expelli, & hanc opinionem approbat S. C. & quid in hoc caſu praxis obſeruet, in ead. deciſ. num. 27. & 28.

Mulieres inhoneſta viuentes, quamuis nuptæ non poſſunt habitare in honeſtis vicinijs, & ſi in domo propria habitaſſint eum ampliat. & ratione, & declarat, & coniugium quando non eſt in conſiderationem, in add. ad deciſ. 54. num. primo 2. 7. & 13.

Mulier meretrix petens condemnatum pro marito eſt ei dandus, & ibi quid in condemnato petiente meretricem pro vxore, in ead. add. num. 4.

Mutus, ſurdus, cæcus, & fatuus, an poſſit retinere feudum, in deciſ. 79. num. 15.

N

NAtus perfectè præſumendus eſt, quia natura perfectè operatur. in deciſ. 43 nu. 3.

Nauigatio debet fieri in quolibet anno, in add. ad deciſ. 61. num. 2.

Nauigatio à quo tempore ſit permiſſa, in add. ad deciſ. 61. num. 4.

Nauigare periculorum eſt, in eadem addit. num. 5.

Natus in villa, vel Caſtro, an gaudeat priuilegio Ciuibus ex forma ſtatuti conceſſo, in deciſ. 71. nu. 2.

Natus præſumitur quiſq; perfectus, in deciſ. 79. num. 14.

Nemo poteſt defendere contumacem in abſentia in contumacia perſeuerantem, & pro eo loqui, & ibi quomodo eſt hoc intelligendum, in deciſ. 16. nu. 17.

Nix non eſt fructus, ſed parit fructum, in deciſ. 34 nu. 19.

Nix ſiue ſit in fructu, ſiue ſit reditus redit feudum vtilius, & pretioſus, in ead. deciſion. num. 25.

Nix non ineſt feudo, neque in genere, neq; aptitudine, in ead. deciſ. nu. 40.

Nix non naſcitur ex terra, & ſolo, ſed à cœlo defluit, in ead. deciſ. nu. 44.

Nix non eſt fructus, quia non eſt ad vſum neceſſarium hominum, ſed ad delectationem, et guſtum, in ead. deciſ. nu. 48.

Nix non alit, qui nimmò eius vſus immoderatus interfuit, in ead. deciſ. nu. 49.

Niuem augere fructus feudi eſt res maximæ conſequentiæ, & præiuditij & deciſ. S. C. niuem augere fructus feudi, in ead. deciſ. num. 52. & 53.

Nix eſt in fructu in add. ad deciſ. 34, num. primo, & 4.

Nobilitas per filium acquiſita, an porrigatur ad patrem, in deciſ. 10. nu. primo.

Nobilitas filij, an extendatur ad patrem plebeium, in add ad deciſ. 10. nu primo.

Nobilitas patris ad filium tranſit, in ead. add. nu. 2. & 3.

Nobilitas filij baſtardi, an tranſeat ad patrem, in ead. add. nu. 7.

Nobilitas fratris, an tranſeant in fratrem, in ead add. nu. 16.

Nobilitatis priuilegia, quæ ſint, in ead. addit. num. 17.

Mobilitas laborans in proprijs agris, an ammictat nobilitatem eum ampl. & declarat, in ead. add, nu. 18 20 & 21.

Nomen hæredis in ſucceſſione facta ab homine intelligitur cum qualitate hæreditaria, in deciſ. 28. num uo.

Nominam quando teneatur de culpis, & defectibus nominati remiſſiuè, in add. ad deciſ. 31. num 2.

Nominans quibus modis ſumatur, in ead add. num. 5.

Nominantes ad officium aliquem quomodo teneant.

neantur, in ead. addit. numer. 6.

Notarius qui pro abſente ſtipulatur, & acceptat donationem cum clauſula conſtituti, & precarij, donatario acquirit vtilem actionem ſine ceſſione, in deciſſ. 51. nu. 20.

Nominatio plurimum perſonarum ſi ſiat nomine collectiuo inter quae cadit prælatio ordinis debet accipi diſpoſitio ordine ſucceſſiuo in deciſ. 0 nu. 4. & 6.

Numerus duorum teſtium etiam quod ſint fœmina ſufficit in teſtamento inter liberos, & multo magis ad pias cauſas, & per S C deceſſum non requiri rogitum teſtium in pia cauſa diſpoſitione, in deciſ. 45. nu 14. & 15.

Nullitates iuris poſitiui aduerſus ſententias S. C. non admictuntur, in deciſ. 65. nu. 11.

O

OBligatus cum fideiuſſore de ſoluendo, vel reſtituendo iudicatum per tertium tenetur ſi fuerit iudicatum per Iudicem, & declarat. in addit. ad deciſ. 14. num. primo 2. 3 & 4.

Obſeruantia tàm M. C. quam Collateralis Conſilij commictendi examen in cauſis criminalibus alicui Doctori, vel ſcribæ M C per eiuſdem Ritus comprobata, in deciſ. 27. nu. 12.

Obligatio rerum, quæ obligari non poſſunt proficit, vt debeatur illarum æſtimatio, in deciſ. 35 num 4.

Obligatus officio Iudicis conſtituitur in mora per litis conteſtationem in deciſion. 47. numer. 10.

Obligatus aliquid facere in tribus terminis intelligitur de tribus annis, in deciſ. 61. num. primo, & 4 an arbitrio iudicis ſtetur.

Obligatio generalis non comprehendit, quæ ſpecialiter obligationem requirunt, in deciſ. 88. num 3.

Obligans omnia bona ſua, & non habens niſi feuda illa comprehendit in tali obligatione, in ead. deciſ. nu. 5.

Obligatio generalis comprehendit feudalia, in ead. deciſ nu. 9.

Obligatio particularium pro cauſa vniuerſitatis abſq. aſſenſu eſt nulla, in add. ad deciſ. 69. num. 63.

Occidere licet pro defenſione, ſeù corporis, rerum, honoris, et amicorum, et communi DD. ſententia in deciſ. 18. num. 2.

Occidere licet minantem aliquem occidere, & grauem iniuriam inferre, & minoratur pœna, & cum alijs exemplis, in addit. ad deciſ. 18 num. 6 7. & 8.

Occidens magiſtrum actorum ex particulari inimicitia remictitur ad Iudicem loci delicti, in addit. ad deciſ. 24. num. primo.

Offenſio ob beneficium quando dicatur facta, in ead. add. num. 11.

Officialis diſcedens ab officio quas excuſationis legitimas cauſas habeat, & inquiſiti venia, in deciſ. 30 num. 18. 19 20. & 21.

Officialis inuitus ad officium aſſumptus excuſatur aliquando à negligentijs, in ead. deciſ. num. 20.

Officiales non poſſunt deſerere officium etiam per breue tempus, & animo redeundi abſq; licentia baronis cum declarat. in add. ad deciſ. 30 num primo.

Officiales debent expectare ſucceſſoris aduentum adhuc quod officium fuerit finitum cum ampliat in ead. add. num. 2. & 3.

Officialis debet requirere licentiam, quando vult diſcedere, in ead. add. num 4.

Officialis diſcedendo non poteſt relinquere locum tenentes, in ead. add nu. 6.

Officialis quando in officio poſſit ſubſtituere alium, in ead add. nu. 7.

Officialis ſubſtituens alium quando teneatur de ipſo ſubſtituto, & quomodo, & ſi per exibitionem liberetur, in add. ad deciſ. 31. num. 3. & 4.

Officium Iudicis fundatam in æquitate eſt diſtinctum ab actione, & non venit appellatione actionis, in deciſ. 50. num. 18.

Ommictens aliquam rem deſcribere in inuentario ad quid tenetur, & quomodo quando proteſtatus fuit addendi, vel minuendi, & quando doloſe ommiſit, & ibi dolus in tali materia, quomodo præſumatur, in add. ad deciſ 42. num. 7.

Onus ſoluendi releuium nec reale eſt, nec feudo ineſt ex recepta opinione Regni, in deciſ. 8. num. 3 & 5.

Opiniones diuerſis temporibus diuerſi mode intelliguntur habentur, in add. ad deciſ. 4. num. 3.

Oppoſitio aduerſus teſtes fieri poteſt ex integro, ſi ipſi abſente parte recepti fuerint, eaq; notabili impedimento fuerit impedita, in deciſion. 9. num. 4.

Opin Ioffredi, quod paragium debeatur à collaterali, damnatur, in deciſ. 36. nu. 54.

Opin. Doct quod terminus computetur à die adita hæreditatis contradicit litera d. l fin. verſ. omni tamen modo, vt eſt perpenſum, vbi de communi non eſt iurandum, ſi rationem, vel legem habet contrariam, in deciſ. 42. nu. 6. 7. 8. & 9.

Opin. Cyn. Hoſt. et Bart quæ nam dicatur Prouincia, in ead. deciſ. nu. 19.

Opinio illa in ambiguis eſt amplectenda, quæ magis humanitati nititur iuri cōmuni plus

coherens

Digitized by Google

coherens, & miſerabilibus perſonis plus fauorabilis, in deciſ. 43. num. 34.

Opin. tenentium mutum ex accidenti poſſe feudum retinere per S.C. in ead deciſ. num. 59.

Opinio, quod rogatus non requiratur eſt verior, & magis communis in teſtamento ad pias cauſas, in deciſ 45 num. 6,

Opin. com. non eſt tenenda contra tex. & apertam rationem, in deciſ. 50. num. 6.

Opiniones Doctor. dicentium, in his qua continent factum momentaneum, vt v3. ſunt contractus, non praſumi ſcientiam, in deciſ. 51. num i12,

Opinio, quod ſicut datur actio ita detur exceptio ex promiſſione, & ſolutione facta meretrici apud omnes communis, tum Canoniſtas, tùm Ciuiliſtas, in deciſ. 52. num. 9. & 11.

Ordinarius habet intentionem fundatam conferendi omnia beneficia in eius Diœceſi exiſtentia, in deciſ. 77. num. 20.

P

PAris de Puteo fuit Auditor Ferdinandi Primi Locumtenentis Regis Alfonſi, in add ad deciſ 2. num. 6.

Parentum appellatione venit pater, & mater, in deciſ. 4. num. 13.

Pater, & mater obligantes ſe pro dote, pater tenetur. vti principalis, & mater, vti fideiuſſor, in add. ad deciſ. 3 num. 14.

Pactum, & ſtatutum aquiparatum, in deciſ. 7. num. 49.

Pater cohoneſtatur ex nobilitate filij, in deciſ 10. num. 14.

Pater diſponens aliquid ad beneficium filiorum non videtur vocaſſe baſtardos cum ratione, in add. ad deciſ. 10. num. 6.

Pater gaudens nobilitate filij, in eius perſona, an morte ipſius ſequuta eam perdat, in ead. addit. num. 14.

Pactum de ſtando in aliquo loco inter virum, & vxorem, an teneant, in add. ad deciſ. 11. num. 7. & 8.

Pacta in capitulis matrimonialibus poſſunt apponi per contrahentes, vt eius placent, in ead. add nu. 9.

Pactum illud omnino ſeruandum, quod à iure nullo prohibetur, in deciſ. 19. nu 3.

Pactum apponi poteſt in traditione cuiuſq; rei, & multò fortius in traditione mulieris, niſi nouo caſu emergenti recedi oporteat in pacto in ead. deciſ. num. 4.

Pactio pradicta non diſcedendi valet fauore vxoris, qua eius habet in perſona mariti, in ead. deciſ. nu. 12.

Pactio incolatus in Ciuitate Neapolis, nec contra bonos mores eſſe poteſt, nec contra libertatem, in ead. deciſ. nu. 27. & 28.

Pacti de ſtando in aliquo loco inter virum, & vxorem enunciatur tractatio, in add. ad deciſ. 19. nu. primo.

Partus non eſt in fructu, in deciſion. 34. numer. 27.

Patria verbum largius, & plus continet, quam verbum Ciuitas, & ſui appellatione continet etiam territorium, & diſtrictum, in deciſ. 23. num. 9.

Paragium debetur faminis etiam de feudis ex linea collaterali peruentis, in deciſion. 36. num. 21.

Patruus excludebat nepotem ex primogenito tempore Andr. de Iſer. in eadem deciſion. num. 33.

Paragium non debetur niſi in bonis parentum, in ead. deciſ. nu. 52.

Paupertas caſu contingens excuſat à perſonali ſeru ſicut ſenectus, infirmitas debilitas, in deciſ. 43. nu. 30.

Parochi teſtimonium aquipollet quinq; teſtibus in deciſ. 45. nu. 7.

Pater negans alimenta filijs dicitur eos necare, in add. ad deciſ. 47. nu. 9.

Pater neque conſuetudine, & ſtatuto tollit alimenta filijs cum ampl. in ead. add. num. 10. & 11.

Pater cogitur emere libros filio in ſtudio cum ampl. in ead. add nu. 12. & 13.

Pactum inter contrahentes, vt aliquid verificetur per ſcripturam, & non per teſtes, an teneat, in add. ad deciſ 68. nu. 6.

Pauca ſunt idonea effundenda, in add. ad deciſ. 35 nu primo.

Papa permittendo reſignanti, quod fructus percipiat, an videatur concedere, quod remaneat in poſſeſſionem, in deciſ. 77. nu. 8.

Pauper proponens ſuſpicionem, an teneatur facere depoſitum ſeruata forma R. pragm. in deciſ 84. nu. 2 & 6.

Pauper non tenetur ſoluere aduocato ſalarium neq; mercedem pro, vt neque procuratori, & actuario pro actis ſcriptis, in ead. deciſion. num. 3.

Pauper qui in futurum ſoluere poteſt tenetur ſe obligare de ſoluendo mercedem, in ead. deciſ. num. 4.

Pauperes ex S.C. ſtilo admittuntur abſq; depoſito ad recuſandum, & vniuerſitates, in ead. deciſion. num. 5. & in ead. addit. num. primo.

Paupertas excuſat à deſertione, in ead. deciſ. num. 7.

Paupertatem prodeſſe gentibus in multis, et ibi de infinitis paupertatis fauoribus, in add. ad

deciſ.

deciſ.84. nu. 3. 4 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 16. & 13.

Pauper an dicatur habens artem, in ead. add. num. 29.

Pauperibus datur aduocatus, in ead. addit. num. 28.

Paupertas excuſat à ſolutione actorum, in ead. add. num. 26.

Paupertas inuitat ad ſcelera, in eadem addit num. 21.

Pauperes eorum culpa deuenti in paupertatem, an gaudeant priuilegio paupertatis, in ead. add. nu. 14.

Partita libri priuati falſa operat, vt tota cenſeantur aliq; falſa cum diſt. Author. in add. ad deciſ. 86. num. 15. vſque ad finem.

Pœna viles non ſunt infligenda honeſtis perſonis, etiam ſi non ſint nobiles, in deciſion. 10. num. 15.

Pœna quare ab antiquis regibus in hoc Regno graues imponebatur, & cur hodie non ſeruantur, in deciſ. 13. nu. 6.

Pœna commenſuratur delicto, in add. ad deciſ. 13. num. 3.

Pœna exercetur in cadauer notorij delinquentis, vel capti, et mortui in fragrantia delicti, & illius, qui metu pœnæ potius, quam vitæ tædio mortem ſibi conſciuit, in deciſ. 15. num. 7. 8. 9. & 18. & 22.

Pœna morte rei extinguitur, etiam quando tranſiret ad hæredes, quia quando appellatum non dicitur ſententiam habere effectum conſummatum, idem quando appellari poteſt in ead. deciſ. num. 19.

Pœna in tali pacto adiecta ſeruanda, & exigenda à voluntariè contraueniente ſecus à coacto, nam eſſet contra matrimonij libertatem illicitam, cauſam præbens adulterandi, ſecundum Summiſtas, & peccat vxor virum non ſequendo, in deciſ. 19. num. 5. 6. & 7.

Petens dolosè plus debito condemnatur in expenſis, & priuatur iure ſuo etiam ſi ſatisfactio fuerit facta procuratori ignorante Domino, qui potuit ſe certiorare, in deciſ. 20. num. 9. 10. 28. & 29.

Pœna plus petentis in plebeis non excedit opus metalli, in nobilibus, ſeu in honore aliquo poſitis relegationis, vel ordinis motionem, in ead. deciſ. num. 31.

Petens plus debito, in expenſis eſt condemnandus, in addit. ad deciſ. 20. num. 3.

Petens plus debito ad quid teneatur, in ead add. num. 4.

Percutiens ictu ſcoppicta etiam non ſequuta morte vulnerati, incurrit in pœnam mortis ex diſpoſitione Regiæ pragmat. incip. ad reſtriagendum, ſub titulo de ictu ſcoppicta: tam intra, quam extra loca habitata, in deciſ. 25. num. 1.

Pœna ſtatuti ipſo facto, ipſoq; iure ſemper requirit actum conſumatum niſi puniat attentatum expreſſem, in deciſ. 25. nu. 6. & 9.

Pœna capitalis nunquam ad mortem naturalem extendenda damno aliquo ex diſceſſu nō ſequuto, ſed ad Ciuitatis amiſſionem, & alijs ſupplicijs gradus reducenda, in deciſ. 30. num. 14. & 15.

Pœna capitis mortem non continent, niſi verbis expreſſis, aut mortem importantibus exprimatur, in ead. deciſ. nu. 16.

Periculum Erarij nominati ſpectat ad nominantem ſi idoneus repertus non fuerit, & declarat, & procedit in nominante quemuis adminiſtratorem, in deciſion. 31. num. 4. 5. 6. & 8.

Pœna pecuniaria, & multa reſultantes ex bannis ratione feudi, ſunt in fructu in deciſ. 34. num. 37.

Perſona ignota, & receſſura non eſt veriſimile, quod quis velit fidem habere de pretio, in deciſ. 39. num. 4.

Pœna maxima eſt ſtare in triremibus, in add. ad deciſ. 61. num. 3.

Petens minus non prohibetur eodem iuditio reliquum petere ſine nouo libello, & cum ratione, in deciſ. 65. nu. 7.

Petri Pauli Theodori, & marchesij opiniones circa aſſenſum præſtandum, in add. ad deciſ. 67. num. 8.

Petri Pauli Theodori patris Conſiliarij Scipionis Theodoris laudis Auth. enuntiat, in add. ad deciſ. 67. nu. 9.

Penitentia quando vindicet in contractibus, in add. ad deciſ. 72. nu. 5.

Pænitentia, an detur in contractibus, in ead. addit. num. 7.

Permiſſionis cauſa fauorabilior eſt quam prohibitio, in add. ad deciſ. 74. nu. 13.

Permutatio tranſactio datio in emphiteuſim renuntiatio hæreditatis inſtitutio in feudalibus diſpoſitio, an cenſeantur prohibita prohibita alienatione, in ead. add. nu. 4. & 6.

Pena receptantis rebellem de iure com. eſt deportatio ſecus de iure Regni, & ita iudicatum, in deciſ. 75. num. primo.

Penſio iure licito percipitur quamuis Bulla nō adſit ſi authoritate Papæ percipiatur, & rector literis expeditis minime contradicit, in deciſ. 79. nu. 15.

Penſionarius tenentur ſoluere charitatiuum ſubſidium Epiſcopo, in ead. deciſ. nu. 13.

Penſionarius non tenetur recitare officium, & horas canonicas, & an teneatur facere reſidentiam, in ead. deciſ. nu. 11.

Penſio

Penſio impoſita,quæ imponi non poteſt bullam, & reſignationem crimine vitiat ead. rationem,in ead. deciſ.nu.5.

Peritorum iuditio ſtatur,in deciſ.79. nu. 9.

Pœna an ſit vnica quando vnica eſt ſententia, vel,an tot dicantur pœnæ quot delicta, in deciſ 90 num.2.

Pœna vnius quando confundit aliam, in ead. deciſ.num 5.

Pœna duplex per eodem facto non datur, in add.ad deciſ.90.num.8.

Pœna duplici non punitur delinquens cum armis,in ead.add. nu. 9.

Pietas æqualis in patre, & matre, in deciſ. 4. num.28.

Poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredes abſq; apprehenſione,in deciſ.3.num. 4.

Poteſtatem abſolutam habere quid ſit, in deciſ. 17.num.16.

Poteſtas eligendi, & conferendi inter fructus Sacerdotiorum numeratur, in deciſion. 34. num.17.

Poteſtas omnis,ac ius, quod olim erat apud conſules,& maior eſt hodie apud Reges, & Proconſulum,quiuis eorum prouincias regebant apud Proreges,in deciſ. 42.num. 18.

Poſſidere quilibet præſumitur eo iure, quod ſibi vtilius eſt,in deciſ.44.num.7.

Poſitioni negatiuæ, an quis teneatur reſpondere, in deciſion 84. nu. 9.

Poſitio acceptata ad quid iuuet,& quid negata, in add. ad deciſ.48 num 5.

Poteſtas ſufficit in conferente naturaliter adeſſe li,ex aliquo accidenti ſit impeditus dummodo non ſit inducta priuatio ipſo iure,in deciſ. 77 num.17.

Poſiti in conditione non cenſetur poſiti in diſpoſitione,in deciſ. 79.nu 6.

Poſſidens per colonum non priuatur poſſeſſione niſi ille fuerit expulſus, in add. ad deciſ. 83. num.2.

Prælationis priuilegium mulieris in bonis ab ipſa iure traditis intelligitur in bonis extimatione, quæ facit emptionem quo caſu dominium eorum aſcendit ab vxore in virum, & de eius patrimonio,in deciſ. prima nu. 30, & 46.

Prælationis ius ſi detur patri, & extraneo hæredi, & ſic ſoli mulieri, & illius matrimonij ſoboli, in addit. ad deciſion. primam num.11.

Priuilegium dotis eſſe maiorem Velleiani, in ead.add.nu.13.

Proreges ſunt Vicarij Regis, & plura de Proregis officio in add.ad deciſ.2.num.5.

Præferendi praxis hæc antiquiores nouis conductoribus à tēpore Aſſl. eſt certa legum intellectrix à ſcientia digeſtiua, ſeruanda, & amplectenda,in deciſion.5.num.10.

Prælationem non poteſt petere qui malè verſatur in re conducta,immò expelli poteſt, in deciſ. 6.num.9.

Prælatio ceſſat,cum emphiteota non vult res cōceſſas pro ſuo ſeruitio, ſed vt ipſe alijs concederet,,in ead. deciſ. nu. 11.

Prælationis,quæ datur domino directo materia enuntiatur,in add ad deciſ. 6.num.4.

Præceptum Iudicis impoſſibile non valet, & quomodo,in deciſ.9 num.5.& 11.

Priuilegium filij aſcendit ad parentes, iura contrarium adducuntur, & diſtintio quæſtionis, in deciſ. 10.num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.

Promiſſio per ſtipulationem eius quod poſſibile deberi per legem valet, in deciſ.11.nu.8.

Promittens ſoluere iudicatum ab arbitris non tenetur ſi fuerit iudicatum per iudicem, in add ad deciſ.14.num. 6.

Proditor,quis dicatur,& an inimicus, in deciſ. 16.nu.5.& 6.

Prorex, qua poteſtate poſſit abbreuiare annum foriudicationis, in deciſ.17.nu.15.

Princeps ſupremus dilationes arbitrarias habet in ead. deciſ.num.18.

Præceptum Iudicis habet executionem paratam,quia non dicitur ſententia, ſed exequtio ſententiæ,in deciſ.20.nu.14.

Proteſtatio non aliter,nec alio modo quando de facto eſt cogitatum, & lædere poteſt alteram partem proteſtantem non releuat ſuſpicionem auget, & vt captioſa fraudem occultans nullius eſt momenti,in deciſ 22.nu.33.

Priuilegijs, & iuriſdictioni Baronum Regni quanto minus fieri poteſt derogandum tanquam ſanguine eorum, vel pretio acquiſita, in deciſ.24.nu. 10.

Pragmatica ad reſtringēdum, vt locum habeat eius pœna requirit delinquentem alias facinoroſum, & animum appenſatum, in deciſ. 25.nu.10. & 12.

Pragmatica ad reſtringendum de ictu ſcopicti fuit condita per d. Raymundum de Cardona Proregem huius Regni, in add.ad deciſ. 25. num.primo.

Proijciens ictum ſcopicti quando non teneatur pœna vltimi ſupplicij, in ead. add. num. 10. & 12.

Pragmat. ad reſtringendam an comprehendat opem dantes cum caſu euento in facto, in ead. add. num.13.

Præſtans auxilium delicto,uel homicidio, an ſit plectendus pœna delicti, in eadem addit. numer.14.

Pragm. Regis Ferdinandi Primi relinquit ar-

bitrio

bitrio Conſiliarij commiſſionem audientiæ teſtium an ſit facienda actorum notario, vel ordinarijs locorum, in deciſ. 47. num. 14.

Prouinciales Calabriæ vltra faciles ad delinquendum, & faciliter ſunt præda pyratorũ, in deciſ. 30. num. 8.

Præſidis incumbit officio omnibus Prouinciæ periculis occurrere; quæ eius aſcribentur culpæ, in ead. deciſ. num. 10.

Præſes in prouinciam quam regit eſſe dux belli, eiuſque militiæ poteſt, itaut ipſam deſerens, quaſi militiæ diſertor ſit puniendus maximè imminente neceſſitate occurrendi latronibus, & pyratis in ead. deciſ. n. 11. 12. & 13.

Præſes, qui ſine licentia prouinciam deſerit, quatuor delicta capitalia committit, in ead. deciſ. nu. 13.

Perſequutio inimicorum domini authoris contra ipſum, & eius virtus erga illos, in ead. deciſ. nu. 23.

Præſentatio iuris patronatus in fructu eſt. in deciſ. 34. num. 16.

Protbocolla, & quod ex eorum exemplatione percipitur, non ſunt in fructu, in ead. deciſ. num. 35.

Proreges in Regno noſtro paſſim abſq; difficultate aſſentiunt alienationibus feudorum, in deciſ. 36. nu. 41.

Primogenitus de iure francorum excludit omninò fratres minores, in deciſ. 63. nu. 63.

Princeps tolerando conſuetudinem videtur ſecundum eam ſtatuere, in ead. deciſ. nu. 73.

Practica S. C. in recipiendis ſcripturis tam publicis quam priuatis, etiam poſt concluſum in cauſa, & vſque ad prolationem ſententiæ excluſiuè contra diſpoſitionẽ rituum M. C. ſiue per actorem præſententur, ſiue per conuentum, & in termino teſtibus coadiuuari, in deciſion. 41. nu. 1. & 5.

Producens ſcripturas, ſiue inſtrumenta non tenetur facere articulos, quia ex illarum inſpectione apparet, quid ponat, & quid velit, in ead. deciſ. num. 11.

Prouiſio d. §. ſin autem à locis, duo requirit, vt annus detur pro inuentario, in deciſ. 42. num. 4.

Prouincia de iure canonico dicitur, quæ habet 10. vel 11. Ciuitates, vnum Metropolitanũ, & vnum Regem, in ead. deciſ. nu. 20.

Probatio continens actus ſpecificatos, & poſitiuos præualere debet, in deciſ. 43. num. 2.

Primogenitus Regis ſi ex accidenti demens ſit habebit Regnum. ſed dabitur ipſi curator, ſi verò à natura ſuccedet ſecundogenitus, & vide rationem. in ead. dec. nu. 47.

Præceptum teſtatoris, quod ſeruari non poteſt iuxta eius voluntatem ſeruabitur in ſimili voto, in ead. deciſ. num. 53.

Pragmatica de depoſitione, & interrogatione principalium, & illius obſeruantia, in deciſ. 48. num. 1.

Probatio in contrarium facta per contumacem nolentem reſpondere, ſi tenet, & poſſidet, & eſt hæres, quod ſit recipienda, in addit. ad deciſ. 48 num. 1.

Præſumptio talis ſcientiæ donatarij eſt adeo potens, vt transferat in aduerſarium onus probandi contrarium, in dec. 51. num. 6.

Præſumptio ſcientiæ ceſſat vbi coniunctio, vel vicinitas tantum concurrit, abſq; cohabitatione, & temporis diuturnitate, in ead. dec. num. 17.

Promiſſio facta meretrici concubito non ſequuto, non valet, & habet locum pœnitentiæ, idem in meretrice reſpectu fornicatoris, in deciſ. 52. num. 12. & 13.

Pretium exceſſiuum ſi detur meretrici poteſt condici in eo, quod excedit, & limitatio, in ead. dec. num. 18.

Promittens ſtare ſententiæ arbitri, an appellet, in add. ad deciſ. 55. nu. 2.

Præſumptio iuris, & de iure non recipit probationem niſi per confeſſionem partis, in deciſ. 56. num. 6.

Propinquus cuius conſenſus expoſcitur, dicitur proximior, cui de iure ab inteſtato deferenda eſt ſucceſſio, & ita S. C. iudicauit, in dec. 60. num. 1. & 3.

Propinquus dicitur, quem nemo antecedit, in ead. dec. num. 2.

Proximiores dicuntur qui multis in gradum præcedunt, in addit. ad deciſ. 60. nu. 2.

Proximiores diſcrepantes ſine cauſa conſentire inducunt ſtatuentis voluntatis ſatisfactionẽ, & ibi de praxi, in ead. add. nu. 3.

Prohibitus contrahere matrimonium abſque conſenſu agnatorum ſi ſine cauſa denegant, quomodo ſuccurratur, in dec. 62. num. 5.

Pragmaticæ recuſationum ſunt pœnales, quia imponunt pœnam recuſantibus, & non probantibus contra ius commune, in dec. 66. num. 1.

Praxis in materia ſuſpicionis officialiũ, in add. ad dec. 66. num. 1.

Priuilegio ex iure ſocij conſocius iuuatur, vt actus ſubſtineatur, in addit. ad deciſion. 69. num. 65.

Priuilegium conficiendi nundinas, eſt mera facultatis, & ideo ei perſcribitur ſi priuilegiatus non vtatur, in dec. 70. num. 4.

Priuilegium celebrandi in vna ex Eccleſijs Ciuitatis interdicta non amittitur. etiam ſi per centum annos, quis non vtatur, quia non euenit caſus, in ead. dec. num. 3.

Priui-

Priuilegium ſufficit ubi non conſtat illi eſſe derogatum, & ita S. C. iudicaſſe, ibidem num. 2.

Priuilegium ſi allegetur, quod iuri communi reſiſtit niſi probetur poſſeſſio, interim ſtatim iuri communi, ibidem num. 1.

Priuilegium habens nimis latum ſi eo nimis utatur ſtrictè, non poteſt deinde uti ſicut prius habebat, ibidem num. 5. & 8 de diſtinctione num. 13. Andrea in materia non uſus priuilegij

Priuilegia quando per non uſum tollantur, in addit. ad deciſion. 70. nu. 8.

Priuilegia per decennium non uſum cenſentur aboſita, in ead. add. nu 7.

Priuilegio abutens illud admictit, in ead. addit. num. 6.

Priuilegium quot modis ammictatur, in ead. add. nu. 5.

Priuilegium per non uſum non perditur, dum non fuit data occaſio utendi, in ead. add. n. 3.

Priuilegium quando per non uſum ammictatur, in ead. add num. 2. & 4.

Promictens facere ſcripturam ad omnem uoluntatem, & requiſitionem partis, ſi tractatus partium iam fuit abſolutus ſcriptura non eſt de eſſentia, in deciſ. 72. nu. 4.

Procurator an poſſit renuntiare beneficijs cõpetentibus eorum principalibus, in addit. ad deciſ. 74 num. 16.

Pragmatica declarãtur in materia depoſitionis ſociorum criminis, in deciſ. 78. num. 9.

Præcedentia recipiunt interpretationem à ſequentibus, in deciſ 79. num. 20.

Primogenitì Regis demẽtia operat, ut ſecundo genitus ſit Rex, & quid quando dementia ſuperuenit ex accidenti, in eadem deciſion. num. 22.

Priuilegiati non poſſunt compelli ad petenda beneficia ſibi competentia, in deciſione 85. num. 2.

Proceſſus falſus in uno, cenſetur in omnibus, cum ratione, in deciſ 86. num. 9. 11. 13. 14. & 15.

Præſumptio fortior tollit debiliorem, in deciſ. 89. num. 3.

Priuilegiatus cauſa pia, in addit. ad deciſ. 45. num. 4.

Punctus huius deciſ. nouiè à ſolo Guid. Papa tactus, in deciſ 42. nu. 22.

Publicatio ſi fuerit facta per tres, uel quatuor dies ante mortem reſignantis, tunc beneficiũ non dicitur uacare per obitum, ſed per reſignationem, deciſ. 86. num. 4.

Pupillaris quando euaneſcit, in deciſ. 79. nu. 1.

Q

QVantitas ſi reducatur in obligationem, & ex pacto inito promiſſor impediatur per eum contra quem poterat regreſſum habere, tamen commictitur pœna, vide ampliationẽ in deciſ. 9. num. 14. & 17.

Qualitas fauorabilior in dubio, præſertim in pœnalibus eſt attendenda, in deciſ. 10. nu 16.

Qualitas adiecta diſpoſitioni principali perfecta appellatur modus etiam ſi corripiat per uerba conditionem denotantia, deciſ. 11. nu. 20.

Qualitas delicti expreſſa in citatione, an ſi deficiat, citatio ſit nulla, exponitur Bart. in deciſ. 16. num. 13.

Qualitas ſuper qua lex aliquid ſtatuit eſt probanda prius, in add. ad deciſ. 16. num. 1.

Qualitas in diſpenſatione licet abeſt non operatur, tamen in validitatem foriudicationis cum non fuit diſpoſitiuè, ſed augumentatiuè enuntiata, in add. ad deciſ. 17. num. 9.

Quaternarij non poſſunt torqueri, in addit. ad dec. 26. nu. 6.

Qualitas perſonæ conſideratur in tortura, ibidem num. 8. & 9.

Qualitates per quas conceditur audientia remiſſiuè enuntiantur, in add ad deciſ. 27 n. 3

Qualitas hæreditaria fuit introducta per Carolum II. in cap. Regni Conſiderantes, in tit prorogat ſucceſſ duratu. unde fuit ſumpta communis forma inueſtituræ pro te, hæredibus, & ſucceſſ. qua attenta hodie in Regno omnia feuda ſunt hæreditaria, etiam ea, quæ capimus contra, uel præter defuncti uoluntatem, deciſ 28. num. 21 & 23.

Qualitas ſanguinis hodie in Regno noſtro in feudorum ſucceſſione, & alienatione non attenditur, ſed qualitas hæreditaria in dec. 35. num. 44.

R

RAtio deciſ. & praxis, in deciſ. 13. nu 2.

Rationes adducta per Annam, & alios, quod non debeatur æſtimatio retorquentur in contrarium, in deciſ. 35. num. 22.

Ratio differentiæ redditur, cur qui de rebus alienis diſponit obligat hæredes ad illarum æſtimationem, ſecus diſponendo de Campo Martio, & ſimilibus, ibidem num. 35.

Rationes Io. Vincentij de Anna refelluntur, qui tenuit non deberi æſtimationem, ibid. n. 43.

Ratio differentiæ inter mutum, uel alias imperfectum à natiuitate, & illum ex accidenti, in deciſ. 43. num. 50. 52. 55. & 57.

Raptus meretricis de iure cõmuni non punitur fallit de iure Regni, in dec. 54. nu. 16. & 17.

Regiſtratio aſſenſus in tempore præfinito eſt de forma, & ipſius ommiſſio uitiat, deciſ. 3. n. 13

Relocare quod quis cogatur eidem non reperitur in iure cautum, niſi conductori fiſcalium, & ſcolaribus, non tamen in hac Ciuit. Neap. ex particulari ciuium priuilegio, in deciſ. 5. num. 22. & 23.

Renouatio eſt facienda, & prælatio concedenda pro eiſdem conductoribus, pretio, & qualitatibus ab extraneo oblatis, in deciſ 6. n. 19.

Renunciatio defuncti non obeſt hæredi inuentarium conficienti, in deciſ. 7. num. 36.

Releuium quodnam ſit, in deciſ. 8. num. 8.

Releuium ſoluitur per poſſeſſorem ex ratione cum quaſi tota materia, in add ad dec. 8. n. 2.

Releuium ſoluitur de medietate fructuum illius anni, quo feudatarius moritur, & a quo die, in ead. add. num. 3. & 7.

Releuium debetur paucis, vel nullis fructibus exiſtentibus illius anni quo feudatarius moritur, & ibi quid ſi nulli fructus fuerint in eo anno, in ead. add. num. 4. & 5.

Releuium fuit introductum ex antiquiſſima conſuetudine huius Regni, ibidem num. 6.

Reſtitutio in integrum competit hæredi debitoris mortui, in deciſ. 9. num. 6.

Reſtitutio in integrum non datur niſi petenti, in in ead. deciſ. nu. 18.

Reſtitutio in integrum non conceditur allegantis læſionem propter impedimentum, niſi probetur impedimentum fuiſſe cauſam immediatam læſionis, in ead. deciſ. num. 19.

Remiſſio ipſa ſi facta ſit ex cauſa, quæ poſtea ſequuta non eſt, reus compelli poteſt ad obſeruantiam pacti in remiſſione appoſiti, vide aliam limitationem in dec. 11. n. 10. & 11.

Remiſſio cum conditione an valeat, cum declaratione, in add. ad dec. 11. num. 1.

Remiſſio quando valeat, & an in teſtamento, cum tota materia, in ead add. num 6.

Rei quatuor ex ſixdecim inſolidum condemnati ſimpliciter non pro rata, ſed inſolidum intelliguntur condemnati, in add. ad deciſ. 12. num. 8.

Reus non condemnatur in expenſis ob petitionem plus factam, in add. ad deciſ. 20. num. 2.

Receptio teſtium etiam in cauſa criminali poteſt delegari de iure communi, in dec. 27. n. 7.

Rex ſicut non poteſt poſt factam conceſſionem, & ius feudatario quæſitum abſq; illius conſenſu mutare formam inueſtituræ, eò minus poteſt vaſſallus mutare in domini contemptum, alias ridiculum eſſet, in dec. 28 n. 49.

Res ſuccedit loco pretij, & è contra vbicumque venditor tractat de lucro captãdo, & emptor de damno vitando, in deciſ. 29. num. 16.

Res æſtimata in dotẽ data reſtitui debet nuptijs non ſequutis, non pretium, ſiue æſtimatio, licet alias æſtimatio reddenda ſit, cum non ſimplex venditio fiat, ſed dotis cauſa, in ead. deciſ. num. 17. & 18.

Reus, iuris ordine ſeruato, prius quam condemnetur audiendus, & eius excuſationes perpendendæ ſunt, in dec. 30. num. 17.

Regia Camera Summariæ in exactione releuij debiti poſt mortem Baronis computat annũ à die obitus, non ab indictione, in dec 33. n. 9.

Releuium à quo die debeatur, in add ad dec. 33 num. 5.

Releuium an duplex debetur, ſi vno, eodemque anno pater, & filius moriantur, in ead. add num. 7.

Releuium quantum ſit, in ead. add. nu 8.

Redditus prouueniens ex propria induſtria, non venit extimandus, in deciſ. 34. n. 45. & 46.

Redditus nuus non certus, non perpetuus, non ſecurus, non naſcitur ex feudo, neque ex cauſa feudi. in ead. deciſ. num. 50.

Rem eſſe in commercio noſtro tripliciter dignoſcitur, in deciſ. 35 num 26.

Regula tex. ſecundum naturam conuertitur, in deciſ. 38. nu. 1.

Recognitio priuatæ ſcripturæ poſt concluſum in cauſa, praſentatæ nunquid facienda per aduerſarium ad præſentantis inſtantiam, in dec. 41. num. 3.

Recognitio, & interrogatio ſuper ſcriptura priuata eſt diuerſa à depoſitione principalis, quæ poteſt peti in qualibet iudicij parte, in eadem dec. num. 4.

Recognitio dicitur probatio ex interrogatione & confeſſione, quæ omni tempore ſunt permiſſa deciſionis cauſa, ibidem. n. 6. 13. & 14

Repetitio teſtium non datur poſt concluſum, & traditur opinio Authoris, in add. ad dec. 41. num. 4.

Reſeruatio producendi ſcripturas, & ſi non fuerit ſpecificata intelligitur in concluſione, quæ ſit, in ead add. num. 7.

Recognitio ſigillorum Notariorum fieri poteſt poſt concluſum, in ead. addit. num. 11.

Regnum hoc totum ab hac Ciuitate Neap. eius Metropoli percurritur ſpatio viginti dierũ cum omnibus eius Prouincijs, quod cum ſit ſub vno præſide, ſiue Prorege dicitur vna Prouincia, in dec. 42. num. 13. 15. & 21.

Regula multa tenent iã facta, quæ impedirẽtur facienda in hoc muto ex accidenti locũ habet, contra opin. Andr. hic allucinantem, ſecũdũ opinionem aliorum, in deciſ. 43. nu. 51.

Retentio in quibus caſibus detur, & non detur, in add. ad dec. 44. num. 16.

Retentio datur pro mercede in ſcripturis, & ibi quid pro litis expẽſis, in ead. add n. 16. & 18.

Retentio datur pro mercede ſcriptoris, ibidem num. 18.

Retentio datur ſutori pro ueſtibus, in ead. add. nu 19.

Retentio datur nauta pro gabellis, in ead. add. num 22.

Retentio datur laboratori in fructibus pro labore, in ead. add nu. 20.

Reus in quacumque parte iuditij, ſiue negauerit, ſiue faſſus fuerit delictum admictitur ad probandum ad ſui defenſionem, in addit. ad deciſ. 48 nu 6.

Remedium cap. reintegranda non habet locum, vbi quis iuſta cauſa, vel ſua culpa. et negligentia à poſſeſſione eeciderit, vel ex proprio contractu in deciſ. 53. nu. 5. & 6.

Reus in iudicio ſummario ſummariè eſt audiendus in ead. deciſ. nu 7.

Remictens ſe voluntati alterius, intelligitur ob arbitrium boni viri, in deciſ. 55. nu. 3.

Remictens ſe aliquis iuditio offenſi, ſi ille excedat modum reducitur ad boni viri arbitriū, in ead. dec. num. 4.

Reſtitutio cōtra aduerſam formam; dum datur; limitatur, in deciſ. 57. nu. 4. & 5.

Remiſſio oceiſi debet fieri per ſucceſſores, in add. ad deciſ. 60. nu. 5.

Reſpondere non tenetur principalis quando poſitio eſt ſuper repulſa eius teſtium productorum, in add. ad dec. 63. nu. 4.

Reſpondere quis non tenetur articulis impertinentibus, in ead. add. nu. 2.

Reſcriptum impetratum ſuper contractu conditionali, qui erat pucus non tenet licet poſtea conditio ſuperuenit, in deciſ. 65. nu. 4.

Reſciſſione contractus facta tertia quomodo definant, & currant, in add. ad dec. 65. nu. 3.

Rex neque data iuſta cauſa tenetur praſtare aſſenſum, in add. ad deciſ 67. nu 5.

Reconductio quando debet probari per ſcripturam, in add. ad deciſ. 68 nu. 5.

Reconductio poteſt probari per teſtes quando, antequam tempus exfractandi eſſet inceptū ſit in ſtetent actor, in ead. add. nu. 2. & 3.

Reconductio quando tacitè probetur, in ead. add. nu. 7.

Reconductio per quos teſtes debet probari, in ead addit nu. 9.

Reconductio renouata quæ appareant renouata, & reconducta, in ead. add. nu. 11.

Remedia contra contumaces in add. ad dec. 69. num. 38. 39 & 40.

Reclamatio à ſententia S. C. non poteſt proſequi non facta prius exequtione cum fall. in ead. add nu. 61. & 62.

Reſtitutionis beneficium minori conceſſum maiori litis conſorti non prodeſt in diuiduis fallit in diuiduis, uel ubi cauſa reſtitutionis etiam in maiori limitaret, in ead. add. num. 73. & 50. & 51. uel ſi minor non proſequeretur idem commodum, uel ſaltim non ita plenam ſi ſocijs maioribus in totum prodeſſet, num. 77.

Res furata reperta pēnes aliquem quando faciat iuditium ad tortura, in deciſ. 89. add. latiſſime.

Regni Franciæ plura, in deciſ. 79. nu. 23.

Reſignatio beneficij referuata penſione eſt ualida & appellatur contractus innominatus, & ciuilis, & generalis ammictitur poſſeſſio per reſignationem, & nullum ius penes reſignantem remanet cum declarat. in add. ad deciſ 77. nu 2 & 3. de diſtintione reſignationum uſq; ad finem latiſſime.

Reſignatione acceptata, eo ipſo cenſetur reſignans à poſſeſſione tituli, & beneficij eecidiſſe, in deciſ. 77 nu 9.

Reſignans ſi poſt eam celebrare uiſus eſt fructus percipere, & alia agere intelligitur iure familiaritatis, in deciſ. 77. nu 6.

Regula de publicandis non habēt locum, ubi Papa reſeruauit fructus omnes reſignant quādiù uiuit, & per quid intelligatur facta hac publicatur, in ead deciſion. nu. 3.

Regula Cancellariæ de publicandis reſignationibus, quid diſponat, in ead. deciſ. num. 1.

Receptationis crimen quas probationes requirit in add. ad deciſ. 75. nu. 10.

Receptans probibitum coatte non incurrit in pœnam banni, in ead add. nu. 8.

Rreceptans probibitum receptari non ad malum finem pœnam non meretur, in eadem addit. num. 6.

Receptantium nomine qui continentur, & ibi ſi receptare differat à conuerſatione, in ead. add. num. 4. & 5.

Receptans imputatam de crimine laſa Maieſtatis ſcienter non gaudet indultu, & ibi quid ſi ignoranter, in ead add nu. 2 & 3.

Receptās ſcienter Sabellem dicitur principaliter ſedere ſuum Principem, in deciſ. 75. nu. 4.

Receptans offendentem Cardinalem ead pena punitur, in ead. deciſ. nu. 2.

Reſtitutionis beneficium minori conceſſum maiori litis conſorti non prodeſt in diuiduis fallit in indiuiduis, uel ubi cauſa reſtitutionis etiam in maiori limitaret, in addit. ad deciſ. 69. nu. 73. & 50. & 51. uel ſi minor non conſequeretur idem comodum, uel ſaltim non ita plene ſi ſocijs maioribus in totum prodeſſet, ibidem latiſſime num. 77.

Reclamatio à ſententia S. C. non poteſt proſequi non facta prius exequutione falſa uicto carcerato, & quomodo id procedit, in ead. addit. num. 61.

Ritus ipſimet, qui tribuunt iuriſdictionē M. C.

circa officiales declarant, & limitant circa priuatos quorum delictum, vel offenſa non reſpicit officium, et deciſ S.C. in cauſa actuarij ex priuata inimicitia occiſi, & cognitione eius, & D Iacobus de Franch Regius Conſiliarius dignus, ac benemeritus filius D. Præſid. de Franch in deciſ. 24. num. 11. 12. & 13.

Ritus M.C. loquentes, quod de delictis officialium ſola M.C. cognoſcat intelligitur de officialibus iuriſdictionem habentibus, & magiſter actorum eſt officialis, in addit. ad dec. 24. nu. 2. & 3.

Ritus M. C. forma in liquidatione inſtrumentorum, in deciſ 69. num. primo.

Ritus M.C. procedit re integra, & ante factam liquidationem, in ead. deciſ. nu. 2.

Ritus M.C. 166 loquens de inſtrum. liquidatione an, & in quo ſit iuri communi conformis, in add. ad dec 69 num 69

Robertus Maranta doctus practicus, & illud eius ſpeculum vere aureum, in deciſion. 41. num. 10

Rogitus requiritur non ad ſollemnitatem, ſed ad declarationem voluntatis teſtandi, in deciſ. 45. num. 5.

Rubrica generalior nigro habens orationem perfectam, & poſitiuè loquens non reſtringitur per nigrum diſponens in caſu ſpetiali, ſed generaliter intelligenda, & ad deciſionem cauſarum poteſt allegari, in deciſion 5. nu. 6.

Rubrica Conſt. Comitibus ponderatur ad deciſionem, in deciſ. 36. num. 78.

S

SAcrum Conſilium tenuit contrariam ſententiam, uti veriorem, in deciſ. 46 n 5. et 6.

Scolares, an præferantur in prædijs ſecundo conductori, cum ampl. & declarat. et ibi plura de exfracto ſcolarium, in add ad deciſ. 5. num. 12. & 13.

Scolares habitantes extra muros gaudent priuilegio in habitantium Ciuitatem ſecus ſi aliqua Abbatia, vel Eccleſia longe à ſuburbijs, vt fecit Bart. qui ſtuduit in Eccleſia Sancti Victoris extra Baroniã, in dec. 23. n. 7. et 8

Scriptura priuata. quæ nullam faciunt probationem licet non poſſint teſtibus coadiuuari, recognoſci tamen debent per aduerſarium, in deciſ. 41. num. 12.

Scriptura, an poſſint præſentari poſt concluſum in cauſa, in add. ad deciſ 41. num. primo.

Scripturas præſentatas poſt concluſum recognoſcere tenetur aduerſarius, in ead add. nu. 8.

Scientia, & atteſtatio huiuſmodi etiam præſumenda in donatario conſanguineo donantis abſenti, ſed cum eo cohabitãti ex tẽporis diuturnitate, in deciſ. 51. num. 4. & 5.

Scolares, & exteri non poſſunt habitare in vicinis honeſtis cum declarat reſpectu ſcolarium Neapolitanorum, & illorum de caſalibus, in add. ad deciſ. 54. num. 7.

Scriptura in quibus caſibus exequatur, in add. ad deciſ. 72 num. 4.

Scripturæ pro probatione requiruntur, in ead. add. num. 3.

Scriptura non eſt de ſubſtantia legis niſi in caſibus à iure expreſſis in deciſ 72. num. 1.

Scripturæ ſi plures celebrentur vna correſpectiuè ad aliam reputantur vnica ſcriptura, in add ad dec. 67. num. 8.

Sententia de iure communi non annullatur, ſi impedimentum poſt cauſam ceptam interueniat, nec mictatur excuſatio, & quid ſi cauſa eſſet tantum præparata, in deciſ. 9. num. 8. & 9.

Sententia iudicis condemnatoria ad ſpeciem in ſtipulatione deductam peremptam poſt debitoris moram valet, in ead. deciſ. nu. 23.

Sententia in mortuum eſt nulla cum ampl. in add. ad dec. 9. num. 3. & 4.

Sententia lata etiam ad fauorem mortui eſt nulla cum ampl. in ead add. num. 5.

Sententia lata contra febricitantem eſt nulla, in eadem addit. num. 6.

Sententia lata contra mortuos, & viuos, an teneat. pro parte, in ead add. num 7.

Sententia eſt indiuidua. in deciſ. 12. nu. 2.

Sententia continens plura capita diuerſa, & ſeparata, ſi quoad vnum annullentur, poteſt quoad aliud exequtioni demandari, in ead. deciſ. num. 4.

Sententia, in qua minores, & maiores condemnantur, eſt nulla tantum reſpectu minorum, in ead. deciſ. num. 5.

Sententia lata contra maiores, & minores, an pro parte ſit valida in addit. ad deciſion. 12. num. primo.

Sententia contra minores indefenſos eſt nulla in ead. add nu. 2.

Sententia ad fauorem minoris indefenſi tenet, in ead add. nu. 3.

Sententia ad fauorem minoris in defenſi, an valeat ipſo iure, vel eo minore ratificante, in ead. add. nu. 4.

Sententia lata contra viuos, & mortuos, an pro parte teneat, in ead. add. nu. 5.

Sententia contra mortuos quando valeat, in ead add. num. 6.

Sententia ad fauorem mortui non tenet, in ead. add nu. 7.

Sententia contra cadauer exequi poteſt in atrociſſimis iudicis arbitrio, in deciſion. 15. num. 5.

Seruire

Seuire poſt mortem quando licet, in addit. ad deciſion. 15.num.4.

Sententia foriudicationis, vt proferri poſſit debet eſſe elapſus annus, & talis annus currit à die forbanni, & in M.C.V. à quo die forbannum ipſum currat ponitur, in addit. ad deciſ. 17.num.2.3.& 4.

Sententia non declaratur nulla ex petitione plus debito facta, in addit. ad deciſion. 20. num. 5.

Senſus viſus eſt generalis, & caco qui eo caret perſuaderi facile poteſt aliud pro alio, & decipi, in deciſ.26.num.5.

Secundo genitus ſi in totum excludatur à feudis, cur non dicatur diabolica diſpoſitio, in deciſ. 36 num 72.

Seruitium pro feudo requiſitum inter cætera conſiſtere oſtenditur in loquela, & auditu, in deciſ.43.num.6.

Seruitium dicitur cauſa finalis, & ſubſtantialis inueſtitura conſideratum prout ineſt fidelitati, in ead. deciſ.nu.9.

Secunda opin d.c.1.non minus barbara, & iniqua, quam c.1.§.mutus, in ead. deciſ. nu. 20.

Seruitium perſonale ratione mutitatis, aut ſurditatis à ſim. poteſt adimpleri p æquipollens, prout in omnibus vero contingentibus, in ead. dec. num. 21.

Senectus, decrepitus, podagra, morbus à perſonali ſeruitio excuſant, in ead. dec. 22.

Seruitium eſt de natura, non autem de ſubſtantia feudi, itaut ad illud recipiens non teneatur niſi expreſſe ſit impoſitum, in ead. deciſ. nu.23.& 24.

Seruitium perſonale in Regno ſublatum, & hodie præſtatur in pecunia, & dicitur Adobamentum, ſiue Adoba, in ead. deciſ. num.31.

Sequeſtrum in bonis mobilibus ſi debitor habilia poſſideat, an per Iudicem fieri debet etiã dilatione pendente idque tam in ciuilibus, quam in criminalibus aliter teneretur in ſindicatu, in addit. ad deciſ.69.n.55.et 56.

Sententia ſuper nullitate contractus, vel teſtamenti nocet, & prodeſt conſortibus, in ead. add. nu. 65.

Sententia declaratoria requiritur, vt quis tanquam incapax priuetur feudi ſucceſſione, in deciſ.79.num.24.

Seruiens magni admirati delinquẽs in perſonã aguzzeriorũ M.C.V. adhuc cognoſcitur à Curia magni admirati, in add.ad dec. 73. n.11.

Similitudo trahitur inter emphiteutam, & feudatarium, in add.ad dec.6.num. 3.

Sicilia & Mediolanum, & ſi ſub vno Rege ſint quibus duæ, vel tres Præſident Proreges duo dicūtur Prouinciæ, vel tres, in deciſ.42.n.23.

Signatura ſola eſt ſufficiens ad capiendam poſſeſſionem, in deciſion.77. num. 16.

Soluere promictens per talem Iudicem exprimendo nomen, & cognomen non tenetur, ſi mutaretur ipſe Iudex etiam in cauſa appellationis, in add.ad deciſ.14.num.5.

Solemnitates iuris ciuilis per Regiam Pragmaticam ſublatæ informandis iudicijs in hoc Regno, & ſtatutum, quod procedatur ſola facti veritate inſpecta, & ob id in Regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ, in dec.41.num. 2. 6.& 10.

Solemnitas numeri teſtium, & quod ſint rogati eſt iuris mere poſitiui ſublata per ius Canon. quoad omnia, in deciſ.45. nu. 10.

Solemnitas iuris ciuilis relaxata per ius gentium .ſ. quod in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum non requirit rogatum teſtium, nec quod ſint maſculi, in ead. deciſ. nu. 12.

Solemnitates multæ exiguntur in teſtamento in ſcriptis vna quarum deficiente corruit ipſum teſtam. in add. ad deciſ.45.num.2.

Solennitas iuris ciuilis exigitur, vbi non agitur de pia cauſa, in dec.46.nu.7.

Solutio expenſarum receſſit in S.C.& M.C.V. in add ad deciſ.47. num. 4.

Sors ſuperiorem non habet, in addit. ad deciſ. 57.nu.2.

Sortes in quibus caſibus permictantur, in ead. add. nu. 3.

Sortis iuditium non tenet niſi in caſibus à iure expreſſis, et quando eſt dubium in iure ſecus in facto etiam ſi Iudex ſuas interponat partes eum declarat. in dec 57.nu.9.

Solemnitates iuris ciuilis in Regno Neap. ſunt ſublatæ, in deciſ.65.nu.10.

Sortis petitio quando tollat, & vſurarum, et intereſſe petitionem, in add.ad deciſ.65 nu 4.

Solutio non fit ex carceratione, ſed compulſio, in add.ad deciſ.69.nu.2.& 31.

Sociorum criminis tres depoſitiones non facere plenam probationem contra perſonam non leuem, & non infamatæ vitæ, in add. ad deciſ.78.nu primo.

Socij criminis de per ſe non ſunt omni exceptione maiores, in ead.add. nu.2.

Sociorum trium criminis depoſitiones faciunt inditium quoad torturam contra perſonam non leuem, & non infamatæ vitæ, in eadem add. num.3.

Socius criminis, vt probet contra ſocium, quæ requiratur, in eadem addit. nu.8.

Socij criminis qui dicantur qui complices fautores inſtructores, & conſiliarij, in ead. add. num.9.

Socius criminis, an dicatur coactus per vim, in ead.add.nu.10.

Socij tres criminis an probent ad defenſam, in ead. add. num. 11. & 12.

Socij criminis probant contra furantem de nocte cum ſcalſatione intus Ciuitatem Neapolis, *in ead. add. num. 14.*

Socij criminis probant in crimine coniurationis, in ead. add. nuj 17.

Socius criminis poteſt torqueri ad eruendam veritatem ſua confeſſionis, in eadem addit. num. 18.

Sociorum criminis depoſitiones faciunt plenam probationem, cum ampl. in deciſ. 78. num. 4.

Sollemnitates inuentarij, in addit. ad dec. 42. num. 6.

Species empta ex pecunia vinculata, deinde pactis non ſeruatis loco pecunia ſuccedit, & ipſa pecunia cenſetur, neque hoc caſu reſtitui dicitur aliud pro alio, vbi ponitur deciſ cauſa per S. C. *in deciſ. 29 nu 19. 20. 21. & 26.*

Sportulas, & alimenta ſolitum diſtribui in anno, in deciſ. 57 nu 13.

Specialitates dua quod valeat, .ſ. diſpoſitio corã duobus teſtibus, & quod teſtes etiã non rogati probent non poſſunt concurrere, in deciſ. 45. num. 3.

Spurij, & naturales nec ex teſtamento, nec ab inteſtato poſſunt ſuccedere, in addition. 47. num. 17.

Statutum ſi dicat non poſſe filium aduerſus patris factum venire, non per hoc tollit filij in uentrarij beneficium, in deciſion 7. nu 50.

Stylus laudabilis S. C. *vt capiatur informatio bannitorum & delinquentium occiſorum, pro quibus petitur premium, vt ſint verè delinquentes, & per informationes praecedentes hoc appareat, alias reijciuntur informationes poſt eorum mortem capta tamquam ſuſpecta & ibidem Dominus Praſes de Franchis, in deciſ. 15. num. 15.*

Statutum loquens per verba ſignificantia actũ ex toto perfectum, vt eius pœna locus ſit, requirit actum conſummatum, ſecus ſi vtrũq; perfectum, & imperfectum, in deciſ. 25. num. 3. & 4.

Statuto puniendi conatum tamquam delictum conſummatum, derogatum, & per generalẽ mundi conſuetudinem (excepto conatu laſa Maieſtatis, vel proditionis patria) tamquam iniuſto penes Deum, & homines, in ead. dec. num. 7. & 8.

Statutum tollens exceptiones non ſeruandum cum quis lucratur cum damno alterius, & poteſt iudicis officium implorare, qui etiam pro priuatorum vtilitate hoc debet inſpicere, in deciſ. 29. num. 9 & 10.

Statutum tollens officium iudicis cenſetur tollere à parte imploratum, non illud, quod ex ſe iudex interponit, in ead. deciſ. nu. 11.

Statuto ſtante q̃ vir lucretur dimidiam dotis illam lucrabitur pater viri, ſi ille ſuſtinebat onera matrimonij non vir, in deciſion. 78. num. 3.

Statutum derogans iuri ciuili, quo ad numerũ teſtium derogare videtur omnibus, qui ſunt de ſollemnitate, in deciſ. 45. num. 13.

Stuprans virginem tenetur eam dotare, habito reſpectu ad qualitatẽ vtriuſq; & deciſ. S. C. *in deciſ 52 num. 21. & 22.*

Statutum permittens meretricem impunè poſſe percuti non habet locum in maritata, in dec. 54 num. 11.

Statutum mandas, quod procedatur nulla iuris ſollemnitate ſeruata non inducit, vt poſſint exerceri iudicia diebus feriatis in honorem Dei. in deciſ 58. nu. 12.

Statutum exigens conſenſum duorum intelligitur de proximioribus, alias eſt nullus contractus, in deciſ. 60 nu. 5.

Statutum, quod requirit propinquorum conſenſum ſi non adſit ſeruabitur ius commune in ead. deciſ. nu. 7.

Statutum requirens parentum praeſentiam de quibus videatur intelligere, & ibi ſi eſſent minores, in add. ad deciſ. 60. num. 4.

Statutum, quod non poſſit contrahi matrimonium ſine agnatorum conſenſu non valet, in deciſ 62 num. 6.

Statuta pœnalia non extenduntur maxime de perſona ad perſonam. etiam ſi ex largo ſignificatu aliquis poſſet comprehendi, in deciſ. 66 nu. 2. & 3.

Statuta non admittunt extenſionem de ſimpliciter ad ſecundum quid praſertim cum ſtatuta ponunt aliquam exceptionem contra ius commune, in ead. dec. nu. 4.

Statutum excludens matrem ſtante patruo defuncti, non extenditur ad patrum magnũ in ead. deciſ. num. 5.

Statuto dictante, quod propter delicta publicentur bona, an comprehendat feudalia, in deciſ. 88. nu. 8.

Studentes Neapolitani, *& Caſalium non torquentur ex proceſſu informatiuo abſque diſpenſatione* S. C. *in add. ad deciſ. 71. nu. 4.*

Studentes exteri non poſſunt habitare in locis honeſtis, in ead. add. nu. 3.

Surdi, muti, an dicantur perſona miſerabiles, in add. ad deciſ. 26. num. 11.

Surdi, muti, &c. an gaudeant fori priuilegio, & an poſſint retinere feudum. in ead addit. num. 12.

Suſpitio omnium examinatorum hodie non admittitur, add. ad deciſ. 27. num. 7.

Succeſſor in feudo prater, vel extra ordinatio-

num

nem defuncti, qui extraneum hæredem inſtituit, tenetur ad onera hæreditaria, & ita pluries per S. C. deciſum, in deciſ. 28. num. 1. & 58.

Succeſſor de iure inſtituendus à defuncto non inſtitutus feudum habebit non à teſtatore: ſed iuris beneficio, & cogitur ad onera contra regulam, quem non honoro, in ead. dec. num. 2. & 5.

Succedens præter, vel contra voluntatem defuncti non tenetur ad onera, eſſet in poteſtate defuncti mutare feudi qualitatem, ſecundum rationem Lanarij conſ. 80. & affirmatiue, in ead. deciſ num 7. 45. & 48.

Succeſſor contra, vel præter defuncti ordinationem, qui inſtituit extraneum ſi ad onera non teneretur, eſſet occaſio cuique decedenti fraudandi creditores præcipuum fundamentum affirmatiuè, in ead. deciſ. num. 8. 51. 52. 53. & 54.

Succeſſor in feudo attenta deciſione dictæ conſt. & tempore nō tenebatur ad onera, dum illud capiebat quaſi iure proprio, & beneficio conſtitutionis prædictæ. in ead. deciſ. nu. 16.

Succeſſuri proximè per aliam legem Regni poſt conſtit. & ſi non inſtituantur non poſſint venire ad feuda, niſi vt hæredes, & cum qualitate hæreditaria, in ead. dec. nu. 17.

Succeſſio in infinitum permiſſa in lineā deſcendentē, cur non detur in linea collaterali, in dec. 36. nu. 35

Succeſſio feudi in linea collaterali ante cap. conſiderantes abierat in deſuetudinem, in ead. dec. num. 80.

Subſtitutio non extenditur de perſona ad perſonam, in deciſ. 40. num. 11.

Subſtitutio ſi in pupillari ætate, vel ſine liberis quandocumq; deceſſeris habet expectare caſum mortis inſtituti, in ead. dec. nu. 9.

Suſcipiens pro vxore meretricem, melioris eſt conditionis, quam alius, in add. ad deciſ. 54. num. 5.

Subijciens ſe aliquis gratiæ, & miſericordiæ alicuius, & ita admiſſus ad compoſitionem, an appellare valeat ſentiendo ſe grauatum, & quomodo iuri ſuo cenſeatur ſe renuntiaſſe in deciſ. 55. num. 1. & 2.

Suſpictio generalis an admittatur, in add. ad deciſ. 66. nu. 8.

Suſpictionis cauſa, in ead. add. n. 7. vſq; ad 8.

Suſpictionis proponendæ tempus quantum ſit, in ead. add. nu. 9.

Suſpectus mercator, de fuga an teneatur cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo in deciſ. 82. num. 1.

Suſpectus de fuga tenetur cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatū ſoluendo, in ead. dec. n. 1.

T

TErminus denegari non poteſt debitori cōparenti aduerſus inſtrumenti liquidationem, in add. ad deciſ. 69. nu. 54.

Tertius quando debet audiri, & quomodo, & in quibus terminis add. ad dec. 40. nu. 1. & 5.

Tex. in l. ſi quis aliena, ff. de iudic. non habet locum cum eſt cōtentio inter duo Tribunalia, deciſ. 73. num. 1.

Tertius an valeat ex ſua perſona iudices recuſare ead. add. nu. 2.

Tertius an valeat opponere fori declinatoriam, ead. add nu. 3.

Tertius comparens ad infringendum, vel ad coadiuuandum, an poſſit impedire cauſæ expeditionem ead. add. nu. 4.

Tertius comparens poſt publicatum, an poſſit producere teſtes, ibid. nu. 6.

Tertius veniens ad cauſam poteſt petere beneficia, ibid. nu. 7. & declarat nu 8.

Tertius comparens ad infringendum, an poſſit petere beneficia, & quomodo quando ad defendendum, vel coadiuuandum remiſſiuè, ibid. num. 9.

Tertius an poſt introductam cauſam poſſit beneficia petere, ibid. nu. 10.

Terminus ad impugnandum, & concomitandū datur aduerſus ſcripturas, add. ad deciſ. 41. num. 8.

Tertia decurſa pendente iudicio reſciſſionis contractus peti poſſunt, abſque noua petitione, & libello, add ad deciſ. 66. nu. 2.

Terminus ad impugnandum ſucceſſit loco repulſa, add ad deciſ. 41. nu 10.

Tex. in l fin. §. ſin autem à locis, C. de iure deliberand. dat ſpatium abſentibus unius anni, deciſ. 42. num. 2. & 3.

Tempus inuentarij currit à die adita hæreditatis, add. ad dec. 42. nu. 3.

Tempus trium menſium intelligitur à die obitus teſtatoris cum bona exiſtunt in eodem Regno, & in longinquis partibus, quia tunc datur annus ad conficiendum inuentarium, addit. ad dec. 42. nu. 14.

Teſtes regulariter de iure ciuili requiſiti in teſtamento oportet, vt ſint rogati, deciſ 45. n. 4.

Teſtamentum nuncupatiuum in Hiſpania valiis confectum coram Tabellione, & tribus teſtibus non rogatis, ſed fortuitis, ead. deciſ. num. 11.

Teſtamentum ad pias cauſas non tamen coram teſtibus ad hoc rogatis ſubſiſtit, addit. ad dec. 45. num. 1.

Teſtes debent eſſe rogati in teſtam. in ſcriptis, ibidem num. 3.

Tes

INDEX

Teſtamentum inter liberos non tantas exigit ſollemnitates, ibid. num. 7.

Teſtamentum factum ruri à ruſtico valet ſine ſollemnitate, ibid. num. 9.

Teſtamentum in rure valet cum quinq; teſtibus ibidem nu. 10.

Teſtamentum tempore peſtis non exigit ſollemnitates, & ibi quos teſtes requirat, ibid n. 11.

Teſtis depoſitio dicens ſcire contractus factus, quia vicinus, vel coniunctus non concludit, deciſ. 51. num. 13.

Teſtes recepti in cauſa criminali, ſed non repetiti, an in eadem cauſa fidem faciant, ſi iuſtū ſit ciuiliter agi ad finem prouidendi ſuper ſpolio deciſ. 53. num. 1.

Teſtes recepti ad informationem Curiæ, & ad alium finem parte non citata, quam probationem faciant, ibid. nu. 2.

Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores in crimine falſi, cum ampl. add. ad dec 86. n 4.

Teſtes producens falſos in cauſa, etiam quod alij eſſent legitimi totus proceſſus impeditur propter illos falſos, deciſ 86. nu 6.

Teſtibus deponentibus de ſana mente magis creditur duobus, quam mille de non ſana, deciſ. 79. num. 10.

Tertius qui nullum habet intereſſe, admictitur fauore Reipublicæ, deciſ. 40. num. 14.

Tertius admictitur ad producendum teſtes de nouo etiam poſt concluſum in cauſa, & poſt compilatum proceſſum, ead. deciſ. nu. 16.

Tertius comparens ſi eſt perſona priuilegiata habet ſuas reſtitutiones, ſeu beneficia ad producendum teſtes de nouo, in dec. 40. num. 16. & 17.

Tertius multoties venit malitioſè, & calumnioſè ad differendum cauſæ expeditionem, dec. 40. nu, 3.

Tertius veniens ad coadiuuandum poſt concluſum in cauſa debet audiri in eo ſtatu in quo reperitur, dec. 40. nu. 2. 4. & 13.

Tex. in l. ſi is qui. ff. de iure fiſci, non extenditur ad dotem, dec. 1. nu. 7.

Tex. in l. ne cui generaliter intelligendus eſt in omnibus locationibus, & l congruis, in caſu ſuo. quia venit limitatiuè non correctiuè, & eſt condita ante l. ne cui deciſ. 3. num. 12. & 13.

Tex. in c. ex parte extr. de feudis declaratur, deciſ. 6. num. 14.

Tex. in l. ne cui C. locati procedit in locatione ad tempus in qua non transfertur vtile Dominium, & poſſeſſio, ſed tantum nuda tenuta non autem in emphiteuſi deciſ 6. num. 20.

Tex. in l. fin. §. & ſi præfatum in omnibus eius verbis ſubtiliter ponderatur deciſ. 7. num. 4. 5. 6. 7. & 8. & ſequentibus.

Tex. in l. cum à matre C. de rei vendicatione ceſſat in Herede inuentarium conficiente, & ita deciſum deciſ. 7. num. 24. 25. & 59.

Teſtator non poteſt heredi inhibere ne inuentarij beneficio vocatur ead. deciſ. num. 56. & 58. & 59.

Tempus perpetuum fuit habitum decennium, in add ad deciſ. 11. num. 3.

Tex in l titia 134. ff. de verb. oblig & c. gemma de ſponſalibus pro negatiua adduct procedunt, vbi pactum, vel pœna directè afficiunt libertatem matrimonij ſecus ſi dotem, vel quid extrinſecum, & à matrimonio remotum deciſ. 19 nu 21. & 22.

Tempus ſoluendi releuium à quo die currat, add. ad deciſ. 33 nu. 6.

Tex. in § his conſequenter hic finitur lex declaratur deciſ. 53. nu. 10.

Temiſtocles conſilium ab Athenienſibus reprobatum & ſi utile non tamen honeſtum deciſ. 29. nu 6.

Teſtium receptio etiam in cauſa criminali poteſt delegari de iure communi deciſ. 27. nu. 7.

Terra conceſſa, quæ ueniant, in add. ad deciſ. 23. num. 5.

Territorium, ac diſtrictus patriæ ex generali conſuetudine ueniunt appel. patriæ, deciſ. 23. num. 5.

Tex in c. primo de homicidio in 6. explanatur, deciſ. 16. nu 9.

Theſaurus an ſint in fructu deciſ. 34. nu. 36.

Teſtes recepti in criminalibus an probent in ciuilibus, in add. ad deciſ. 53 nu. primo.

Teſtes vſq; ad quot tempus poſſint repeti ibidem num. 2.

Teſtes mortui ante repetitionem, an probent ibidem num. 3.

Teſtes in quibus caſibus non repetiti probant num. 4.

Teſtes quomodo ſint repetendi per examinatorem ibidem num. 5.

Teſtes non poſſunt cogi ad teſtificandum in iudicio, vbi proceditur tempore feriarum, ac partium conſenſu deciſ. 58. nu. 8.

Tex. in l. prouinciarum C. de ferijs deciſion. 58. num. 14.

Tempus à iure non declaratum arbitrio Iudicis remictitur, deciſ. 61. nu. 3.

Tempus carcerum excomputatur carcerato poſt ſententiam, add. ad deciſ. 61. nu. 6.

Teſtes duo conuincunt cum decl addit. ad deciſ. 78. num. 20.

Titulus de interrogat. action. ob æquitatem aditus, & dictas interrogationes, ac reſponſiones nos declarationes vocamus deciſ. 41. num. 8. & 9.

Titulus ſufficit ſi ſummarie probetur quando

non

Digitized by Google

non agitur ad finem pronunciandi ſuper illo deciſ.77.num. 14.

Tortura illata alicui operat, quod ſi negauerit etiam, quod poſtea ſuperuenerint tres ſotiorum depoſitiones non conuincant, in add. ad deciſ78.num.6.

Tribunal R.C.S. debet procedere 6. magiſtrum admiratum in caſibus occurrentibus, & eius miniſtros per litteras Hortatoriales tantum deciſ.73.num primo.

Tranſactio infirmatur pro parte qua reperitur falſa deciſ.86.num. 7.

Tutor ſollemnia non adimplens probibetur adminiſtrare deciſ. 12 nu. primo.

Tutor excuſatur ſi debitum pupilli non exigat, vbi maiores eſſent expenſæ deciſ.56.num primo,& decl,num.2 & 3.

Tutores,& Curatores poſſunt dari etiam die feriato,in add. ad deciſ.58.num.11.

V

VAriatio de perſona ad rem, & de re ad perſonam permictitur, in add ad deciſ. 69.num 32.& 33.& 34.cum ampl.num 35 36. 51 & 52.

Variare,an poſſit qui ſemel babuit certos fideiuſſores,& alios petere, in add. ad deciſ. 69. num.17.

Vrriationi quando ſit locus ibidem num. 11.

Variatio permictitur creditori de vno Tribunali ad aliud, in add ad deciſ. 69. num. 9. & 10.

Vaſſalli ſuppenentes gratijs Baronum, an poſſint poſtea appellare ab eorum compoſitionibus,in add ad dec.55.nu.1.

Valenzuela Doctiſſimus Reg. laudatur,add. ad deciſ 44 nu 15.

Valetudine impediti ſeruire dicuntur deciſ. 43 num.58.

Vaſſallus denegans ſeruitium dum poteſt fidelitatem,& dominum offendit, et debet feudum ammictere in deciſ.43.nu 29.

Vaſſalius ex pacto fidelitatem non iurans non babetur, nec eligitur inter pares, qui iudicent ibidem,num.27.

Vaſa vinaria, ſeu dolia, an veniant vendito fundo, & ibi quid in ſtatuis, add. ad deciſ. 32.nu.10.

Vaſſallus tenetur ad obſequium, & ſeruitium camerarij in deciſ31.nu.3.

Vaſſalli burgenſes tenentur præſtare ſeruitium tam de iure communi, quam conſlitut capitulorum pragmaticarum Regni ibidem num. 1.

Verbum bares,vbi feudum defertur non inueſtitura ſed l.pro vt in Conſt. vt de ſucceſſionibus capitur per illis perſonis,quæ ab ipſa l. ſiue conſt.vocantur,in deciſ.28.nu. 13.

Velleianam babet locum,ſiue mulier fuerit virgo,ſiue vidua,ſiue maritata,in add. ad deciſ. 4.nu.11.

Velleianum fuit introductum à Velleio Conſule ibidem,nu.12.

Venditor qui ex pacto non poteſt recipere pecuniam liberatam, ſed ſeruam dicitur eſſe ſatis in damno cum ſit cōtra naturam contractus emptionis in deciſ. 29. nu.12.

Venditor reuocans venditionem feudi virtute conſlit conſt. Diuæ memoriæ licet faciat iure permictente, & ſuo iure vtatur nulliq; facit iniuriam niſi cedat bonam fidem, quæ in contractibus exbuberare debet, in deciſ. 29. num. 5.

Vrnditor qui tradidit rem ſi permiſit emptori illam aſportare ſimpliciter videtur ſequtus eius fidem, & dominium traſtuliſſe, in deciſ. 39. num 6.

Venditor in nundinis nunquam cenſetur habere fidem de prætio ibidem, nu. 3.

Venditor non cenſetur ſequtus fidem emptoris pro prætio,quod ſe ſtatim recepturum putat ad.deciſ.2.

Vendens Caſtrum cum iuriſdictione cenſetur vendidiſſe omnia pertinentia ad Caſtrum add ad deciſ.32 nu.7.

Vendita domo veniunt omnia ibi affixa ibidem nu 8 & diſt ponitur.

Vendita domo veniunt geloſia ibidem nu. 9.

Vendita æqua, an veniant pullum ibidem num 13.

Venditio æquo,an veniant ornamenta ibidem, num.12.

Venditor cenſetur fidem de prætio babert ſi ad terminum vendat, & ſolitus erat emptori credere non vero promiſſa ſtatim ſolutione in deciſion 59 nu.4.

Venditor non præfertur in re ſua tertio vendita quamuis prætium minime ſit ſolutum ibidem, num 5.

Venditor in dubio cenſetur fidem babere de prætio ibidem nu.7.

Veadens merces, ac transferens dominum ſi emptor in certis nundinjs vendat promictat, & aufugijt nullum babet in ſuis rebus priuilegium,quamuis eſſent et boc an ſit verum ibidem nu.10.cum declarat.nu.11.

Verba ſignificantia liberam, & abſolutam poteſtatem,& arbitrium boni viri,quæ nam ſint,in deciſ.55.num.5.

Verba & ſi liberam voluntatem importent tamen cum agit de damno vitando intelligitur arbitrio boni viri ibidem nu. 7.

Verbum (requiſitis) poſitum in c. relatum

quemo-

quomodo intelligatur in deciſ.45. num.9.
Vergentia viri quomodo probatur, add. ad deciſ.44.num.12
Vergere ad inopiam quando dicitur maritus ibidem num.12.
Vendito fundo venit caſtrum, add. ad deciſ.32. nu primo.
Vendito feudo veniunt Hoſpitia deſtinata per habitatione Baronis aliaq; ibid. nu. 2. 3. & 4 vbi de declaratione
Venditor qui credidit ſtatus habere pratium, et non habuit retinet ſua in Dominium ſecus habita fide de pratio tranſactis decem diebus deciſ.69.nu primo.
Venditor quando præferatur creditori facienti exequtionem ſuper vendita, addit. ad deciſ. 39 nu 5.
Venditor non præfertur in ſuis mercibus ſi emptorem ſuſpectum ſciebat.& contraxit, vel ſi publice, vt talis extimabatur vel ſi poſt notitiam tacuit per aliquos dies deciſ. 69. num. 14.
Vendens Herbam, et paſculum pecoriarijs præfertur alijs creditoribus, add ad deciſion.68. num.5.
Vendere, an teneatur domum, quis pro ampliat Hoſpitij religiorum deciſ. 87. num. primo & 9.
Vendere rem ſuam nemo cogitur num. 2. & 3. ibidem.
Vendere alteri quemlibet compelli iniqum eſt num 4. ibidem.
Vendere quis cogitur pro Clauſtris ſcolis fabricandis, add. ad deciſ.87. num. 6. & deciſ.36. num 21.
Vendere quis cogitur pro dormitorio extendendo, num.7. ibidem.
Vendere quis cogitur palmos terræ ne ex eo inſpiciantur Monaci, & ſint tuti ibidem nu 8.
Venditione rei pupillaris permiſſa excluditur pignoratio in deciſ.74.num.3.
Venditio ſi permictitur celebrari in ſcriptis, an poſſit compelli venditor ad faciendam ſcripturam ſicuti non poteſt cogi ad traditionem rei. deciſ.72 num. 3.
Vicinus, an teneatur vendere pro ampliatione Capellæ domum ſuam atrij viridarij. & eius ampliat. & ad locandum domum. & pro conſtruenda Eccleſia in add. ad deciſ 87. nu. 1.
Vicinus an teneatur vendere pro conſtructione viarũ, & Palatiorũ publicorũ & per Clauſtris ſcolis edificandis, in add. ad dec.87.n.2.
Vicinus, an teneatur vendere ſeruitutem efficientem in add ad deciſ 87.nu 3.
Vicinus pro comoditate Monaſterij ad vendendum cogitur, in deciſ. 87. num. 8.
Villæ, & Caſtra ſub Ciuitate faciunt collectam, & ſequuntur ius Ciuitatis, in deciſ. 21. num. primo.
Villæ, & Caſtra reguntur l. & conſuetudine illius Ciuitatis ſub qua ſunt deciſ 71. nu. 5.
Viro vergente ad inopiam competit vxori aſſecuratio in add ad deciſ. 44 num. 11.
Vicini, an teneantur contribuere dum meretrices extractant in addit. ad deciſion.38.nu.3.
Vicini debent contribuere emptioni domorum facta per Eccleſiam ibidem. nu.1.
Vicini omnes tenentur contribuere deuaſtata domo intermedia ne ignis vlterius progrediatur deciſ.18.num 6.
Vicini contribuunt ad omnia opera publica ibidem num 5.
Vicinus an poſſit cogi ad tradendum dotem per conſtructione carcerum, add. ad deciſion. 37. num. 9.
Vicinus, vt poſſit cogi ad vendendum requiſita enuntiatur, ibidem num.13.
Vicinus, an teneatur tradere domum multo prius, quam dormitorium initietur ibidem num 5.
Vicinus tenetur vendere domum pro conſtructione, & ampliat. atrij Eccleſiæ deciſ.37.nu. primo 4. 11. pro ampl Cappellæ. & Hoſpitij Religiorum pro viridario, & dormitorio nu. 2. & 3.
Vita militiæ tractatio dilucidiſſime tractatur deciſ.36.per totam.
Vindemia quæ percipitur in menſe Septembris cenſentur fructus anni præcedentis deciſ.33. num 6.
Viuus qui non poteſt morari in aliquo loco neq; mortuus in add ad deciſ 14 num. 5.
Vmbra ſenis plus valet, quam eloquentia, vel arma iuuenis deciſ. vltima nu. primo.
Vniuerſalis redditur falſa cuius aliqua particularis eſt falſa, deciſ.86 nu.2.
Vniuerſitas inter miſerabiles perſonas connumeratur, in add ad deciſ.84.num.27.
Vnuſquiſq; perfecta natus præſumendum eſt deciſ.34.num.73.
Vniuerſitas quelibet eſt congregatio maiorum, ac minorum, & miſerabilium, & ex omnibus ſit corpus miſtum deciſ.21.nu.10.
Voluntas diſponentis limitata debet ad vnguem obſeruari ab vtile per inutile vitiatur deciſ. 11.nu.2.
Voluntas, & prædictas perficiunt actus humanos deciſ 35.nu.34.
Volens occidere non ſequta morte percuſſi tenetur deuulnere deciſ.25.nu.5.
Vtilitas, & quælis comoditas ex re perueniens fructus eſt, vel propter rem &c. deciſion. 34. num. 11.
Vxor poteſt retinere bona viri mortui etiam ante

ante aditam hareditatem pro dotibus deciſ. 44.num.5.ac etiam pro legatis ſibi ab eo relictis num.2.14.& 15.

Vxor bona viri iure familiaritatis poſſidens poteſt, eo mortuo illa vacantia incipere poſſidere pro dotibus ibidem nu. 3.

Vxor habet extimationem quarte, conſtituta per maritum ſuper bonis emphiteoticis Eccleſiaſticis deciſ.35.nu. 5.

Vxor Doctoris poſt mortem viri retinet priuilegia ipſius cum ampl.add.ad dec. 10. nu. 15.

Vxor habens expreſſam concurrens cum filijs primi matrimonij tacitam habentibus etiam in poſtea quaſitis prafertur add.ad.deciſ primam num.2.

Vxor conſtante matrimonio nulliter poſſidet bona ineſtimata maritus verò naturaliter,et accidentaliter deciſ. 1.nu 39.

Vxor num quid in bonis per maritum quaſitis poſt mortem praferatur anterioribus habentibus expreſſam ſicuti ſiſcus in quaſitis per eius debitorem poſt contractum cum ipſo celebratum deciſ.1.nu.4.& c.

Vſus fructus conſtitutio in re alienari prohibita prohibetur pro vt conſtituere alimenta, addit. ad dec. 74.nu. 10.

Vxor poſt mortem viri tenetur declarare animũ ſuum quo bona viri poſſidet deciſ.44.n.6.

Vxor habens bona viri obligata eo mortuo poteſt propia authorite remanere in detentione domus,quam cum marito ipſo uiuente habitabat,add.ad deciſ.44.nu. primo 5. & 7.

Vxor relicta tutrix ſi ſe obligauit ad rationum reditionem,& non redita habet ius retentionis pro dotibus, & ibi ſi mulieri dotem repetenti obici exceptio poſſit, quod prius redat rationem tutela ſuorum filiorum ibidem num. 2.

Vxor à uiro hares inſtituta ſi uiri bonis utitur non cenſetur adire hareditatem, ſed eam pro dotibus retinere deciſ.44.nu.12.

Finis huius Indicis.

AVREAE
DECISIONES
S. R. C. NEAPOLITANI

Excellentiſſimi Viri

D. NICOLAI ANTONII GIZZARELLI,

eiuſdem Conſilij Senatoris longè ſpectatiſſimi.

Cum Additionibus eximij Iuriſconſulti

BALDAXARIS DE ANGELIS NEAP. ADVOCATI,
olim in Barenſi Prouincia Auditoris.

Ad communem omnium Studioſorum vtilitatem.

Quibus nouiter adiunximus alias nouiſsimas Deciſiones eiuſdem Doctiſsimi Authoris præter Primas.

ARGVMENTVM.

Hypotheca pro dote mulieris expreſſa poſterior an ſit præferenda habentibus anteriorem tacitam tantum, non autem expreſſam.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam mulieris expreſſam poſteriorem præferri habentibus anteriorem tacitā tantum: non autem expreſſam ex diſpoſitione l. aſſiduis C. qui pot. in pig. hab. & ibi per gloſ. & Bulg. communiter receptos, num. 2.*

3 *Vxor nunquid in bonis per maritum quæſitis poſt matrimonium præferatur anterioribus habentibus expreſſam ſicut fiſcus in quæſitis per eius debitorem poſt contractum cum ipſo celebratum, & num. 4. & 10. vbi rationes, & authoritates.*

5 *Fiſcus, & dos pari paſſu ambulant quòad quædam, non quòad omnia, & num. 12. 21. & 24.*

6 *Mulier ſpeciali iure præfertur anterioribus, in ijs tantum rebus. ab ipſo marito datis in dotem, & num. 8. 9. eo effecto non ſoluendo. & num. 36.*

7 *Tex. in l. ſi is qui ff. de iure fiſci, non extendi ad dotem.*

11 *Mulier non præfertur anterioribus, in quæſitis per maritum pecunia ſpecialiter mutuata aut pretio nondum ſoluto.*

13 *Diſpoſitum in vno æquiparatorum à l. cenſetur diſpoſitum in alio, & à maioritate rationis diſpoſitum in fiſco extendi cenſetur ad dotem, quia eſt magis priuilegiata.*

14 *Extenſio ex identitate rationis non propriè extenſio, ſed comprehenſio dicitur etiam in caſibus à iure exceptis cum dictione taxatiua.*

15 *Hypothecam ſumere vires à die acquiſitionis per communem debitorem, nec retrotrahi ad tempus obligationis generalis contra, num. 30. & 31.*

16 *Opinio gloſ. & ſequacium, quod dos non præferatur anterioribus hypothecis expreſſis in poſtea quæſitis æquior, & conciliãda cum contraria opinione, vt illa procedat in bonis tantùm per vxorem viro traditis in dotem, & num. 51.*

17 *Rationes tenentium legem aſſiduis, procedere etiam contra habentes hypothecam dote anteriorem; etiam militare pro tenentibus dotem praeferri anterioribus in quaſitis poſt matrimonium, ſed non obſtare, quia communis, eſt in contrarium, vt num. 33.*

18 *Communem opinionẽ non ex numero DD. conſtare: ſed ex pondere rationum, & authoritatum.*

18 *Opinio communi contraria, pro qua quaritur tex. aut ratio cui non ſatis bene reſpondetur communi praeualeri debet.*

20 *Dos non cenſetur priuilegiata, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

22 *Dos, & fiſcus paribus paſſibus ambulant, quòad ipſos, & inter ſeipſos, non quòad communicationem in praeiuditium priuatorum.*

23 *Aequiparatorum ratio, & extenſio procedit vbi per viam regula, eſt facta aequiparatio à iure, quòad omnia, vt hinc inde priuilegia communicentur, & num. 24. & 26.*

25 *Fiſcus in multis eſt magis priuilegiatus dote, & dos in multis magis fiſco, & inter eos non datur communicatio, ſed priuilegiorum conquaſſatio.*

27 *Extenſio in aequiparatis non fit de caſu ad caſum, nec de expreſſo ad non expreſſum (etiam fauore dotis) vbi induceretur iuris correctio, nec à maioritate rationis, vbi lex ratione caret, & num. 28.*

29 *Ratio reddi non poteſt cur fiſcus in poſtea quaſitis contra omnes iuris regulas praeferatur anterioribus.*

32 *Res debitori quaſita poſt generalem obligationem non aliena dicitur: ſed propria, & venit (velut à principio) ſub onere dicta obligationis.*

34 *Priuilegium l. ſi his qui, ff. de iure fiſci, eſt fiſci ſpeciale, incommunicabile omnibus perſonis; & actibus priuilegiatis.*

35 *Fiſcus, & Eccleſia aequiparantur ad inuicem, ita quoque minor, & Reſpublica.*

37 *Priuilegium dotis maximum, vt ſoluto matrimonio mulieri bona inaeſtimata reuertantur, abſq; retrotraditione, quamuis vendicare rem propriam non ſit priuilegium, & dominium non poſſit eadem tempore eſſe penes duos, & num. 38.*

39 *Vxor conſtante matrimonio naturaliter poſſidet bona inaeſtimata, maritus verò accidentaliter, & naturaliter.*

30 *Priuilegium praelationis mulieris in bonis ab ipſa viro traditis, intelligitur in rebus aeſtimatis ea aeſtimatione, qua facit emptionem, quo caſu totale dominium earum abſcedit ab vxore in virum, & de eius patrimonio fiunt, & num. 46.*

41 *Legatum rerum dotalium aeſtimatarum ſibi à marito factum, vxor tanquam propriarum mariti conſequitur, nec factũ ſibi cenſetur animo compenſandi.*

42 *Dominium rerum dotalium aeſtimatarum marito effecto non ſoluendo transfertur in vxorem, vt illas vendicet, & defendat aduerſus creditores anteriores expreſſam habentes, & eſt ſingulare priuilegium.*

43 *Res dotalis aeſtimata marito effecto non ſoluendo reputatur dotalis, ac ſi nulla aeſtimatio intereceſſiſſet, nec affecta cenſetur aliqua obligatione per maritum contracta, aut per alienationem etiam cum vxoris conſenſu, & iuramento diſtracta, & num. 44. & 45.*

46 *Diſpoſitio l. in rebus, C. de iure dotium, vt mulier praeferatur in bonis viro traditis, ſiue aeſtimatis, ſiue inaeſtimatis indicat, quod alias in cõtrarium ſe hab[illegible] commune. quia illud eſt ſpeciale, cuius contrarium eſt generale, & num. 47.*

49 *Speciale dotis priuilegium, quod praeferatur poſteriori mutuanti ad rem emendam, conſtruendam, vel reficiendam ex §. bis conſequens, in auth. de aequalitate dot. ergo regulariter, & indefinitè in poſtea quaſitis non pfertur, & num. 50.*

52 *Priuilegia, & ſpecialia etiam fauore dotis non ſunt multiplicanda, vt num. 53.*

54 *Dos ſecundum opinionem gloſ. indifferenter in S. C. receptam in omnibus cauſis, in quibus ipſa, & priuati concurrunt, fuit ſemper ſuo loco graduata, num quia vera interpretatio l. ſumitur à patria, nu. 60.*

56 *Contrahentibus nullum ſupereſſet remedium ſi dos ex vi dicta l. aſſiduis praeferatur habentibus anteriorem expreſſam, & dotes eneruarent omnes cautelas creditorum, & deſtruerent commune commercium contra naturalem aequitatem, & num. 57.*

58 *Publicè intereſt hominum commercia non cohiberi ſine quibus Reſp. ſtare non poteſt, ſed ampliari.*

59 *Deciſio cauſae iuxta opinionem gloſ. praedictam magis communem.*

D E-

Digitized by Google

DECISIO I.

INdubitata eſt opinio
more, ratione, vſque
frequentiſſimè in iu-
dicijs recepta mulie-
rem habẽtem hypo-
1 thecam † expreſſam
pro dote posteriorẽ
præferri tantum cre-
ditoribus habentibus
anteriorem tacitam,
non autem expreſſam, hoc pacto interpretati
ſunt, *l. aſſiduis, C. qui pot. in pig. hab.* Scriben-
tes communi calculo ſequuti ſententiam *Bulga-
ri, & gl. in d. l. aſſiduis, vt in l. 1. ff. ſol. mat.
ſuſius de hac re, & Couarr. var reſol lib 1. c. 7.*
licet non defuerint multi grauiſſimæ auctorita-
tis, qui defenderint diſpoſitionem d. l. habere
locum etiam aduerſus creditores habentes an-
teriorem expreſſam, ſecundum quam opinionẽ
nouiſſime *Myſing* refert fuiſſe iudicatum in Ca-
mera Imperiali in 4. *centuria* ſuarum obſeruat.
13. *obſeruat.* Nihilominus opinio gl. receptior,
2 & † æquior omnibus viſa fuit, à qua in iudican-
do, & conſulendo recedere nefas eſt, vt per *Cap-
pell. Toloſ. deciſ. 118 & ibi addentes Canoniſtæ
in c. ex litteris extr. de pignor. Iaſ. in § fue-
rat num. 23. inſtit. de act. Bolog. ex abundanti
in d. l. 1. ff ſol. mat.* vbi nouiſſime *Barboſa in
6. parte*, licet communem impugnare nitatur,
& in vſu forenſi non eſſe recedendum à commu-
ni, ob dictam deciſ. Miſing. monet *Roueſcala
in conſ. Alex. 58. vol 7.*

Sed dubium eſt, an in bonis poſt matrimoniũ
quæſitis, mulier pro conſequutione ſuarum do-
3 tium † gaudeat priuilegio prælationis aduerſus
prædictos creditores habentes hypothecam ex-
preſſam anteriorem, & in fiſco habemus *tex ex-
preſſum in l ſi is qui ff. de iur fiſc*, diſponentem
fiſcum eſſe præferendum creditoribus habenti-
bus anteriorem expreſſam in bonis per debito-
rem quæſitis poſt contractum cum ipſo geſtum,
qui tex, dedit anſam dubitandi *Accurſ. in d. l.
aſſiduis in ver licet.* Num idem reſpondendum
ſit pro dote? Quia vt ipſe ibidem in præcedenti
quæſt. arguit, fiſcus, & dos paribus paſſibus am-
bulant *l. 2. C. de priuileg fiſci*, vbi ipſe not. tamen
concludit contrarium ſentiens contra dotem ex
regula, qui prior, nam dicit, quod in prius quæſi-
tis, mulier, ſeu dos non præferatur expreſſæ an-
teriori per *tex. in l ſi ignorante, C. de remiſſ. pign.*
& ille, qui habet generalem hypothecam æqui-
paratur ei, qui habet ſpecialem expreſſam, *l. ſi
generaliter, C qui pot. in pig. hab.* in quo tex. præ-
fertur creditor habens generalem anteriorem ei,
qui habet ſpecialem poſteriorem, & ex his in
4 effectu reſidet gloſ. in hac opinione, quod † dos
in poſtea quæſitis non præferatur anterioribus,
licet per ver forte. Hanc *gl* opin. tenet *Petr. de
Bellapert. in d. l. aſſiduis, col. 2. in fine, verſ. nun-
quid hoc eſt verum in acquirendis, & ſubdit*, di-
cunt quidam, quod in acquirendis creditores nõ
præferuntur, quia ſic eſt in fiſco, ergo in mulierẽ
eſt idem, eadem ratione, ſubditque dico, quod
poſſit dici contrarium, & quod dicitur, quod fi-
5 ſcus, & dos † pari paſſu ambulant, non eſt verũ
quantum ad omnia, ſed quòad quædam. Sic ean-
dem opin. amplexus eſt *Iacob. de Aretio relatus
per Bart. in d. l. ſi is. qui, & per Alber. in l. fin. C.
quæ res pig. oblig. poſſ. & per Cyn. in l. licet, C. qui
potiores in pign. hab* in ſua quæſt quam diſputa-
uit, relata per prædictos Doct. in qua docuit, &
defendit, inter duos priuatos illum eſſe potiorẽ
in bonis poſtea quæſitis, qui eſt tempore prior,
& acquiſiuit obligationem omnium bonorum,
quo caſu veniunt futura per *tex. in d. l. fi. C.
quæ res pig. Reprobata opinione gloſ. in d. l. ſi
is, qui, & d l. licet. & idemque §. tibi, ff. qui
pot. in pig. hab.* & inter alias rationes illa vſus
6 fuit, quia † ſpeciale eſt in muliere, vt præferatur
in rebus, quas dedit in dotem *per tex. in l. in re-
bus, C. de iur. dot.* ergo in alijs generaliter ius
cõmune ſe habet in contrarium. Ita arguit Bart.
ſequens primam opinionem in d. l. ſi is, qui ibi
dicit, & teſtatur Oldrad. tenuiſſe eandem opi-
nion. & hanc ipſe putat veram, vt ſcilicet mulier
præferatur tãtùm in bonis per ipſam marito tra-
ditis, non in alijs quæſitis, & in hac ead. opinione
videtur reſidere, *Cynus in d. l. licet*, ſi benè ad-
uertatur dum ſe ſimpliciter in omnibus ſubſcri-
bit opinioni Iacobi de Aretio, & in ſpecie in *l. 2.
C. de priuil. fiſci in fine*, tenet diſpoſitionem d.
7 l. is, qui, non † habere locum in dote, & dubitat
an fiſcus ex particulari priuilegio præferatur do-
ti in futuris, licet parum memor poſtea in l. aſſi-
duis tenuerit contrarium, vt inferius dicetur. A
prædicta opinione non diſcedit *Alber. in d. l.
aſſiduis, num. 5. ver. ſuppoſito*, pro vera opinio-
ne Bulgari, de qua in initio huius dec. quærit nũ
præferatur dos in bonis poſtea quæſitis arguit pro
dote, quia parificatur cum fiſco, dicit quod gloſ.
indubitanter tenet contrarium: Sed prius dictum
videtur verius Cyno, quòd eſt verum, inquit, in
rebus, quas mulier dedit in dotem viro d. l. in re-
bus, & ſic opinionem Cyni putat, & concludit
habere locum non indiſtinctè, & indifferenter,
8 ſed in bonis † per vxorem marito in dotem datis,
& hanc opinionem veriorem exiſtimat *Crot. in
repet. d. l. 1. ſol. mat. num. 24. & communem
teſtatur Marian. Soccin. in ead. l. 1. nu. 20. &
in ead l. Bolog. num. 68.* idem affirmat dicens,
quod priuilegium prælationis conceditur mulie-
ri aduerſus creditores habentes expreſſam ante-
9 riorem in ipſis rebus dotalibus † exiſtentibus in
rerum natura tempore exactionis dotis d. l. in
rebus, ergo non in alijs, & idem in effectu tenet
Ripa parum ſibi conſtans in *l. 2. §. ſi ſponſa,
num. 20. ff. de priuileg. cred.* vt ibi eſt videre, &
inferius declarabitur, & quòd non præferatur in
bonis poſtea quæſitis habentibus anteriorem ex-
preſſam, nouiſſimè tenet *Coſmus Nepita in ſuis
comment. ſuper conſuet. Catan. in conſuet. vn.
de conſtit. dotar. tit. 13. nu. 54.*

Contrariam opinionem, quod indiſtinctè, & in-
10 differenter mulier pro dote præferatur † credi-
toribus habentibus anteriorem expreſſam in bo-
nis poſtea quæſitis tenet caterua Doctorum non

Google

minus,quàm precedens grauiſſimorum,in primis
*Iacob. Butr. Cyn. vt ſup. relatus num. 5. Salyc.
num.4. in d. l. aſſiduis Io.Faber in §. fuerat in-
ſtit. de actio, & in d. l. aſſiduis*,licet non ſe de-
claret in quam opinionem inclinet, vtramq; tan-
tum refert, & nulli adhæret, *Bald. Nouell. in
rep.d.l.1.num. 192. & in tract. de dote par. 9.
priuil. 1. col.2. & par. 10. priuil 7. nu.2.& 36.
& in fine*,ſed dubitatiuè ſub his verbis poſſet nõ
improbabiliter dici, & hoc caſu limitat duobus
11 modis, primò, vt non habeat locum ſi † quæſita
poſt matrimonium eſſent empta per maritum
ex pecunia ſpecialiter mutuata ad illam rem
emendam *per regulam l. licet, C. qui pot. in pig.
hab.* ſecundo in re empta, cuius pretium nondũ
eſt ſolutum,& remanſit venditori obligata,quam
limitationem etiam tenet gloſ. *in d.l. ſi is,qui in
fiſco*,has,& alias limitationes ponit *Bolog. in d.l.
1. num. 20. cum ſeq.* Sed quicquid dubitauerit
Nouell. vt ſupra, Ripa tamen in *l. priuilegia
num 31. ff. de priuil.credit.* indubitanter cum
dicta opinione pertranſit, & *Pontan. in d. l. 1.
num. 4* circa finem, verſ. ex quo fundamento.
*Idem Soccin. in d. l. 1. nu. 8. Crot. parum con-
ſtans in d.repet. num.72 .Neguſ. in tract. de pi-
gnor. in 4. memb. 2. part. num.10. Froſius in
ſuo commento ſuper pragmatica de aſſiſtentia
in fine. Vincentius Maxilla in conſuet. Bari in
tit. de iure dotium §. dotis cauſam nu. 4. Eue-
rard. in ſua cent. in loco de fiſco ad dotem nu.3.
Oynotomus in d. §. fuerat Monticolus, nu. 129.*
fiſus authoritate *glo. in d. l. aſſiduis*, quam dicit
tenere hanc opinionem,& errat, quia tenet con-
trarium, credendum eſt illam non vidiſſe, nec
conſideraſſe.*Pereg in tract.de iure fiſci lib.6.tit.
6. nu.17. Greg. Lop. par. 5. tit.13. l.33. in ver-
bo entonces, ex nouiſſimis Barboſa in d. l.1. ſol.
mat. in 2. par. num.* 17. qui teſtatur hanc opi-
nionem eſſe communem, & allegat idem tenere
*Guttieres ad ll. Regni in 3.par. q 99. num.18.
Socc. iun. conſ.10. nu.25. volum 3. Alc. in d. l.
1. num. 20.* Sed ſibi ipſi contrarius ſup. num.17.
vt inferius dicetur,& poſtremo *D.Ioan. Franc.
de Ponte conſ. 80.* dicit hanc opinionem videri
magis communem;ſed non negat eſſe opinionem
diſputabilem;& pertranſit ſimpliciter, & obiter.

Et omnes vno ore dicunt illa præſertim ratio-
ne tanquam ſuper lapide angulari fabricantes,
12 quia † fiſcus, & dos paribus paſſibus ambulant,
d. l. 2. C. de priuil. fiſci. Ergò quemadmodum
præfertur fiſcus *d.l. ſi is qui*,debet præferri dos,
Siquidem *Iacob.Butr.* quem auctorem,& caput
huius opinionis faciunt, dicit quod præfertur
dos ex comparatione ad fiſcum, quicquid dicat
gl.Sed obiectiones, & rationes gloſ. aliter non
diluit,idem dicit Cyn. & addit, quod ſi alias di-
ceremus nullum eſſet priuilegium dotis, & cum
hac ratione pertranſeunt omnes, quæ ratio po-
teſt ditari, quia vbi duo ſunt æquiparatà lege di-
13 ſpoſitum † in vno, cenſetur diſpoſitum in alio,
*gl. in l. ſi quis ſeruo, C. de furt. & l. quod vero
contra, ff. de legib. & in c.ſi poſtquam, §. fin.
de elect. lib. 6.* etiam quia à maioritate rationis
diſpoſitum in fiſco debet extendi ad dotem,quia
dos eſt magis priuilegiata,quam fiſcus, vt cõclu-
dunt omnes in *d. l.aſſiduis, & in d. l.1.* & fauo-
re dotis fit extenſio de vno caſu ad alium,vt bene
probat *Barboſa*, qui alios recenſet in *d.l.1. in 1.
par. num.20.& 21. & in 6 par. nu.9.* & vbi fit
extenſio ex identitate rationis non dicitur pro-
14 priè extenſio, ſed † compræhenſio ex mente le-
gis, *dixit gloſ. in c. 1. de temp. ordinat. lib. 6.*
quam valdè ibi commendat, & expendit Domi-
nic & poteſt fieri in caſibus exceptis à iure per
*tex.& ibi Abb.in c.cum dilecta ext.de conf.vtil.
vel inutil. iuncto c. quoniam frequenter ext. vt
lit. conteſt.* etiam ſi caſus ſint excepti cum di-
ctione taxatiua tantùm,vt per *tex.& ibi gl. in l.
ob æs alienum tantùm, C. de prædijs min. & l.
fin. C. de reuoc. donat. & Lup. in repet. c. per
veſtras in 8. ampliat. num. 1. verſ.non ergo ſu-
mus nos*: Aliam rationem affert *Salyc. in d. l.
aſſiduis, num.4* dicens, quod licet priuatus ha-
beat generalem hypothecam anteriorem; tamen
cum bona ſint quæſita poſt obligationem dotis,
& ſic poſt obligationem vtriuſque eodem tem-
pore in his bonis quæſitis reperitur obligatio
vtriuſque, & ſimul concurrunt,quia hypotheca
15 † non poteſt retrotrahi ad tempus obligationis
generalis;ſed ſumit vires à die acquiſitionis factæ
per communem debitorem, quia antè acquiſi-
tionem res eſt aliena, in qua hypotheca non po-
teſt conſtitui, nec acquiſitio retrotrahitur, & per
conſequens,nec hypotheca, ergo concurrunt;ſi-
ue ſimul incipiunt cõpetere,ſequitur ergo, quod
neuter eſt prior in tempore, ſed mulier præfer-
tur pro dote omnibus creditoribus,qui non ha-
bent expreſſam anteriorem per legem aſſiduis.
ergo hac ratione debet præferri in poſtea quæſi-
tis, & hanc rationem *Salic.* probat, & ſequitur
Crot.in repet.d.l.1.nu.72. qua attenta non opus
eſſet extendere priuilegium d. l. ſi is qui ad do-
tem,nam circumſcripta regula d.l. vtique dos ex
vi prædictæ rationis veniret præferenda in po-
ſtea quæſitis,niſi dicamus, quod illa ſit ratio d.l.
ſi is qui, quæ militat etiam in dote. Poſtremo
16 pro hac opinione faciunt omnes rationes † con-
ſideratæ, & adductæ per DD. qui tenuerunt l.
aſſiduis habere locum etiam aduerſus credito-
res, qui habent hypothecam expreſſam genera-
lem anteriorem, de quibus per *Iaſ. in d. §. fue-
rat, ex recentioribus Bolog. in d l.1. num. 173.*
affert treſdecim fundamenta, & nouiſſimè ſtre-
nuè, & ſubtiliter *Barboſ. in d. l. 1. in 6. part.
in prin.* per multas col.Quia ſi illæ rationes præ-
ualent, vtique prædicta opinio eſt in tuto,& non
opus eſt facere differentiam inter quæſita ante,
& quærenda poſtea, quia ſiue antè, ſiue poſt quæ-
ſita fuerint, parum refert, etiam circumſcripta
diſpoſitione, & extenſione d. l. ſi is qui.

Ex quibus videbatur omninò cõcludendum,
quod ſi DD. numerentur,qui tenent hanc ſecũ-
dam opinionem, ſi eorum auctoritates, & ratio-
nes ponderentur non poterat Sac. Conſ. iudica-
re contra hanc opinionem tanquam magis fre-
quentem, & communem, ſed vnus ex Dominis
dixit, ꝙ prima opinio ſcilicet glo. & ſequacium
17 erat magis iuſta. & æqua, & quod contraria ſci-
licet hæc ſecunda, vel citra controuerſiam eſt
conciliada cum prima, vt non recipiatur,& in-
telli-

Digitized by Google

telligatur indiſtinctè, ſed in bonis per vxorem
marito traditis, quo attento nulla erit repugnā-
tia opinionum, vel ſi indiſtinctè, & generaliter ſit
intelligenda, & recipiēda in omnibus bonis quę-
ſitus nullo pacto ſubſtineri poſſit, & umainò ſit
iudicandum ſecundum primam, & ab hac ſecū-
da tanquam perniciosiſſima, & duriſſima abſti-
18 nendum, etiam quia communis † opinio non di-
citur ex numero Doctorum, ſed ex pondere ra-
tionum, & authoritatum, *l. 1. §. ſed neque, C.*
de vet. iur. enucl. & dixit Iaſ. in l. ſtipulatio
iſta, §. alteri, ff de verb. oblig. quòd commu-
nis opinio eſt, in qua concurrit *glo. & Bart.*
propter eorum authoritatem, & illa eſt commu-
nis, quæ maioribus fulcitur rationibus, ſecundū
Io. de Imol. in clem. 2. num. 3. & 4. de elect. &
non eſt iudicandum ex multitudine authorum,
vt dicit *tex. in d. §. ſed neque,* & communis opi-
nio tenenda eſt, niſi notoriè malè dicat, vel ra-
tionabiliter conuincatur, quod bonus iudex acu-
tiſſimi ingenij exiſtimabit, vt dixit *Io. Andr. in*
c. 1. ext. de conſtit. quem ſequitur Abb. in conſ.
85. nu. 1 vol. 1. & dixit Nauarrus in ſua ſum-
ma, ſeu manuali, c. 27. de opinione delig. n. 289.
quod non eſt appellanda communis opinio, illa
ex eo, quod plures illam ſequuntur indigeſtè, &
indiſcuſsè tanquam oues alias, quæ præcedunt
ſine iudicio ſequentes, ſed communiorem exiſti-
maret illam, quam ſex, vel ſeptem authores claſ-
ſici ex profeſſo tenerēt, quam probatam à quin-
quaginta ſola authoritate priorum, quo fit, vt nō
ſit multum laudanda diligentia quorundam re-
centiorum inquirentium, vtrum teneant plures,
& in eadem *ſumma cap. 7. num. 4. verſ. admo-*
neo hic lectorem, dicit eſſe recedendum à com-
19 muni opinione, quando † pro contraria eſt tex.
vel ratio cui non poteſt ſatis benè reſponderi. Et
idem punctualiter dicit *Cannet. in repet. c. vo-*
lentes, in cap. incipiente, ſed occurrit quæſtio non
otioſa, num. 13. fol. 103. & ideo eſto pro ſecun-
da opinione, vt ſupra relata, tot Doctorum lon-
gè maior numerus, & catalogus concurrat, nullā
tamen habet ſubſiſtentiam rationis.

Siquidem, quod dos præferatur creditoribus
habentibus anteriorem expreſſam in bonis po-
ſtea quaſitis indifferenter, nulla lege cauetur, &
erubeſcendum eſt ſine lege loqui *l. illam, C. de*
20 *collat.* præſertim, quia dos † non cenſetur pri-
uilegiata, niſi in caſibus à iure expreſſis, & in ca-
ſibus non expreſſis ſtandum eſt regul. iur. comm.
vt per Fanut. de inuent. parte 3. num. 149. & no-
uiſſimè Surd. deciſ. 318. num. 4 Sed hoc priui-
legiū non reperitur à iure expreſſum, quinimmò
communi omnium ſententia deciſum eſt, non
præferri dotem creditoribus habentibus anterio-
rem expreſſam, ergo &c. & qui volunt hanc
Doct. communem reſolutionem limitare in po-
ſtea quæſitis, tenentur ſe fundare in aliqua lege
ſic dicente, vel in aliqua ratione, quæ hoc ſua-
deat manifeſtè: Sed & legem non habemus, &
ratio nulla ſuadet, ergo eſt ſtandum regulis iuris
communis, & communi reſolutioni prædictæ.

Nec refert, quod dos, & fiſcus paribus paſſi-
bus ambulent, & ideo quia caſus eſt expreſſus in
21 fiſco, idem in dote, nam, pace tantorum viro-
rum, qui in hoc ratione præcipua eorum opi-
nionem fundauerunt, ratio prædicta facilè reſol-
uitur, & omnes huic rationi adhærentes alluci-
nati fuerunt, & nemo ex profeſſo hunc articulū
digeſſit, & aliqui non auſi fuerunt primam, vel
ſecūdam opinionē amplecti, vt ſubdit Faber ſu-
pra relatus, quia forſan penetrauit nodos, ſed no-
luit illos extricare, & Nouell. ſub dubio per hæc
verba probabiliter, in libro meo in repetitione
ſcriptum reperitur reprobabiliter, & hoc credo
melius, & omnes, vnus poſt alium, ſicco pede, &
prædicta ratione ſuffulti conati ſunt deſtruere,
non dico tantùm prædictam regulam, & com-
munem Doct. reſolutionem in d. l. aſſiduis, ſed
ferè vniuerſam rempublicam; nam quod fiſcus,
& dos paribus paſſibus ambulent, & ſint æqui-
parati, & diſpoſitum in vno, cenſeatur diſpoſi-
tum in alio, nihil penitus negotij facit, quia eſt
verum, quod paribus paſſibus ambulant, quòad
22 ipſos, † & inter ipſos non in præiudicium tertij,
& æquiparatio eſt, quòad prælationem inter eos,
non quòad communicationem priuilegiorum, &
ita procedit *tex. in d. l. 2. C. de priuil. fiſci,* vbi
priuilegia inter ipſos conquaſſantur, non vt cen-
ſeantur communicata in præiudicium priuato-
rum, quia hoc caſu non ambulant paribus paſſi-
bus, vt declarat, & tenet *Gomeſ. in §. fuerat, nu.*
39. inſtit. de act. Viſitarinus in repet. d. l. 1. nu.
27 ſol. matr.

Secundo regula æquiparatorum procedit, vbi
23 per viam regulæ † eſt facta æquiparatio à iure,
quòad omnia, tunc enim priuilegia communi-
cantur hinc inde, vt perbellè declarat *Bart. &*
communiter Doct. in l. 1. ff de leg 1. Oldrad. conſ.
300. Bal. & Alex. in add. ad Bart. in l 1. §. fu-
rioſus. ff de iure codicil. per tex. ibi cum per
omnia, & in omnibus furioſus abſētis, vel quie-
ſcentis loco habeatur, per illa enim verba per
omnia, & in omnibus cenſetur, immo eſt facta
æquiparatio per viam regul ſic, & in l. 1. ff. de
leg. 1. & habetur optimè per Butr. conſ. 19. Rom.
conſ. 218. Ruin. conſ. 54. num. 1. & 2. vol. 3.
24 Sed dos † & fiſcus non ſunt æquiparati per viam
regulæ, ſeu ſecundum quid, ſeu quòad quædam,
vt per *Bellaperti. in d. l. aſſiduis poſt gloſ. ibi, &*
declarat Bulg. in repet. d. l. 1. ſol. mat. nu. 9. quod
patet, quia iſta æquiparatio nulla lege cauetur,
ſed ſumitur *ex d. l. 2. C. priuil. fiſci,* quæ hoc
non dicit, vt etiam aduertit Bulg. vbi ſupra; ſed
ſolum in *d. l. 2.* fit conquaſſatio priuilegiorum,
25 † non communicatio, etiam quia fiſcus in mul-
tis eſt magis priuilegiatus, quam dos, & dos in
multis magis, quam fiſcus, vt paſſim Doct. omnes
declarant in d. l. 1. & nouiſſimè Bolog. num. 202.
ergo non per viam regulæ poſſunt dici æquipa-
parati, & declarat *Aret. optimè in rub. ff. de ac-*
quir. poſſeſſ. Deci. in c. ſecundo requiris ext. de
appell. Gomeſ. in §. pœnales, num. 39. 2. col. in-
ſtit. de act. vbi latiſſimè quando æquiparatio
eſt facta à lege, & vbi non eſt facta per viam re-
gulæ, ſed in certo caſu, tunc concludit extra il-
lum caſum non extendi priuilegium, quod ha-
bet ille, cui eſt facta adæquatio, quod expreſsè te-
net *Rom. conſ. 179. num. 12. verſ. non obſtat.* Se-
cunda ratio *Cepoll. conſ. 27. num. 4.* vbi quòd

26 in caſu † æquiparato tantùm fit extenſio, vbi nõ
non eſt facta æquiparatio per viam regulæ, &
*Pariſ. conſ 49 num. 86. vol. 3. Iaſ. in l. qui ſe pa-
tris, num. 52. C. vnde lib. & in l. 2. ff. de iur. iur.
num. 20. Crot. elegantiſſimè in d. l. 1. num. 6. ff.
de leg. 1. cum ſeq. & ibi Iacob. de Nigris, num.
15. Aym. in rubr. ff. eod. in repet. nu. 146. Lof-
fred. conſ. 1. num 80. declarat optimè Butr. in c.
fin. ext. de conſuet. in 6 fallent. & Lanfranc. in
repet. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſol. mat. in 5. con-
cluſ. interpretationis extenſiuæ, & in ſua Topi-
ca legali. Euerard. in loco à ſimili, num. 10. &
nouiſſimè Pacianus in ſuo tractatu de probat.
lib. 1. cap. 27. num. 29.* vbi alios cumulat, & eſto
eſſent facta per viam regulæ, quod eſt omnino
falſum, ita vt communicarentur priuilegia, eo
caſu non communicantur, inter æquiparatos, ni-
ſi ea priuilegia, quæ de iur. communi competũt,
non ea, quæ de iure ſpeciali, vt perbellè declarat
*Crot. vbi ſupra num. 5. & Pacianus vbi ſupra
num. 25.* ad hoc priuilegium prælationis in po-
ſtea quæſitis fiſco competit de iure ſpeciali con-
tra regulas iuris communis, ergo non communi-
candum, nec ad dotem extendendum.

Præterea etiam in æquiparatis certum eſt nõ
27 fieri extenſionem de caſu ad caſum, & † de caſu
expreſſo ad caſum non expreſſum etiam fauore
dotis, vbi induceretur correctio iuris communis
*per gloſ. communiter receptam in auth. quas a-
ctiones, C. de ſac. ſan. eccl. per quam in his termi-
nis tenet Oynotomus in d. §. fuerat, nu. 59. poſt
Bald. notabiliter in c. inter cæteros ext. de re-
ſcript.* ſed modo corrigeretur ius commune,
per quod prior in tempore eſt potior, *d. c. qui
prior, & l. qui balneum cum concord.* Item
communis Doct. reſolutio in d. l. aſſiduis ſupra
28 relata, ergo ratio † æquiparatorum non militat,
nec à maioritate rationis pro dote fit extenſio de
caſu ad caſum, vbi ius commune læderetur, vt in
his proprijs terminis firmauit *Neguſ. in 4. memb.
2. partis, nu. 102. per d. gloſ. in auth. quas actio-
nes,* & *Doct. ibi communiter Oynotomus vbi ſu-
pra,* minus ratio æquiparatorum attendi debet
vbi lex, vel ſtatutum non habet in ſe aliquam ra-
tionem, niſi quia ita placuit ſtatuenti, vel legiſla-
tori per tex. expreſſum *in l. ſi vero, §. de viro,
ff. ſol. mat. vbi latè Rom. & Doct. omnes, & de-
clarat perbellè, Bal. in l. 3. num. 10. in lect. 9.
C. de iur. dot. ſequitur Euerard, in ſua centuria
in loco à ſimili in 9. limitat.* Sed nulla ratio red-
29 di poteſt † cur fiſcus præferatur in poſtea quæ-
ſitis contra omnes iuris regulas, niſi quia ita pla-
cuit Vlpiano, & Papiniano I.CC. d. l. ſi is qui. Er-
go ex his cognoſci poteſt, quam fallax, & obiter
cogitata, & tantis viris indigna fermè fuerit fun-
damentalis ratio ſupradictæ opinionis, ita vt re-
ſoluto, & deſtructo hoc lapide angulari, procul
dubio totum corruat ædificium.

Nec minus obſtat ratio ſophiſtica, in qua Sa-
lyc. ſe fundat, quod ſcilicet hypotheca non re-
30 trahatur † ad diem obligationis, ſed ad diem
acquiſitionis, quo tempore reperitur dos, & pri-
uatus vno, eodemque tempore, & dos de iure
præfertur, nam & hæc pariter falſiſſima eſt, &
ab omnibus communiter reiecta. Nam Iacob.
de Aret. tenuit contrarium in quæſt. de qua ſu-
pra facta eſt mentio, concludens, quod prior in
bonis per debitorem quæſitis, illa præcipua ra-
tione, quia hypotheca retrotrahitur ad diem
conuentionis, licèt enim tempore acquiſitionis
poſtea factæ præcedat vtriuſque creditoris obli-
gatio, & ſic videatur eodẽ tempore ſimul vtriq;
obligari, tamen non debemus hoc conſiderare,
31 ſed tempus conuentionis, quia † conuentio pi-
gnoris eſt illa, quæ rem in obligatione deducit,
non dominij acquiſitio, niſi per poſterius, & ſe-
cundariò. Vnde cum conuentio agat potentius,
illa eſt conſideranda ſecundum ſuum tempus,
iuxtà regulam *c. qui prior, & hanc opinionem
Iacob. de Aret. ſequuti ſunt Doctores omnes in
d. l, l cet, præſertim Cyn. Bart, & alij. Alber.
ibidem, & in d. l. fin. C. quæ res pign. oblig poſſ.
& eſt communis opinio, vt teſtatur Neguſ. in
tractatu de pignorib. in 2. memb quintæ partis
nu. 39. & Doct. omnes in l. 3. § 1. ff. de acquir.
poſſeſſ.* & ideo quantum errauerit Salyc. facilè
dignoſcitur. Errauit etiam dum dixit, quod in
re aliena non datur hypotheca; nam in caſu, de
32 quo agitur res acquiſita † poſt acquiſitionem
non dicitur aliena, ſed propria debitoris acqui-
rentis, & in obligatione generali res alienæ ve-
niunt, vt acquirendæ, & acquiſitæ illicò afficiun-
tur onere hypothecæ à principio conuentæ. Sed
eſto eſſet aliena, ius dominij ſuperueniens con-
firmaret hypothecam, prout ex tunc, quando ex
cauſa de præterito, vt hic ex traditis per *Paul.
de Caſt. in l. ſi quis alienam, ff. de actio. empt.
& per Doct. in l. cum vir, ff. de vſucap. poſt
glo. in l ſi à Titio, in ver. peteres, ff. de rei ven-
dicat. quæ eſt lex 72.*

Minus obſtant aliæ rationes per DD. adductæ
in d. l. 1. & in d. l. aſſiduis; nam ijs non obſtan-
33 tibus communis † omnium opinio, & reſolutio
eſt, vt dos non præferatur creditoribus haben-
tibus anteriorem expreſſam, à qua in iudicando,
& conſulendo non eſſe recedendum, ijdem ad-
uerſantes fatentur, & ideo opus eſt dicere, quod
priuilegium d. l ſi is qui, non poſſit aliquo pacto
extendi ad dotem, ſed ſit beneficium particulare
34 in fauorem † fiſci, quia ſic Iuriſconſulto placi-
tum fuit, & incommunicabile doti, ex ſupra di-
ctis. Quòd ſi illud concederemus communi-
cabile ex vi æquiparatorum, quod abſurdiſſimũ,
& impoſſibile eſſe dictum eſt, ſequeretur aliud
inconueniens non modicæ conſiderationis ſcili-
cet, quod illud pariter communicandum eſſet
35 † Eccleſiæ, Minoribus, Reipubl. & alijs, qui
fiſco æquiparantur; nam fiſcus, & Eccleſia æqui-
parantur, ſic fiſcus, & pupillus, & reſpubl. & alij,
de quibus per Euerard. in ſua cent. in loco à fi-
ſco ad Eccleſiam, vel piam cauſam, & à fiſco ad
minores, & licet *Ripa in d. l. priuilegia nu. 31.*
dixerit huius modi priuilegium extendi ad
Eccleſiam, *ex not. per gloſ. & Doct. in c. ex lit-
teris extr. de pign.* glo. illa hoc non dicit, &
Ripa ſeipſum decepit, nec me mouet Euerard.
qui facit eandem extenſionem in ſua Topica, ſeu
centuria in loco à fiſco ad Eccleſiam, num. 15.
qui dicit neminem reperiſſe hoc dicẽtem, quia
non viderat Ripam, vbi ſupra, & nulla ratione

æqui-

Digitized by Google

æquiparatorum, quę ratio ex ſupradictis non
militat, & etiam quia dubitatiuè tenet. Et quia
ſi daremus huiuſmodi extenſionem eſſet ferè re-
ſtringere mundum, & in Republ. articulus iſte
eſſet nimium exemplaris, ideo cautius, ac ſatius
erit ab extenſione abſtinere. Ex his tutior, &
æquior videbatur opinio gloſ. & aliorum tenen-
36 tium † mulierem indifferenter præferri in bonis
quaſi'is per ipſam marito traditis, vt inferius de-
clarabitur, marito effecto non ſoluendo.

Et hoc eſt præcipuum, & maximum priuile-
gium inter cætera, quæ habet dos; nam licet
Bald. dixerit in d. l. in rebus, quod omnis, qui
prætendit dominium actu permanens eſt potior
quolibet alio creditore, & licet etiam verum
37 ſit, quòd vendicare † rem propriam non eſt pri-
uilegium, nec mulier vendicans res ſuas indiget
priuilegio, vt dicit *tex. in §. his igitur, auth.
vt exact. inſtant. dot.* ibi pure vnumquemque,
quod ſuum eſt habere nullo indigens priuilegio,
cum quo concordat *tex. in l. ſi ventri, §. in bo-
nis, ff. de priuil. cred.* & ex conſequenti videtur,
quod non ſit priuilegium aliquod. Tamen ad-
uertendum eſt, quod tex. in d. §. his igitur, &
doctrina Bald. procedunt, vbi mulier ageret pro
reſtitutione rerum dotalium inæſtimatarum,
quia illarum dominium ſemper quodammodo
permanet penès ipſam, licet tranſeat in maritum
durante matrimonio, quo diſſoluto dicitur re-
ſtaurari, non de nouo acquiri per vxorem dotes
ſuas repetentem, & non opus eſt rei retraditio-
ne, & alio actu acquiſitionis, ſed illicò transfe-
38 ratur, & hoc eſt etiam priuilegium dotis † in
rebus dotalibus inæſtimatis, vt ſingulariter te-
net *Ant. Gomeſ. ſuper l. tauri 50. nu. 42. tan-
git latè Maxilla in conſuet. Bari in rubr. de
ſac. ſanc. Eccl. §. Eccleſias veſtras, num. 17.*
vbi diſputat quomodo fiet iſtud, quoniam domi-
nium non poteſt eſſe inſolidum penes duos, ſed
nõ vidit *Vaconium lib. 6.* ſuarum declarationum
declar. 92. vbi *num. 6.* declarat iſtud, quomodo
ſcilicet, quod verum ſit, quod dominium non
poſſit eſſe penès duos inſolidum, teſte *Paulo Iu-
reconſulto in l. poſſideri, §. ex contrario, ff. de
39 acquir. poſſ.* tamen vxor conſtante † matrimo-
nio naturaliter poſſidet, maritus verò ciuiliter,
& naturaliter, & hoc non eſt admittere, quod
dominium naturale ſit penes duos contra regu-
lam d. l. quia vxor, & maritus naturaliter poſſi-
dent pro indiuiſo, tanquam duo ſocij, tales ſunt
enim, *l. 1. ff. de rit. nupt.* Vxor ſiquidem quoad
victum, & alimonias naturaliter poſſidet, mari-
tus verò quoad reliquos vſus, & eſt de mente
Bald. in d. l. in rebus num. 15. & ſeq. vbi dicit
quod dominium rerum dotalium licet ſit apud
maritum conſtante matrimonio, largo modo re-
ſidet etiam apud vxorem, & toleratur dominiũ
apud duos diuerſis reſpectibus, & idem tenet
*Corraſ. in repet. l. naturaliter, §. nihil commu-
ne, ff. de acq. poſſ. num. 33.* Quinimmo plures
ex ſcribentibus voluere dominium potius dici
vxoris, quam viri, vt per *Zaſ. lib. 2. ſingul. in-
tellectuum cap. 5. Pinell. qui alios congerit in
l. 1. par. 3. num. 15. C. de bon. mat. & Molin.
de primogen. Hiſpan. lib. cap. 23. num. 6. &
Camillus Borrell. in conſ. 61. per totum cent. 1.*
Et hoc quoad res dotales inæſtimatas; ſed opi-
nio gloſ. & prædictorum Doct. procedunt in
40 rebus per vxorem viro traditis æſtimatis ea æſti-
matione, quæ facit emptionem, & venditionem,
quo caſu totale dominium abſcedit ab ipſa mu-
liere, & perpetuum tranſit in virum, ac ſi ab ex-
traneo acquiſiuiſſet, & mulieri nõ ſupereſt actio,
niſi ad conſequendum æſtimationem in pecunia,
quia maritus non remanet debitor ſpeciei, ſed
quantitatis, ac ſi verè ab extraneo res illas emiſ-
ſet, nulla de dote habita ratione, iuxta regulam
*l. quoties, C. de iur. dot. cum ibi not. per gloſ.
& Doct. & l. æſtimatæ, & l. ſi æſtimatis, ff.
ſolut. matr.* quo caſu omne augmentum, & di-
minutio prædictorum bonorum commodo, &
periculo mariti cedit, nec mulier tales res æſti-
matas in vita recipere cogitur, quinimmo ſi ma-
41 ritus illas ipſi legauerit tanquam proprias ma-
riti conſequetur; nec animo compenſandi lega-
tum factum cenſebitur, *l. Licinius locuſta, ibi
glo. Bar. Bal. Caſtren. & Imol. qui dicunt eſſe
hoc ſingulare, ff. de leg. 2 & ſequitur Ant. Go-
meſ. vt ſup. qui latius comprobat num. 44. verſ.
42 item etiam deducitur*, & hoc caſu, quòd † ma-
rito effecto non ſoluendo, dominium talium re-
rum ſic æſtimatarum transferatur in vxorem, &
illa valeat vtiliter vendicare, & defendere ad-
uerſus creditores habentes hypothecam expreſ-
ſam anteriorem, ac ſi nulla æſtimatio interceſſiſ-
ſet. ſingulare, & mirabile eſt priuilegium, & hoc
ſumitur ex d. l. in rebus, ibi ſiue æſtimatæ, ſiue
inæſtimatæ, & ibi gloſ. 1. in fin. ſingulariter hoc
tenet, & notat, quam communi calculo Doct. ſe-
quuti ſunt, & illã ad hoc ſingularẽ appellat *Iaſ.
in l. ex conuentione, C. de pact. nu. 2. in 4. limit.
& in l. 1. ff. de æſtim. act. & in §. actionum,
num. 84. inſtit. de act. dicit nunquam à memo-
ria delendam præter alios, quos congerit Ant.
Gom. vbi ſup. num. 44. verſ. quod tamen intel-
lige.* Et hoc priuilegium non facit, vt res æſtima-
ta non faciat emptionem, & venditionem, ſed
exiſtentia mariti non ſoluendo illud producit, vt
res tali æſtimatione marito traditæ ad vxorem
redeant ex prouidentia, l. in ſubſidium, ex quo
non adſunt alia bona, ex quibus poſſit æſtimatio
ſolui, vt pulchre *Bal. aduertit in d. l. ex conuen-
tione in 3. oppoſit. & in l. intereſt, C. de vſufr.*
43 vbi dicit rem † æſtimatam reputari dotalem
marito effecto non ſoluendo, cui ſe ſubſcribit
Salyc. ibi aduertens emptorem, vt ſit cautus ta-
les res emendo, quas mulier poſtea valeat vindi-
care, *& Imol. poſt Bar. in l. æſtimatis ſol. mat.*
confirmat res æſtimatas haberi, ac ſi nulla æſti-
matio interceſſiſſet, ſequitur *Neguſantius in 2.
memb. 2. part. num. 59.* addens, quod res æſti-
matæ adeo reputantur dotales marito effecto nõ
ſoluendo, quod reſoluitur quæuis hypotheca
acquiſita per creditores mariti, quia non cenſen-
44 tur † affectæ obligatione aliqua per maritum
contracta in præiudicium vxoris declarat prædi-
cta omnium optimè *Couarr. pract. quæſt. c. 28.
num. 8. & inter cætera priuilegia dotis numerat
iſtud Bald. Nouell. in ſuo tract. par. 8. priuil. 7.
per totum, & par. 7. priuil. 23. & nouiſſimè*

Bar.

Barboſa in l. æſtimatis, nu.26. verſ.3. & vltimo limita cum ſeq. vbi alios recenſet. Quod priuilegium adeo illibatum vxori conſeruandū voluerunt, vt non obſtante alienatione facta † per
45 maritum prædictarum rerū cum conſenſu vxoris, ac nō obſtante iuramento per vxorē præſtito in alienatione, & cōſenſu prędicto diſcuſſis tamē prius bonis mariti, vbi res penès tertiū poſſeſſorem reperirentur, poſſe vxorem vendicare firmauit elegantiſſimè *Purpur. in d. l. ex conuentione, num. 51. & 52. Barboſ. in d. l. æſtimatis, num.* 28. & per hoc ſit maximum dotis priuilegium exagerat Purpur. ibi num.60. & ſeq. nam
46 res æſtimatæ † tranſeunt in patrimonium mariti, in quibus legum ſubtilitatibus videbātur præferendi antiquiores creditores per regulam, de qua in d.l.aſſiduis in gloſ. & per Doct. communiter ex quo ipſi creditores habent anteriorem expræſſam, in qua veniunt etiam futura d. l. fin. C. quæ res pign. obl. poſſ. & ſic ipſas res datas in dotem æſtimatas tanquam emptas à marito videbatur deberi creditoribus anterioribus adiudicari, & nihilominus præfertur mulier quamuis poſterior in hypotheca. Et quod hæc opinio ſit recipienda, & contraria nullo iure admittenda inconuincibili ratione ſuadetur, ſiquidem ſi vera eſſet opinio contraria, quod dos indifferenter veniret præferenda in bonis poſtea quæſitis creditoribus habentibus hypothecam anteriorem expreſſam, vtique nihil operaretur diſpoſitio text. in d.l. in rebus concedens prælationem in rebus æſtimatis, vt vtar argumento, quo in ſimili vtitur *Bart. in l. 1. ff. de leg.* 1. quia fuiſſet caſus indubitabilis, & non opus fuiſſet particulari legis prouiſione in rebus æſtimatis, quia ſi illas habemus vt emptas, & acquiſitas ab extraneo, & in acquiſitis regulariter dos veniret præferenda, ad quid facere legem particularem, quod in rebus æſtimatis præferatur, quæ ſunt per maritum
47 acquiſitæ. † ergo hæc lex, in hoc fauit dot I, & troduxit hoc priuilegium particulare in rebus æſtimatis, indicat omnino, quod alias generaliter ius commune ſe habet in contrarium, ad quod optimè facit, quod dicit *Dynus in regul. qui prior de regul. iur. in 6 num.14. quod illud eſt ſpeciale, cuius contrarium eſt generale, §. vt autem lex auth. de non alien.* & patet ad ſenſum, & eſt demonſtratio mathematica, cui non eſt dare reſponſum, & idem probat *Bart. in d. l. is qui, Ale. in l. 1. num.17. ſol. mat. & Ripa in l.2. §. ſi ſponſa nu.* 20. hac ratione vtitur dicens, quod quia ſpeciale eſt, vt mulier habens hypothecam expreſſam præferatur etiam habentibus expreſſam anteriorem in rebus in dotem datis d.l.in rebus. Ergo in alijs bonis mariti non præfertur omnibus, quem ad hoc idem propoſitum, *cit. Barbo. in d.l.1. ſol. matr. in 6. part. num. 7. faciunt late notata per Dec. & Cagn. in l. 1. ff. de reg. iur. vbi aiunt exceptionem ampliare regulam in caſibus non exceptis præſertim, vbi exceptio eſſet ſuperflua, vt per Lup. Gemin. & alios in c. qui ad agendum de procur. lib.6. Alex. in l. fin. num.4. ff. quod quiſque iur. Ripa in l.2. §. quod ſi in patres, nu.13. ff. ſol. mat. & Riminal. conſ.136. num.* 40. neque opus fuiſſet tanti facere gl. in d. l. in rebus, quæ ex illo tex. ſumpſit, prædictam opinionem, quam communi calculo Doct. tenent ſequuti. Nam ſiue maritus ſit, vel non ſit ſoluendo hoc priuilegiū potiretur ſi indifferenter dos in poſtea quæſitis prælationem habet, & hac in ſpecie tenet *Bolog. in d. l.1. ſol. mat. num.173. verſ. quinto adducitur*, dicens quod
48 † dicta lex in rebus præbet doti priuilegium prælationis aduerſus creditores habentes expreſſam in rebus dotalibus, ergò ſecus in alijs bonis mariti, & licet arguendo ſubdit, quòad alia bona mariti priuilegium prælationis eſt ampliatum per d.l.aſſidu. hoc eſt verum, quòad tacitas hypothecas anteriores, non quòad expreſſam, vt ſupra eſt concluſum. Ergo habentes expreſſam præferuntur generaliter in omnibus bonis præter dotalia, vt ſupra. Et alia inconuincibili ratione idem ſuadetur, & eſt ratio demonſtratiua, nā verum eſt de iure, vt ſupra tetigimus, mutuantem
49 † ad rem emēdam cum ſpeciali illius hypotheca, omnibus creditoribus, etiam habentibus anteriorem expreſſam præferri ſuper illa re, & ſumus in bonis quæſitis; ſed non præfertur doti, licet *Neguſ. ſequutus Bald. Nouell. & alios de pignor. in 2. memb. 5. par. nu.* 19. teneat doti præferri, ſed errauit, & ab omnibus reprehenditur, & merito, quia loquitur contra caſum legis. Eſt enim caſus hic ſpecialiter prouiſum per Iuſtinianum Imperat. *in §. his conſequens Auth. de æqual. dot.* quo loco Iuſtin. voluit indulgere, & fauere doti ex gratia particulari, vt & ſi indiffe-
50 renter poſterior creditor mutuans † ad emendam, conſtruendam, vel reficiendam domum, vel nauem præferatur anterioribus creditoribus, iuxta regulam l. licet; tamen non præferatur doti, ergo dos non præfertur regulariter, & indefinitè in bonis poſtea quæſitis, nam ſi præferretur, non fuiſſet opus ei ſuccurrere priuilegio particulari, in caſu præmiſſo quo caſu inquam dubitauit Imperat. mutuantem, & ſi poſteriorem præferri etiā doti, vt verba illius text. innuunt, & ideo voluit huic dubitationi mederi priuilegio particulari, ergo ſequitur indubitanter, quod in poſtea quæſitis dos non præfertur, nam alias non opus fuiſſet hac particulari prouiſione, & beneficio, nec poteſt dici, quod dubitatio ibi erat ratione pacti, quo mutuans ſibi ſpecialiter proſpiciebat: nam ſi verum eſſet, quod dos in poſtea quæſitis veniebat regulariter præferenda propter publicam vtilitatem, in qua ſunt fundata, & radicata eius priuilegia, vt in d.l.1.ſol.mat. pactis priuatorum non poterat præiudicari, & proinde non poterat eſſe iſta dubitatio, ſed quia in poſtea quæſitis nō præferebatur, & mutuans illo modo præferebatur anterioribus, dubitatum fuit an doti etiam: & quia de iuris rigore etiā doti veniebat præferendus, ideo Iuſtin. Imp. fauore dotis ſtatuit non
51 præferri. Quare † omnino indicat iſte tex. dotē alias regulariter in bonis poſtea quæſitis non præferri, & ex his fateri neceſſe eſt nulla ratione poſſe defendi, & ſubſtineri opinionem prædictorum Doct. tenentium in poſtea quæſitis mulierem indifferenter præferri creditoribus habentibus anteriorē expreſſam, eſſe veriorē, & fundata in diſpoſitione d. l. in rebus. Quare neceſſariò

præ-

prædictæ opiniones ſunt conciliandæ, vt ſecun-
da opinio intelligatur ſecundum primam in
52 † rebus æſtimatis indotem datis marito effecto
non ſoluendo, quod præcipuum priuilegium
dotis eſt, vt latè eſt probatum, & ita vnica erit
opinio, non vna diuerſa ab alia, & ne dicti Do-
ctores videantur de ſe ipſis ad ſe ipſos contrarij,
ſiquidem vnanimiter ſequuntur gloſ. in d.l. in
rebus primæ opinionis artificem, quam ſingula-
rem appellant, & non eſſet ſingularis, nec indu-
ceret priuilegium, ſi alias indifferenter in bonis
quæſitis prælationem haberet dos, vt ſupra latius
eſt dictum, & quia dicta Doct. poſſunt, & debēt
declarari, & conciliari ne contrarietates patian-
tur, & vbi opiniones poſſunt conciliari omnino
conciliatio eſt facienda, & admittenda, vt per
Imol. in d. clem. 2. Tanto fortius, quia ſi eorum
opinio ſic indifferenter, & indigeſta præualeret,
53 ſequeretur † quod multiplicarentur priuilegia,
& ſpecialia contra regulam, quod etiam fauore
dotis non ſunt multiplicanda, vt expreſsè dicit
*gloſ. ſing. in l. 1. C. de dot. promiſſ. & in l. cum
poſt. §. gener. ff. de iur. dot in ver. non placuit,
& ita tenet Viſitarius in repet. d. l. 1. ſol. mat.
num. 17. Bal. de Bartolinis ibid. nu. 124. Bologn.
num. 219. Surd. nouiſſimè deciſ. 96. num. 4. poſt
Iaſ. in §. fuerat, nu. 52. & Aret. in l. ſi aliquam
rem, num. 3. ff. de acq. poſſeſſ. & Felin in cap.
at ſi clerici §. de adulterijs, ext. de iud. nu. 12.
poſt Oldrad. conſ. 79.* & non eſt dubium; quod
54 hic eſſet multiplicare priuilegia † primū quod
præferatur habentibus tacitam anteriorem, ſe-
cundum quod præferatur in poſtea quæſitis etiā
habentibus expreſſam anteriorem. Quod omni-
no abſurdiſſimum videri debet. Poſtremò quod
Sac. Conſ. mouere debet ad ſic iudicādum; eſt,
quia hæc opinio ſic generaliter, & indiſtinctè in-
tellecta, nunquam fuit practicata in Sac. Conſ. &
ſemper iudicatum eſt indifferenter ſecundum
primam opinionem, quæ receptiſſima fuit in om-
nibus cauſis, in quibus dos, & priuati cūcurrunt,
55 & dos ſemper ſuo loco † grauata iuxta regulā,
c. qui prior, & ideo iudicare contra conſuetudi-
nem, & communem practicam, & opinionem
in iudicijs inueteratam, & extra controuerſiam
receptam, & quæ ſemper habuit certam inter-
pretationem malum eſt, vt in his proprijs termi-
nis inquit *Bart. in d l. aſſiduis per tex. in l. mini-
me, ff. de legib.* Conſuetudo enim eſt optima le-
gum interpres l. ſi de interpretatione, ff. eod. &
vera interpretatio ſumitur à practica, ſeu ab eo,
quod fieri conſuetum eſt, *c. cum dilectis ext. de
conſuet. Bal. in c. 1. in fin. de feud. ſine culpa
non amitt. & in l. illud, ff. de excuſ. tut.* dixit,
quod ab antiqua practica non eſt recedendum,
*& Crauett. teſtatur in conſ. 91. nu. 7. poſt Bart.
in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* Vbi
inquit etiam voluntates diſponentium eſſe inter-
pretandas ſecundum conſuetudinem loci, & idē
Alex. conſ. 9. vol. 5. tanto magis, quia ſi aliter
iudicaretur, eſſet fermè reuoluere totum mun-
dum; & cohibere commercia inter gentes, quam
prudentiſſimam rationem inueni poſtea, *Bolog.
aduertentem in d. l. 1. ſol. mat. num.* 28. dicen-
tem, quod licet opinio Doct. tenentium dotem
præferri ex d. l. aſſiduis, creditoribus habenti-
bus anteriorem expreſſam, poſſet de rigore iuris
defendi, tamen in iudicando, & conſulendo eſt
56 reijcienda, quia aliàs contrahentibus † nullum
eſſet relictum remedium, quo autem poſſent ne-
gotiari cum naturale ſit omnibus hominibus du-
cere vxores, & ſæpè plures, quarum occaſione
creditores nunquam eſſent tuti, & nemo amplius
contraheret mutuando ſuas pecunias; quia con-
tracto matrimonio vnus deciperet alium, & do-
tes eneruarent omnes cautelas creditorum, qui-
bus non eſſet dare tutam negotiationem, præci-
puè quia, vt eius verbis vtar, mariti expendunt
omnes dotes ſuas in nuptijs, & pompoſis veſti-
bus, & poſtea ijs mortuis mulieribus auferuntur
omnia bona, & omnes creditores anteriores re-
manerent deluſi. & excluſi, idemque repetit, nu.
67. & num. 177. addit in fine, quod opinio ſupra
57 relata eſt contra naturalem æquitatem, † & de-
ſtruit cautelas. & commercium, & ideo fuit tan-
tum tolerata opinio, quòd dos præferatur credi-
toribus habentibus tacitam anteriorem, quia
ſunt caſus de raro contingentes, ſicuti non eſt
matrimonium, quod frequentiſſimum eſt apud
omnes nationes, & hinc Doct. & iudices conſi-
derantes duritiem, d.l. aſſiduis, reſtrinxerunt il-
lam ad tacitam hypothecam, à quorum opinio-
ne conſulendo, & iudicando non eſt recedendū
tanquam magis conuenienti naturali æquitati, &
fauenti hominum commercio. Et prædictis om-
nibus addi poteſt, quòd quemadmodum publi-
cè intereſt dotes mulieribus conſeruari *d. l. 1. ff.*
68 *ſol. mat.* eodem pacto publicè intereſt † com-
mercia hominum non cohiberi, ſed ampliari, &
tutari, quoad fieri poteſt, ſine quibus Reſpublica
ipſa ſtare non poteſt, *teſte Philoſopho lib. 1. polit.*
nam ſi tolles comercia, & negociationes, tollerē-
tur, & ipſa Reſpublica, ipſaque matrimonia non
erunt, & ideo propter bonum regimen, & ſtatū
ipſius à rigoroſis opinionibus abſtinendum eſt,
arg. tex. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis, vbi
multis graſſantibus opus eſt exemplo, & ex con-
ſequenti recedēdum à regul. iur. multoties enim,
& ſæpiſſimè celebrantur contractus cum perſo-
nis, & cum ijs acquiruntur obligationes, qui, etſi
eo tempore non ſunt adeo diuites, & idonei, sūt
tamen adeo frugi, & induſtrij, vt ſub ſpe acqui-
rendorum facilè ineantur contractus, & nego-
ciationes, quæ omnia auferret dos, ſi acquirenda
anterioribus creditoribus, non ſeruarentur illæ-
ſa iuxtà tempus obligationis, & regulas iur. com-
mun.

Et ſecundum hanc opinionem, quæ eſt de iu-
re verior, proinde meritò poteſt dici magis cō-
59 munis fuit deciſum me referente in alia aula,
in qua alias reſidebam die 26. menſis Nouembris
1590. in cauſa, & iudicio aſſiſtentiæ moto per
Mag. Vitum Antonium Sancta Maria V. I. D.
contra Innocentium de Roberto apud actuariū
de Amatruda, in quo Innocentius poſſeſſor con-
ventus oppoſuit bona, ſuper quibus petebatur
aſſiſtentia ex cōtractu geſto cum patre eſſe quæ-
ſita poſt matrimonium cum matre contractum,
pro cuius dotibus petebat prælationem in bonis
prædictis; contrarium tamen cenſuit Sac. Conſ.
& pre-

& præſtitit aſſiſtentiam actori his non obſtantibus, & in huius articuli deciſione interſuere Dominus Vincentius de Franchis eiuſdem Sacr. Conſil Præſes Petrus Paulus Theodorus,& Carolus Fœnix docti, ac conſumatiſſimi Coſiliarij, & ante deciſionem habuimus relationem à Magiſtris actorum, & antiquioribus ſcribis Sac.
60 Conſ. qui retulerūt, quod in omnibus † graduationibus, paſſim. & indifferenter ſemper hæc opinio practicata, & recepta, & verè contraria nō poteſt ſubſtineri, & dixit D. Præſes, cuius teſtimonium,& auctoritas maximi momenti eſſe debet, idem ſuo tempore fuiſſe practicatum,& obſeruatum, & cum in aula, in qua nunc præſideo iterum incidiſſet articulus relatus per Conſiliarium Marcum Antonium de Ponte non fuit deciſus, quia auditis forſan difficultatibus, & deciſione alias facta partes à cauſa, & articulo deſtitere.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor habens expreſſam hypothecam, an præferatur doti poſteriori in bonis quæſitis ante dotalem contractum.*

2 *Vxor habens expreſſam concurrens cum filijs primi matrimonij tacitam habentibus etiam in poſtea quæſitis præfertur.*

3 *Hypothecа an oriatur tempore dotis ſolutæ vel promiſſæ.*

4 *Mulier vigore confeſſionis de receptione dotis an præferatur in bonis viri creditoribus, qui contraxerunt poſt ipſam confeſſionem.*

5 *Mulier tacitam habens, an præferatur pariter creditoribus tacitam habentibus pro legato facto à patre pro eius dote.*

6 *Mulier pro dote præfertur creditoribus tacitam anteriorem habentibus, ſed non pro antefato nu. 7. & 9. vbi & ſi priuilegium dotis detur antefato.*

8 *Dotis cauſa grauior eſt antefati.*

9 *Dotis priuilegium ſi detur doti confeſſatæ, & ibi materiam confeſſatæ dotis valde vtilem, & neceſſariam.*

10 *Legis aſſiduis priuilegium ſi poſſit cedi, & renuntiari.*

11 *Prælationis ius ſi detur patri, & extraneo hæredi, & ſic ſoli mulieri, & illius matrimonij ſoboli.*

12 *Mulier quando mariti creditoribus præferatur remiſſiuè.*

13 *Priuilegium dotis eſſe maiorem Velleiani.*

1 Circa tacta in hac deciſ. vide quid dicendum reſpectu habentis expreſſam hypothecam ſi præferatur doti poſteriori in bonis quæſitis, ante tamen dotale contractum, & debitum dotale, per *Bald. conſ. 189. & Signorol. conſ. 64. quos citat Muta deciſ. Sicil. 93. num. 2. in fine affirmantes.*

Et ſi præferatur vxor habens expreſſam, dum
2 † concurrit cum filijs primi matrimonij tacitam habentibus in poſtea quæſitis, vt pariter *Maxilla in conſuet. Bari num. 5. fol. 184. in nouis, Maranta conſ 91. num. 4. & Viſconte in concluſ. vxor. 2. in fine*, vbi & quid in alijs bonis, & non omittendo ea, quæ neceſſaria ſunt ad ſciendum nota pro coronide materiæ inſtantis deciſionis, pro iuuenibus prædictam expreſſam, vel tacitam contrahi in die promiſſionis dotis, non
3 à die † ſolutionis,& tempore illius, vel à die quo verè, & realiter matrimonium fuerit contractū, & ſic à die inhitorum capitulorum matrimonialium, vt deciſum in S. C. habes, teſte *de Franchis deciſ. 677.* & dicāt quidquid voluerint DD. in contrarium arbitrantes: quòd non oriatur, niſi à die effectualis matrimonij, *vt Muta deciſ. 93. num. 8. Marta deciſ. ſeu voto Piſano 13. nu. 9. de Franch. cit. deciſ. num. 4. & aliqua adnotantur etiam per Ripam obſeruat. 263. per totam, Theſaur. quæſt. forenſ. 34. lib. 2.* vbi ponit caſum de muliere, quæ dedit dotem, & deinde fuit matrimonium annullatum, nulla ſequuta expreſſa hypotheca, vt non .ſ. præferatur pro reſtitutione dotis alijs poſterioribus creditoribus, ſed in caſu *Ripæ obſeru. 265.* quando .ſ. de promiſſione fuit expreſſe cautum inter partes, quod fieret publicum inſtrumentum, eo caſu concludit ipſe non oriri hypothecam, niſi à die celebrati inſtrumenti ſuper promiſſione præcedenti, non autem à die promiſſionis: & hoc intelligitur ſecūdum meam opinionem habere locum quādo de promiſſione fuiſſet pactum, quod fieret publicum inſtrumentum, non autem quādo fuiſſet pactum, quod fieret inſtrumentum de receptione; nam tunc retrotraheretur hypotheca ad diem promiſſionis, cum ſit caſus diuerſus à caſu propoſito per *Ripam loco citato*, vt colligitur ex eius verbis, & ex illius quæſtionis theſi; & haberent locum tradita per *Afflict. deciſ. 402. per totam*, vbi refert ſic deciſum per S.C. & verſaremur in terminis *d. deciſionis de Franch. 677. ad cuius concordantiam ſcripſit Molfeſ. in conſuet. Neap. 6. p. q. 2. num. 14. & q. 15. nu. 18. & non omictas diſtinct. Trentacinq. variar. reſol. lib. 3. reſol. 9 num. 25. & 26. de pign. & hypothecis, & Merenda controuerſ. iur. lib. 6.*
4 *cap. 33. & 35.* † ſed quid in caſu, quando vir nulla præcedente promiſſione dotis facta confeſſus fuerit in inſtrumento ſe dotem recepiſſe; & inde iſto medio tempore contraxit cum alijs, obligando ſua bona, vtrum iſta confeſſio abſque præcedente promiſſione operetur contra creditores, qui iſto medio tempore contraxerunt, & quis debeat præferri in illius bonis, mulier vigore dictæ confeſſionis, vel creditores contrahentes poſt confeſſionem illam de dote, & videas

Caſa-

Cæſarem Mannentum deciſ. Mæn. nan. 43. per totam vbi diſertiſſimè loquitur, & videtur ſentire confeſſionem iſtam tranſire in vim donationis non acceptatæ, & proinde nõ operari contra creditores illo medio tempore poſt cõfeſſionem contrahentes, & redeundo ad tractationem concluſionis noſtri authoris amplia, neque præferri
5 mulierem, tacitam habentem creditoribus, pariter tacitam anterioribus pro legato facto, vt puta à patre pro eius dote, *Maxilla in conſuet. Bari fol. 184. in nouis num. 7.* qui ex profeſſo, & poteſt etiam addi *Randenſ. de analogis c. 33. num. 25. quem citat Viſconte in concluſ. vxor*
6 *ſecunda in fine*, † licet pro dote ipſa præferatur mulier creditoribus anteriorem, tacitam habentibus, *Borrell. in ſum. 3. p. deciſ. tit. 5. nu. 424. & Thor. in prima parte compendij, verbo mu-*
7 *lier*, † vbi tamen in antefato non procedere, ait deciſum ex *Vrſillo deciſ. 191. num. 3. & vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 53. num. 11. & 15 lib. 1. qui in diſcept. 224. nu. 59. & 95. tom. 2.*
8 cauſam dotis eſſe grauiorẽ antefati, ait; ad quod propoſitum non diſpliceat, penes eundem *Borrellum addere num. 497. in tit. 4.* ſi priuilegium dotis detur antefato, & quid in ipſa dote confeſſata, & non recepta, *Boer. deciſ. 390. Magon. deciſ. 68. Rot. Florent. Iaſon de actionibus, in §. fuerat num. 71.* cuius dotis confeſſatæ mate-
9 ria ad modum neceſſaria eſt, & vbique in dies quæſtiones diſputabiles occurrunt, vt habere illam claram, admodum vtile videtur idcirco ex profeſſo recurras ad eundem *Borrell. tit. 3. ſecunda parte ſummæ deciſ. num. 204. vſque ad 269.* quo in loco per triginta concluſiones opti-
10 mè reſoluit, † & non omittas ſi mentionatum priuilegium, *l. aſſiduis*, poſſit cedi, & in ceſſionarium tranſeat, per *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 306. & Viſcont. in d. concluſ. mulier*, vbi omnes allegat, & ſi poſſit renunciari, *Amendola deciſ.*
11 *518.* & quod prælationis ius in hypothecis non detur patri, neque extraneo hæredi, ſed ſoli mulieri; & illius matrimonij ſoboli, ſiue fiat dotis repetitio in caſibus in quibus poteſt fieri dotis repetitio, ſiue conſtante matrimonio, ſiue diſſoluto, *ex Placent. in ſum. Codicis lib. 7. tit. 76. verſ.* hoc autem priuilegium *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 143. & 44. tom. 1. vt ipſe Borrell. d. p. 3. tit. 5. num. 501.* quem cum alijs allegaui in Prato meo ſuper dicta l. aſſiduis, de proximo imprimendo, † & ibi de concordantibus quando mulier mariti creditoribus præferatur, vltra
12 *Vaud. iur. q. lib. 1. q. 21. Hartam. cap. 4. de dote lib. 1. Tepat. var. iur. ſent. in tit. qui potior. in pig. & in tit. de Prælat. Anton. Fab. lib. 5. Codicis tit. 7. defin. 20. Ricc. Coll. 20. & 146. Corn. conſ. 182. col. 3. 2. dubio, verſ. his tamen non obſtantibus, primo volum. & Petr. Gregor. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 9. cap. 24. num. 4. & 5. vol. 1.* & quod tale priuilegium dotis ſit maius velleiano, per *Gratianum diſcep. forenſ. 647. num. 17. tom. 4.*

Baldaxar de Anglis.

ARGVMENTVM.

Aſſenſus an impetrari poſſit poſt mortem emptoris viuente venditore, & an reuocatio vigore Conſtitutionis competat, tàm venditori, quàm emptori.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus an poſſit impetrari viuo venditore poſt mortem emptoris, & quid è contra, an impetrari poſſit mortuo venditore, & num. 2.*
3 *Aſſenſus poſt mortem non impetratur, abſq; nouo conſenſu diſpoſitiuo hæredis.*
4 *Dominium rei feudalis ſtatim continuatur in hæredem.*
5 *Paria ſunt aſſenſum non eſſe impetratum, vel inualidè.*
6 *Ignorantia præſumitur in hærede cõtractus defuncti.*
7 *Opinio Regentis Villani, an aſſenſus impetrari poſſit poſt mortem venditoris.*
8 *Aſſenſus impetratur poſt mortem fauore dotis.*
9 *Opinio Pariſij reijcitur.*
10 *Hæres, an reuocet alienata per defunctum in Regno Siciliæ.*
11 *Opinio Parid. de Puteo mortuo emptore aſſenſum poſſe impetrari, & eam ſequutum eſt S. C. num. 14.*
12 *Beneficium Conſtitutionis diuæ memoriæ eſt commune emptori, & venditori.*
13 *Cõtractus vbi eſt nullus ex defectu aſſenſus, eſt nullus pro vtroque.*
15 *Conſenſus tranſlatiuus hæredis an ſufficiat, vel requiratur diſpoſitiuus.*

DECISIO II.

FVIT dubitatum in Sacro Conſilio in cauſa mota per Marium Carrafam contra poſſeſſores Caſtri Sancti Blaſij, & Sancti Angeli ridiginoſa, & contra Ill. Diomedem Carrafam Ducem Cercæ maioris, & Regni Theſaurarium authorem laudatum.

1 An quemadmodum quando decedit venditor rei feudalis, aſſenſu adhuc non impetrato, non poteſt per emptorem impetrari aſſenſus abſque nouo contractu, & conſenſu hæredis ipſius venditoris, ita è conuerſo, mortuo emptore, viuo que venditore, an teneat contractus, & aſſenſus abſq; nouo

nouo contractu, & conſenſu hæredis emptoris;
2 † Et in venditore ponit *q. Andræas in c. imperialem num. 15. 16. & in addit.* & poſt multa
3 concludit † abſque nouo contractu, & conſenſu expreſſo ipſius hæredis, non poſſe aſſenſum impetrari per emptorem, Quia aſſenſus ſuperuenit tempore quo res eſt aliena, non illius alienãtis, cuius alienatio per aſſenſum confirmatur, nã ſtatim eo mortuo, dominium illud vtile, quod non potuit transferri in emptorem, quia contractus nullus deſcendit, ad agnatos, & ſi feudum erat paternum, aſſenſu non tollit quod eſt agnati, vel filij, maximè quando non eſt hæres patris alie-
4 nantis. idem ſi eſſet hæres, † quia dominium ſtatim continuatum eſt, & translatum in quem libet hæredem, nedum in filium *l. ſeruus ſi hæredi in princ. ff. de ſtatu lib.* & ſic aſſenſus eſt inutilis ſuperueniens ſuper re, quæ non eſt alienantis eo tempore, quo fit cõfirmatio *l. ſtichus de manumiſſ. teſt.* & confirmando Princeps quod defunctus fecit, non valet, nec hæres in feudo hære-
5 ditario obligatur ad aliquid, † quia paria ſunt aſſenſum non eſſe ſequutum, Vel inualidè, vt cõtractus ſit nullus, ſicut poſt mortem alienantis paria ſunt non eſſe, vel inhabiliter, vel inutiliter eſſe, *l. 1 ſ. quibus ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom.* & non ſufficit conſenſus tacitus inductus per patientiam hæredis non reuocantis, cùm potuerit reuocare, quaſi videatur tacitè confirmare quod defunctus fecit, cuius factum tenetur habere ratum *l. cum à matre C. de reiuend.* Etiam quia perſona hæredis videtur eſſe vna, & eadem cum defuncto *Auth. de iur. iur. à mor. præſt.* quia neceſſarius eſt nouus conſenſus hæredis, & ſuper eo impetrari aſſenſus, nam quod fecit defunctus, inualidum fuit, & nullum, & ſpes, quę erat, vt reconualeſceret per ſuperuenientiam aſſenſus, euanuit per eius mortem, aſſenſu non habito, & dominio in hæredem translato, ideo tractu temporis abſq; nouo facto hæredis non conualeſcit *l.*
6 *quod ab initio, ff. de reg. iur.* † etiam quia in hærede præſumitur ignorantia contractus defuncti *l. qui in alterius ff. de reg. iur.* & ignorantibus culpa non poteſt aſcribi *l. ſi ignorans, ff. locati,* nec tanta idemptitas perſonæ hæredis, & defuncti conſideratur quòad omnia, quia hæres debet conueniri, vt hæres, & nomine proprio, quod ſi eſſet vna, & eadem perſona cum defuncto conueniretur nomine proprio. Nam mutatione perſonæ mutatur rei cond. *l. procurat. ff. de acquir. hæred.* Hæc ex Andræa qui quidem dicit, & tenet in *cap. 1. ſ. donare qualiter olim feud. alien. pot.* & in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriç poſt gloſam ibi, & eius opinionem ſequuntur omnes noſtri Regnicolæ, & feudiſtæ, & fuit, & eſt ſemper recepta, vt teſtatur *Afflict. in d. l. imperialem, & Capyc. qui reaſſumit concluſiones ex dictis Andreæ pag. mihi 38. cum ſeq. Loffred. ac latius Camer. per plures colum. pag. mihi 98. cum ſeq. & de reintegr. pag. mihi 145. in cap. incip. an ſi aliquis, Freccia lib. 2. de ſub. feud. in 30. q. nu. 9. &* 10. & longè ante Andręã hæc opinio fuit in Regno recepta, teſte Bartholomæo de Capua in quadam eius Apoſtilla in *l. ſi ego, ſ. ſi res, ff. de iure dot.* tranſcripta apud Andream, hoc in loco per eximium Iur.
7 Conſ. & feudiſtam † Regentem Villanum, à quo ego ſubſcripſi his verbis. Iſte §. allegatur hodie per Doctores Regnicolas, quod aſſenſus Regius præſtitus poſt mortem alienantis, vel obligantis feudum, non valet ſine nouo conſenſu hæredis, & eſt ratio, quia alienatio, non interueniente conſenſu ſuperioris, & quicunque alius contractus factus de re feudali, eſt ipſo iure nullus, *vt in cap. 1. de probib. feud. alien. per Lothar. & per Feder. in princ. & per Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ.* Et propterea mortuo alienante, ſeù obligante, dominium rei feudalis alienatæ tranſit ad hæredem, cui fuit quæſitum ius in re, & propterea aſſenſus ſuperueniens poſt mortem, non poteſt ipſi præiudicare, niſi ipſe
8 denuò conſentiat, & ita ſeruatur: † Quidam tamen voluerunt, quando obligatio ſit pro dote, quod fauore dotis valeat aſſenſus poſt mortem præſtitus, arg. iſtius, §. & ita vidi literas Regis Roberti concordantes in caſu huius §. ſub data Domini Ioannis Grilli, *ſequitur Aluar. in d. ſ. donare, reaſſumit Dominus de Ponte in illo ſuo ſolemni, & doctiſſimo conſ.* 81. *num.* 51. & de hac opinione nemo eſt, qui dubitet in caſu, quo venditor moriatur, ſolus Pariſius, qui parum hanc materiam feudalem nouit, & degustauit in *conſ. 14. vol. 1.* intelligit dicta hic per Andream non procedere generaliter, ſed tantum in feudo antiquo: in quo tractatur de agnatorum prçiudicio, *c. 1. de alien. feudi pat.* non in feudo nouo, vel hæreditario, in cuius alienatione non requiritur conſenſus agnatorum, quia in his aſſenſus domini quãdocunque veniet etiam poſt mortem, tol-
9 lit obſtaculum, & conualidat contractum, † ſed eius opinio nullum habet fundamentum, & expreſſè Andreas tenet contrarium, vt ſupra, & ita omnes regnicolæ, & rationes concludunt in quocunque feudo alienato, quia mutatur dominium mortuo venditore, eſt verum, quod hæc opinio non procedit in regno Siciliæ, ex diſpoſitione, c. volentes, quia ibi in alienationibus non
10 opus eſt aſſenſu hominis *Cannet. repet. d. c. volentes in cap. incip non poteſt reuocari alienatio pag.* 101. dubitauit an hæres poſt mortem alienantis poſſit reuocare alienationem, & an tex. in l. cum à matre ibi locum habeat, & tandem concludit, quod hæres cum beneficio legis, & Inuentarij poterit reuocare, & tex. prædictus eo caſu locum non habeat, ſecus ſi hæres ſimpliciter, ſed ſi moriatur emptor, an ſit neceſſarius nouus contractus, & conſenſus hæredis, (hoc opus)
11 † *Paris de Puteo tetigit q. in ſua integr. fol. mihi 146. in c. incip.* olim conſenſus Regis, vbi ponit caſum ſpecialem fauore dotis, vt ſupra, & quod ita fuit pluries iudicatum in Sacro Conſilio, Secundo in indiuiduo ponit caſum quando viueret venditor, & extra cauſam dotis impetratur aſſenſus, licèt agatur de præiudicio tertij, dicit, quod ſi filius, vel agnatus emptoris mortui impetrat aſſenſum, nocet venditori viuo, quia tractatur nunc de non prçiudicio tertij, ſed ſolius conſentientis, quia ante, & poſt poteſt conſentire, *arg. l. 1. ſ. prodeſt, ff. quorum legat. & l. ſi autem plures, ff. de acq. plu.* arcenda clarius

hanc

hanc opinionem in indiujduo tenet *Aſſ. in d.
cap. imperialem, q. 34. num. 45.* ponit caſum
mortuo emptore, & viuo venditore, & iura Pu-
tei, licèt de illo nō faciat mētionem, tenet idem,
& ſubdit, ſileant ergo beſtiales, qui dicunt, quod
conſenſus non aliter valet, niſi viuis contrahenti-
bus ſit impetratus, quia valet poſt mortem em-
ptoris impetratus per eius ſucceſſorem.

Hic articulus non reperiebatur alias in Sacro
Conſilio deciſus. & ideo viſus fuit nouus, & non
ſine diſcuſſione, quia aliqui ex collegis dicebant
opinionem Andreæ eſſe recipiendam in vtroque
caſu, tàm mortuo venditore, quàm emptore,
nam nulla ratio diuerſitatis reddi poteſt inter v-
num, & alium, & venditor, & emptor iudicantur
ad paria, & ſunt correlatiua, & correlatiuorum
eadem debet eſſe, & vniformis diſpoſitio, vt la-
tè per *Euerard. in ſua Topica* loco à Correlati-
uis, & quæ in materia feudali diſpoſita ſunt, de
venditore cenſentur, & diſpoſita de emptore,
12 † & ideo eſt receptum beneficium Conſt. Con-
ſtitutionem diuæ memoriæ vtrique prodeſſe, vt
per *Cumiam in repet. cap. ſi aliquem in ver.
mortis, num. 39.* & ita deciſum in Sacro Conſi-
lio iunctis aulis, & refert *Anna in repet. conſt.
conſtitutionem diuæ memoriæ*, quicquid ipſe
contrarium ſentiat à *nu. 255. cum ſeq.* Et quic-
quid contrarium videatur, tenere *Marin. lib. 2.
de ſubfeud. in cap. incip.* A regnicolis, vbi etiam
diſputat ad partes fol. 105. ſed quicquid dicant
iam canonizata eſt prædicta opinio in Regno no-
ſtro, præterea ratio, in qua ſe fundat Andr. &
ſequuntur omnes, quia per mortem eſt extincta
ſpes reconualidationis, & non habet locum, tex.
13 in l. cum à matre procedit in vtroque, † & vbi
contractus feudalis eſt nullus ex defectu aſſen-
ſus, vt hic eſt nullus, tam reſpectu venditoris,
quam emptoris, quia indiuiduus dicebatur etiā
quod iura, in quibus ſe fundant Puteus, & Aſſl.
non probant, niſi quod aſſenſus poteſt ſubſequi,
qua ratione attenta idem eſſet dicendum mor-
tuo venditore, Ita quia hic agitur de intereſſe hę-
redis emptoris, qui tenetur exburſare prætium,
& ſtare contractui, & parere conditionibus ip-
ſius, quę ſolent apponi, quæ quandoque faciunt
deterius ius emptoris, & ideo intereſt à contra-
ctu diſcedere, & propterea opus eſt nouo ipſius
conſenſu, etiam quia ſi pro venditore conſidera-
tur, quod res non permanet in eodem ſtatu, &
reperitur mutatum dominium, idem conſidera-
ri poteſt pro hærede emptoris, quia non contra-
xit ipſe, qui tenetur ad prætij ſolutionem, *l. quod
vendidi, ff. de contrah. emp.* & etiam mortuo
emptore eſt noua perſona illa hæredis, in quem
cadit ignorantia ſicut in hærede venditoris, vt
conſiderat Andr. & ideo non poteſt imputari
14 cur non reuocauit, † tamen in hoc articulo Sa-
crum Conſilium ſequutum fuit opinionem Pu-
tei, & Aſſl. quia mortuo emptore verum præiu-
ditium, & intereſſe conſideratur reſpectu ven-
ditoris, vt per Annam vbi ſupra, quia eſt domi-
nus vtilis feudi, quia cùm ſit viuus, & non reuo-
cet, & conſequenter permaneat in contractu, nil
impedit, cur aſſenſus non poſſit expediri, quia
tàm emptor, quàm venditor poſſunt aſſenſum
impetrari, & in caſu noſtro fuit impetratus per
hæredem emptricis, nam Portia venditrix erat
viua tempore, quo Ioannella filia, & hæres Vi-
ctoriæ emptricis, ſeu quæ recepit inſolutum, ſup-
plicauit pro priuilegio aſſenſus, non obſtante
lapſu temporis, & ſic ex his adfuit nouus con-
ſenſus ipſius hæredis acquirere volentis, & hoc
abſtulit omnem difficultatem, quia hæres ſuppli-
cando pro aſſenſu non obſtante lapſu temporis
15 conſenſijt, † quia ſufficit conſenſus translatiuus,
non diſpoſitiuus hæredis, vt concludunt noſtra-
tes communes *Puteus, vbi ſupra pag. 146. in
c. incipit, Aſſl. dec. 285. num. 11. Loffred. conſ.
1. nu. 72. Marin. lib. 2. q. 30. & in cap. à re-
gnicolis fol. 105. num. 26. Camer. in d. repet.
pag. 90. col. Anna in alleg. 47. & 50.* & ideo ſi
mortuo venditore hæres impetraret aſſenſum,
prout hic impetrauit hæres Victoriæ, emptrici
ſufficeret pro conſenſu, & ceſſaret omnis diſpo-
ſitio, & opinio Andreæ, & Bartholomæi de Ca-
pua ſupra relata non controuerteretur, quæ pro-
cedit hærede venditoris nolente ſtare contra-
ctui, & non impetrante aſſenſum, ſed eo impe-
trante vtique res clara, & indubia redderetur,
quia iſte eſſet conſenſus translatiuus, & declara-
tiuus ipſius hæredis, & certè hic articulus benè
cōſideratus nullam poteſt habere difficultatem,
quia tàm Aſſl. quàm Puteus ponūt exemplum
venditore viuo, & hærede emptoris impetrante
aſſenſum, qui ex hoc, quod ipſe ſupplicat pro
aſſenſu de nouo conſentit ex ſupradictis, & con-
ſequenter non diſſentit venditor viuus, qui poſ-
ſet reuocare, ergo contractus validus ex hoc ſu-
perueniente conſenſu hæredis emptoris.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus impetratus in alienatione, vel obli-
gatione feudi poſt mortem non tenet abſq;
nouo conſenſu hæredum defuncti cum
ratione, & ampliatione.*

2 *Aſſenſus qua de cauſa requiruntur in alie-
natione feudorum.*

3 *Feudalis præſumitur res vendita cum Aſ-
ſenſu.*

4 *Aſſenſus eſt mera gratia.*

5 *Proreges ſunt Vicarij Regis, & num. 8. plu-
ra de Proregis officio.*

6 *Paris de Puteo fuit Auditor Ferdinandi
Primi Locumtenentis Regis Alfonſi.*

7 *Aſſenſus propriè à Rege præſtantur in feu-
dis titulatis.*

9 *Excellentiſſimus Dux Alua Prorex huius
Regni laudatur.*

10 *Aſſenſus materia eſt rigoroſa.*

11 *Aſſenſus præſtantur poſt mortem fauore do-
tis ſecus in antefato, & ibi enunciatiuè
differentia dotis ab antefato remiſſiuè.*

12 *Aſſenſus hæredis non cenſetur datus, dum ab*

eo fuit ſupplicatum pro aſſenſu Regio.
33 *Aſſenſus nouus an requiratur ſi interim vnus ex contrabentibus aſſenſum impetrãs decedat.*

1 PRO hac pulchra Deciſione, quod aſſenſus impetratus in alienatione, vel
obligatione feudi poſt mortem venditoris, vel emptoris, non teneat aſque
nouo conſenſu defuncti hæredum, vide omninò
Regentem de Ponte in tract. de poteſtate Proregis tit. 6. §. 1. per totum, ex pluribus rationibus D. de Franch. deciſ. 620. num. 2. verſ. tertio, & eundem de Ponte in conſ. 157. vol. 2. & in conſ. 75. nu. 37. eod. vol. & D. Camillum de Medicis conſ. 104. num. 19. & deciſ. eximij Iuriſconſulti Regentis Reuerterij in volum. 17. quam ad pennam obſeruaui in ſtudio D. mei Conſiliarij Ioannis Baptiſtæ Apicellæ, *& Martam voto 40. n. 6. & D. Reg. Lauar. in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſunt num. 112. & num. 115. & Doctiſs. D. meum Fuluium Lanariũ prędicti Regẽtis nepotẽ in conſ. ſuo 7. incip. Magnificus Tiberius, ad pennam obſeruati nuper in lucem dandi*, etiam ſi feudum quod alienatur, vel obligatur, eſſet hæreditarium, cum requirat hæredum ratificationem, *vt in conſ. 72. num. 8. vol. 2. & in conſ. 150. num. 58. ad cuius mater citatur Grammat. in deciſ. 103 num. 120. 184. & 242. per Thor. in addit. ad cit. tract. de Ponte* vbi plura cumular, vt inter alia quod ſuper ipſo nouo conſenſu hæreduum nouus exquiratur aſſenſus, & benè cum ratio propter quam requiritur aſſenſus in alienationibus feudorum, & alijs caſibus poſitis per *Camillum Borrellum in ſumm. deciſ. tit. 34. de feud. p. parte à num. 1. per ſequentes, Guid. Papam deciſ. 162. Afflict. deciſ. 60. & 265. D. de Franch. 663. Grammat. deciſ. 59. & Reuſner.*
3 *deciſ. 1. lib. 2. & 22. lib. 4.* † ea apparet, vt vltra honorem Domini, is qui recipit feudum cũ aſſenſum remaneat fidelitati, & ſeruitio obligatus (prout eſſe poteſt hæres emptoris) iuxtà caſum noſtræ deciſionis, alias dominus non haberet à quo peteret ſeruitium, cum ab illo non potuiſſet petere, quia non promiſit à primo domino, quia non poſſidet feudum, & proinde requiritur nouus aſſenſus, vt ſciat dominus quẽ habeat in vaxallum, ne ſit ſibi odioſus, vel non ſit acceptabilis, vt perbellè ponit *Minadous in conſ. 10. num. 39. & 40.* quodquidem ſeruitium de ſubſtantia feudi eſſe teſtatur, *Capiblanc. de Baronibus in pragm. 8 p. p. num. 7. & 8.* & ex hoc eſt, ꝙ præſumitur feudalis res vendita cum aſſenſu. *Anna in alleg. 11. ſub num. 14. Afflict. deciſ. 267. num. 14. & Grammatic. deciſ. 77. num. 12.* & per conſequens dominus ſupponitur ſeruitio; & præſtantiæ fidelitatis, *vt idem Capi-*
4 *blanc. loco cit.* † præſtatur aſſenſus vti meram gratiam, præſertim in hoc Regno Neapolitano, *Anna allegat. 39. num. 1. & 7. Surd. deciſ. Mant. 220. num. 77. D. de Franch. deciſ. 695. num. 3. & Reg. Lanarius in conſ. 15. num. 16. vol. 1.* quam Proreges noſtri: vicarij Regis concedere ſolent. ipſo Rege abſente: ne cogantur vaxalli, & feudatarij à longè conſenſum domini
5 quærere, † *Iſern. in cap. Imperialem in princip. num. 17. de probib. feud. alien. per Federic. & Par. de Puteo de reintegrat. feud. c. 269. incip. an Vicarius, num. 10. & 11.* vbi dicit ita expe-
6 diri feciſſe † qñ erat Auditor Ferdinandi Primi Locumtenentis Regis Alfonſi, dum Rex abſens eſſet in Hetruria contra Florentinos, *Franciſc. Milaneuſ. deciſ. Siciliæ 8. num. 69. cum pluribus ſequent. & Ioan. Anton. Cannet. in cap. volentes Regni Siciliæ, §. at non eſt otioſum num. 4. fol. 207.* ſed non in feudis, & oppidis dignitatis, *ſecundum pragm. 12. de feudis, vt teſtatur. Dominus Rouit. in conſil. 12. num. 15.*
7 inde † aſſenſus à Rege non requiritur, niſi in feudis titularis, cum in alijs opus habet adiri Proregem in hoc Regno Regis perſonam rapreſenta-
8 tem † vti Vicarium, & Locumtenentem, *Caſtrenſis, Alex. & mod. in l. 2. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Frecc. in 2. tit. quis dicitur Dux num. 33. & de Ponte in princip. tract. num. 1.* ibi poteſt omnia, quæ ipſe Rex, & conſtituitur alter ego, *Franc. deciſ. 169.* & priuilegijs prærogatiuis omnibus fruitur quibus ipſe Rex, *l. vnicuique, C. de proxim. ſacr. ſcrinior. lib. 12.* meritò Regis imago nuncupatur, *ad tex. in l. eos, C. de off.* vicarij (ibi & indicationis noſtræ ſoleat rapreſentare reuerentiam) ex mandato cũ libera etiam in reſeruatis maximè in diuibus, &
9 nobilibus Proregibus, † vt apparet in Excellentiſſima perſona Domini noſtri Ducis Aluæ in præſenti tempore digniſſimi Proregis, in quo ad ſummam prudentiæ, & bonitati laudem non mediocris accedit in regimine vſus, & docta experientia coniuncta, quod poſſumus dicere Deũ imitari dum clementia vtitur ad tradita *per Doctiſſimum Anellum de Amato in conſil. 72. num. 14. libro 1.* Ciuitatem, Regniumq; in ſtatu pacifico, & quieto, ita manutenendo ſecundum *l. 1. §. quies, ff. de offic. præfecti vrbis*, vt eius iuſtitiæ nil poſſet loquendi vſus ſuperaddi, niſi
10 ſalus æterna, & confirmatio ſemper, † ad quam quidem aſſenſus tractationem, quæ rigoroſa materia eſt, *ſecundum glo. in cap. 1. in verb. ſecundum quoſdam de natura ſucceſſ. feudi, Roman. conſ. 1. & Iſern. moderni, & addentes in d. c. 1. & Reg. de Ponte in lectur. 22. num. 20.* ibi in feudis rigor &c. addas non procedere concluſionem ipſam, quod aſſenſus non præſtatur poſt
11 mortem &c. † fauore dotis, ſecundum *Author. noſtrum in nu. 8. & eodem de Ponte nu. 1. 2. & 3. & in conſ. 157. vol. 2. num. 34 Thor. in 1. p. compend. deciſ. verbo aſſenſus*, vbi de alijs, ſed non fauore antefati, vt refert deciſum ipſe *de Ponte in tract. fol. 175. num. 6. ex de Franch. deciſ. 126. & 620.* vt de differentia dotis, & antefati de qua ẽt ſup. diximus in [illegible]ddit. 1. n. 7. & 9.
12 † & ꝙ conſenſus nouus hære[illegible]non cenſeatur interpoſitus ſi fuerit ſupplicatum ab eo pro aſſenſu, fuit deciſum in Sac. Conſ. teſte *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. cap. 24. in fine, & faciunt Amatus conſ. 1. num. 14. Ricc. deciſ. 89. nu. 3. par. prima. de Ponte conſ. 150. num. 14. vol. 2.* quia aſſenſus diſpoſitiuus requiritur, vt aſſenſus expeditus poſt mortem teneat, ſed concurrendo

cum

cum opinione Author. habes contrarium deciſum in cauſa Marchionis Vaſti, vt ipſe *Thor. in*
13 *comp. p. p. verbo conſenſus*, † ſed an requiratur talis conſenſus, ſi interim vnus ex contrahentibus aſſenſum impetrans decedat, & latè *D. Rouit. in pragm. 1. de fid. memorial. num. 3.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

De regiſtratione aſſenſus, & illius confirmatione ſtatu rerum non mutato etiam vigore gratiæ anni 1550. & de aſſenſu requiſito in pacto de retrouendendo, & ipſius prorogatione non obſtante renunciatione venditoris.

SVMMARIVM.

1 *Forma antiquitus obſeruata in alienationibus annuorum introituum.*
2 *Datio inſolutum certæ rei eſt emptio.*
3 *Datio inſolutũ facta pro maiori quantitate debiti, an vitietur in totum.*
4 *Poſſeſſio defuncti nõ tranſit in hæredes abſq; apprehanſione.*
5 *Voluntas contrahentium colligitur ex coniecturis indubitatis.*
6 *Aſſenſus eſt expediendus infra quadrimeſtre poſt contractum.*
7 *Aſſenſus requiritur ſub prorogatione pacti de retrouendendo.*
8 *Hæres, qui ſciuit contractum, præſumitur ſcire etiam prorogationem.*
9 *Aſſenſus difformis à contractu non valet.*
10 *Aſſenſus dicitur ſubreptitius, & nullus non expreſſis pactis ſubſtantialibus.*
11 *Aſſenſus ſuper venditione, & nõ ſuper pacto de retrouendendo eſt nullus etiam ſi venditor renunciauerit pacto de retrouendẽdo & num.* 12.
13 *Aſſenſus in beneficium ſecundogeniti corruit non facta mentione, quòd extabat primogenitus.*
14 *Clauſula feudi natura in aliquo nõ mutata eſt de forma Cancellariæ.*
15 *Regiſtratio aſſenſus in tempore præfinito eſt de forma, & ipſius ommiſſio vitiat.*
16 *Confirmatio an retrotrahatur ad tempus actus confirmati, & rebus in eodem ſtatu manentibus, & num.* 17.
18 *Actus medius, vbi repugnat ceſſat ſpes reconualidationis.*
19 *Durius agitur cum lege, quam cum homine in his, quæ reſpiciunt nullitatem actus.*
20 *Actus ſi expirauit ob lapſum temporis non reuiuiſcit ſtatu rerum mutato.*
21 *Gratia de anno 1550. non conualidat aſſenſum nullum.*
22 *Actus quando dicatur confirmari ex certa ſcientia.*

DECISIO III.

IN eadem cauſa, ſecundò fuit dubitatum, quia Portia Carraſa dederat Victoriæ de Capua matri inſolutum die 15. Iulij 1530. Caſtrum Sãcti Blaſij cum vaſſallis pro ducatis mille, & centum cũ annua perceptione ducatorum 130. & alios ducatos ſeptuaginta ſuper feudo Sancti Angeli Rediginoſa pro pretio ducatorum ſeptingentum, & fecit pactum de retrouendendo infra quatuor annos, & quod ipſa decedente infra quatriennium prædictum eadem Portia ſuccederet in caſtris, & dotibus prædictis, tanto minus, vt vtar verbis inſtrumenti, quãtum dicta Victoria reperiretur legaſſe, & diſpoſuiſſe, & fuit inpetratus aſſenſus per verbũ fiat, ſed non expeditum tunc priuilegium infra legitima tempora, ſed poſtmodum in anno 1536. expeditum ex gratia particulari non obſtante lapſu temporis: fuit inquam dubitatum, an dicta datio inſolutum eſſet ſimulata, & vſuraria per pactum de retrouendendo, & læſione, in qua ſimulatione multum Aduocati inſtiterunt, ſed Sacrum Conſilium nullam habuit rationem prætẽſæ ſimulationis, & ex his, quæ latè, doctè in hac materia explicauit *Antonius de Alex. inter conſ.*
1 *Loffredi conſ. 52. num. 9. per totum*, † eſt verum, quod aliqui ex Dominis tenuerunt iſtam non fuiſſe verè dationem inſolutum, ſed venditionem, ſeu conſignationem ann. introituum ad rationem decem pro centenario pro duc. duobus mille ſecundum formam cautelarum, quæ illo tempore erant in vſu, quia datio inſolutũ, vt dixit vnus ex dominis vim emptionis, & venditionis habet, *l. ſi prædium, C. de euic. & l. eleganter in prin. & ibi gloſ. ff. de pignorat. act.*
2 & eſt expeditum de iure, † quod datio inſolutum rei certæ pro debito cenſetur emptio, & venditio, prout per prædicta iura, & alia tenet *Affl. in deciſ. 368. nu. 2. & 335. nu. 18. optimè Bolog. in conſ. 21. & conſ. 25. num. 4. Corbul. in tract. de iur. emphit. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 19. num. 4.* Et ideo ex his fuit vera venditio ann. introituum, quia ſi Portia voluiſſet dare inſolutum, non ſe obligaſſet annuam perceptionem certam ducatorum ducẽtum percipiẽdam ex dictis feudis, ſuffeciſſet dare inſolutum corpora, ita inter eos æſtimata pro ducatis duobus mille eſto ex ijs iſta annua perceptio ducatorum ducentum non haberetur.

Secundo confirmando motiuum, dixit quod
non eſt dubium, quod ſeuda prædicta cum an-
nua perceptione ducatorum ducentum tran-
ſcendunt prætium, & æſtimationem ducatorum
quatuormille, quia feuda cum vaſſallis ſolent
appretiari hoc pacto ad rationem quinque, &
quatuor pro centum, & non minus, & plus iuxtà
eorum qualitatem, & non eſt veriſimile, quod
pro ducatis duobus mille voluiſſet Portia conſi-
gnare corpora valoris ducatorum quatuor mille
cum tanta eius læſione, tanto magis, quia Victo-
ria mater in prædicto contractu remiſit filiæ an-
tefatum, quod indicat non habuiſſe animum de-
cipiendi, ſed gratificandi, igitur non eſt veriſimi-
le voluiſſe illam decipere in pretio prædicto,
3 † etiam quia iſto caſu datio inſolutum vitiare-
tur, & non teneret tamquam facta pro maiori
quantitate debiti, *per tex. & ibi Doct. in l. ſi
non ſortem, ſ. ſi centum, ff. de cond. ind.* & ſi
non in totum, quia facta à parte, ſaltim pro quan-
titate, quæ debitum excedit, vt per *Decium in l.
cum amplius, ff. de reg. iur. Iaſ. in l. 1. ſ. ſed ſi
mihi, ff. de verb. oblig. optimè Dominus de Pon-
te in ſuo conſ. 74.* quare, vt tot inconuenientia
euitentur, eſt dicendum, quod fuit vera aſſigna-
tio introytuum, non datio inſolutum, quia ex
forma cautelarum deprehenditur, quæ fuerit
mens contrahentium, & intentionem Victoriæ
fuiſſe emendi annuos ducatos ducentum pro
ducatis duobus mille ſibi debitis. Hinc fuit ma-
gna controuerſia, an aſſenſus eſſet nullus, & an
actio reiuendicationis intentata per actorem cō-
tra poſſeſſorem Caſtri S. Blaſij legitimè procede-
ret, nam ſi verè iſta non fuit datio inſolutum, ſed
venditio, ſeu aſſignatio annuorum introituum,
vtique numquam dominium dictorum feudo-
rum abſceſſit à Portia. Sed remanſit Victoria
creditrix ducatorum duorum mille ſuarum do-
tium, cum annua perceptione ducatorum du-
centum, quare non poterat Marius aliquo iure
auocare feuda prædicta à poſſeſſoribus, potuiſ-
ſet agere pro eius credito, & actione reali ſi aſ-
ſenſus ſuffragaretur, non egit, & illa, quæ egit nō
poterat obtinere, ergo conuenti abſoluendi, &
addebat ex alio poſſeſſores eſſe abſoluendos,
quia Marius non probauit extremum neceſſariū
ad obtinendum, ſcilicet dominium in perſonam
Ioannellæ Carrafæ, quæ fuit hæres inſtituta à
matre, à qua ipſe metitur ius, quod extremum
eſt neceſſarium, aliàs actor non obtinebit, *l. in
rem in princ. ff. de rei vend. & Iaſ. in ſ. om-
nium inſt. de act.* nam quod Ioannella Carrafa,
vti filia, & hæres Victoriæ matris vnquam poſſe-
derit feuda prædicta, & dominium, & poſſeſſio-
nem quæſierit. Verbum nullum in proceſſu: Er-
go actor non poterat obtinere, & conuenti de-
beant abſolui eo iure, quo poſſeſſores vincere
ſolent, *l. qui accuſare, C. de eden.* quia expedi-
4 tum eſt de iure, † quod poſſeſſio defuncti non
transfertur in hæredem abſque apprehenſione,
*l. cum hæredes in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. &
l. Pomponius, ſ. quęſitum, ff. eod. melior tex.
in l. 1. ſ. Sceuola, ff. ſi quis teſta. liber eſſe
iuſſ. fuer. Bar. in l. ſiis, qui pro emptore, num.
7. ff. de vſucap. & latè Tiraquell. qui more ſuo
cumulat omnia in tract. de morte in præfat. de-
clarat. 3. num. 2. & Gabriel. in ſuis commun.
opin. lib. 5. tit. de acq. poſſ. concluſ. 9 num. 1.*
dicebatur etiam, quod non ſolum non probauit
actor prædictum extremum, & defecit in ſaluta-
ri ſuo, ſed quòd dominium nunquam abſceſſe-
rit à Portia, & ſuis ſucceſſoribus, erit manifeſtum
vſque ad hodierna tempora, quia vendicat actor
à poſſeſſoribus, qui habent cauſam ab hæredibus
Portiæ, ergo experientia hoc indicat. & actio in-
tentata, quia vel dicimus, quod dominium num-
quam abſceſſit à Portia, poſtquam ſucceſſor Io-
annellæ ſe direxit contra poſſeſſores, qui habent
cauſam ab hæredibus Portiæ, & res videtur eſſe
ſine dubio, quod non fuit verè datio inſolu-
tum, quia tàm Portia, quàm ſucceſſores, & ha-
bentes cauſam ab eis poſſiderunt ſpatio anno-
rum 40. quietè, & pacificè, quo tempore etiam
præſcripſerunt omnem actionem, *ex reg. l ſicut,
& l. cum notiſſimi, C. de præſcrip. 30. ann. &
in conſt. Reg. duram, & diram, & per prag-
maticam iuris vtriuſque ſub tit. de præſcript.*
Aut neceſſe eſt dicere, quòd dominium reuer-
ſum fuerit ad Portiam, & ex curſu tanti tempo-
ris præſumendum eſt fuiſſe legitimè reuerſum,
& ex iuſta cauſa, vt abundè, *per Pet. Vbal. in
repet. cap. ſi diligenti ext. de præſcr.* & proin-
de nullo modo hodie poſſe eius ſucceſſores in-
quietari, & de iure præſumitur, quod hodie poſ-
ſidentes poſſederint pro præterito, vt *per cano-
niſtas in cap. cum ad ſedem extra de reſt. ſpol.
Ciuiliſtas in l. ſiue poſſedetis, C. de probat. latè
Euerard. in ſua topica loco à tempore ad tem-
pus, nu. 6. cum ſeq.* tanto magis indicat, & forti-
ficat motiuum, quod verè non fuerit datio inſo-
lutum, nam deceſſit Victoria de Capua mater
Ioannellæ, & Portiæ relicta hærede vniuerſali Io-
annella primogenita, & relicta legitima Portiæ,
& Ioannella in anno 1536 regiſtrari fecit aſſen-
ſum, & expediri priuilegium, erat tunc nego-
tium recens, & numquam acquiſiuit dominium
dictorum caſtrorum, vt ſupra manifeſtè liquet,
ergo, & maior coniectura non poteſt adduci,
quòd non fuit verè mens contrahentium dandi
5 inſolutum, ſed vendendi nouos introitus, † Si-
quidem ex his coniecturis indubitatis detegitur
quid inter cōtrahentes fuerit actum toto *tit. plus
valere, quòd agitur, & ibi Doct. ex reg. l. ſi maio-
tus, ſ. fin. ff. qui, & à quib & l. ſi mulier in
princip ff. rer. amot. & glo. in l. 1. ff. de ſu-
perficieb.* nec eſt veriſimile, quod illicò, quo aſ-
ſenſum regiſtrari fecit, & redigi in priuilegium
Ioannella non cepiſſet poſſeſſionem, & dominiū
dictorum feudorum ſi res ita eſſet, vt nunc præ-
tenditur, & ideò vel fuit, quia fuit vera venditio
annuorum introituum, & illa forma cautelarum
erat tunc in vſu, ergo Victoria remanſit credi-
trix in pecunia, non Domina feudorum, vel quia
aſſenſus prædictus erat nullus, de cuius nullita-
te fuit dictum per prædictos conuentos, & Illu-
ſtriſſimum Ducem Authorem laudatum, & ideò
non potuit Ioannella tunc conſequi dominium,
nec nunè Marius ſucceſſor eſt audiendus, ſed
repellendus eadem exceptione nullitatis, & in-
ualiditatis aſſenſus.

6 Siqui-

6 † Siquidem aſſenſus preceſſit dationem in-
ſolutum, & fuit expeditus per verbum fiat, &
non fuit regiſtratus infra quatrimeſtre ſeruata
forma Regiæ Pragmaticæ in tit. de fid. mem. ideo
expirauit, & conſequenter contractus dationis
inſolutum fuit nullus.
Et licèt poſt mortem Victoriæ in anno 1536.
Ioannella inſtante, & ſupplicante fuerit regiſtra-
tus, & in priuilegium redactus, dicebatur, quod
in anno 1534. fuit per Victoriam prorogatum
7 pactum de retrouendendo, † & ſuper hac pro-
rogatione non fuit aliter expeditus aſſenſus, neq;
fuit aliter pactum prædictũ expreſſum Proregi,
quo caſu corruit, quia *tex. in l. manente, ff. de
præcar. non habet locum in feudis, Camer. opti-
me in d. ſua repet. pag. 15. lit. L. cum ſeq.
Freccia latè de ſubfeudis lib. 2. art. 1. q. 17.
& explicat Regens Lanarius in conſ. 33. nu. 3.*
& non poteſt accuſari Ioannella, vt hæres, quòd
8 ſciebat prorogationem, † nàm ſicut notitiam ha-
buit contractus dationis in ſolutum debuit ha-
bere notitiam prorogationis factæ, & ſic ſcienter
tacuit ex regula, *tex in l. pen. ff. ad Maced. in l. in
bonorum in fine, ff. de bonor. poſſ. & l. qui fundũ,
§. ſeruus, ff. pro empt.* quia dum Ioannella hæres
ſupplicauit pro aſſenſu, vtique ipſa egit, & ex re-
gula, *l. qui in alterius in ſecundo reſponſo, ff. de
reg. iur.* hæres agens non poteſt excuſari, quod
notitiam non habuerit, etiam quia tractatur de
lucro captando ex traditis per *Dyn. in cap. præ-
ſumitur num. 5. de reg. iur. lib. 11. & in cap. cum
quis nu. 3. eod. tit. & per Sebaſt. Medic. in tract.
mors omnia ſoluit par. 2. concluſ. 100. num. 277.*
Secundò dato, & non conceſſo, quòd non eſſet
facta prorogatio; dicebatur aſſenſum prædictum
eſſe difformem à contractu, ſiquidem inter Vi-
ctoriam, & Portiam erat pactum adiectum, quòd
ipſa decedente infra tempus conceſſum ad redi-
mendum ſuccedere: Portia, tàm in caſtris, quàm
in dictis ducatis duobus mille, & in memoria fuit
expreſſũ, quod ſuccederet in dictis ducatis duo-
bus mille pro redimendis dictis caſtris, & iſto
modo expeditum priuilegium in anno 36 & ſic
difformis, Nam Portia voluit ſuccedere in ca-
ſtris, & dotibus, non in dotibus pro redimendis
9 caſtris, † ideo non tenet aſſenſus ratione diffor-
mitatis ex dictis per *Frecciam lib. 2 de ſubfeu-
dit. q. 34. & Camerar. in repet. fol. 57. col. 4. lit. V.*
quia ea tenus Portia voluit dare inſolutum, ſi fuit
datio inſolutum, & transferre dominium, quate-
nus omnibus pactis prædictis in contractu adie-
ctis aſſentiretur, & ipſa ſuccederet ſeruata forma
pacti, tàm in dotibus, quàm in dictis caſtris, non
in dotibus, pro redemptione caſtrorum, quia non
hoc, vel non ita fuit actum inter partes, & ideo
ex his non tenuit aſſenſus, vel nullus, quia non
narrata pacta, prout cantant, quæ ſunt ſubſtan-
tialia ipſius contractus, & ſine quibus non con-
10 traxiſſet, Ergò aſſenſus non conformis, & ſub-
reptitius, & nullus, vt per *Camer. in d. repet. pag.
56. col. 4.* Qui ita fuiſſe deciſum in Regia Came-
ra, *Anna in allegat. 36. nu. 12. vbi allegat etiam
Frecciam lib. 2. q. 38. Pariſ. de reintegr. fol. 105.
in cap. incipien. an ſi ruſticus nu. 3.* & conferunt
omnia, quæ cumulant noſtrates in illo articulo,

11 † quod ſi fiat venditio cum pacto de retrouen-
dendo, & impetretur aſſenſus ſuper venditione,
non ſuper pacto, corruit aſſenſus ex indiuidua
voluntate contrahentium, quia pactum de retro-
uendendo eſt prius in intentione contrahentium,
quàm ipſa venditio, & benè explicat, *Camer. in
d. ſua repet. cap. imperialem pag. 58. per totum, &
59. Marinus Freccia latiſſimè de ſubfeud. lib. 2.
q. 16 fol. 144. & tetigit etiam Dominus Præſes in
deciſ. 105. num. 7. Lanar. conſ. 73. D. de Ponte
conſ. 21. num. 37. conſ. 67. num 27. & conſ. 10. num.*
12 12. † Intantum quòd etiam ſi venditor velit re-
nunciare pacto de retrouendendo corruat aſ-
ſenſus, vt per *Camer. in dict. repet. pag. 17. lit. E.*
Nec poſſet obijci, quod memoriale in anno 1530.
fuit per Portiam, ſeu nomine Portiæ impetratũ,
quæ omiſit narrare omnia prædicta Proregi, er-
gò ſibi imputet, quia ſua culpa non debet eſſe ſi-
bi proficua, nam in feudis, & in aſſenſu hoc non
procedit, ſiquidem cum agatur de cautela, & ſic
præiudicio vtriuſq;, tàm venditor, quàm emptor
tenetur curare, & inſpicere, quòd aſſenſus conce-
datur abſque macula, & ſi prædicta obiectio mi-
litaret, vtique venditor qui omiſit narrare pa-
ctum de retrouendendo quod eſt in ſui benefi-
cium, non poſſet dicere contractum, & aſſenſum
nullum. Et nihilominus contrarium dicunt cõ-
muni calculo Doct. ſupra relati, & ſi Portia omi-
ſit, ergo noluit ſtare contractui, & ideo ſibi etiam
imputet. Victoria quæ non procurauit ipſa aſ-
ſenſum expediri facere, vel non inſpexit ſi rectè
expeditus cum ad ipſam etiã ſpectaret hoc onus,
vt eleganter per *D. de Ponte in conſ. 5. num. 91.*
13 Tertiò † non fuit narratum, quod Victoria ha-
bebat Ioannellam filiam primogenitam, quæ de
iure ſeruata ætatis prærogatiua ſuccedebat in
feudis prædictis, & pactum erat, quòd ſuccede-
ret Portia, quæ erat ſecundogenita, per quod pa-
ctũ alterabatur, & mutabatur natura feudi, quo
caſu indubitatum eſt de iure, quòd Princeps de-
bet certiorari de natura feudi, vbi veniret alte-
randa, & mutanda, & omnes circumſtantiæ, per
quas feudi natura mutatur debent exprimi, vt
ſua gratia perficiatur, alias aſſenſus eſt nullus, &
nihil operatur in præiudicium mutationis natu-
ræ, cui in dubio nunquam Princeps cenſetur vel-
le derogare omnes rationes pro vtraque parte,
reaſſumit, *Freccia in terminis proprijs lib. 2. de
ſubfeud. in cap. ſupereſt, vt aliqua per totum
pag. mihi 121.* vbi poſt diſcuſſas rationes, dicit in
Sac. Conſilio fuiſſe iudicatum non valuiſſe dona-
tionem feudi factam per patrem filio ſecundoge-
nito, non expreſſo Principi, quod erat ſuperſtes
primogeniti filius, ad quem de iure ſpectabat feu-
di ſucceſſio, ſequitur *D. de Ponte in conſ. 3. num.*
81. & de hoc dubitare eſſet hæreſis in iure feu-
dali, etiam de iure cõmuni, prout latè per Doct.
& *Felin. præcipue in c. ſuper literis ext. de re-
ſcript. omnia allegat Marin.* ideo non immoror,
ergo nullo pacto poterat defendi nullitas iſtius
aſſenſus ex hoc capite tantò magis, quia noluit
alias Prorex aſſentire, niſi natura feudi in aliquo
non mutata, nam memoriale fuit expeditum per
14 verbum fiat in forma, † & forma Regiæ Cancel-
lariæ eſt, vt ſemper apponatur clauſula naturæ

feudi in aliquo non mutata, vt per *Marin.lib.2.*
& c. ſupereſt,num.10. pag.121. & ita conſtat per
priuilegium dicti aſſenſus expeditum poſtea in
anno 1536. cum clauſula prædicta natura feu-
di,&c. ergo defecit aſſenſus, tàm reſpectu noto-
riæ ſubreptionis,& obreptionis,quàm ex defectu
voluntatis Proregis,qui noluit mutare naturam,
& ita aſſentijt,non aliter.

Præterea eſto nulla eſſet obreptio, & non ad-
eſſet defectus volũtatis Proregis aſſentientis,prę-
dictus aſſenſus non tenet ex defectu poteſtatis,
nam ſi attendimus aſſenſum ipſum conceſſum
per verbum fiat in anno 1530. Quia non fuit re-
giſtratus infra quadrimeſtre, & nun fuit redactus
in priuilegium vtique expirauit, & ideo eſt actus
nullus,quia habetur,ac ſi non fuiſſet prętitus,ita
15 dictat Regia Pragmatica, † nam regiſtratio eſt
ſolemnitas,quæ requiritur à lege,& forma, cum
præfinitione temporis,quo elapſo, actus eſt nul-
lus,etiam ſi lex,ſeu pragmatica vlterius non pro-
cederet,annullando à fortiori, quando lex vlte-
rius procedit annullando,vt hic per pragmaticã,
tunc actus, & aſſenſus eſt nullus ipſo iure, *Aff.*
in deciſ.335.num.15. & ſeq. alia ad ſocietatem
cumulat D. de Ponte in ſuis eruditiſſimis conſi-
lijs in conſ.5. num.32.33 44 64.68. in conſ 3.nu.
17.& ſeq.& optime in canſ.67.num.53.& 36.&
etiam allegat Ruin.l 1.nu.23. & ſeq.ff. ſol.matr.
loquens in ſtatuto dictante, quod aliter venditio
habeatur pro non facta,& *Leffred.conſ.31. & in*
parafr.fol.15. Et ſi volumus attendere confir-
mationem dicti aſſensus,& gratiam factam in an-
no 1536. quòd regiſtretur, & redigatur in priui-
legium;non obſtante lapſu temporis,hoc caſu ex
defectu poteſtatis, Prorex non potuit id facere,
quia in anno 1531.ſuperuenit lex,& pragmatica,
per quam inter cœtera fuit adempta Proregibus
huius Regni poteſtas aſſentiendi in multis caſi-
bus,& præcipuè in caſu, vbi natura feudi veniret
mutanda, & alteranda, & licet diceretur, quod
hic agitur de confirmando aſſenſum anni 1530.
quo tempore poterat Prorex aſſentire,& mutare
naturam feudi,quia non aderat prohibitio,& ſic
confirmatur ille actus, qui tunc temporis erat
16 validus, † & confirmatio retrotrahitur ad illud
tempus, *per tex.expreſſum in l. fin.C.ad Maced.*
& per ea,quæ noſtrates omnes cõcludunt in ter-
minis aſſenſus,quod retrotrahatur,vt optimè ex-
plicat,*Camer.præ cęteris in d.l.imperialem pag.*
89. præſertim, quia hic non vertebatur intereſſe
tertij ex his,quæ ſupra dicta ſunt; quia tàm ven-
ditor,quàm emptor contractui ſtare voluerunt,
non apparente reuocatione aliqua, & aſſenſus o-
peratur, prout ex tunc ſtante dicta confirmatio-
17 ne, † tamen replicabatur, quòd regula l fi. &
communis Feudiſtarum concluſio,quod aſſenſus
retrotrahatur procedit in rebus in eodem ſtatu
permanentibus,& re integra,& caſu,quo tempo-
re confirmationis ille actus potuiſſet geri, ſed
quando actus medius ſuperuenit,qui facit, vt res
non ſit integra, & quòd extremum à quo, & ad
quod non poſſit coniungi, quia ille actus nunc
tempore confirmationis non poſſit geri,& extre-
mum,à quo,& ad quod non ſunt habilia,quia
lex ſuperueniens repugnat coniunctioni prædi-
ctorum extremorum, hoc caſu non valet confir-
matio,vt eſt caſus *in l.bonarum,quæ eſt penul. ff.*
rem rat.hab.quem tex.dicit Bar.debere ſcribi li-
teris aureis,& tradit idem Bar.in l.ſi indebitum
§.ſi procurator, ff.rem rat.hab. vbi dicit, quod
actus medius interueniens ſemper impedit rati-
habitationem retrotrahi, quia tunc,vt retrotra-
hatur debet ratum haberi, cùm ille actus poſſet
celebrari, & allegat *d.l.& l.1.ff.de appell. recip.*
idem in l nec vtilem,num.5. ff.quib.ex cauſ.ma-
ior.& in l.ſi is,qui pro emptore,num.4. ff.de ac-
quir. poſ. ibi, ecce exemplum ratihabitio retro-
trahitur per fictionem *d. l. fin. C.ad Macedon.l.*
vero procuratori, §. fin. ff. de ſolut. pone ergo,
quòd tempore,quo habetur ratum,ille actus,qui
ratificatur, non potuiſſet geri, trahitur ne tunc
retro? certè non, ratio, quia extremum à quo eſt
inhabile,de quibus extremis magiſtraliter tractat
ibi à num.52. cum ſeq. & idem in *d. l. vero pro-*
curatori,§ fi.& Bar.ſequuntur Doctores omnes,
nemine diſcrepante in dictis locis,& hoc in effe-
ctu voluit *Andr.ſupra relatus in d. cap. impe-*
rialem num. 16. & in addit. loquens de confir-
matione venditionis feudalis factæ poſt mortem
venditoris dicit,& concludit non valere, quia
actus medius, ſcilicet mortis facit rem non eſſe
in eodem ſtatu, & integram, & ideo confirmatio
eſt inhabilis, & inualida, & ſpes reconualidatio-
nis per actum medium interuenientem euaneſcit
18 † ergo ſemper vbi agus medius repugnat, ceſsat
ſpes reconualidationis per aſſenſum nouum, ſeu
nouam confirmationem, tantò magis, vbi actus
medius repugnat poteſtatis aſſentientis,vt hic,&
idem tenet, *Aff.in d.c. imperialem in 24.q.nu.*
53.& faciunt dicta per Bart. in d.l.bonorum,
quod qui potuit facere actum tempore habili,
& differt ad tempus inhabile,videtur actui renũ-
ciare,maximè in iure quęrendo,non autem in iu-
re quæſito,& ibi eleganter de hoc *Alex. in add.*
& Bal.in l.1.C.de in integr.reſt. præſertim, vbi
ſuperuenit defectus ex l.diſpoſitione, nam num-
19 quam confirmatio valet, † in his enim, quæ re-
ſpiciunt nullitatem ipſius actus durius agitur, cũ
l.quam cum homine, *l.ſi libertus de iur.patr.&*
eleganter explicauit idem Bart.in l. amplius, ff.
rem ratam hab. num.4. vbi num.2. diſtinguẽ-
do inter pœnas legales, & conuentionales, &
quomodo mitius agatur cum l.quam cum homi-
ne,& è contra concludit, quòd quædam eſt pœ-
na, quæ reſpicit annullationem actus, & hic du-
rius agitur cum,l.quam cum homine,quia lex fa-
cilius poteſt annullare quam homo, actus geſtus
non poteſt confirmari, ſibi ergo imputet Victo-
ria de Capua, vel Ioannella filia, quæ diſtulit aſ-
ſenſum regiſtrari facere, & in priuilegium reaſ-
ſumi ad tempus inhabile, quo minimè poterat
20 concedi per Proregem, † hinc dixit *Bald. &*
ante ipſum Cyn.in d.l. fin. C.ad S.C. Macedon.
quòd quotieſcunque actus expirauit tempore,
non poteſt reſuſcitari,& confirmari, quando re-
peritur ſtatum rerum mutatus, & actus medius
repugnat allegat, *d.l bonorum,& d.l ſi indebitũ,*
§.ſi procurator, §.rem rat.hab. & l. cum deci-
mum,ff.de ſolut. ſed voluit allegare,d.l.cum de-
cimum, §.1. & in his proprijs terminis in ſpecie,

idem

idem tenet *Marin. d.lib.2. de ſubfeud. qu.30. num 10. latè exornat Teraquell. more ſolito de retract.lignag §.1. gloſ.10. num.67.cum ſequen.* & in proprijs terminis etiam *Molina de primog. hiſp.lib.2.cap.7. num.21.* vbi hanc opinionem tenet etiam in maioratus confirmatione facta tempore, quo fieri non poſſet, & num.26.verſ.3. & vltimo. Sed ſic eſt, quod Prorex tempore confirmationis aſſenſus, quòd fuit in anno 1536. non poterat aſſenſum concedere, vt ſupradictum eſt, quia obſtaculum pragmaticæ impediebat, quæ abſtulit facultatem aſſentiendi, ergo illa confirmatio, & diſpenſatio, quod regiſtretur, & redigatur in priuilegium non poteſt aliquid prodeſſe penitus, & eſt nulla, ſicut fuiſſet nullus aſſenſus ſi denuò præſtaretur.

21 † Nec opitulatur gratia conceſſa per Ceſ. Maieſtatem Caroli V. fœliciſſimæ memoriæ in anno 1550. per quam confirmantur omnes aſſenſus præſtiti per quond. D. Petrum de Toledo olim Viceregem, vt in lib. pragmaticarum ſub tit. de feud.pragm.12. nam prædicta confirmatio, non confirmat actus nullos, & inualidos, *Bart. in l.1. ff.de his, qui ſunt ſui, vel al. iur. Bal.in c.1. per quos fiat inueſt. in cap. 1. quid ſit inueſt. & eſt de mente, Abb. & aliorum in c.inter dilector extra de fide inſtrum. & alia allegat Anna allegat. 47. & Hoſt.in rubr. extra de confirmat.vtil. vel inutil. cætera allegat ad idem Molina de primogen.hiſp.lib.2. cap.7.num.6.7. & D.de Ponte in ſuo conſ.57. num.74. cum ſeq.* quibus in locis abundè probant, quod ſimplex confirmatio abſq; clauſula ex certa ſcientia refertur tantũ ad actus
22 validos, † & non dicitur ex certa ſcientia confirmari actus, niſi Princeps ſit plenè informatus de facto, & omnibus circumſtantijs, vt deliberatè, & certitudinarie valeat confirmare actus nullos, & ibi copioſe per *Molinam num.9.* Qui alios citat, eſto enim dicatur in confirmatione ex certa ſciẽtia, nihilominus, niſi ſit plenarie informatus de qualitatibus, quę Principem verè certiorem reddant, illa clauſula erit nullius effectus, vt per eundem num 15.

Hæc omnia reddiderunt cauſam valdè difficilem, & Sacrum Conſilium valdè anceps, quia tamen maior pars votauerat pro actore concludẽdo eſſe condemnandos poſſeſſores feudorum ad dimictendum vnà cum fructibus iuxtà libellum oblatum, tamen poſtea his diſcuſſis, & cum vota cernerentur, fuit formata ſententia diuerſa libello, ea ratione per maiorem partem Dominorum prędictorum, quia in effectu Portia erat debitrix dictorum ducatorum duorum millium dotium maternarum, propter quas dederat prædicta feuda inſolutum, & iſtæ dotes non apparent ſolutæ, potuiſſet illas hodiè petere Victoria, & Ioannella ſi viuerent, & conſequenter Marius ſucceſſor, qui licet egerit iudicio rei vendicationis, quia tamen iam patefacta erant eius iura in Sacro Conſilio, & de eius iuſtitia ſaltim patebat reſpectu dotium prædictarum, eſto hac via nõ egiſſet, quia ſufficit in Conſiſtorio Principis proponere factũ, ideo maior pars fuit voti, quod dicto Mario liceret ſatisfieri pro dictis ducatis duobus mille dotium ſuper dictis feudis, dato pro valido aſſenſu, & ita fuit lata ſententia die Nouembris 1602. iunctis duabus aulis, Relator fuit Marcus Antonius de Ponte eruditiſs. Conſiliarius, Actorum Magiſter de Felice.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus regiſtratio infra annũ debet fieri, & intra biennium ex gratia conceſſa Neapolitanis Hodie.*

2 *Aſſenſus expeditus per verbum fiat reſoluitur ſi non regiſtratur, cum ratione.*

3 *Authores citantur, qui poſuerunt materiam regiſtrationis aſſẽſuum in quinternioribus R.C.S. & ibi plura, & ad quem finem regiſtratio ſit facienda, & ſi omnes aſſenſus regiſtrari debeant.*

TV verò Lector dilectè circa regiſtrationem aſſenſus addas intra annum
1 debere fieri † *ſm. Vrſill. deciſ.197. & intra biennium ex gratia conceſſa Neapolitanis Hodie, de Frãch. dec.62. D. Rouit. in pragm.p.de fide memorialium, & in pragm.ſi. de feud. Capib. de Baronib. in pragm.8.p.p.num.*
2 27. † qui docet aſſenſum expeditũ per verbum fiat reſolui ſi non regiſtretur, & ſi omnia vis videre notes, *R. de Ponte in tract. de Poteſtate Proregis tit.de aſſenſ. §.9.* & benè, quia dico, quod aſſenſus præſtitus à Prorege per verbum fiat dicitur in pendenti, donec fuerit ſuper gratia obtenta ſcriptura Cancellariæ, *Franciſc. de Amicis in c. p. §. pecunia fol.17.n 1. de ijs, qui feud.*
3 *dare poſſunt,* † & de regiſtratione aſſenſuum in quinternioribus R. C. id. *de Ponte cit. tract. & tit.§.4.num.4. & Conſil. Georg. in repetit. feudal. p.p.c.7.num.4.* non enim ſufficit pro aſſenſus validitate ſuper alienatione feudi, quod expediatur priuilegium cum appoſitione ſigilli, & regiſtratione in regiſtris Regiæ Cancellarię, ſed etiam, quod regiſtrentur, in quinternioribus R.C.S. ac etiam, quod expediãtur literæ, pro præſtando iuramento fidelitatis adimplendæ infra tempus in aſſenſibus apponi ſolitũ, id. *D. Rouit. in pragm.p. de fid. memor. num.5. R. Lanar. in repet.c.p. de his, qui feud. dare poſſ. num.107.* quam ad pennã obſeruaui, nuper in lucem dandus, vbi tamẽ aduertit non omnes aſſenſus regiſtrari deberi, ſed tantum hos, qui ſunt in tranſlatione dominij feudorum non autem hos, qui ſunt ſub obligatione bonorum feudalium, niſi adeſſet clauſula, quod regiſtrẽtur, & ibi aduertit multoties ſolere poni, & pariter aduertit ſemper apponi deberi, quia multoties contigit ex iſtis obligationibus feuda ad iudicari creditoribus, & curia nõ habet notititiam de trãſlatione dominij in alium cuius cauſa principaliter eſt introducta regiſtratio aſſenſus in quinternioribus, & ibi plura addit D. *Lanarius nepos primarius Aduocatus in d. num.72. ad ipſam tractat.*

Digitized by Google

tractat. & ad quẽm finem ipſa regiſtrario, ſed facienda in quinternioribus R.C. ſummariç, *Capyc. in ſua in ſua inueſtitura feudali in rub feudorum in verbo quaternatum*, & cæterum ſi fuerit præſtitus ſuper alienatione bonorum feudalium, quod debet expediri in forma Cancellariç, & regiſtrari in Camera de Franchis deciſ. 663. num. 3. latiſſimè.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Matris obligatiò pro filij carcerati liberatione, an valeat, & an beneficio Senatuſconſulti Velleiani iuuetur.

SVMMARIVM.

1 *VIncentij de Franchis deciſ. 279. ſuppletur, & declaratur num. 39. & 49.*
2 *Senatuſconſultum Velleianum ad quid fuit factum.*
3 *Intellectus Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian. num. 44. 47.*
4 *Obligatio vxoris in beneficium creditorum viri, eſt nulla.*
5 *Mulier, an expendat dotes ſuas pro liberandis coniunctis à carcere? num. 7.*
6 *Mulierum genus auariſſimum eſt.*
7 *Mulier, an expendat dotes ſuas pro filia dotanda? num. 24.*
8 *Correlatiuorum vnà æqualis natura.*
9 *Correlatiuorum priuilegium debet eſſe reciprocum.*
10 *Filius tenetur ſe obligare pro patre carcerato.*
11 *Mater torquetur filij amore.*
12 *Filij negligentes redimere parentes priuantur eorum ſucceſſione, num. 14.*
13 *Parẽtum appellatione venit pater, & mater.*
15 *Mater tenetur alere filium inopem, & dotare filiam inopem, num. 16.*
17 *Mater tenetur redimere filium, & pro eo ſe obligare, num. 18.*
18 *Verba (qualicunque iudicio) quid ſignificent?*
19 *Carcerari, & captiuari apud hoſtes, an ſit differentia?*
20 *Mulier, an intercedat pro libertate cuiuſque.*
21 *Intellectus, l. liber captus, C. de capt. & poſtlim. reuerſ.*
22 *Mater, an intercedat pro libertate filij?*
25 *Dotis, & libertatis cauſa iudicatur à pari.*
26 *Mulier, an intercedat pro patre?*
27 *Amor nullus vincit paternum.*
28 *In patre, & matre æqualis pietas.*
29 *Mulier pro cauſa pia efficaciter pro alio intercedit.*
30 *Carceratorum liberatio, pia cauſa eſt.*
31 *Exequutores dati ad cauſas pias, expendunt ad carceratos liberandos.*
32 *Bona eccleſiæ, an poſſint alienari pro redemptione eorum, qui prauis moribus, vel eorum culpa in paupertatem inciderunt.*
33 *Intellectus Auth. res quæ, C. com. de leg.*
34 *Intellectus §. aliud quoque cap. Auth. Vt cum de appell. cogno.*
35 *Accurſij opinio improbatur.*
36 *Mulieres ab omnibus ciuilibus officijs excluduntur.*
37 *Mulieri, quàm maſculo facilius ſuccuritur.*
38 *Maſculis non fœminis ius vindictæ competit.*
40 *Bart. Cepoll. in conſ. 27. improbatur, & declaratur, num. 45. 48.*
41 *Mulier liberans maritum exiſtentem in carcere, & ſe obligans ac vendens rem aliquam etiam ſine authoritate mariti, quæ exigebatur, rectè obligatur.*
42 *Filius familias prohibitus alienare ſine cõſenſu patris, poteſt ad redimendum patrem à carceribus ſe obligare.*
43 *Mulier non ſolum pro cauſa liberandi maritum à carceribus poteſt alienare, & ſe obligare, & etiam pro alimentis mariti.*
45 *Maritum non habere, & liberum illum non eſſe paria ſunt.*
46 *Donatio inter virum, & vxorem, an firmetur iuramento?*
49 *Mater intercedens pro filio iuuatur Senatuſconſulto Velleiano.*

DECISIO IV.

DOminus Vincentius de Franchis in eius luculentiſſimis deciſionibus reliquit nõ nullos caſus ſcriptos in deciſos, quorum tamen deciſiones pẽdebant, & partium dilationibus, prout aſſolet, impeditæ, & eorum aliqui adhuc ſub iudice ſunt, & aliqui po-
1 ſtea deciſi, & inter † cœteros fuit caſus in deciſ. 279. in qua ex profeſſo, & eleganter tractauit, an mater pro liberando filio carcerato valeat ſe obligare, & intercedere circumſcripto remedio, & beneficio Velleiani, fuit tamen deciſus poſtea per Conſiliarios duarum aularum, quorum vnus inter alios cum eodem Præſide interfui, & quia aliquando

Digitized by Google

aliquando perſpicacius, ſuit cauſa diſcuſſa, & ponderata, & non ſine maxima controuerſia deciſa, operę pretium me facturum arbitratus ſum, præter adducta, & ſcripta in d.dec. addere, quæ diſcuſſa, & elaborata fuerunt, in cuius deciſione ſi numerata potius quam ponderata fuerint vota non inſipidi, & hębetis ingenij, quiſque arbitrabitur.

Et iſtè rationes in d.deciſ.conſideratas tranſcribam, multi ex Dominis adhærentes regulæ vniuerſali tamquam Bononienſes Carrocio, vt fert vetus adagium, dixerunt non ob aliud factum fuiſſe, tit.ff. & C.ad S.C.Vell. niſi vi mulieri in-
2 tercedenti, & alienam † obligationem ſuſcipienti ſuccurratur, exceptis caſibus particularibus, de quibus in diſcurſu illius tit. Sed hic caſus particulariter non eſt exceptus, ergo debemus ſtare regulæ, & matrem Velleiani auxilium implorantem admictere.

Secundo dicebatur eſſe caſum expreſſum in
3 *auth. Si qua mulier, C.ad S.C.Vell.* † quæ præſumitur *ex §. & illud auth. vt nul. iud. coll. 9.* quæ iura declarant nullam obligationem mulieris intercedentis, & ſua bona obligantis pro debito mariti qualecumque ſit, per quæ iura, *Barth. Cepolla, & Bernardus de Bonzono*, vt ipſe *Cepolla refert in eius conſilio ciuili 27. volum. 1.* tamquã iudices per diffinitiuam ſententiam die Iouis 22. Martij 1542. declarauerunt nullam obligationẽ factam per vxorem in beneficium creditoris ma-
4 riti, † qui coniectus erat in carcerem, & ibi allegat rationes, quibus ita iudicauerunt, quia eſto facta eſſet obligatio pro liberãdo maritum à carceribus, quo caſu videbatur poſſe ſubſtineri talẽ obligationem non obſtante Velleiano, *arg. l. quæſiit cum l. ſeq.* quæ incipit, ſed ideò, *ff ſol. matr. & l. mutus, §. manente, ff. de iure dot.* quæ iura concludunt facultatem vxori inter cœtera expẽdendi dotes ſuas cauſa liberandi perſonas con-
5 iunctas à carceribus, † tamen illa iura procedunt in muliere ſoluente, non in muliere intercedente, nam licet mulier prohibeatur regulariter ſe pro alio obligare, *vt tot. tit. ff & C. ad Vell.* non autem prohibetur pro alio liberaliter ſoluere ſi vult, vt eſt caſus *in l. ſi pro aliquo, §. 1 ff. ad Vell.* & ratio differentiæ poteſt eſſe, quia facilius mulier inducitur ad ſe obligandum, quam ad ſoluẽdum, cùm auariſſimum ſit genus mulierum, *l. ſi ſtipulata, §. 1. ff de donat. inter virum, & vxor.*
6 † promptiores enim ſunt homines ad promittendum, quam ad ſoluendum, vt de ſe patet, & eſt caſus expreſſus in *l. ſi ego, §. fin. ff. ad Vell.* Senatus enim obligatæ mulieri ſuccurrere voluit non ſoluenti, & donanti, & eſt vnà ex rationibus per d. Præſidem adductis in d. deciſ. licèt Cepollam non alleget, nec de eo mentionem fecerit, hoc in loco, ideo ſi pro liberando marito carcerato, non valet interceſſio, minus debet valere pro liberando filio cum ratio diuerſitatis reddi non poſſit, & ex his, & alijs in d. deciſ. eleganter conſiderantis, & adductis videbatur iſte caſus indubitabilis, accedat *Surdus deciſ. 86. vbi tenet idem*, quod non poſſit mulier alienare eius dotes pro eximẽdo maritum à carceribus, *Natta conſ.*
7 *547. num. 19.* † Quinimo, neque pro dotanda communi filia, tenet idem *Surd. deciſ. 194.* & nouiſsimè *Mar. Muta in conſuet. Panormit. tit. de prohib. alien. dot. & bonor. dotal. cap. 41. num. 3. & 4.*

Sed vnus ex Dominis, cuius voto aliqui adhæſerunt, dixit, quod iſte caſus eſt vnus de exceptis à Velleiano, & in quo limitatur tota materia Vell. & proinde obligatio, & interceſſio matris pro liberando filio carcerato non poterat declarari nulla.

8 Primò ex natura correlatiuorum, † nam pater, mater, & filius ſunt correlatiua, quia data matre, & patre, datur filius, & è contra ſicut maritus, & vxor, libertus, & patronus, dominus, & ſeruus, dominus, & vaſſallus, quia vnus ſine alio ſtare non poteſt, *gloſ eſt notab. in clem. 1. in princ. in verbo æternaliter de ſum. Trinit. & Fid cath.* & diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur diſpoſitũ in alio, *l. ſi. C. de indict. vid. toll. vbi Doct. omnes, & Iaſ. magiſtraliter in l. fin. ff. de acceptil.* maximè vbi eſt eadem ratio, ſecundùm gloſſam, *Cynum, Bart. Bal. & alios in l. curatorem, C. interdicta matrim. & Salic. & alios in d. l. fin. & Iaſ. in l.*
9 *transigere, C. de tranſact.* & priuilegium † correlatiuorum debet eſſe reciprocum, vt per *Fabrũ Angel. Iaſ & alios in § ſed, & ſi quis inſt. de act. per tex. in l. 1. ff. quod quiſque iuris*, quia correlatiuorum idem eſt iudicium, & eadem diſciplina, *l. ſi cum dies, §. pen. ff. de arbitr. l. veteres, ff. de act. empt. & l. cum emptor, ff. de reſcind vend.* & dixit *Bal. in l. cum te in Gallia, C ſi cert. pet.* quod regula correlatiuorum eſt regula partium, de quibus latius per *Dominicum, & Francum, & alios in c. 1. de emptor. ordi. lib. 6. Panorm. in cap. 1. extra de locat. Iſern. in proœ. feud. in 6. q. principali, & Marſil. in l. ſi quis viduam, ff. de quæſt. per gloſ.* & alios feudiſtas in *cap. 1. de for.*
10 *fidel.* † ſed filius tenetur ſe obligare pro patre carcerato, & idem pro matre ex eadem ratione, vt eſt *tex. expreſſus in §. aliud quoque cap. auth. vt cum de appell. cogn.* & ideo non poteſt iuuari exceptione Macedoniani, ergo è conuerſo dicẽdum eſt, vt ſi ſaltim præcisè pater, & mater non cogãtur fideiubere, & intercedere pro filio carcerato, ſi tamen ſponiè ſe obligauerint, teneat obligatio, & interceſſio matris, quia eodem modo, quo Velleianum fuit introductum in beneficium mulierum intercedentium, fuit introductũ Macedonianum in beneficium filiorum famil. ſe obligantium, & nulla ratio diuerſitatis reddi poteſt, cur filius familias non iuuetur Macedoniano ſe obligando pro matre carcerata, mater verò iuuari poſſit Velleiano ſe obligando pro liberatione filij, in qua maior cadit ratio, & affectio cùm tor-
11 queatur † in filium, *l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ. & in l. fin. C. de cur. fur.*

Sed ſecundò circumſcripta hac ratione, hoc in ſpecie decidit, *tex. in auth. ſi captiui in an. C. de Epiſc & cler.* vbi filij negligentes redimere
12 parentes priuantur † eorum ſucceſſione, & è cõtra parentes negligentes redimere filios priuantur pariter filiorum ſucceſſione, & non loquitur ille tex. de patre tantum negligente. Sed de pa-
13 rentibus, & ſic comprehendit vtroſq; † patrem, & matrem, *l. appellatione, ff. de verb. ſignif. Spe-*

cul. in

Digitized by Google

cul. in tit. qui filij ſint legit. §. 1. num. 17. etiam
quia militat eadem ratio, & ſi de patre tantum
loqueretur, debet comprǽhendere matrem, ex
dictis per *Cordubam in l. 1. §. ſi mater num. 46.*
ff. de liber. agnoſc. & Bal. intelligit illum tex. de
redemptione à carceribus, vt eſt caſus noſter, &
num. 8. dicit, quodetſi nulla compulſio imponi-
tur parentibus à lege, qui negligunt redimere fi-
14 lios † ſcilicet carceratos, nedum captiuos apud
hoſtes, vt ipſe in princ. tex. prædictum ſummat,
& intelligit, tamen puniuntur in priuatione ſuc-
ceſſionis filiorum, ergo eſt caſus expreſſus, quo
mater ſub pœna priuationis ſucceſſionis tenetur
intercedere, & ſe obligare pro liberando filio à
carceribus, nam ille tex. non dicit, quod ſoluat,
ſed quod liberet, & cum hoc poſſit eſſe interce-
dendo, vel alias ſe obligãdo, ſatis eſt, quod valeat
facere volens quoquo modo liberet, ne filiorum
ſucceſſione priuetur, & proinde tex. prædictus
proculdubio videtur decidere hunc caſum in
ſpecie, & tollere obſtaculum Velleiani.

15 Tertiò mater tenetur præcisè alere † filium
inopem, & dotare filiam inopem, & non poteſt
hoc caſu repetere, & aliqua exceptione tueri, vt
probant iura in *l. Neſennius, & ibi glo. Bar. Bal.*
Ang. ff. de neg. geſt. & in l. alimenta, C. eod. & in
l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, ff. de lib. agnoſ. ubi
Corduba expreſſè num 14. & Faber, Bal. Salic.
Paul. & alij in auth. reſque, C. comm. de leg. Ioan.
Beſſ. in conſuet. Aluern in tit. de donat. dot. &
mariages art. 9. & alij, quos ad id contigerit,
Menoch. de arbitr. iudic. caſu 460. vbi latè, &
Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 14. num. 9. & 13.
& ſi aliquis dixerit, quod præſtare alimenta non
eſt intercedere, reſpondet *Bal. in d. l. Neſennius*
num. 6. quod ea, quæ dicuntur, quod mater te-
16 netur alere filium inopem habent locum, † quã-
do mater, vel auia redimit filium, vel nepotem à
carcere per tex. *in l. liber captus, C. de capt. &*
poſtl. reue. & allegat ad idem Gul. de Cun. in l. fi.
in fin. de condit. indeb. ergo ſi mater tenetur alere
filium egenum, dotare filiam egenam, & Doctor.
extendunt etiam quando redimit à carceribus
proculdubio pro illo liberando efficaciter obli-
gatur, & præſertim, vbi filius eſt omni auxilio de-
ſtitutus, vt vel animam agere in carceribus, & ibi
fame perire neceſſe ſit, vel ſola matris pietate li-
berari, vt eſt caſus, de quo agitur.

17 Quartò fuit ponderatus, † *tex. in d. l. liber ca-*
ptus allegatus per Bald. in d. l. Neſennius, vbi
matri conceditur redimere filium, & ſe obligare,
& non poteſt petere, quod expendit, ſcillicet, abſ
que ſpe repetendi, ergo non poteſt iuuari exce-
ptione Velleiani, & non poteſt dici, quòd ille
text. loquatur in matre ſoluente pretium non in
matre ſe obligante, nam ille text. præſupponit,
quod ſiue ſoluat, ſiue obligetur mater non poſſit
conqueri, ſi quidem dicit, quod liber captus pri-
ſtinum ſtatum ingenuitatis recuperat, tunc demũ
cum pretium ſoluerit, vel ei hoc qualicumq; re-
mittatur iudicio. Duo ergo dicit tex. vel quod
ſoluatur pretium, vel quod qualicumque iudicio
18 remittatur, † quæ verba qualicumque iudicio
generalia ſunt, apta comprehendere quodcum-
que genus obligationis, promiſſionis, & interceſ-
ſionis, aut alterius rei, quæ vicem ſolutionis ha-
beat, & illicò ſubdit tex. quo genere matre filium
redimente ſcilicet per ſolutionem, vel quodcum-
que iudicium, ergo ſiue redimat ſoluendo, vel
alias quocumque modo ſe obligando per illa
verba qualicumque iudicio efficaciter obligatur,
ſubditque rationem cum huius modi contractus,
non de mercede, ſed de triſtitia repudianda co-
gitauit, & hæc eſt ratio decisionis illius tex. quæ
militat, tàm in filio captiuo, quàm in filio carce-
rato, & ita intelligunt dictum tex. Doct. quia nõ
faciunt differentiam inter filium captiuum carce-
19 ratum creditoribus † inſtantibus, & *Bald. dixit*
in d. l. Neſennius, Paul. de Caſtr. in l. alimenta
num. 3. C. eod. ergo eſt caſus expreſſus in matre,
quod valeat intercedere pro filio carcerato, etiã
ſi præcisè compelli non poſſit.

Et quod tex. prædictus debeat intelligi, tàm
in matre ſoluente, quàm in matre iubente, vel
aliter ſe obligante fit manifeſtum, ſiquidem mu-
20 lier poteſt intercedere pro libertate cuiuſuis † ſer-
ui, vt dicit tex. expreſſus in *l. pen. quæ incipit ve-*
terum, C. ad Vell. & Velleianum non habet locũ
in huiuſmodi interceſſione, & ſi modo vellemus
21 reſtringere tex. in d. l. liber captus, vt † vendicet
ſibi locum in matre ſoluente non intercedente,
eſſet vtique facere deterioris conditionis filium,
quàm ſeruum, quinimmò eſſet facere deterioris
conditionis matrem ipſam, quæ pro ſeruo alieno
poſſet intercedere, & ſe obligare, & non pro filio
quod ex ſupradictis tamquam abſurdiſſimum
non eſt deferendum, & ex his duobus iuribus ſic
dictis reſultat vera cõcluſio, quòd tex. in d. l. liber
captus debet habere locum, tàm in matre ſol-
uente, quam intercedente nulla data differentia
an ſoluat, vel intercedat pro liberando filio, aut
eſt dubium, vnà lex declaretur per aliam, quod
eſt omninò faciendum, ita vt quemadmodum
poteſt mulier intercedere pro cuiuſuis ſerui li-
bertate, & hoc propter pietatem, & fauore liber-
22 tatis, à † fortiori poſſit mater intercedere pro li-
bertate filij, cui nihil proprius eſt, quam filius, &
hæc eſt ratio probatiſſima, & concludentiſſima,
quia *Salyc. & alij in d. l. pen. & Aret in d. §. itẽ*
23 *ſi, inſt. de excep. nu. 33.* † dicunt diſpoſitionem, d.
l. veterum extendi ad quamlibet aliam cauſam
ſimilem, & exemplificat Iaſ. ſi mulier intercede-
ret pro aliquo debitore, vt creditor illum liberet,
& poſtea creditor contra debitorem non poſſet
habere regreſſum, allegat text. in *l. quamuis. §.*
quotiens cum §. ſeq. ff. ad Velle. & l. ſi apud mi-
norem, ff. de minor. & hæc cauſa excedit longè
præcedentem, ergo à fortiori non ſolum à ſimili
concludere debet in caſu noſtro ex notiſſimis iu-
ris regulis.

24 † Quinto per tex. in *l. ſi dotare, & l. fi. C. ad Vell.*
vbi mulier, quæ intercedit pro dotanda filia, vel
etiam pro dotanda extranea, quod fortius eſt, ef-
ficaciter obligatur, & exceptione S. C. Velle. vti
non poteſt, & Doct. extendunt dicta iura ad quã-
libet aliam cauſam ſimilem, ita *Salyc. ibi Paul. de*
Caſtr. ibi, & Aret. in d. §. item ſi inſt. de excep.
dicẽs ex his iuribus poſſe argui ex identitate ra-
tionis, quòd ſi mulier promittit aliquid ex aliqua
cauſa pia, vt puta alimentorum pro alio, vel in
aliam

Digitized by Google

aliam piam cauſam, non iuuabitur Velleiano, &
ſic eſt dare extenſionem in materia Velleiani de
vno caſu ad alium in fauorabilibus etiam ſi lex
taxatiuè loqueretur ex reg. *legis illud cum ſua*
gloſ.C.de ſac.ſan.eccleſ. Sed cauſa dotis,& liber-
25 tatis ad paria iudicantur † maximè, quia eadem
ratio militat, vt per *Eucrardum in ſua topica*
loco a dote ad piam cauſam, & in loco a liber-
tate ad piam cauſam,& ſi pro dote extraneę te-
net interceſſio mulieris, cur pro liberando filio
carcerato valere non debet?

26 † Sextò per tex. in *l.ſi pro aliquo in 2.reſp.ff.*
eod. ad Velle. vbi eſt caſus expreſſus,qui decidit
hac q.nam ibi in princ. Iureconſ. ponit caſum
quando mulier intercedit, ſed quod accepit in
vtilitatem eius verſum eſt,& loquitur tex. de ve-
ra interceſſione dicit non habere locum Velleia-
num, quia pauperior facta non eſt, ſubdit poſtea
ſecundum caſum,quid ſi liberaliter fecerit ne iu-
dicatus pater eius, propter ſolutionẽ vexaretur,
& ſic pro liberando patre condemnato,dicit tex.
quod neque exceptione Vell iuuabitur,ecce igi-
tur caſus expreſſus,in quo filia intercedit pro pa-
tre,& Vell. locus non eſt, & iſte tex. per neceſſe
intelligendus eſt in filia ſe obligante, & interce-
dente, nam in initio ponit caſum verè in interce-
dente,deinde illico retento eodem themate ſub-
dit ſecundum caſum, quando pro patre conde-
mnato, ergo de intercedente pro patre conde-
mnato,quia ſe obligando, & intercedendo eſt vti
liberalitate, de qua ibi,& nõ poteſt iſte ſecundus
caſus intelligi de filia ſoluente,quicquid dicat ibi
gloſ.& Paul.de Caſtr.nam iſtud eſt cauillare tex.
& fuiſſet iſte ſecundus caſus ridiculus tamquam
indubitabilis,nam in muliere ſoluente certum
erat Vell. ceſſare, quia mulieri intercedenti non
ſoluenti ſuccurrit,& hoc erat iam prouiſum, &
deciſum per *l.præcedentem, in l. ſed ſi ego in fin.*
ergo non opus erat de caſu iam prouiſo, & deci-
ſo iterum hęſitare,& fruſtrà dubitaſſet Iureconſ.
ſi filia ſoluendo pro patre condemnato iuuaretur
Velle. ſi hoc poterat facere pro quolibet extra-
neo,quia erat iam prouiſum per regulam vniuer-
ſalem, vt dictum eſt, quod ſoluẽti non ſuccurrit
Vell. cur erat dubitandum de filia ſoluente pro
patre, ne igitur ſequatur hic abſurdiſſimus intel-
lectus,neceſſe eſt fateri dubitaſſe Iureconſultum
de filia intercedente pro patre condemnato,quo
caſu videbatur poſſe dubitari per regulam vni-
uerſalem Vell. quæ intercedenti ſuccurrit,vt di-
ctum eſt,ſed quia interceſſio fit pro patre conde-
mnato ad redimendam vexationem carcerum,&
creditorum,tolerata fuit interceſſio,& prouiſum
non habere locum Vell. & ſic eſt vnus de caſibus
prouiſis, in quibus ceſſat Vell. filia pro patre in-
tercedente ex his patet malè tex. prædictum in-
tellexiſſe Accurſ. & Paul. de Caſtro loqui in filia
ſoluente, quia eſt verè ſomnium, ex ſupradictis;
Ergò ſi filia pro patre intercedere poteſt,idem
dicendum eſt in matre pro filio, in qua maior ra-
tio amoris, & pietatis, quia magis amant aſcen-
dentes ſuos deſcendentes,quam è contra,quia
27 ſicut nullus amor vincit † paternum, *l. fin. C.de*
cur. fur. & d. l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ.
Ita nullus amor maternum,quia æqualis in vtro-
que parente conſideratur pietas, *l. furioſo, ff.de*
28 *cur. fur.* † immò mater ardentius amat teſte
Grato conſ 83.nu 12.vol.2.& Mantua ſing.419.
& hæc eſt ratio,cui non video reſponſum,nam
tot.tit.ff.& C.ad Vell. & regula vniuerſalis,quæ
ex eo ſumitur, quod mulier intercedens, & in ſe
ſuſcipiens alienam obligationem efficaciter obli-
gatur, & iuuatur exceptione dicti iur. limitatur,
29 & generaliter,† vbi mulier intercedit,& ſe obli-
gat pro cauſa pia,quia eo caſu Velleianum non
obſtat,& valida erit interceſſio,ita communi cal-
culo limitant Doctores omnes in *l fin.C ad Vel.*
leianum, Aret.in d §.item ſi Inſt de excep Rom.
in repet.auth. ſimiliter,C.ad l. falcid.in 3. priu.
contractuum, Tiraquell. in tract. de priuil. piæ
cauſæ priuil.113. Eucrard. in ſua topica loco à
libertate ad piam cauſam num.2 Calcan conſil.
13.Soccin.in reg.380. Sed interceſſio,quæ fit pro
liberando carcerato pia cauſa eſt,ergò debet va-
lere circumſcripta maternitate,& circumſcriptis
alijs iuribus, & rationibus ſupra adductis, quòd
autem intercedere pro liberando carcerato ſit
pia cauſa præterquàm quod patet ex prædictis,
tenet expreſſe,*Bald.in d.l.ſed ſi ideo, ff. ſol.ma-*
30 *trim.num.1.* † dicens,quod ſemper eſt pia cauſa
liberatio carceratorum, ſiue ſit pro maleficio, ſi-
ue non,& idem in *d.auth. ſimiliter in l. illud, C.*
de ſacr.ſanct.Eccleſ. & hæc eſt verior opinio,vt
per addentes ad *Bald. in d. l. ſed ſi ideo*, & ad-
dentes ad *Bar. in l. quamuis, ff.eo. ſol. matrim.*
31 *& hinc. Bal d. l.ſed ſi ideo,infert,* † quod exe-
quutores dati ad diſtribuendas res in pias cauſas,
& vſus poterunt exequi, & diſtribuere pro libe-
randis carceratis etiam pro maleficio, & ſequun-
tur ibi addentes,& eſt communis opinio,ex his,
quæ omnibus relatis cumulat doctiſſimus,*Couar.*
var.reſolut. lib.2.cap.16 num.9. & ſeq. reiecta
opinione tenentium contrarium,vbi ex commu-
ni omnium ſcribentium voto concludit bona
eccleſ. de quibus ibi poſſe alienari pro redem-
32 ptione eorum, † qui propria culpa, luxuria,
prauis moribus,vel propter crimen,in pauperta-
tem,& inopiam inciderunt,atque carceribus pu-
blicis incluſi vinculis grauiſſimis, & perpetuis op
primuntur,per tex. in *c. ſacrorum, vbi gloſ. &*
Doct.12.q.2. cœteros non transferibo,contentus
eius authoritate, quia cumulat omnes,& omnia,
quæ ad id allegari poſſunt, ex quibus redditur
inane obiectum aliquorum dominorum, qui di-
cebant,quod ex quo hic filius,de quo in d.deciſ.
propter propriam culpam inciderat in hanc ca-
lamitatem non tenebatur mater illum à carceri-
bus redimere per *tex. in l.bona fides, ff.de poſ.* &
alia,quæ ad id allegat, *Couar. vbi ſupra num.5.*
& concludunt Doct.in d auth. res quæ, dicentes
bona prohibita per teſtatorem non poſſe alienari
pro redemptione perſonæ,quę ob propriam cul-
pam incidit in captiuitatem,vel carceribus man-
cipatur reperiatur,nam in facto non eſt probata
iſta culpa in caſu,de quo agitur, niſi culpam ap-
pellemus contrahere debita, quæ multotiens vr-
gente neceſſitate præciſa cõtrahuntur,item iſtud
eſſet extra materiam Velle. de qua diſputamus.
33 Tertiò diſpoſitio auth.res quę reſpicit † conſer-
uationem voluntatis teſtatoris,qui poteſt legem,
quam

quam vult rebus ſuis imponere, & præter legitimam non tenetur aliquid liberis relinquere explicitum ſi vult, & in d. auth. res quæ, idem prohibitus vult alienare pro ſe ipſum redimendo, & reſiſtit voluntas expreſſa teſtatoris, in caſu noſtro agitur quando alius non prohibitus à teſtatore vul ſe obligare pro redemptione alterius, & dubium eſt, an adſit prohibitio legis, quo caſu etiã mitius agitur cum lege quam cum homine, vulg. *l. Celſus, vbi gl. & Doct. ff. de arbitr. latè Bart. in l. ſi inſulam, ff de de verb. obligat. & Iaſ. in §. item ſi quis Inſt. de act* & ideo non ſunt applicabiles à termini d. auth. & Doct. ſupra citatorum ad caſum iſtum.

34 Reliquum eſt modo refutare aliud capitale obiectum de tex. in *d. §. aliud quoque capitulum auth. vt cum de appell cognoſ.* in quo maior pars dominorum, qui vo'auerunt pro Velle. fecerunt maximam fundamentum, & cõſtituerunt totum robur eorum opinionis. Si quidem in eo tex. dicitur, quòd filius præcisè teneatur fideiubere pro patre carcerato, alias ipſu recuſante, & non fideiubente poſſit exhæredari, & ab iſta oblatione excipit fœminas, ergo habemus caſum expreſſum, dicebant quod filia non tenetur ſe obligare, & intercedere pro patre, minus mater pro filio, cũ eadem ſit ratio. Si quidem vnus ex Dominis dixit, quòd tex. ille benè ponderatus, & intellectus minime id voluit, quoniam duo dicit. Primum filius teneatur præcisè ſe obligare pro patre carcerato ſub pœna exhæredationis. Secundum eſt eximere filias fœminas ab hac præciſa obligatione, ita vt ſi filia noluerit, & recuſauerit, non poſſit exhæredari, ſed non ſequitur conſequentia, filia fœmina non tenetur præcisè fideiubere, & compelli non poteſt. Ergo ſi volens fecerit, & fideiuſſerit, vel ſe aliter pro patre obligauerit, vt illum à carceribus liberet, non teneat fideiuſſio, & obligatio, licet enim glo. ibi in verſ. venire, reddens rationem, dixerit, quod ideò filiæ fœminæ non tenentur ſe obligare pro patre, quia fœminæ impediuntur fideiubere per Velleianum, vt *ff. ad Velleianum l. 1. & 2* parcat mihi Accurſ.
35 quia non penetrauit † benè ſenſum illius tex nec illa per ipſum conſiderata poteſt eſſe ratio illius deciſionis, quia vnum eſt dicere, quod fœmina præcisè non teneatur, & non poſſit cogi fideiubere pro patre, & hoc dicit ille tex. aliud eſt etiã dicere, quod ſi voluerit fideiubere, & ſe obligare non teneat fideiuſſio, nam hoc non dicit ille tex. nec ſequitur iſta conſequentia, vt ſupra dictum eſt. Quinimmò non potuit, & noluit hoc ſentire Imperator, qui vnum caſum tantum prouidit, vt ſcilicet fœmina non teneatur fideiubere pro patre carcerato, quemadmodum tenetur maſculus, ſed ſi volens fideiuſſerit, teneat, nec ne fideiuſſio, hoc remanet modo in diſpoſitione iuris communis, & ideò malè ſentijt Accur. inhærendo regulæ vniuerſali Velleiani, per quam fœminæ prohibentur intercedere, quod ſit manifeſtũ ex his, quæ ſuperius dicta ſunt, nè externas rationes quæramus. Nam nulla lex dicit, nec obligat mulieres præcisè ad intercedendum, vel ſe obligandum pro dote filiæ, vel extraneæ, nec aliqua lex compellit fœminas ad intercedendum, & ſe obligandum pro libertate cuiuſuis ſerui, neque habemus legem aliquam, quę ipſas obliget ad intercedendum pro cauſa pia, quinimmò eadem regula vniuerſalis de qua per gloſam obſtaret omnibus prędictis caſibus, & nihilominus verum eſt, quod ſi in caſibus prædictis fœminæ volentes ſuſceperint obligationem, & fideiuſſerint, tenet interceſſio non obſtante Velleiano, vt ſupra eſt fundatum, ergo non ſequitur conſequentia, non tenetur mulier intercedere, igitur ſi interceſſerint, non tenet fideiuſſio in caſibus à iure expreſſis, & ſimilibus, & ideo non eſt verus ſenſus, & ratio per Accur. conſiderata, nec ex eo tex. poteſt fundari intentio, quod filia, quæ ſua ſponte pro patre carcerato ſe obligauerit poſſit vti exceptione Velleiani, & ex his patet quam diuerſum ſit dicere, quod mulier non teneatur præcisè aliquid facere, vel quod ſi voluerit facere, & fecerit, actus non teneat, vel valeat, & ideo illud quod Iuſtinianus Imperator voluit prouidere in illo text. fuit ſolũ obligare filios maſculos, & ab hac præciſa obligatione excludere filias, ſed non impugnare actum volentium, quia alias fuiſſet impijſſima deciſio, & contra omnia iura ſuperius adducta, quod non eſt dicendum, ne tanta inæuitabilis iurium contrarietas admittatur, & hinc ratio illius tex. alia fuit nempè quam tradidit text. in *l. 2. ff. ad S. C. Velleian.* nã ſicut moribus (inquit) ciuilia munera, & officia adempta ſunt fœminis, & pleraque ipſo iure non valent, ita multò magis adimendum eis fuit illud officium, in quo nõ ſola opera nudumque miniſterium earum verſaretur, ſed etiam periculum rei familiaris etiam quia hoc munus, & onus intercedendi proprium eſt maſculorum quam fœminarum, quæ in multis deterioris conditionis ſunt, & ideo conueniens fuit eas ab aliquibus obligationibus præciſis ſeruare indemnes non vt volentes non valeant, ſed vt metu pœnæ compelli non poſſint, ſi quidem vt
36 dicit d. l. 1. ab omnibus † officijs ciuilibus ſunt excluſæ, & id propter ſexus honeſtatem, imbecillitatemque, quæ non patitur, vt cetui virorum ſe immiſceant, vt per bellè declarat, *Abb in cap. dilecti extra de arbitr. & facit tex. in l 3. §. corporalia ff. de muneribus, & honoribus*, vbi corporalia munera fœminis, ſexus ipſe denegat, (inquit) tex. quo minus honores, & munera iniungantur, ergo ſi ſunt factæ incapaces munerum, & honorum iuſtum fuit eas à quibuſdam liberari oneribus, & vbi dicitur, & non poſſet ita eſſe cõſultum creditoribus patris, ſi filia præcisè cogeretur, quæ per vincula compelli non poteſt ad ſoluendum, *vt in Auth. nouo iure C. de Cuſt reorum, & per latè congeſta per Franchum in c. mulieres de Iud. lib. 6. Barbat. in c. lator extrà de pignor. Soccin. in reg. 219.* cum alijs cumulatis per *Iaſ. in l. 3. C de Iure emph. & l. plerique, &*
37 *l. neque impuberes ff. de iniuſ. voc.* & ideo † facilius ſuccurritur mulieri, quam maſculo, *l. 3. C. de nupt. gloſ. in c cum locum extra de ſponſal. & Dec. in cap. fin. extra de appell. & in c. cauſam matrimonij extra de offic. deleg.*

38 † Hinc fœminis non competit ius vindictæ, ſed maſculis ſecundum *gloſam in c. hoc autem notandum de his, qui feud. dar. poſſ. Bal. in l. cum*

veteres

ueteres C. de fideicom. libert. vbi dixit, quod ſi
ſunt duo hæredes, vnus maſculus, & alter fœmi-
na, ſufficit habere pacem à maſculo, ſaltim verũ
eſt, quod ius vindictæ extra iudicialis non com-
petit fęminis, vt per *Ang. in conſ* 89. Item maſcu-
li habent alias multas prærogatiuas, fęminis de-
negatas, de quibus latius per *Dec. & Cagn. in l.
fœminæ, ff. de reg. iur.* Non mirum igitur ſi Im-
perator voluit eas immunes cōſeruare ab aliqui-
bus præciſis obligationibus, maſculis magis con-
uenientibus, & hæc eſt vera ratio, & ſenſus illius
tex. in quo allucinatus fuit Accu. eius pace. Nam
quandoque bonus dormitat Homerus. Nam alias
eſſet deſtruere omnia iura, & rationes ſuperius
adductas, cum ſemper iuriũ contrarietatos ſint
euitandę, & conciliandę *c. cum expediat de elect.
lib. 6.*

Ex his quoque videbatur poſſe dici, quod fa-
cile ſoluuntur, & reſoluuntur omnia contraria
39 adducta per *Dominum Præſidentem in* † *d. eius
deciſ.* ſi quidem ſi vera eſt concluſio ex præmiſ-
ſis, quod mater poſſit intercedere pro liberando
filio carcerato, non opus eſt diſputare, an proce-
dat in his terminis *tex. in l. pecuniæ fœnebris*, nec
ſi ſit, vel non ſit color quæſitus, quādo mulier, vel
alius inuenit emptorem, vt ibi, quia quo quomo-
do intercedat valebit actus, nec rationes de *text.
in l. ſeta, §. fin. & quæ dicunt Doct. & alij in d.
deciſ. allegata*, habebunt locum, ſi quidē omnia
illa procedunt in alijs caſibus, in quibus remanet
firma regula Vell. pro muliere, quæ contra Sena-
tuſconſultum vere alienam ab obligationem ſu-
ſcepit, quæſito colore intercedendo, ſed in caſi-
ſibus, in quibus ceſſat, vt eſt iſte, prædicta cor-
runt, quia mater poteſt intercedere. Nec refert,
ſit color quæſitus, vel non, & omnes circumſtan-
tiæ, quæ conſiderantur in fraudem Senatuſcon-
ſulti ceſſant, quia ſufficit, legem non reſiſtere in
hoc caſu, immò aſſiſtere, ad latè tradita per *Bar.
& alios in l. ſed ſi lege, ff. de pet. hæred.* & ideò
cum lex non improbet matris obligationem, pro
liberando filio qui eſt, pars, viſcerum ſuorum, de
modo non eſt curandum.

Neque aliquid negotij pœnitus facit conſilium
40 & deciſio Cępollæ, † nam habet in primis ſuos
contradictores Docto. non aſpernendæ authori-
tatis, ſiquidem contrarium tenuit, *Caſſan. in con-
ſuet. Burgund. in tit. des Droitz, & appar. agene
mariez rubr. 4. §. 1. in 5. limit. verſ. ſed iuxtà
prædicta quæro num. 29.* Vbi firmat, quòd ſi ma-
ritus alicuius eſt in carcere, & mulier, vt eum li-
41 beret, ſe obliget alicui, vel vendit † aliquam rem
etiam ſine authoritate mariti caſu quo exigeretur
authoritas talis contractus, & obligatio valet ex
dictis per *Rom. in conſ. 316. & Bald. quem alle-
gat in conſ. 213. occurrit dubium 2. volum.* Vbi
etiam tenet filiumfam. prohibitum alienare ſine
42 Patris conſenſu, poſſe tamen † ad redimendum
patrem à carceribus, idemque tenet cum *Caſſa-
neo Io. Beſſ. in Conſuet. Aluern: tit. des donations
dots, & mariages art. 9.* Vbi dicit mulierem non
ſolum cauſa liberandi maritum à carceribus poſ-
ſe alienare, & ſe obligare, ſed etiam pro ipſum
43 alendo, & † tanti facere Docto. redemptionem
carceratorum, & captiuorum, vt ſtatuerint non
Dominum poſſe vendere bona Domini abſque
illius mandato pro illum redimendo, etiam mu-
tum, & tenebitur Dominus habere ratam talem
venditionem, vt per *Gul. Bened. in repet. c. Ray-
nutius extra de teſtam. in verb. & vxorem no-
mine Adelaſiam in 5. deciſ. num. 266. Boer. in
conſue. Bitur. tit. des coſtumes concernens les In-
ges, §. 12. pag. mihi 22. & Io. Beſſum, vbi ſupra.*

Et quatenus Cæpolla non haberet contradi-
ctores, nihilominùs ſecundo loco text. in quo ſe
fundat in *Auth. ſi qua mulier.*, non opitulatur
44 ſuæ intentioni, ſiquidem † ille tex. loquitur quā-
do mulier verè intercedit, quia inſimul cum viro
ſe obligat, tunc enim cenſetur eius facilitate in-
ducta, & animo donandi in fraudem legis, vt ad-
uertit, *gloſ. in d. §. & illud Auth. vt nulli Iud.
in verbo multoties, & idem Cepolla in d. conſ. &
d. Præſes in d. eius deciſ. quia vt dicit Aretinus
in d. §. item ſi num.* 38. in marito, & vxore ſemper
præſumitur color quæſitus., caſus verò, de quo
hic eſt, quando iam filius contraxerat debita, &
ob debita contracta in carceres coniectus repe-
ritur ad inſtantiam creditorum, & ſic eſt deuen-
tum ad caſum exequutionis per vincula, & ma-
ter pro liberando filium ſe obligat, qui caſus eſt
diuerſus, & de hoc non loquitur, *tex. in d. auth.
ſi qua mulier*, quo caſu faciunt omnia Iura, & ra-
tiones ſuperius allegatæ, & etiam in caſu Cepollę
contra ipſum facit alia ratio, quia ipſius mulieris
intereſt habere maritum liberum, & non capti-
45 uum, † quia paria ſunt maritum non habere, vel
illum inutilem, vt cæteris prætermiſſis explicat
optimè *Palat. in repet. c. per veſtras extra de
donationibus inter virum, & vxorē in 2. notab.
num. 6. cum ſeq. pag. mihi 177 Bal. in ſpecie in l.
fin. per gloſ. ibi, Codice de plag* cum alijs, quæ
congerit, *Brun. in tract. quod extantibus maſcu-
lis, articulo 6. principali in 22. quæſt. num. 293.*
nimirum ſi poteſt ſubſtineri opinio contraria, de
qua in dicto conſilio tamquam æquior, & fulcita
tot iuribus ſuperius allegatis, ſed quatenus con-
ſilium, & deciſ. Cepollæ ſubſtineretur, illud pro
illud procedit in caſu ſuo ſc. in vxore ſe obligan-
te pro liberando virũ, in quo non concurrit tanta
nec eadem ratio, quę in matre liberante filium,
quia, vt ibi Cepolla dicit inter virum, & vxorem
eſt prohibita donatio, licèt iſta ratio Cepollæ ſit
fallaciſſima, nè dicam falſiſſima, nam mulier non
prohibetur donare, ſed intercedere vt ſupra di-
ctum eſt, & ideo non poteſt eſſe iſta ratio illius
auth. quia eſt prohibita donatio inter virum, &
46 vxorem, † quia tunc iuramento firmaretur, vt
ex communi Doct. omnium opinione, de qua
per *Dec. conſ. 262. & 231. Mandos. in repet. ru-
bric. de probat. num. 41. Menoch. qui alios cumu-
lat in tract. de præſumpt. lib. 3. & c. 23.* & licet
S.C. non ſuccurrat mulieri donanti viro, quia eſt
prohibita donatio inter ipſos alio iure, tamen
iuramento poſſet firmari donatio, & poſſet mu-
lier donare, & non intercedere, & non diceretur
47 fraus, & licèt *Aret. in d. §. Item ſi nu. 37.* † di-
cat, quod quamuis d. auth. loquatur in viro, ta-
men idem erit ſit mulier conſentiat ſocero, vel
filijs proprijs, aut illis, qui ſunt ſub poteſtate
mariti ſui ſecūdum, *Nic. de Matar. & Bal.* quia

 dona-

donationes etiam inter iſtas perſonas, non ſolum inter virum, & vxorem ſunt prohibitæ, *l.3.§.qui in poteſtate cum §.ſeq. ff. de donat.inter vir. & vxor.* Tamen eius opinio poſſet ſubſtineri in caſu ſuo, de quo ibi loquitur ſc. vbi pater viuit, & mater ſe obligat pro filijs, quia hoc caſu videtur in ſe ſuſcipere onus patris, non filiorum, & dicitur pro viro intercedere, vt ipſemet, *Iaſ. declarat arg.l.profectitia, ff.de iur.dotium, & l.ſi plures, §.in arrogato, cũ ibi not.per Bar.& Docto ff. de vulg.& pupill.* caſus vero, de quo hic, eſt penitus diuerſus, nam ſola mater ſupereſt, quæ filium liberare poſſit, & filius inops. Qui aliunde non habet, & filius eſt legitimus ſucceſſor matris & ideo obligando mater bona ſua pro illum redimendo à carceribus, nil aliud eſt quam conferre ei anticipatam ſucceſſionem, & hæreditatem, vel partem cum qua valeat creditoribus ſatisfacere, & à carceribus liberari, vt in donatione. Secus in donatione facta à filio patri, & ideo videns idem Cepolla non poſſe eius auth. & rationibus euitare ſcopulos, *d.l.quamuis cum l.ſeq.& d.l.mutus, §.manente*, concludit tamen num.4. quòd ſi mulier pro alijs, quam pro marito ſe obligaret, vt puta pro redimendo ex vinculis aliquem ex neceſſarijs, & coniunctis, vt dicitur in dd. Iuribus valeat talis obligatio, & alienatio, ſecus ſi pro marito, & hoc eſt contra tex.in d.§.manente, & certè dura eſt opinio, & iniqua deciſio, quæ permictat vxori redemptionem coniunctorum, & ſe obligare pro illos redimendo, ſecus pro redimendo maritum, in quo maior vrget ratio, pietas, & amor, & ideo impium eſſet admictere hác
8 opinionem Cepollæ ita limitatam, † ſed humanior conſequẽtia eſſet, quòd ſi poteſt mulier pro redimendis ſibi coniunctis ſe obligare à fortiori poſſit pro marito ſibi tam coniuncto, quòd vna, & eadem eſt caro, niſi dicamus, quod Iureconſul. forte in *d.l.quamuis cum l. ſeq.& in §.manente*, conſiderauerunt, quod ſi maritus moriatur abſq; liberis, reſoluitur affinitas, & remanet vxor depauperata, & abſque ſpe ſecundarum nuptiarum cum ſine dote non reperiatur de facili maritus, & ſi decedat cum liberis, remanerent vxor & liberi, bonis, & patre, ac marito deſtituti, at vbi pro redimendo aliquem ex neceſſarijs, & coniũctis ſe obligat, remanet actio expreſſè recuperandi contraria mandati actione, quia vtile negotium conſanguinei geſſit, & per mortem remanet vinculum conſanguinitatis, quod non diſſoluitur ſicut affinitas. ſed quicquid ſit, ſua opinio facit pro hoc caſu, de quo in hac deciſ. quòd poſtquam ceſsãt rationes prædictæ in matre, quę faciunt dubitare. An vxor pro marito ſe obligare poſſit. Et idem Cepolla concedit valere obligationem pro redimendo perſonas coniunctas, actenta eius opinione, poterit mater intercedere pro liberando filio, quia nemo magis coniunctus matri, quam filius.

His tamen non óbſtantibus, maior pars Dominorum tenuit matrem poſſe iuuari exceptione
10 † Velleiani, & ita deciſum referente Dom. D. Io. Sanchez de Luna apud act. de Felice, maxima-que fuit diſcuſſio, & altercatio. Sed maior numerus votantium matri, & Velleiano fauit.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Mater intercedens pro filij carcerati ex carceratione iuuatur benefic. Velleiani, ſed attenta opinione noſtra veritas eſt in contrarium.*

2 *Mulier poteſt fideiubere pro pia cauſa.*

3 *Opiniones diuerſis temporibus diuerſimodè intelliguntur, & habentur.*

4 *Mulier pro marito carcerato poteſt intercedere & ſe obligare cum ampl.nu.5.6.& 7.*

8 *Filij ſunt viſcera matris.*

9 *Mulieris obligatio pro viro abſorbens totam dotem non valet, & ibi, qua pars dotis debet remanere.*

10 *Minor alienans rem abſque ſollemnitatibus pro redimendo captiuo non reſtituitur in integrum.*

11 *Velleianum habet locum ſiue mulier fuerit virgo. ſiue vidua, ſiue maritata.*

12 *Velleianum fuit introductum a Velleio conſule.*

13 *Mulier intercedens pro dote non iuuatur Velleiano cum ampliat.*

14 *Pater, & mater obligantes ſe pro dote; pater tenetur vti principalis, & mater, vti fideiuſſor.*

15 *Caſus in quibus mulier non iuuatur Velleiano vſque ad finem.*

1 GAudere beneficio Velleiani matrem, quæ interceſſerat pro filij carcerati ex carceratione ex deciſione iſtius loci abundanter colligitur tu habes firmatam ex *deciſ. de Franchi 578. quam Auth. obſeruare non potuit, vt reaſſumpſit. Ricc. coll. deciſ. 295. & ante eum Paſchal. de virib. patr. poteſtat.p.3.c.5.nu.13.& vide Viſconte in addit. ad de Franch. deciſ.237 & 239.*

Sed veriorem contrariam (quatenus in me eſt pro mea tenui facultate) attento pondere rationis, & auctoritatis ad terminos noſtri, *Auth.in deciſ.1.num.18.*
2 † cum ſit verum mulierem poſſe fideiubere pro pia cauſa, vt *Tiraque.in tract.piæ cauſæ priuil.113. inde duriſſimam viſam fuiſſe mentionatam deciſ.de Franch.578.dicit R. de Ponte in tract.de poteſtate Proregis tit.10.verſic. de decretis Collateral. conſil. num. 30. & 31.* pro qua faciunt deciſ.S.C.in cauſa Doctoris *Fabij de Falco cum legatarijs*, quondam Marchioniſſæ Montiſfalcioni, *vt refert Thor.in compend. deciſ.Regni p.parte verbo fideiubere, Molfeſ. in conſuet.Neap.p.8.q.5.num.7.& Rouit.in pragm. p.num.7. ad Velleian. qui d.locum R.de Ponte allegant*, nec id afficiat Authori,
3 † quia vt experientia docet illa opinio poterat eſſe recepta illo tempore

tempore, & hodie reperitur reprobata cum vnus
& idem articulus diuerſimode diuerſis tempori-
bus iudicatur, preſertim articulus iuris, qui hinc,
& hinc habet aciem Doctorum inter ſe digladiã-
tium, nam vni arridet hodie vna opinio alteri cras
altera, & diuerſa, & hinc videmus tot opiniones
communes, & magis communes per Doctores
accerrimè diſputatas, quo caſu numerus Docto-
rum, vt dicebam pro vna parte non me deterret
ſi rationes non me moueat, & compellunt, &
4 quo ad rationem additur apertè, quia ſi pro ma-
rito carcerato intercedere valet mulier, & non
iuuatur beneficio Velleiani cum ea ſit legitima
cauſa, ob quam obligari valet validè, vt *Lember-*
teng. in tract. de contract. eorum, qui ſine certa
ſoll. gloſ. 10. † *in verb. cum ipſo marito nu. 27. de*
Franch. cit. deciſ. 279. num. 6. Reminald. conſ. 77.
num. 16. vol. 1. Theſ. deciſ. 223. num. 7. Surd. cõſ.
5 *367. num. 14. & ſeq. vol. 3.* etiã ſi vir carceratus
non eſſet, ſed de proximo carcerandus vt latiſſ.
Gratian. diſcept. forenſ. c. 108. num. 16. & ſeq.
per totum, ſed in Regno Franciæ contrarium
6 *dicit Papon. lib. 12. tit. 5. arreſto. 8. & 9.* & quòd
poteſt vxor pro viro liberando adhuc viro debi-
torum mole grauato ſe cũ eius creditoribus con-
cordare, & ab eis pro certa ſumma nomen viri
debiteris emere, cum hæc non ſit propriè inter-
ceſſio, vt *Henrigius de fideiuſſ. c. 7. num. 417. cum*
plurib. ſequent. immò, quòd poſſit vxor vendere
fundum dotalem, & pretium ſoluere, vt virum à
carceribus redimat *Viuius, deciſ. 133. num. 5. &*
Gamma deciſ. Luſit. 318 per totam, etiã ſi mulier
ad effugiendam exequutionẽ in bonis viri ſe obli
get proprio nomine, quod teneatur bona exhi-
bere, vel in ſubſidium debitum ſoluere, *Theſ. q.*
7 *forenſ. 53. nu 7. lib. 4.* † & pro exoneranda eius
anima, vide *Franch. deciſ. 237. 2. parte per totã,*
& Caball. conſ. 2. per totum licere mulieri ven-
dere fũdũ dotalẽ, & vide *Gomez l. Tauri 61.* per
totã vbi, pro quibus alijs caſibus pro marito mulier
obligari valet; & expreſsè corroboratur, ex alle-
gatis per *Thor. 2. part. comp. verb. Velleiani*
beneficio, & latius per Gratian. diſcept. forenſ.
c. 509. vſque ad fin. tom. 4. tantò magis pro ex
carceratione filij contra hũc noſtrum contextum
8 deciſionis † cuius viſcera matris ſunt, *de Ponte d.*
9 *num. 31.* † Aduertendo tamen inualidam eſſe
obligationem mulieris intercedentis pro marito
excarcerando ſi dotem totam abſorberet, *Gra-*
tian. d. c. 308. num. 8. & ſequenti, cum ſaltim
debeat remanere media pars dotis. *Ceuall. qu.*
727. num. 3. hinc nullo modo ſubſiſtere poſſe in-
terceſſionem mulieris ſi penitus in dotata rema-
neret dixit, *Farinac. deciſ. 74. per totam.*
10 † Poteſt extendi, quod diximus, vt etiam ſi mi-
nor alienaſſerit rem ſuam abſq; ſollemnitatibus
pro redimendo coniuncto captiuo nequit veni-
re cõtra ipſam alienationem adhuc ex capite re-
ſtitutionis, *Melch. Pelaez, in limit. 4. num. 4.*
in tract. de maior. 4. p. q. 1. & Marant. in tract. de
multiplici alienat. num. 30. pro quibus nota pa-
riter Io. Lopes in repet. c. per veſtras de donat.
inter vir. & vxor. §. 26. in 5. ampl. num. 6.
dum redemit patrem, vel aliam perſonam con-
iunctam à carceribus, vt etiam ampliaui in *Prat.*
meo ad Auth. ſi captiui, C. de Epiſc. & Clericis
num. 3. & vide Curt. iun. conſil. 148. num. 4.
11 & in materia ipſius Velleiani ne ab Aluco. pro-
prij loci diſcedamus ſcias habere illud locum ſi-
ue mulier fuerit virgo, ſiue vidua, ſiue nupta
dummodo pro alio ſe obligauerit de *Franch.*
12 *deciſ. 622. num. 8. & alij* † à Velleio Conſule
introductum, *Borrell 3 p. deciſ. tit. 13. num 105.*
dum ſit fauorabile præſidium in fauorem ipſarũ
mulierum introductum, ne vti imbecillioris cõ-
ſilij, & fragilitatis ſexus decipiantur, & in per-
niciem earum ſubſtantia conuertatur, *§. p. in fin.*
inſtit. quibus alienat. licet vel non Petr. Gregor.
ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 23. C 3. numer. 25.
Henriguez de fideiuſſ. C 7. num. 389. cum ſeq.
13 † & datur alius caſus in quem mulier non iuua-
tur tali beneficio, vt ſi interceſſerit pro dote, vel
pro filio de dote reſtituenda, vt *in l. fin. & latius*
poſui in Prat. meo ad eam, C ad Velleian. & de
Franch. deciſ. 182. Aſcia determ. 9. num. 12.
pro qua etiã carcerari poteſt, vt ibi, & hoc pro-
cedit ſi pro qualiber dotem promiſit, *Borrell.*
latiſſ. tom. 3. tit. 5. de priuilegijs dotalibus,
verſic. decimum tertium, num. 15. & 55 & ſeqq.
& facit Camilius de Medicis conſ 139. nu. 46 &
47. & etiam reſpectu anteſati, *de qua tract. latiſſ.*
14 *Surd. dec. 164 & Theſ. q. for. 80. par. 4* † eſt verũ
tamen, quod ſi pater, & mater interceſſerunt pro
dote filiæ pater tenetur, vti principalis, & vxor,
vti fideiuſſor, *Aymon. conſ. 77. nu. 2. Rol. conſ.*
64. num. 6. volum. 1. Cacher. deciſ. 44. num. 7.
& quando mulier fuit cauſa mutui verum eſt,
quod intercedendo non iuuatur Velleiano, *Pa-*
15 *pon. lib. 12. tit. 5. arreſt. 2.* & quando accepit
pecuniam pro fideiubendo, *Menoch. de arbitr.*
caſu 234. & quando mulier fideiubens eſt Impe-
ratrix Regina, Principiſſa, & Duciſſa ſuprema,
& aliqua admodum illuſtris Heroyna non iuua-
tur Velleiano ſi fideiuſſit, *id. Borrell. de compro-*
miſſ. § 2. gloſ. 4. num. 6. Henrigius d. c. 7. nu. 507.
& ſequentib. & in quibus alijs caſibus non iuue-
tur Velleiano, per *Marcell. de Mauro allegat.*
1. num. 27. D. Ludouiſ. diuina Prouidentia, olim
Pontificem deciſ. 321. per totam vbi, etiam quan-
do fuit certiorata mulier de beneficio Velleiani,
& iurauit renunciando, quod nõ iuuetur eo cum
ampliat. & limitat. vt per eum pro qua deciſ. ad
veritatem iuſtitiæ, quæ vt dixit *Carauit. Rit. 272.*
num. 18. compaſſionem habet, nota non ita ab-
ſolutè, ſed vt non ſolum certiorata renunciet ipſi
beneficio ex communi per *Borell. d. tit. 13. num.*
123. ſed etiam, quod renunciet beneficio nouæ
Conſtitutionis in fauorem mulierum factæ; *Caſ-*
ſan. conſ. Burgh. tit. des Droictez Rub. 4. §. 13.
gloſ. fin. num. 11. Theſ. deciſ 222. & vide Criuel.
deciſ. dolan. 132. ſi in generali renunciatione o-
mnis beneficij legis comprehendatur renuncia-
tio Velleiani, & in *deciſ. 20. de tractat.* & pro
curioſis ſi fideiuſſor, qui pro muliere interceſſit
quæ pro alio ſe obligauit iuuetur beneficio Vel-
leiani, *adde Theſ. q. forenſ. 6. lib. 4.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

De diſpoſitione tex. in l. congruit cum l. ſeq. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. variè in S. C. intellecta tempore, Affl. vt in eius deciſ. 238. & tempore Præſidis de Franch. in deciſ. 406. & an ponat caſum generalem & tex. in l. ne cui, C. locati ſpecialem, vel è contra.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tex. in l. congruit cum l. ſeq. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. varijs modis intellecta in S. C. tempore Affl. deciſ. 238. & Præſid. de Franch. 406. & an ob ipſius tex. diſpoſitionem ponatur caſus generalis, & per tex. in l. ne cui, C. locati ſpetialis vel è contra, num. 2. & num 8.*

3 *L. congruit vti poſterior ſituata in vltimis lib. C. cenſetur edita ad correctionem dictæ l. ne cui.*

4 *Aequitas d. l. congruit, vt veteres conductores præferantur nouis, quæ militat in prædijs fiſci, debet etiam militare in conductoribus priuatorum, quia diſpoſitio extendi debet iuxtà rationem diſpoſiti, & debet admitti d. l. ne cui in rigore, & exorbitanti fundata, vt num. 5.*

6 *Rubrica generalior nigro habens orationem perfectam, & poſitiuè loquens non reſtringitur per nigrum diſponens in caſu ſpeciali, ſed generaliter intelligenda, & ad deciſionem cauſarum poteſt allegari.*

7 *Dominos priuatos eſſe melioris conditionis fiſco circa locandi libertatem, abſurdum, & inconueniens eſt.*

8 *Veteres conductores tantundem offerentes, ex diſpoſitione d. l. congruit, & l. ſeq. nouis ſunt præferendi.*

9 *Deſcendentes à primo inueſtito debent reinueſtiri, & alijs præferri.*

10 *Praxis hæc præferendi antiquiores nouis conductoribus à tempore Affl. eſt vera legum intellectrix à ſetentia digeſtiua, ſeruanda, & amplectenda.*

11 *Iura in ſuo recto ſenſu ſunt intelligenda prout cantant abſque cauillatione.*

12 *Tex. in l. ne cui generaliter intelligendus in omnibus locationibus, & l. congruit in caſu ſuo, quia venit limitatiuè non correctiuè, & eſt condita ante legem ne cui, num. 17. vera differentia ratio, vt num. 13.*

Ambroſius, & Auguſtinus duo Sancta Romanæ Eccleſiæ luminaria ſub eodem numero.

15 *Æquitas de qua in d. l. congruit non finalis: ſed impulſiua cauſa fuit illius diſpoſitionis.*

14 *Conductores fiſcalium non gaudent priuilegio tacitæ reconductionis: ſed tantum priuatorum, imo per d. l. congruit priuilegiantur in prælatione offerentes tantundẽ, & in multis differunt à priuatis, vt nu. 15. & proinde diſpoſitum in illis non eſt trahendum ad iſtos, nec è conuerſo num. 16.*

18 *Intereſſe affectionis liberi arbitrij, & voluntatis valdè conſiderandum in humanis operationibus.*

19 *Intereſſe Domini aſſentire debentis eſt conſiderandum, nedum ob vtile, & detrimentum rei verum etiam voluntatis.*

20 *Verbum rei priuatæ, de quo in Rubrica de loc. præd. ciuil. in 11. lib. C. vbi ſituata eſt l. congruit non priuatarum perſonarum: ſed principis ſignificat, qui res habet in ſuo dominio publicas & priuatas.*

21 *Bart. dictum in l. 1. § permittitur, ff. de aqua quotid. & æſti. quod ſit iniuria veteribus conductoribus tantundem offerentibus ſi repellantur eſt communiter receptum in conductors ad longũ tẽpus & emphyteuta.*

22 *Quod quis cogatur relocare eidem non reperitur in iure cautum niſi conductori fiſcalium, & ſcolaribus non tamen in hac Ciuit. Neap. ex particulari Ciuium priuilegio, vt num. 23.*

24 *Deciſ. S. C. text. in l. ne cui facere diſpoſitionem vniuerſalem a l. congruit cum l. ſequen. habere locum limitatiuè in caſu ſpeciali in conductore fiſcalium in cauſis, vt num. 26.*

25 *Horatij Marcheſij Regij Conſil. laudes,*

27 *Hodie Regia Camera liberat gabellas plus offerentibus, & aufert prioribus, niſi plus offerant.*

28 *M. Antonius de Ponte, Carolus de Tappia, Areualus Sedenno, & Iacobus de Franchis I. C. diſertiſſimi authoris collegæ.*

DECISIO V.

1 NON ſemel, ſed pluries in ſacro Conſilio fuit dubitatum, an diſpoſitio, *tex. in l. congruit cum l. ſeq. in finali reſponſo C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* habeat locum in quolibet conductore, vel tantum in conductore prædiorum fiſcalium, & conſequenter in caſu ſpeciali, & hoc propter varietatem deciſionum, ſiquidem, *Affl. in deciſ. 238.* refert ſuo tempore fuiſſe deciſum, quod d. l. congruit non ponit caſum

ſum ſpecialẽ, ſed quod regulariter hoc eſt, quod quando nouus conductor vult veterem expellere, inìquum, videtur, vt ſi antiquus velit tantundẽ ſoluere, repellatur, nec per hoc dominus oneri perpetuæ locationis ſubijcitur, nam ſi neutri locare vult, non compellitur, & hoc in locatione prædiorum ruſticorum, ſecus in locatione prædiorum vrbanorum, quo caſu habeat locum, *tex. in l. ne cui, C. locati*, & hoc pacto iura prædicta, quæ videntur adinuicem aduerſari fuerunt conciliata; At *Præſes de Franchis in eius deciſ.* 406. apparet S. C. in contrariam opinionem inclinaſſe, quod tex. in l. congruit ponat caſum ſpecialem,
2 *tex. verò in d. l. ne cui* † caſum, & regulam vniuerſalem, ſiue de locatione fundorum vrbanorum, vel ruſticorum agatur; Sed illa cauſa non fuit tunc deciſa, quia partes tranſegere, ſed fuit mihi relatum, quod poſtea fuit deciſa in fauorem Eccleſiæ, iuxta *tex. in l. ne cui*, de menſe Iulij 1588. Actuarius eſt longus, cum itaque aliàs in Sac. Conſ. de eadem re hæſitatum fuerit, fuit accuratius articulus diſcuſſus, & deciſus; ſed præter dicta, & relata in vtraque deciſione.

Pro parte veterum conductorum, qui prælationem affectabant conſiderabatur, *text. in d. l. congruit, cum l. ſeq.* fuiſſe editum ad correctionem *d. l. ne cui*, ex quo diſpoſitio *d. l. congruit* eſt de directo contra diſpoſitionem *d. l. ne cui*,
3 quo caſu nouiſſima † iura derogant prioribus, *l. ſed, & poſteriores, ff. de legib. & ibi gloſ. & tex. in d. l. congruit eſt ſituatus in poſterioribus libris C.*

Præterea d. l. congruit non eſt ſpecialis, ſed generalis, quia eſt fundata in æquitate (ibi congruit, æquitati.) Sed non magis congruit æqui-
4 tati, vt veteres † conductores præferantur nouis in locatione prædiorum priuatorum, quia eadem æquitas militat, ergo diſpoſitio debet etiã militare in omnibus, *ad l. illud, ff. ad l. aquil. & l. à Titio, ff. de verb. obligat.* Quia vbi ratio eſt amplior, & generalior dicto, ſeu diſpoſito, tũc diſpoſitio debet extendi ad amplitudinem rationis, per tex. notab. Vbi hoc notant, *Bar. Bal. & alij in l. regula, §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. tex. in l. nomen debitoris, §. fin. ff. de leg. 3. & in l. 2. §. ſi mater, ver. quid ſi curatores. & quid ſi deceſſerint, ff. ad Tertull. & pro regula firmat Zabarella in clem. prima extra de elect. Abb. in c. ſicut ex. de teſtib. in c. ſi. extra de reſcript. Corſet. ſing. 23. &* 298. alia ad id vberius cumulat *Gaballin. in ſuo Millelogquio* 251. *&* 548.

Item, quòd verè diſpoſitio in l. congruit ſit admittenda, non diſpoſitio d. l. ne cui conſideraba-
5 tur, quòd diſpoſitio d. l. ne cui eſt fundata † in rigore vt ſc. poſſit dominus veteres expellere, & nouos, præficere, prout maluerit, quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbitrer, *l. in re mandata, C. mand.* quinimò eſt exorbitans, quia præcisè exigit ſcripturam in relocatione contra regulam, *l. in exercendis cum concord. C. de fid. inſtrum.* at diſpoſitio d. l. congruit eſt fundata in æquitate, vt in principio tex. dicitur, quo caſu nulli dubiũ, quòd æquitas ſcripta debet præferri rigori ſcripto, vt per *Doctor. in l. placuit, C. de Iudic. & in c. iurgantium extr. de ſent. & re iud. gloſ. & Doctor. in l. prima, C. de legibus, Luc. de pen. in l. prima, C. ne fiſcus rem quam vend. euinc. lib. 10. & late Sebaſt. Medic. in ſuis opuſculis, opuſc.* ergo diſpoſitio d. l. cõgruit debet præualere diſpoſitioni d. l. ne cui generaliter, & præſumendum veniſſe ad tollendum rigorem d. l. ne cui, & hoc voluit annuere, *Luc. de Pen. d. l. congruit*, dicens in Iudicijs ſemper æquitatem eſſe præferendam per regulam, *l. placuit, C. de iudic.*

Idemque ſuadebatur arguendo à rubrica, quæ dictat de *locatione præd. Ciuil. vel fiſcalium, vel templorum, aut rei priuatæ*, ergo rubrica comprahendit expreſſe tàm locationem prædiorum fiſcalium, quam priuatorum, quo caſu, vbi
6 rubrica † eſt generalior nigro non debet reſtringi per nigrum ſpecialiter loquens præſertim quãdo rubrica habet orationem perfectam, vt habet iſta, quæ poſitiuè loquitur de locatione omnium prædiorum prædictorum, & poteſt talis rubrica allegari ad deciſionem cauſarum, vt firmat *Paul. Alex. Iaſ. Dec. ac omnes Doctor. in l. prima, ff. ſi cert. pet. Oynotom. in rubr. inſtit. de obligat. quæ ex delicto, Naſc. in 2. par. num. 2.* & ante omnes *Hoſt. notabiliter in Rubr. ex. vt Eccleſiaſt. benef. Felyn. in Rubr. ex. vt lite non conteſt. & ex Rubr.* habente orationem perfectam oritur actio, ſicut ex *l. vt per Accur. in l. prima, C. de capit. ciu. cenſib. exim. lib. 10. Pirr. Aurel. in l. vn. C. de impon. Lucr. de ſcript. lib. 10. Bobic. in prohem. decret. & Bal. in Rub. C. an* an ſeruus ex ſuo facto. Vbi addentes alios citant, latius *Euerard. in ſua Topica, ſeu centuria, loco à rubro.*

Præterea ſi concederetur diſpoſitionem d. l. congruit facere caſum ſpecialem ſequeretur v-
7 num valdè abſurdum, † & inconueniens, quod eſſent melioris conditionis domini prædiorum priuatorum, quibus fas eſt expellere veteres, & locare nouis, etiam veteribus tantundem offerentibus, fiſcus verò minime, & non eſt veriſimile prudentiſſimos illos Imperatores conditores *d. l. congruit, & l. ſeq.* voluiſſe illas concedere in præiudicium fiſci tantum, & illi adimere libertatem locandi cui voluerit, cùm potuiſſent eſſe contenti diſpoſitione d. l. ne cui, quæ eſt magis fauorabilis libertati, & facultati locandi pro libito voluntatis.

Præter dictas rationes concurrebant authoritates grauiſſimorum Doctor. tenentium diſpoſitionem *d. l. congruit, cum l. ſeq.* non ponere ca-
8 ſum ſpecialem, † ſed generalem, & ex eo tex. ſumi generaliter veteres conductores tantundem offerentes nouis eſſe præferendos, & hanc opinionem ſequuti ſunt præcipuè, *Luc. de Pen. in d. l. congruit, Salyc. in l. fi. num. 12. C. de iur. emph.* quia ita tex. prædictum intelligit, *Paul. de Caſtr. in conſ. 4. num 6. & 95. 32. in principio volum. primo, Calcan. conſ. 8. num. 36. Marant. in ſuo Specul. in 8. diſputat. num. 40. in conſ. 96. num. 7. Marian. Socin. Iun. conſ. 50. volum. 2. col. 2. num. Imol. in d. c. primo extra de loc. num. 13. verſ. vlterius quæritur Anto. Gabriel in ſuo tract. de com. opin. in tit. de iur. emphyt. concl. prima in prima ampliat. nu. 3. Grammat.*

conſ.Ciuil.28.num.14. & 15. Ferron. in conſuet.
Burdegal. tit. de locat. §.4. in fine, dicit Sena-
tum illum iudicaſſe in locatione prædiorum pu-
pillarium, qui in hoc vtuntur Iure communi, ad-
dici ei, qui maius pretium obtulerit, ita tamen vt
priores conductores tantundem offerentes præ-
ferantur, *Intriglıolus in ſuis ſingularibus ſing.*
252. nouiſſimè Iacob. Marchiſell. q. 17. facient
dicta per Curt. ſeniorem in conſ. 47. num. 7. te-
9 nentem, quod deſcendentes à primo † inueſtito,
debent reinueſtiri, & alijs præferri pro eodem
pretio, Idem *Rom. conſil. 22. num. 5. Butr. in*
c. primo extra de loc. qui dicit, quòd licèt non
reperiatur iure cautum, quòd præcedens condu-
ctor præferatur nouo, tamen ex quadam vrbani-
tate debet præferri, & idem ibi *Barbat & fa-*
cit doctrina Bar. & aliorum ſequacium in l. pri-
ma, §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſti-
ua relata tàm per Afſl. quàm per de Franch.
in qua non immoror, quia diceretur veteribus
conductoribus fieri iniuria, ſi tantundē offerentes
expellerentur, & poſſent inſiſtere coram ſupe-
riore, vt à tali iniuria deſiſtat, vt declarat, *Butr.*
in d. c. 1.

Et quàtenus vtraq; opinio poſſet controuerti,
dicebatur poſtremò, quod iſta à tempore Afflict.
10 erat † obſeruata, & non erat recedendum à com
muni praxi, quæ innititur tantæ æquitati, & vr-
banitati, & non ſolum in hoc Regno, ſed in Re-
gia, teſte Ferrono, vbi ſupra ab antiqua practica
nefas erat recedere, vt dicit *Bald. in l. bello §.*
illud viſitatiſſimum, ff. de excuſat. tut. Quia
eſt vera intellectrix legum, teſte eodem *in c. 1. nu.*
2. de feud. ſine culpa non amitt. & in repet. l.
Æ milius, ff. de minoribus num. 35. dixit, practi-
cam eſſe ſcientiam digeſtiuam: quia in ſcholis
leges digluttiuntur, & in palatijs digeruntur, &
vbi Theoricus definit, practicus incipit, & in
c. ex tenore num. 2. extra de teſtibus, concludit,
quòd tunc leges ſapiunt, quando practicantur, &
tunc fructus ex arbore colliguntur, & commu-
nis obſeruantia, tamquam lex, obſeruari debet,
quia minimè ſunt mutanda, quæ certam inter-
pretationem ſemper habuerunt, *l. minimè, ff. de*
legib. & l. ſi de interpretatione, ff. eod.

Ex aduerſo dicebatur, quod ſi iura ſint intel-
11 ligenda in ſuo recto † ſenſu, prout cantant abſ-
que cauillatione, vtique articulus clarus reddi-
tur, & diſputatione opus non eſt Arg. *l. continuus*
ff. de verb. obligat. Si quidem tex. in l. cōgruit,
cum l. ſeq. loquitur, & habet locum in caſu ſuo
particulari ſc. in locatione prædiorum fiſcalium,
12 text. verò † in l. ne cui generaliter in omnibus
alijs locationibus, & conſequenter diſpoſitio d. l.
congruit, & l. fin. eod. tit. venit limitatiuè, non
correctiuè ad diſpoſitionem d. l. ne cui, & quod
hoc ſit verum, vnus ex Dominis dicebat toto cę-
lo errare, & allucinatos verè eſſe, qui dicebant
tex. in d. l. congruit, & l. ſequ. eſſe editum poſt
tex. in d. l. ne cui, quinimmò totum contrarium
eſſe verum, ſiquidem text. in d. l. congruit, fuit
editus ab Imperatoribus Honorio, & Theodo-
ſio, qui ſecundum Euſebium de temporibus, Zo-
naram, & alios ſcriptores, nouiſſimè per Mexiam,
imperauerunt à Natiuitate Domini noſtri Ieſu
Chriſti. Anno 370. & obijt Theodoſius, vt Eu-
ſebiùs calculat, in anno 410. & tex. in l. fin. eo. tit.
fuit promulgatus ab Imperatoribus Theodoſio,
& Valentiniano, qui ſecundum eoſdem impera-
uerunt ab anno 400. vſque ad annum 450. ab ea-
dem Natiuitate Domini noſtri, quorum tempore
floruere Beatiſſimi, ac illa duo Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ luminaria, Ambroſius, & Auguſtinus, vt
ijdem fatentur, & in ſuo Ephemeride hiſtorico
calculat Conſtantinus fęlix Medicus, at tex. in l.
ne cui longè poſt editus fuit ſc. à Zenone Impe-
ratore, qui imperauit Anno Domini 470. & ſe-
cundū Euſebium obijt anno Domini 494. Qua-
re poſterior omnibus eſt d. l. ne cui. Et ſi vera
eſt regula, & diſpoſitio ſupra conſiderata, & pro
parte contraria ponderata, quod poſteriores le-
ges prioribus derogant, retorquetur illa ratio in
contrarium, quòd vtique d. l. lex ne cui derogat
diſpoſitioni d. l. congruit, & d. l. fi. tamquam poſt
illas promulgata, & ſic d. l. ne cui venit ad corre-
ctionem potius d. l. congruit, & l. fin. niſi illa iura
limitatiuè in caſu ſuo intelligantur, & remaneant
firma.

Dicebat ſecundò non eſſe verum rationem
finalem d. l. congruit eſſe æquitatem, nam æqui-
tas, de qua ibi non eſt finalis, ſed cauſa impulſi-
13 ua, † ſiquidem vera, & finalis ratio, alia nempè
fuit prima, quia conductores prædiorum priua-
torum finito tempore conductionis, non poſſunt
compelli relocare, & remanere in locatione, ſe-
cus in conductoribus fiſci, qui tribus in concur-
rentibus poſſunt compelli remanere in eadem
locatione, vt eſt caſus in *l. cotem ferro, §. qui ma-*
ximos, ff. de publica. & vectigal. Vbi Paul. de
Caſtr. & Bal. in l. prima num. 20. C. de hæred.
vel act. vend. Bar. in l. licitatio, §. primo, ff. de
publican. Peregrin. in tract. de iure fiſci, lib. 6.
tit. 5. num. 6. Ferron. in Conſuet. Burdigal. tit.
de locato, §. 2. quare, quia grauari poſſunt in lo-
catione remanere, Æquum fuit etiam, vt volen-
tes præferantur nouis cōductoribus, dum tamen
tantundem offerant, & hanc rationem aduertit,
Cyn. & poſt ipſum Salyc. d. l. ne cui, & Gomez
in tract. de locat. & cond. num. 5.

Secunda ratio, quia in conductoribus priua-
14 torum finito tempore habet locum tacita † re-
conductio, de qua in *l. Item quæritur, §. qui im-*
pleto, ff. locati, cum concord. quod ſecus eſt in
conductoribus fiſci. Qui non gaudent hoc be-
neficio, & priuilegio tacitæ reconductionis, vt
eſt caſus in *l. non intelligitur, §. cum in quinqué-*
nium, ff. de iur. fiſci, quare etiam æquum viſum
fuit, vt poſtquam in hoc etiam grauantur, rele-
uentur in alio ſc. vt præferantur nouis pro eodem
pretio, *arg. c. qui ſentit, de reg. iur. lib. 6.* dice-
batur etiam, quod non poterat, ſumi regula, &
diſpoſitio generalis ex tex. in d. l. congruit, quia
15 in multis † diuerſo iure cenſentur conductores
fiſcales à conductoribus priuatis, ſiquidem in
priuatis ſucceſſor non tenetur ſtare Colo. Sed
poteſt ipſum expellere *l. emptorem, C. loc. l. ſi*
merces, §. 1. ff. eod. & pleniſſimè in l. filiofam.
§. ſi vir. ff. ſol. matr. ſecus in conductoribus
fiſci. Quibus tenetur ſtare ſingularis ſucceſſor,
l. cognominus, C. de mancip. & Colon. patrim.
lib. 11.

Digitized by Google

nb.11. & Alex. in add. ad Bart. ibi dicit idem
ſeruari in conductore Eccleſiæ. Sed quicquid
controuertatur in Eccleſia, non eſt dubium in
conductoribus fiſci, *l. fin. in fin. ff. de iure fiſci,
Bart. Bald. Paul. Alex. ac alij in d. l. filiofam.
§. ſi vir. & Bal. in l. diuortio, ff. ſol. matrim.*
etiam quia conductores fiſcales habent proprios
Iudices, corã quibus debent conueniri, *l. ſi quis,
& l. cum aliquid, C. vbi cauſæ fiſcales*, quare
cum ſint differentes inter ſe ipſos in multis, di-
16 ſpoſitum in fiſcalibus † non eſt trahendum ad
priuatos, nec è contra, quia ex diuerſis non fit il-
latio, *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus*, &
ideò, quod ſuggeſſit æquitas in conductoribus
fiſcalibus, non eſt trahendum ad conductores
priuatorum, quia quæ diſpoſita ſunt pro cauſa
publica, non ſunt extendenda ad priuatam, vt
per *Ferron. vbi ſupra; §. 2.* & ideo diſpoſitio l.
congruit non poteſt eſſe correctoria d. l. ne cui,
quinimò totum contrarium poſſet ſuſtineri ex
17 ſupradictis. Sed verè diſpoſitio l. congruit † cum
cum l. ſeq. eſt limitatiua diſpoſitionis d. l. ne cui,
& ita ſentiunt omnes, & eſt communis, & vera
opinio, à qua non poſſumus recedere: nam ita
tenet, *gloſ. in d. l. ne cui, & ibi Cyn. Salyc. &
omnes alij, Alex. in l. ſi mihi, & Titio num. 19.
circa finem, ff. de verbor. obligat. Iacob. No-
uell. in tract. reg. vtriuſque iur. reg. 85. in ver-
bo locare, facit regulam de tex. d. l. ne cui. & li-
mitationem de tex. d. l. congruit, tamquam de
caſu ſpeciali, Io. de Platea in d. l. congruit, &
Rebuff. Boer. deciſ. 107. Affl. in probem. conſt.
Sancimus num. 2. & in tit. quæ ſint regalia in
verbo vectigalia num. 58. Marian. Socc. iunior
in fortiori caſu in conſ. 56. vol. 2. Ruin. in conſ.
168. col. fin. vol. 1 & ſentit idem Rom. conſil.
22. in pen. col. Intrigliol. in d. ſing. 352. cum
hac opinione pertranſit, Coſmus Nepita in con-
ſuet. Catin. i conſuet. Vnde locato tit. 29. num.
57 Peregr. in tract. de iur. fiſci, lib. 6. titul. 5.
num. 5 Anton. Gomes in tract. de loc. & cond.
num. 5 Sarmient. ſelectat. interpret. lib. 3. c. 7.
num. 3. Carroc. de locat. & conduct. par. 3. tit.
de libertate, q 1, nu. 25. fol. mihi 149. & Fab.
de Anna conſ. 77. Mar. Muta in conſuet. Pa-
nhormit. tit. de locationibus cap. 54. numer. 46.
Vbi allegat Vinc. Prouenzalem in d. l. ne cui re-
prehendentem, Afflict in d. deciſ. 238. & dicit
Proſper Carauita in additionibus ad Afflictum,
nuper in lucem editis, quod miratur de deciſion.
Afflict. cum text. in d. l. ne cui decidat contra-
rium.* & verè attenta deciſ. Afflict. eſſet nimium
reprimere facultatem, & libertatem locandi, &
diſponendi de re ſua cui Dominus velit: nam
licet dicat Affl. quod non cogitur Dominus lo-
care, ſi nemini vult locare, tamen ſatis eſt, quod
nolens cogatur locare magis vni, quam alteri, quo
caſu non poteſt negari quin concurrat intereſſe
18 † affectionis, & liberi arbitrij, nam cum velim
locare magis Titio, quam ſempronio, & cogerer
ſempronio relocare, cum quo non cadit tanta,
vel nulla affectio, & hoc eſt maximum intereſ-
ſe, & præiudicium, quia operationes noſtræ non
ſolum damno nos afficiunt, ſi tendunt ad dimi-
nutionem rerum, ſed etiam ſi tendunt ad dimi-
minutionẽ voluntatis arg. *l. fin. ff. de vſu, & ha-
bit. quem tex. expendit, Andr. in c. Imperialem
prima col. de prohib. feud. alienat. per Federic.*
in materia aſſenſus in alienatione feudaliũ, quòd
etiam ſi alienetur in meliorem debet interuenire,
19 quia intereſſe † Domini aſſentire debentis, con-
ſideratur non ſolum propter vtile, & damnum
rei, ſed voluntatis, etiam ſi alia perſona, cui fit
alienatio eſſet melior, ſecundum eundem in *c. 1.
in fin. in add. de eo. qui interf. fratr. dom. ſui,
& optimè declarat Camerar. verus feudorum
interpres in repet. d. c. imperialem pag. 4. col. 4.
littera R. cum ſeq.* & ambulatoria debet eſſe vo-
luntas noſtra, *l. 4. ff de adim. leg. l. fin. C. de
furt. l. cum hic ſtatus, §. ait oratio, ff. de donat.
inter virum, & vxorem cum alijs concord.* &
ideò præter intereſſe voluntatis ſuccurritur ver-
ſutijs, & malitijs ruſticorum, & conductorum,
qui ſemper dicerent ſe relocaſſe, *vt Cyn. & Sa-
lyc. & alij Doctores aduertunt in d. l. ne cui.*

Nec ratio ſumpta à Rubr. aliquid pœnitus ne-
gotij facit, quinimmò retorquetur in contrariũ,
quia Rubr. illa loquitur ſpecificè de locatione
prędiorum Ciuilium, Fiſcalium, ſiuè templorum,
20 ſiuè rei priuatæ, & hoc verbum rei priuatæ † nõ
importat res, ſeù prædia perſonarum priuatarũ,
ſed res priuatas ipſius Principis, Princeps enim
habet res publicas, ſeù dominicas, & patrimo-
niales, de quibus loquitur dicta Rubr. & *rubric.
de fundis patrimon. & rubr. particularis de fun-
dis rei priuatæ eo. libro, & gloſ. & Io. de Platea
ibi exponunt res priuatas Principis eſſe iura fiſ-
calia per tex. in l. 2. §. Item hoc, & l. 3. ff. ne
quid in loco publ. & notat gloſ. in l. 1. C. de
fund. & ſaltib. rei dom. & latius Platea in d.
Rubr. de fund. patrim. declarat etiam Bal. in
l. 1. num. 14. C. de hered. vel act. vend.* ergò
rubr. poſitiuè non loquitur de prædijs priuato-
rum, ſed tantummodo de fiſcalibus, & proprijs
ipſius Principis.

Ned minus obſtat ratio, quòd primo condu-
ctori diceretur fieri iniuria, quia opinio *Bart. in
21 d. §. permittitur*, eſt recepta in conductore † ad
longum tempus, & emphyteuta, qui acquirunt
vtile dominium, ſecus in conductore ad modi-
cum tempus, qui non habet niſi nudam tenutam,
vt per *Nepitam vbi ſupra à num. 41. cum ſequ.
& optimè per Dominum de Franch. in d. deciſ.
406. & melius in deciſ. 123.* quæ hic non repe-
to, verum eſt, quod concludit *Anton. de Butr. in
d. c. 1. de locato*, non reperiri iure cautum, quòd
quis compellatur relocare eidem niſi in condu-
22 ctore fiſci † & ſcholaribus per *d. tex. in cap. 1.*
qui poſſunt compellere ciues ad locandum eius
domos, ſi illas non inueniunt, vt tenet *Gul. de
cun. in l. decretum, C. de Epiſc. & Cler. quem
ſequitur, Bald. in l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 19.*
Qui extendit etiam ad religioſos non habentes
domos, & monaſteria, & ſequitur *Alex. in add.
ad Bart. in l. vn. §. habeat, C. de ſtud. libera-
lib. vrb. Romæ lib. 12. nouiſſimè Marius Muta
in conſuet. Panhorm. tit. de locationibus, c. 54.
num. 47. & Carroc. vbi ſupra, tit. de libert. q. 1.
num. 10.* vbi alios congerit, ſed reſpectu ſcola-
rium, hoc malè ſeruatur in Ciuitate noſtra Nea-
politana.

Digitized by Google

politana, in qua ex priuilegio particulari, ſcho-
lares, meretrices, aliæque perſonæ inhoneſtæ, & ſine vxore viuentes, repelluntur à cohabitando in vicis, vbi Ciues Neap. cum vxoribus, & familia degunt, & quoad meretrices, non eſt dubium ex doctr. *Paul. de Caſtr. in l. nullus, C. de ſumma Trin. & fide Cath. Quem ſequitur Dec. in l. ſemper in contractibus, ff. de Reg. iur. num. 4.*
23 Sed fortè poſſet † tentari, quod in locis, in quibus poſſunt habitare, procedat opinio Gul. de Cun. vt Domini domorum poſſint compelli ad locandum ratione publicæ vtilitatis, quæ in ijs conſideratur: ſed ad rem redeundo S. C. his
24 diſcuſſis cenſuit † tex. in l. ne cui, facere diſpoſitionem generalem, & tex. in l. congruit cum l. ſeq. habere locum limitatiuè in caſu ſpeciali, in conductore prædiorum fiſcalium, & cum contingiſſet caſus, inter conductores molendinorum Sancti Iacobi Inſulæ Caprearum, ſitorum in Ciuitate Caſtri Maris de Stabia, prætendente Priore, ac vetere conductore, prælationem, me referente, fuit deciſum, non eſſe præferendum, ſed nouum conductorem in conductione manutenendum, & hoc in Aula, in qua alias reſidebam, & præſidebat eruditus Conſiliarius Petrus Paulus Theodorus, & in eadem Aula votauit Conſi-
25 liarius † Horatius Marcheſius, qui fuit datus adiunctus Iure Conſ. miræ memoriæ, & doctrinæ.
26 Iterum ad relationem † M. Curiæ Vicariæ in causa inter Scipionem Venere conductorem Gabellæ Sancti Martini huius fideliſſimæ Ciuitatis, cum Carolo Sancto Antonio, cui ſecundo loco Monaſterium prædictum locauerat dictas gabellas, cauſa mature audita, & diſcuſſa, fuit idem deciſum, quia non ſunt gabellæ fiſcales, in quibus haberet locum prælatio ex *Doctr. Lucæ de Pen. in d. l. fin. in fine, C. de loc. præd. ciuil. licèt dicat Andreas de Barulo in d. l. congruit,* quòd neq; ſeruatur in Regno noſtro in gabellis. Quia auferentur primis gabellarijs, niſi plus offerant. Sed in alio Codice eiuſdem Andreæ de Barulo, quem habeo manu ſcriptum, non impreſſum, notat d. l. congruit pro conducentibus vectigalia; quia debent alijs præferri. Sed veritas eſt, quòd
27 hodie Regia Camera plus † offerentibus liberat gabellas, & vectigalia, & aufert prioribus, niſi plus offeratur, & ita obſeruatur, & practicatur, quicquid dixerit Luc. de Pen. Decretum eſt penes Secretarium, Relator fuit Aloyſius Belcarce Iudex cauſarum Ciuilium M. Cur. Quia Sacr. Conſil. confirmauit decretum magnæ Curiæ, quæ idem iudicauerat, & hæc deciſio fuit in alia Aula, in qua ego, nunc, Præſideo, & votauerunt omnes
28 Collegæ diſertiſſimi Iure Conſulti Marcus † Anton. de Ponte, Carolus de Tappia, Areualus Sedenno, & Iacobus de Franchis die 14. Auguſti 1602. apud Secretarium Sac. Conſilij.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Conductor antiquus, an præferatur nouo conductori ex ratione num. 2. & 3.*
4 *Iniuria fit antiquo conductori dum ei ſecundus præfertur.*
5 *Antiquus conductor non præfertur ſecundo etiam in prædio ruſtico, & declaratur Afflict. deciſ. 238.*
6 *Conductor primus etiam ſi rem conductam melioraſſet adhuc non præfertur cum ampliat. & limit. num 7. & 8.*
8 *L. congruit loquitur in prædijs fiſcalibus.*
10 *Lex congruit à quibus fuit compilata ex.*
11 *Conductor primus an præferatur in prædijs Eccleſiæ ſecundo.*
13 *Scolares an præferantur in prædijs ſecundo conductori nu. 12. cum ampl. & declarat. & ibi plura de exſtracto ſcholarium.*
14 *Conductor negando rem reſtituere dicitur dominum expoliare.*
15 *Conductor antiquus perſona miſerabilis an præferatur nouo conductori.*

1 PRO practibali quæſtione iſtius deciſionis ſi antiquus conductor nouo præferatur, pro eodem pretio faciunt Camillus de Racta conſil. 58. (quia res) *R. de Ponte conſil. 23. Caualc. deciſ. ſoni 33. 27. num. 63. Viſconte in cit. deciſ. de Franch. allegat. per Doctiſſimum Anth. ex Carsar. deciſ. 77. & alijs deciſionibus, & Detian. conſ. 14. num. 28. vol. 2.*
2 † fauore libertatis dominorum, vt liberè poſſint locare, &c. *Ruin. conſ. 119. num. 3. in principio. hinc Marta deciſ 149. quem allegat Ricc. coll. deciſ. 2033.* refert reſolutum non potuiſſe antiquum conductorẽ in vltimo anno reſtipulare terram in præiudicium domini, & futuri condu-
3 ctoris, † & id cauetur ex operatione æqualitatis, quod ſicuti conductor finito tempore non poteſt cogi ad continuandam conductionem, *l. inuitus, vt in meo prat. C. locati*, ita nec etiam dominus cogi, ad relocandum, *Paſchal. de patr. poteſt. p. 4. c. 6. nu. 33. Canalc. deciſ 30. nu. 97. & dec. 37. n. 47 p. 2.* vbi nec primus cõductor præfertur. *Tuſc. littera L. concluſ. 422. num. 12. &*
4 *Giurba deciſ. 59. per totum*, † licet poteſt dici ex huiuſmodi prælatione, quæ non datur tali antiquo conductori fieri ei iniuriã, vt *Rugmella p. ſ. q. 9. c. 22. num. 7.* & maximè cum nullam habuerit expellendi occaſionem, & alteri relocandi Dominus, vt *Marta voto 35. num 12. & Tuſc. d. littera L. concluſ. 422. num. 1. & 2.* & etiam in prædio ruſtico, *vt patet conſil. cit. de Ponte, & Ann. per Auth. allegatum, Foll. in conſt. ſicut accepimus, num. 37. Duen. regul. 85. quia Affl. in deciſ. relata 238.* loquitur ſtante Neapolita-

na

Digitized by Google

na conſuetudine, quam allegat, immò idem *Aff. contrarium ſentÿt in conſt. ſtatuimus tit. de iure congrui in prin. nu. 2. eius quod in dicta deciſ. 238. dixerat, Paſchal. allegato loco, & num. D. R. Valen conſ. 75. Capibl. ſingul. 96. & Ammen-*
6 *dol. ad cit. deciſ. 466. de Frauch. in prin.* † inde, & ſi melioraſſet rem conductam primus conductor adhuc non præfertur, *Valaſc. de emphiteuſo q. 21. & Anna cit. conſ. 77. num. 29.* vbi ampliat
7 etiamſi eſſent factæ expenſæ in disboſcando cum illę pertineant ad conductorem. *Caſtrenſ. conſil. 270. num. 3. lib. 2. Neguſ. de pign. p. 5. mem. 4. nu. 11. cũ diſtin. de qua per eũdem Valaſc. d. tract.*
8 *de emphit. q. 25. nu. 15.* † ſed quando fundos ſteriles reduxiſſent ad culturam tunc non dubito præferendos primos conductores, *Vt Honded. conſ. 85. num. 42. lib. 1. Burſat. conſ. 330. nu. 136. lib* 3. immò poſſet dici non teneri ad maiorem
9 canonem *cõtra Auth. deciſ. 34. nu. 46*)& præcit. l. congruit procedere propriè in prædijs fiſcalibus, in quibus ſpeciale eſt, vt antiquus conductor nouo præferatur ſi eandem offerat penſionem, *Coſta ſubſid. remed. 76 num. 3. de Ponte cit. conſ. num. 11. & 12 Vin. deciſ. 308. nu. 7. 8 9. & 10. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 5. tit. 3. num. 27. & Peregr. de iur. fiſci lib. 6. tit. 5. num. 5. vt allegat, Gimba allegato loco, & vide Grat. diſcept. forenſ. 357. num. 6. tom. 2.* quam l. congruit nota fuiſſe factam ab Honorio, & Theodoſio eius ne-
10 pote ex Arcadio germano prætore † & à contrario, l. ne cui ex quibus DD. ſumunt præcitatas concluſiones fuiſſe factam à Zenone, qui fuit gener Leonis Imperatoris, & imperauit ann. 481. & obijt anno 492. poſt diuiſum imperium occidentis, & orientis, *vt Ratta cit. conſ. 18. num. 20. & ſequentib.* prout in prædijs Eccleſiæ, *Cenal. com. contra communes q. 756. num. 6. & ſequen. Gratian. diſcept. forenſ. c. 715. num. 10. tom. 4.*
11 ratione æquitatis, dum primus conductor offert eandem penſionem, *vt id. Grat. d. c. 357. nu. 42. tom. 2. nu. 42. ſed vide Genuenſ. practicab. eccl. q. 421. & Theſ. quæſt foreuſ. lib. 3. cap. 93.*
12 † Ex in ſcholaribus habes alium caſum, quod præferuntur, prout magiſtri in retentione domus conductæ contra ſecundum conductorem quãuis tales priuati non habeant ius in re, *Mantuan. conſ. 48. num. 3. lib. 1. Grat. dicta diſcept.*
13 *357. num. 24.* † ſed hoc venit intelligendum in ſcholaribus Neapolitanis non exteris quibus non ſolũ nõ datur prælatio, ſed exſractus, dũ habitãt in locis honeſtis, vt dixi in prat. meo ad *l. mimg. C. de epiſc. audien. infra in add. 54. & tãgit, Ann. ſing. 338*, vbi filius larga manu addidit, & ego aliqua pariter ibi cumulaui, inde in alijs caſib⁹ reſtituat rem conductam primus conductor, & aliud
14 non videat ſentire † cum conductor negando rem reſtituere locatam dicitur dominũ expoliare, *l. Colonus, ff. de vi, & vi armata, l. conductores, C. locati, vt in meo prato dixi Gratian. deciſ. 221: numer. 32. Marant. tractat. de remed. poſſeſſ. num. 32.* ideo pro reſtitutione poteſt conueniri conductor à locatione remedio legis, ſi quis conductionis, *C. locati, vt in ead. prat. meo ad ipſam dixi ex Afflict. deciſ. 22. vbi Vrſill. nu. 5. Vin. opin. 135. num. 5. Valaſc. conſult. 42.* *qui ponit limitationes. & vide Viſconte concluſione conductor negando reſtituere, &c.*
15 † Et fauore miſerabilium perſonarum, neque procedit concluſio noſtræ deciſionis, quia ſi miſerabiles perſonæ conducunt domum pro eorum commoditate finito tempore locationis nõ poſſunt expelli ſi velint offerre quantũ alij offerunt, vt latiſſimè *Nouar. de priuileg. miſerab. perſonarum princip. 42. num. 3. & ſeq.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An nouus conceſſionarius debeat præferri veteri emphiteotæ.

SVMMARIVM.

1 *VEterem emphiteotam, ſeù eius deſcendentes præferri nouo Conceſſionario.*
2 *Facti ſpecies.*
3 *Emphiteuſis contractu finito, non teneri Eccleſiam renouare.*
4 *Verbum liberè, importat idem, quod ſine aliquo impedimento, & contradictione.*
5 *Leges ciuiles, niſi ſint expreſſè à canone approbatæ, non ſunt contra Eccleſiam recipienda.*
6 *Finito tempore, poteſt directus dominus emphiteotam, propria authoritate expellere.*
7 *Emphiteota expulſus à domino, non habet habet remedium poſſeſſorium.*
8 *Veteri emphiteotæ, re non integra, non datur actio, nec prælatio.*
9 *Qui malè verſatur in re conducta, non poteſt petere prælationem, immò expelli potes.*
10 *Emphiteota inops effectus, & non idoneus, non poteſt petere renouationem.*
11 *Ceſſat prælatio, cum emphiteota non vult res conceſſas pro ſuo, & ſeruitio, ſed vt ipſe alijs concederet.*
12 *Vicinus, cui competit ius prothomiſeos, ſi non pro ſui commodo, & vſu, ſed vt alijs refundat, eo vti velit, carere debet commodo, & beneficio retractus.*
13 *Doctrinam Bart. in l. 1. §. permictitur, ff. de aqua quotidian. & æſtiua, procedere etiam contra Eccleſiam.*
14 *Tex. in c. ex parte ext. de feud. declaratur.*
15 *Eccleſia volente renouare, ſeù relocare, quòd cæteris paribus præferatur vetus emphiteota, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*
16 *Iniuſtum eſt, & dolendum, labores noſtros ab alijs poſſideri.*
17 *Cum Eccleſia in emphiteuſim concedit ex-*

trancie

*traneis, & non alicui ex agnatis, primi
emphiteota, etiam re non integra, facul-
tas, & actio petendi reuocationem, du-
rat annis triginta, & minori ſpatio non
tollitur.*

18 *Cum conceſſio ſit alicui ex agnatis, etiam
quòd non eſſent deſcendentes primi inueſti-
ti, tunc anno durat facultas petendi reno-
uationem.*

19 *Renouatio eſt facienda, & prælatio conce-
denda pro eiſdem conductionibus, prætio,
& qualitatibus ab extraneo oblatis.*

20 *Tex. l. ne cui, C. locat. procedit in locatione
ad tempus, in qua non transfertur vtile
dominium, & poſſeſſio. ſed tantum nuda
tenuta non autem in emphiteuſi.*

DECISIO VI.

DOminus Præſes de
Franchis, quamuis
elegánter, & doctiſſi-
mè referat in eius de-
ciſ. 123. In cauſa Mo-
naſterij S. Petri Mar-
tiris fuiſſe deciſum
per Sacrum Conſiliũ,
1 † veterem Emphiteu-
tam, ſeu eius deſcen-
2 dentes, eſſe præferendos nouo Conceſſionario. †
Tamen cum in anno 1598. contigiſſet iterum
difficultari de eodem articulo, in cauſa conceſ-
ſionis in emphiteuſim factæ quarundam domo-
rum per Monaſterium iam dictum Io. Philippo
Cannauali, ſub annuo Canone ducatorum 70.
pro annis 29. tantùm incipiendis à die 15. Auguſti
1572. & finiendis ſub die 15. Auguſti 1601. &
dum tempus relocationis, ſeu renouationis fa-
ciendæ appropinquaret, præcedentibus prius
ſubhaſtationibus die 18. Decembris 1599. dictas
domos conceſſit Alphonſo Piſterio pro totidem
annis viginti nouem tantùm incipiendis à 15. Au-
guſti 1601. ſub annuo canone ducatorum centũ,
& cum intratura ducatorum ſeptingentum. Orta
fuit lis in Sacro Conſilio inter filios, & deſcendẽ-
tes dicti primi conceſſionarij, & dictum Alphon-
ſum Piſterium ſuper prælatione, ſeu renouatio-
ne quam dicti Cannauales prætendebant, & in
lite prædicta poſt modum ſubintrauit Monaſte-
rium defendendo nouam conceſſionem prædi-
cto Piſterio factam, & licèt Monaſterio, & nouo
emphyteutæ ſufficere debuiſſet deciſio prædicta
Sacri Conſilij, cuius Monaſterium ipſum cauſa
fuit, vt à perfidia harum conceſſionum in iniu-
riam veterum conductorum (vt Docto. dicunt)
abſtinere deberent, & liti cedere. Nihilominus
denuo Aduocati, & non imperiti, qui partes Mo-
naſterij, & noui emphyteutæ ſubſtinebant, accer-
rimè impugnauerunt doctrinam, & opinionem,
*Bart. in l. 1. §. permictitur, ff. de aqua quotid. &
æſtiua*, & ſequacium, quę eſt Baſis, & fundamen-
tum d. deciſion. D. de Franchis, quod non ſit re-
cepta in emphyteuſi Eccleſiæ, ſed priuatorum
tantùm ex Doctr. *Alex. in l. ſi mihi, & Titio
num. 19. ff. de verb. oblig.* qui limitat dictam Bar.
opinionem, vbi Eccleſia concederet, quia non
tenetur renouare per tex. *in cap. ex parte ext. de
4 feud.* ponderando ibi tex. in verbo liberè, quod
importat idem, quod ſine aliquo impedimento,
& contradictione per *gloſ. in Clem. dudum de
ſupplend. neglig. prælat. cum concordantibus, quã
allegat Rom. tenens eandem opinionem contra
Bart. in conſ. 155. & conſ. 70.* vbi dicit ſe contra
Bart. conſuluiſſe apud Ariminum etiam, quia
opinio Bart. eſt fundata ſuper legibus ciuilibus,
quæ niſi ſint expreſsè à canone approbatæ non
ſunt contra Eccleſiam recipiendæ, *cap. Eccleſia
Sanctæ Mariæ extr. de conſtit.* & non defuerunt
alij grauiſſimi viri contra Bar. ſentientes ſc. *Ang.
in conſ. 189. Paul. de Caſtro conſ. 32. volum. 1.
Alex. conſ. 68. volum 1. Fulgoſ. conſ. 222. circa
finem, Imol. in d. l. ſi mihi, & Titio in cap. pen.
extra de poſtulat. prælat. Iaſ. in l. manumiſſio-
nes, ff. de iuſt. & iure, & in conſil. 14. num.
volum. 3. Gozad. conſ. 39. & 71. & Grauus, qui
dicit hanc eſſe communem opinionem conſil. 110.
num. 63.*

Secundò opponebatur caſum iſtum eſſe diuer-
ſum ab illo, de quo in d. deciſ. de Franchis ſi-
quidem ibi erat facta conceſſio ad 29. ann. ad re-
nouandum, hic ad viginti nouem ann. tantum cũ
hac clauſula taxatiua tantùm abſque pacto, & fa-
cultate renouandi, quare finito tempore poterat
Monaſterium propria authoritate emphyteutam
expellere, *l. 2. C. de iur. emph. Bar. in l. 1. C. eo.
& in l. creditores, C. de pignorib. Gozad. in
conſ. 39. num. 25. & conſil. 86. num. 11.* vbi hanc
eſſe communem opinionem, de qua latius per
*Clarum in ſuo tract. §. emphiteuſis queſt. 11. 25.
& 44.* quinimmò emphyteuta expulſus à domi-
no non habet remedium poſſeſſorium, *c. de re-
7 integranda, vt tenet Coru. in conſ. 171. volum. 3.
& in conſ. 166. volum. 2.*

Dicebatur tertiò rem hic non eſſe integram,
8 nam iſti Cannauales poſt inueſtituram factam Pi-
ſterio, & poſſeſſionem adeptam petierunt præla-
tionem, ſeu renouationem, quo caſu non datur
actio, nec prælatio, *vt voluit Rom. in d. conſ. 70.
Alexan. conſil. 10. in fine volum. 3. Franc. Curt.
ſen. conſil. 48. & Corſet. in add. ad Abb. in cap.
bonæ extra de poſtul. prælat. & in cap. præſen-
tia ext. de probat. Gozad. qui dicit eſſe commu-
nem opin. in conſ. 39. & conſ. 71. Ruin. conſil. 5.
in fine volum. 1. Afflict. in conſt. ſicut accepi-
de filijs cler. Clarus in §. emphyteuſis quæſt. 43.
verſ. ſed pone, quod poſt finitam quicquid con-
trarium teneat, Alexan. in conſ. 83. volum. 3 &
idem Gozad. ſibi contrarius in conſ 86. num. 24.
Pariſ. conſ. 28. num. 3. & ſeq vol. 1.*

Quartò opponebatur Cannauales verſatos fuiſ-
9 ſe in re conducta, nam potius deteriorauerant,
quàm meliorauerant domos prędictas, quare de-
neganda erat prælatio, immò expelli poterant, ex
reg. *l. ædem, C. de locato, cum ibi not.*

Quintò aduertebatur præter domorum de-
teriorationem; eoſdem deterioris conditionis,
effectos inopes, non idoneos ob multa debita

contracta,

contracto, quorum cauſa, creditores eiſdem di-
lationem quinquennalem concesſeruut, quare
Monaſterio non erat conſultum renouare, quia
ſequeretur Eccleſiæ magnum detrimentum, ex
dictis per *Pariſ. in conſ.* 101.*col. fin. vol.*1.

Sextò, quòd domos prædictas nolebant pro
11 eorum vſu, & ſeruitio, ſed vt ipſi alijs concede-
rent, & locarent, quo caſu ceſſat prælatio, *l. fin.*
vbi Iaſ. & aly, C. de iur. emphyt. late Tiraquell.
de retr. conſang §. 26. *gloſ.* 1. *in ver. non poteſt*
*num.*40. *Caccher. deciſ.*116. *Rota Bonon. deciſ.*9.
& faciunt dicta per Doctor. in vicino, cui com-
petit ius prothomiſeos, qui ſi non pro ſui com-
12 modo, & vſu, ſed vt alijs refundat, eo vti velit
carere debet commodo, & beneficio retractus,
vt per *Boer. qui alios citat in deciſ.* 139. *Papa*
*quæſt.*41 1.*& antè omnes Faber. inſt. de acquiſit.*
quæ ſit per arrogat. in prin. & Alber. 1. *par. ſtat.*
*q.*82. *& Hip. ſing.* 64.

Sed his non obſtantibus Sacrum Conſilium
die 18. Nouembris 1602. me referente cenſuit
prædictos Cannauales eſſe præferendos, & nemi-
13 ne diſcrepante fuit canonizata doctrina, & opi-
nio, *Bart. in d. l.* 1. §. *permittitur, & in l.* 1. *ff.*
de priuil. cred. & in d. l. ſi mihi, & Titio, etiam
contra Eccleſiam prout iam fuerat recepta, &
practicata contra idem Monaſterium, & in d. de-
ciſ. 123. Nam licet controuerſia fuerit, an habe-
ret locum in conceſſione facta per Eccleſiam, ta-
men frequentiori doctorum calculo etiam con-
tra Eccleſiam vendicare ſibi locum, concluſum
eſt ita, vt de ea amplius dubitare nefas ſit, quia o-
pinio *Bart. teſte etiam Alexan. in d. l. ſi mihi,*
& Titio, & profitentes omnes, quod habet ma-
gnam æquitatem, & ſemper fuit recepta in pra-
ctica, & illam extollit, *Ancaran. in conſ. penult.*
cui ſe ſubſcripſerunt multi famoſi Doct. & idem
in conſ 170. *&* 174. *& ex profeſſo Dec. in conſil.*
131. dicit etiam contra Eccleſiam recipiendam,
& eſſe communem opinionem, & eam ſequitur
vniuerſa ferè ſcola *Doctor. tàm in lecturis, quàm*
in conſilijs, & canoniſtæ in cap. pen. extra de
poſtulat. & ab ea in iudicando, & conſulendo nõ
eſſe recedendum dicit *Iul. Clar. in* §. *emphiteu-*
*ſis queſt.*43. *verſ. ſed quæro nunquid, & Gabr.*
*in ſuo tract. com. opin. lib.*3. *concl.*1. *num.*23. &
magis communem dicit *Plotus in concl.*12. *lib.*1.
*limit.*3. *quam allegat Nepit. in conſuet. Catin.*
*tit.*29. *in conſuet. vn. de locat. apotec. num.*60. Sed
credo, quod voluit allegare *Portium in tract. re-*
*gul. vtriuſque iuris lib.*1. *ſuarum concluſionum,*
*concluſ.*12. *verſ. tertiò limitatur.* Vbi dicit hanc
eſſe magis communem, pro qua Catalogum Do-
ctor. congerit, & dicta per Portium ſibi aſcripſit,
& tranſcripſit de verbo ad verbum, *Gabriel in*
ſuis communib. opinionib. vbi ſupra, & idem
*tenet Marius Muta in conſuet. Panhor. titul.*54.
de locat. num 47. *circa finem*, & allegat additio-
nem ad *Rhodoan. in tract. de reb. eccleſ. non alien.*
*quæſt.*35. & etiam magis communem dicit *Car-*
*roc. in tract. de locato in tit. de libert. quæſt.*1. *nu-*
*mer.*29. 30. *&* 31. quinimmò idem Doctor. qui
contrariam opinionem tenuerunt poſtea ſibi ip-
ſis contrarij reſipiſcentes hanc, vt veriſſimam ſit
amplexi, vt fuit inter alios, *Alex. in conſ.*80. *vo-*
*lum.*1. *num.* etiam ſi eſſet facta conceſſio ad li-
bellum de nouennio ad nouennium, vt per *Socc.*
*conſ.*99. *volum* 1. *Gabr. de communi vbi ſupra*
*num.*4. Et ideo non eſt aliqua conſideratione di-
gna ratio, qua *Alex. mouetur contra opinionem*
Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio per tex. in capit. ex
parte extra de feud. nam ibi Summus Pontifex
ponit illum prædictum caſum, qui ponderatur
ab Alexandro, qui eſt pœnitus diuerſus ab iſto,
ibi etenim Epiſcopus Mediolanen. infeudauit, &
iurauit alijs de nouo non infeudare inconſulto
Summo Pontifice, mortuo feudatario, dubitabat
an poſſet iterum infeudare non obſtante iuramẽ-
to, reſpondet Summus Pontifex feudum dece-
dentis liberè, ſi viderit expedire concedere poſſe,
& illud verbum, liberè, refertur ad obſtaculum
iuramenti: quod tollit Pontifex, de quo præcipuè
dubitabatur non ad liberam facultatem conce-
dendi, & de nouo infeudandi, & eſto referretur
ad facultatem infeudandi de nouo libere debet,
& poteſt intelligi, dummodo non in iniuriam, &
præiudicium deſcendentium, quia illos non ex-
cludit Summus Pontifex. Et ideò, vel illa pon-
deratio non obſtat, vel nihil ponit in eſſe, nec eſt
verùm, quòd leges ciuiles in hoc ſint contra li-
bertatem Eccleſiaſticam, quia eſſent ſic aufer-
rent liberam facultatem à principio Eccleſię cõ-
cedendi res ſuas in emphyteuſim, cui vellet, vel
ſi Eccleſia nolente concedere amplius poſt fini-
tam primam locationem, & vellet penes ſe reti-
nere, cogeretur præciſè ad renouandum, quia
iſto caſu non ſolum, non ſunt contra, ſed fauent
Eccleſiæ volenti pro ſe retinere, quia nemini fa-
cit iniuriam, & non poteſt cogi ad relocandum,
& renouandum, vt per *Aret. Alex. & alios in*
*d. l. ſi mihi, & Titio, Cur. in conſ.*48. *Rom. conſ.*
22. *Portius in d. concluſ.*12. *in* 4. *limit. Iaſ. conſ.*
24. *volum.*3. *Ripa in d. l.* 1. *ff. de priuil. cred. nu.*9.
*Gozad. conſil.*39. *Ruin. conſ.* 151. 152. *&* 155. *vo-*
lum 1. *Calcan. conſ.*8. *num.*45. Quicquid contra
ſentiat *Dec. in conſ.*131. *& conſ.* 328. cuius au-
thoritas, & rationes fluctuare fecerunt *Iulium*
*Clarum d. quæſt.*43. *in fine præter Abb. & ad-*
dentes ad ipſum, & cæteros Canoniſtas in capit.
bonæ lo ſecondo extr. de poſtul. prælat. ſed Ec-
15 cleſia volente renouare, ſeu relocare, quòd præ-
feratur ceteris paribus vetus emphyteuta non
eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, & nemo
poterit hoc defendere, non eſt dubium, quod
fieret illi iniuria, & eſſet maxima iniquitas, quam
Eccleſia pati non debet, quæ eſt cultrix, & au-
trix iuſtitiæ, & æquitatis, Et ex his fuit dictum
corruere ſecundum obſtaculum, quia illa clauſu-
la taxatiua tantùm nõ obeſt Eccleſiæ volenti alijs
relocare propter iniuriam, quę fieret primo con-
ductori etiam nullo exiſtente pacto ad renouan-
dum, quia ſatis eſt Eccleſiam nolle retinere pro
ſe, ſed alijs concedere: debet ſugerente æquita-
te præferri vetus emphyteuta, vt in his proprijs
terminis nullo exiſtente pacto ad renouandum,
tenet *Socc. in conſ.*99. *num.*7. *volum.*1. ac dicit
eſſe communem opinionem, vt idem *Hypol. Ri-*
minal. iun. conſil 94. *num.*19. *volum.*1. *vbi repro-*
*bat, Angel. in conſ.*184. dicentem hãc eſſe actio-
nem perſonalem contra dominum directum, vt
ibi per

Digitized by Google

ibi per eum, iniuſtum eſt enim, & dolendum labores noſtros ab alijs poſſideri, inquit *tex. in l. 2. C. de alluuionibus, & Pallud.* & quia Cannauales fecerunt multas meliorationes, quæ ratio poteſt mouere quempiam, vt extraneus potiatur, vt ipſi excludantur, & lugeant.

Tertium obſtaculum facilè dirutum fuit, quia oſtenſum eſt tempore motæ litis per Cannauales rem eſſe integrã, quia durabat adhuc poſſeſſio in eorum perſona, & ideo integra. *Alex. conſ. 113. nu. 8. vol. 1. Iaſ. in l. qui in aliena ff. de acquir. hæred. in princ. Abb. conſ. 184. volum. 2. & ibi addentes Dec. & ibi add. in conſ. 583. nu. 6. Socc. conſ. 167. num. 10. vol. 2.* & Piſterius non habebat niſi nudam tenutam, quia homine Cannaualium poſſidebat tanquam eorum inquilinus, nam prædicta conceſſio durabat vſque ad diem 15. Auguſti 1601. conceſſio facta Piſterio licèt fuerit facta die 18. Decembris 1599. non præiudicauit Cannaualibus poſſeſſoribus etiam ex pacto, quia fuit facta in menſe Decembris incipienda tamen à die 15. Auguſti 1601. & lis fuit mota per Cannauales die 15. Maij 1600. & ſic per annum, & menſem ante finitam conceſſionem in eorum perſona, præterea dixit vnus ex Dominis, quod etiam ſi res non eſſet integra, quando Eccleſia concedit extraneis, vt hic, & non alicui ex agnatis primi emphyteutæ, tunc facultas, & actio petendi renouationem, & prælationem durat annis triginta, & minori ſpatio non tollitur, nec præſcribitur per *gloſ. communiter receptam in cap. ſi Titius ſi de feud. fuer. controuer. quam ad id allegat Alexand. in d. l. ſi mihi, & Titio, & Iaſon in conſil. 7. volum. 3. qui teſtatur eſſe communem, Brun. conſ. 67. colum. 3. idem Alexand. conſ. 15. volum. 3. Decius dict. conſ. 328. in princ. & conſ. 395. vbi etiam dicit eſſe communem præter alios congeſtor per Tiraquell. de retract. 1. §. 1 nu. 5. & per Velaſcum in conſultat. 101. num. 3. & per Gabrielem, & Portium in locis ſupra citatis.* Se-
18 cus eſſet ſi conceſſio fieret alicui ex agnatis, etiã quòd non eſſent deſcendentes primi inueſtiti, quia tunc anno durat hæc facultas *per tex. in dict. capit. Titius, vt tenent relati Doctor.*

Nec de quarto obiecto fuit habita ratio aliqua, nam ex relationibus Tabulariorum, & expertorum liquet in proceſſu adeſſe meliorationes factas per prædictos Cannauales tranſcendentes longè ſummam ducatorum tercentum, & nullam adeſſe deteriorationem, pro vt Monaſterium prætendebat conſideratione dignam.

Neque deterioratio conditionis quinto loco appoſita aliquid penitus negotij facit, nam dilatio quinquennalis non fuit conceſſa omnibus, qui erant in iudicio, & prælationem petebant, & ideo fuit dictum ſufficere adeſſe de deſcendentibus vnum, aut alterum, contra quem huiuſmodi exceptio non poſſet opponi, & conſequenter habebatur idoneus, & poterat ipſe ſolus prælationem prætendere; ſed reſpectu omnium fuit etiam conſideratum, quòd iam dilatio quinquẽnalis finita erat, & liberè abſque moleſtia creditorum incedebant illi, quibus dilatio prædicta erat conceſſa, credendum erat ſuis creditoribus ſatisfeciſſe, prout dicebant Aduocati in Aula, & ad claudendum os Monaſterio, obtulerunt cautionem de ſoluendo annis ſingulis canonem annuorum ducatorum centum per Piſterium auctum, & promiſſum, & illicò ſoluere Monaſterio ducatos ſeptingentum pro intratura, & nul-
19 li dubiũ, quod renouatio cõcedenda eſt, & prælatio concenda eiſdem conductoribus pro pretio, & qualitatibus ab alio extraneo oblatis, non prout cum ipſis erat cautum in conceſſione eorum Patri facta, vt dicit *Rip. in l. 1. verſ. 5. intellige ff. de priuileg. cred. Aſin. in l. ſi quis ſepulchrum num. 16. ff. de relig. & ſumpt. fun.* quarè Monaſterio erat cautum per cautionem, qua mediante habebat plures obligatos pro canonis ſolutione, & non efficiebatur eius ius deterius, nec detrimentum pati poterat, etiam quia illis deficientibus per biennium à ſolutione Canonis, Monaſterium prædictum habet remediũ iuris ipſos expellendi ratione caducitatis, & locandi cui voluerit in eorum detrimentum.

Sextum obſtaculum non fuit per Monaſteriũ in facto probatum, quinimmò prædicti Cannauales ſemper etiam cum iuramento vti principales interrogati profeſſi ſunt domos prædictas, & prælationem velle pro ſe ipſis, non pro alijs, & hoc tempus indicabit quare fuit lata ſententia pro Cannaualibus, & prælati, ſolutis prius per eos ducatis ſeptingentum pro intratura, quos Piſterius iam Soluerat Monaſterio, & præſtita cautione pœnes acta Sacri Conſilij de ſoluendo annis ſingulis canonem ducatorum centum, & hic eſt caſus, in quo non habet locum *l. ne cui. C. loc.* quia in locatione ad tempus, in qua non transfertur vtile Dominium, & poſſeſſio vt in emphiteuſi, ſed tantùm nuda tenuta procedit ille tex. vt diximus in deciſ. præced.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta primus an præferatur nouo cum ampl. nu 2. & 5.*
3 *Similitudo traditur inter emphiteutam, & feudatarium.*
4 *Prælationis, quæ datur domino directo materia enuntiatur.*

1 VT in conductore præcedens decidit præſens in emphiteota decernit, quod nouus conceſſionarius præferatur veteri emphiteotæ *teſtibus Zerula in praxi epiſcopali verbo ius congrui in princ. p. p. Gratian. diſcept. forenſ. c. 357. num. 25. tom. 2. Anna in ſingul. 529. vbi addidi larga manu Gaill. obſeru. 148 num. 3. lib. 2. & Ricc. coll. deciſ. 2129.* & id extenditur non ſolum in emphiteoſi, ſed in feudo, vt am-
2 pliauit, *Reg. de Ponte in tract. titul 3. §. 3. nu. 1. ex Curtio in tract. feudorum 2. p. quæſt. 15.* ita

15. ita vt finita generatione teneatur dominus inueſtituram renouare agnatis ſuperſtitibus aliter diceretur ſaccre iniuriam, & poſſet appellari extendendo de emphiteoſi ad ſeudum *ex Pereira de renouat. emphiteuſ. q. 8. num. 24. Clar. § feudum q. 87. & Petr. Gregor. de conceſſione feudi par. p. cap. 4. & vide tu Vm. in Sylua commun. opin. 144. emphiteoſis, & Aflict. in l imperialem in 12. notabili nu. 55. de prohib. feud. alienatione per Feder. & Borrell. in ſumm. deciſ. p p. tit. 33. nu. 264. & ſeq. & Valaſc. dec.* 103. inde
3 applicatur, † quod ſicut emphyteuta ſacere poteſt, ita ſeudatarius alium ſeudatarium, *Camill. de Medicis conſil.* 145. *num. 2. & ibi num.* 10. emphiteutas ſeudatarios, & vſufructuarios experari, & in prælatione, quæ datur Domino directo, per
4 *Ricc. deciſ. 58 p. 2.* per infinitos quos allegat, vt *Rhendell. de iur. prothomiſ. verſ. rem immobilem numer.* 10 *Capic. deciſ. 99.* ſed non dum non vult pro vſu ſuo *Guid. Pap. deciſione* 411.
5 † & quando præferatur ſecundus emphyteuta, per *Rot. deciſ. 2. in antiquis de locatione. & plura, Ricc. coll. deciſ. 1395. & vide Farinac. deciſ.* 791. quando negligens fuit in petenda renouatione emphyteota antiquus, prout ſi Dominus directus, vel vtilis erit præferendus in reuocatione alienationis feudi per *Ann. alleg. 84. num. 5.* & quod emphiteuſis eccleſiaſtica tertium generationis gradū nō egrediatur, *Amat. deciſ. 64. n. 23.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An hæres cum beneficio inuentarij nullo emptore inuento cogere poſſit creditores ad recipiendum bona inſolutum.

SVMMARIVM.

1 *HÆres cum beneficio legis nullo emptore reperto, an cogere poſſit creditores ad recipiendum bona inſolutum. Deciſiones S. C. in eadem re num. 53. & 54. Surdus contradictor confutatur num. 55. & 56.*

2 *Hæres cogi poteſt vt vendat, & ſoluat, vel tradat vendenda, quando hæreditas ſoluēdo eſt, nec bonorum venditio ipſi nocet, & de veritate num. 3.*

4 *Textus in l. fin. §. & ſi præfatam in omnibus eius verbis ſubtiliter ponderatur num. 5. 6. 7. & 8. & an Doctores pro illa eadem opinione citati veridici ſint num. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*

15 *Intellectus ad text. in l. ſi hæres, §. fin. ff. fam. hercisc. & l. ſi pecunia, ff. de leg. 2. & num. 16. & 17.*

18 *Hæreditas habitur pro non adita in his quæ (ſi pro adita haberet) damnoſa eſſet hæredi.*

19 *Hæres non tenetur debitorum nomina exigere, ſed poteſt illa creditoribus inſolutum dare.*

20 *Inuentarium operatur aliud pro alio ſolui poſſe emptore non adinuento qui velit abſque ſpeciale hæredis obligatione, ac nomine proprio emere*

21 *Arij Pinelli dictum ſc. inuentarium prodeſſe, vt hæres cogatur ad vendendum optimè confutatur, & num. 22.*

23 *Textus in l cum à matre C. de rei ven dicat. ceſſat in hærede inuentarium conficiente, & ita deciſum num. 24. opinio contraria verior aſſeritur num. 25. eiuſque declarationes num. 26. & 27.*

28 *Lex corrigens afferri debet, ſi lex aliqua correcta dicatur.*

29 *Hæres cum beneficio inuentarij quo iure ſit propriè hæres, & num. 30.*

31 *Hæres cum beneficio non tenetur ad perſonales defuncti obligationes, ſed quatenus ex eis emolumentum capit, & num. 32.*

33 *Conditiones obligationum an immutentur ex hæredum perſona, & num. 34.*

35 *Iuramentum quamuis reale ſit quantum ad iurantis obſeruantiam, tamen reſpectu hæredis obligat tantùm ad intereſſe.*

36 *Renunciatio defuncti non obeſt hæredi inuentarium conficienti.*

37 *Inuentarij beneficium an æquiparetur beneficio ceſſionis bonorum, & num. 38. 39. 40. & 41.*

42 *Bona defuncti an tranſeant affecto onere illo, & hypotheca de non dando inſolutum, & numer. 43.*

44 *Hæres dando inſolutum an ſit in lucro, vel damno & num. 45.*

46 *Hæres cum beneficio poteſt reuocare alienationem feudi ex pacto, & prouidentia factam per defunctum, ſecus in hærede ſimpliciter.*

47 *Gloſa doctrina in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib. tanquam notabilis recenſetur, & approbatur rationem vide nu. 48.*

49 *Pactum & ſtatutum æquiparantur.*

50 *Statutum ſi dicat non poſſe filium aduerſus patris factum venire non per hoc tollit filij inuentarij beneficium.*

51 *Exequutio ſi ex forma ſtatuti poteſt contra hæredem fieri, id non habebit locum in hærede inuentarium conficiente.*

52 *Debitor admittitur ad ceſſionis beneficium, etiam ſi ſtatuto caueatur inſtrumenta guarentigiata exequi debere, tàm via carceris, quàm alia quauis via melius viſa creditori.*

56 *Teſtator non poteſt hæredi inhibere ne inuētarij beneficio vtatur, adducitur contra id obiectio nu. 58. quæ diluitur num. 59.*

60 *Inuentariū ob publicā vtilitatē introductum eſt.*

61 *Hæres ſi emptorem reperiat abſque ipſius obligatione, tenetur vendere ac ſoluere in pecunia.*

62 *Hæres ſuo iure vtens non facit creditori iniuriam.*

DECISIO VII.

HÆres cum beneſ.I.&
inuent. nullo reper-
to emptore bonorũ
hæreditariorum, vt
creditoribus hæredi-
tarijs ſatisfacere po-
tuiſſet. Adijt Sacr.
1 Conſ.& petijt † con-
demnari prædictos
creditores ad reci-
pipiendum bona in-
ſolutum, hic articulus alias contigit in Sac.Conſ.
teſte Domino de *Franchis in eius deciſ.* 83. vbi
dicit ſe conſulto omiſiſſ. ſcribere ſuper hoc ar-
ticulo prout cumulare decreuerat, quia vidit
*Burſatum omnia cumulantem,& perſtringẽtem
plenè in conſ.9. vol.* 1. teſtatur verò fuiſſe deci-
ſum in Sacro Conſ. in caſu illo non potuiſſe hæ-
redem cum beneſ. inuentarij cogere creditores
ad recipiendum inſolutum,quia defunctus debi-
tor renunciauerat beneficio,*auth.hoc niſi debitor
C.de ſolut.*Quo caſu dicit limitari diſpoſitionem
l. fin. ſ. & ſi præfatam, C. de iure delib. quia
debitor expreſsè promiſit, & iurauit non dare
bona inſolutum renunciando beneficio d. auth.
& omni legum auxilio,verum quia bis meo tem-
pore, ac me referente hic articulus fuit deciſus,
& trahit ſecum conſequentiam,& exemplum,&
inter Doct.eſt aliqua altercatio,& diuerſitas opi-
nionum, & prædicta deciſio Domini Præſidis nõ
caret difficultate, & verè non omnia perſtringit,
nec Burſat. omnia ponderauit ad hunc articu-
lum pertinentia. Ne de rebus deciſis relinqua-
tur anſa dubitandi,& vt ſciatur quid deciſum, &
quare deciſum,ſtatui,quę Dominus Præſes omi-
ſit ſcribere fiſus Burſato,ego cumulare,& vt ini-
tium ſumam ab ipſo *Burſato in d. ſuo conſil.nu.*
49.qui alios recenſet,firmat concluſionem,quòd
2 quando † hæreditas eſt ſoluendo,& venditio bo-
norum non affert nocumentum hæredi, quòd
poteſt cogi vt vendat,& ſoluat, vel tradere ven-
denda, *per tex. quem dicit eſſe expreſſum in d.ſ.
& ſi præfatam,& allegat ad idem Bal.ibi nu.*1.
*Salyc.num.*11. *Fulgoſ. & Cuma. Paul. de Caſtr.
num* 5 *Alex num.*10. *Io.Andr. ad ſpecul in tit.
de inſtrum.edit. ſ. fin. Porcellinum in tract. de
inuent.q.7.num.*3. *Bart.& Imol.in l.ſi pecunia,
de leg.* 2. ſed neque tex. in d.ſ. & ſi præfatam
fundat ſuam intentionem, & opinionem neque
Doct. prædicti quos allegat id dicunt,credendũ
eſt ipſos non vidiſſe licet eius opinio forſan cre-
brior ſit, vt per *Phanuc. in tract.de inuent.in* 6.
parte in prin. nu. 2. vbi enumerat Doct. tenen-
tes prædictam opinionem,qui tamen non omnes
id volunt,& ſi in caſu noſtro non fuerit neceſſa-
rium id diſputare, quia non opulenta hæreditas,
tamen cum inciderit quæſtio, opinio prædicta
non videtur ſubſtentabilis, & tuta, quinimmò
3 † tutior contraria quam doct. magis ſenſati ſe-
quuntur, & validioribus rationibus tuentur, ita
vt magis vera,& communis hæc merito dici poſ-
ſit vt ſtudioſus,& ingenioſus decernere valeat in-
ſpiciat,Imp.Burſatum ſe fundare *in tex. in d. ſ.
& ſi præfatam*, qui non † conſiderauit, neque
4 dixit quòd hæreditas ſit, vel non ſit ſoluendo. &
opulenta; Sed tantum voluit priuilegiare inuen-
tarium, & fauere hæredi illud ſolemniter confi-
cienti,vt valeat pro vt ſibi videbitur, vel ſoluere
ſi adſit pecunia, vel vendere, & ſoluere, vel dare
inſolutum,& alias non inquietetur, nec moleſte-
tur,ſed quòd hæres poſſit cogi ad vendendum ſi
hæreditas ſit opulenta in eo text.nec verum qui-
dem,& ſi voluiſſet Imper.reſtringere beneficium
Inuentarij,vt tunc demum iuuaret cum hæredi-
tas non eſſet ſoluendo, dixiſſet vtique, & illud
non tam amplum,& generale conceſſiſſet abſque
limitatione aliqua remictendo arbitrio, & facul-
tati hæredis,vel vendere, vel dare inſolutum, &
ſoluere primo venientibus, quod maximum eſt
priuilegium nulla habita ratione, & differentia,
an ſint legatarij,vel creditores,vel ſint anteriores
vel poſteriores, ita vt hæres ſi non eſt in lucro,
ſaltem non ſit in damno, vt dicitur *in ſ. ſeq. li-
centia, & licet D. Præſes in d. deciſ.* 83. dicat
5 † quod ex eo tex.non conſtat, neque deſumi po-
teſt hæredem cum beneficio inuent. poſſe dare
inſolutum, quia datio inſolutum de qua ibi pro-
ceſſit de facto parcat mihi. Quia non proceſſit
de facto: ſed tex. id expreſsè concedit, hæredi
ibi, & eis ſatisfaciant, qui primi venerint credi-
tores,& ſi nihil reliquum eſt,poſteriores venien-
tes repellantur, & ſi legatarij interea venerint eis
ſatisfaciant ex hæreditate defuncti,vel ex ipſis re-
bus, vel ex earum forſitan venditione ponderen-
tur iſta verba tex. qui duo dicit, vel quod hæres
6 † ſatisfaciat ex ipſis rebus, vel ex ipſarum vendi-
tione eſt ſatisfacere in pecunia,quod patet lippis,
& tonſoribus, ſatisfacere verò ex ipſis rebus nil
aliud eſt, neq; eſſe poteſt quam dare inſolutum,
& eſt demonſtratio mathematica,hanc pondera-
tionem reperi poſtea factam à *Fanuccio de in-
uent.par.* 5. *num.* 149. *qui refert Doctor. in d.
ſ.ſi præfatam* facere eandem ponderationem.
7 & quod tex. reliquerit facultati,& † arbitrio hæ-
redis, vel dare inſolutum, vel vendere, pondere-
tur, illud verbum, forſan, poſitum ibi, vel ex ea-
rum forſan venditione,cuius ſenſus eſt, vt agat,
quod ſibi libuerit, & hoc confirmat idem tex. in
caſu ſeq. ibi ſin verò hæredes pro debito dede-
rint inſolutum,vel per dationem pecuniarum eis
ſatisfecerint, quæ verba credo Dominum Præſi-
dem ponderaſſe vt diceret, quod datio inſolu-
tum in hoc tex.proceſſit de facto, ſed eſt ſecus.
Nam iſta referuntur ad præcedentia ſc. hæres
poſſit,vel inſolutum dare,vel vendere,& ſoluere,
ſubdit modo, ſi hæres ita fecerit, & exequutus
fuerit ſc.ſi pro debito dederit inſolutum, (vt ſu-
prà fuit permiſſum) poſſe facere, vel per dona-
nationem pecuniarum ſatisfecerint, id eſt per
venditionem bonorum,&c.Et ponderetur etiam

8 illud verbum, vel, hic poſitum, vel † per datio-
nem pecuniarum, &c. quod eſt alternatiuum,
quia confert in arbitrium hæredis, vel vnum, vel
aliud facere ex natura alternatiuè, *vt in l. ſi hæ-
redi, ff. de condit. inſtit.* & ideo ſatis ſuperque
conſtat ex hoc tex. dari facultatem, & licentiam
hæredi cum benef. Inuentarij dandi bona inſolu-
tum, vel vendendi, & ſatisfaciendi in pecunia
contra Dominum Præſidem in d. ſua deciſ. &
contra Burſatum, quia tex. iſte non ſe reſtringit,
& limitat caſu quo hæreditas non ſit ſoluendo,
ſed ſimpliciter, & indifferenter confert hoc arbi-
trium hæredi, & ponderatio Burſati de verb. ſa-
tisfaciat nihil penitus negotij facit, quia illicò tex.
declarat quomodo intelligatur illud ſatisfaciat
ſcilicet ex ipſis rebus, vel ex earum venditione vt
eſt dictum, & ideo tex. prædictus non fundat in-
tentionem Burſati: minus Doctores quos allegat
9 id dicunt, nam Bal. id † minimè dicit, neque Sa-
lyc. ſed tantum, quod ſi hæredi non nocet ven-
ditio, tenetur potius vendere, & ſoluere alias non
cogetur, & hoc potius ex vrbanitate per regu-
lam, quod tibi non nocet, ipſe tamen conſulit,
quod dicat creditoribus vendite vos, & ego con-
ſentio, & effugiet omne periculum, & ſic potius
concludit contrarium eius pro quo à Burſato al-
10 legatur. At † Paul. de Caſt. nu. 5. concludit etiam
oppoſitum, dicit enim quod ſi legatarijs, vel cre-
ditoribus debetur pecunia, & in hæreditate non
reperitur, poteſt illos compellere ad recipiendum
inſolutum res hæreditarias, & ſic ſoluere aliud
pro alio inuito creditore contra *l. 2. § 1 ff. ſi cer.
pet.* nec poterunt dicere vendas res hæreditarias,
& da nobis pecuniam, etiam ſi reperient empto-
rem (ſi non poſſunt hæc fieri ſine incommodo
hæreditatis vt puta, quia oporteret ſe obligare de
euictione, vel dare fideiuſſores) Ergo ſecundum
Paul, creditores tenentur reperire emptorem, &
eſt ſecundum ſenſum verum huius tex. qui præ-
cipit, vt hæres ſit penit' ſine moleſtia, & in ſpecie
idem *Paul. in §. cum igitur ead l. fin. num. 2.* po-
nit caſum in herede adeunte, & declarante hære-
ditatē ſibi delatā eſſe lucroſā, potius quā damno-
ſam habebit hæres priuilegium, vt ſi non repe-
riatur pecunia in hæreditate, & res non reperiāt
emptorem poſſit dare eas in ſolutum creditori-
11 bus inuitis, *Alex. tenet † cum Paul. de Caſtr.
Bart. & Imol. in d. l. ſi pecunia,* minimè id di-
cunt. Quinimmò Imol. dicit quod hæres non
tenetur præcisè ſoluere pecuniam ſi non extat,
ſed alternatiuè res, vel pecuniam excepto caſu ſi
reperiretur emptor. Qui vellet emere ab hære-
de, vt hærede, alias poteſt dare inſolutum, ſed
Porcell. in d. q. 7. nu. 3. tenet cum Paul. de Ca-
ſtro per eadem fermè verba, quinimmò ſubdit
quod ſi hæres non vult non cogitur, etiam inſo-
tum dare, ſed poteſt dimittere bona creditori-
bus ex opinione *Mart. Sil. per d. §. & ſi præ-
fatam, & §. licentia, & ex mente Oldradi*, &
ibi allegat iura, & verè quando hæreditas eſt ſol-
uendo, certum eſt, quod creditores non poſſunt
periclitari, & iura ac eorum credita ſunt ſalua
ſemper, quia ſufficit hæreditatem eſſe ſol-
uendo ab initio, quia vel actione reali, vel
perſonali poſſunt experiri, & illa conſequi, & im-
plorare officium Iudicis pro venditione bono-
12 rum hærede recuſante, & nolente fatuus † eſſet
hæres, qui vellet dimittere bona creditoribus cū
poſſit illis ſatisfacere, & remanere cum lucro, &
reſiduo explicito, & ſi quando hæreditas non eſt
ſoluendo permictitur hæredi cum inuentario di-
mictere bona creditoribus, quo caſu imminet
maius periculum, quia de facili creditores rema-
nent fruſtrati eorum creditis, in quo caſu vide-
batur dicendum, quod teneretur hæres adhi-
bere maiorem diligentiam in exigendo, cuſto-
diendo, vel vendendo, vt creditoribus ſatisfactū
13 eſſe poſſit, quanto † magis debet eſſe permiſſum
quando hæreditas eſt ſoluendo cum ceſſet peri-
culum creditorum, quibus eſt cautum per opu-
lentiam hæreditatis, etiam quod hæres illam cre-
ditoribus ipſis dimictat, & nolit vendere, & ſuſci-
pere hanc curam vendendi, & ſatisfaciendi, nihil
creditoribus ipſis detrahit, nec ipſis facit iniuriā,
ſed potius ſibi propter lucrum, & compendium
quod facere poſſet, ſi curam non dimitteret cre-
14 ditoribus, & cum nulla † ratio diuerſitatis reddi
poſſit inter vnum caſum, & alium, nec tex. præ-
dictus, vt dictum eſt, faciat talem differentiam,
idem dicendum quando eſt opulenta, quod quā-
do non eſt opulenta, ſolus *Io. Andr. in addit.
ad Specul vbi ſupra refert Cyn ex dictis Iaco-
bi de Aret. in d. §. & ſi præfatam dicentem
quod ſi hæreditas eſt ſoluendo, hæres in pecunia
ſatisfaciet l. ſi hæres, §. fin. ff. famil. herciſ. &
d. l. ſi pecunia,* etiam quia beneficium inuentarij
fuit introductum in fauorem hæredum, ſed non
debet trahi ad iniuriam creditorum, *l. nec auus,
C. de mancip. & l. ſciendum, ff. ex quib. cauſ.
maior,* & vera fuit hæc opinio Iacobi de Aretio,
15 vt refert, & ſequitur Cynus † ſed illa iura non
probant etiam, quia loquuntur attento illo tem-
pore de iure digeſtorum, & inuentarium inuen-
tum per Iuſtinianum de iure nouiſſimo C. & non
fuit inuentum ad iniuriam creditorum, quibus
iam per d. tex. & in §. & ſi præfatam reſeruantur
iura illęſa contra creditores poſteriores, vel lega-
tarios, quibus fortè reperitur facta ſolutio per
hæredem, qui in hoc fuit priuilegiatus, vt ipſe
non moleſtetur, & ſic omnia tex. conſiderauit, &
omnibus remedium adhibuit, & ideo non proce-
dit ratio, *Iacobi Cyni, & Io. Andreæ,* ſed vbi in-
16 uentarium eſt ſollemniter confectum † per hæ-
redem poterit prout ſibi libuerit, vel dare inſo-
lutum vel vendere, & ſoluere, ſed non cogi, &
hoc tenet expreſsè, *Ang. de Aretio in tract. de
teſtam. gloſ. 112. num. 8. & Angel. Peruſ. in l.
prima, §. hac ſtipulatio, ff. ſi cui pluſquam per
l. falcid. num. 16.* vbi dicit, quod ſi hæres vult,
poteſt dare inſolutum creditoribus, ſed non po-
teſt cogi, ſed cogere, & poteſt dimittere curam,
& ſolicitudinem rerum hæreditarum laceranda-
rum inter creditores, quod eſt magnum verbum,
& iſta fuit originaria opinio, *Mart. & Oldradi
vt refert, & ſequitur Porcellin. d. q. 7. & tenet
Iacob. Butrig. in l. fin. col. 2. verſ. modo quæro,*
17 vbi concludit quod hæres † non cogetur ven-
dere, ſed poteſt dicere creditoribus quod ven-
dant, quia hęreditatem debet habere ſine damno,
& non vult teneri de euictione, idem tenet *Mon-*

ticul. de inuent. capit. 9. principali num. 8. & 23.
Lodouic. Gozad. idem in repet. l. qui ſe patris
nu. 149. C. vnde lib. Phanuc. de inuent. d. par. 5.
num. 149. & num. 152. & hoc eſt etiam de mente
Baldi in d. §. & ſi præfatam in vltim. not. di-
centis quod inuentarium, non ſolum operatur
quod hæres conſeruetur indemnis, & non tenea-
tur vltra vires hæreditarias, ſed ipſum liberat à
vexationibus facti, quod eſt notabile verbum, &
18 ideo facto † inuentario, hæreditas habetur pro
non adita in his, quæ ſi pro adhita haberetur,
damnoſa eſſet hęredi, vt per *Purpur. in l. debitori*
nu. 33. C. de pact. & dixit Porcellin. in d tract.
& qu. 7. num. 7. quod inuentarium conſeruat
hæredem in eo ſtatu in quo erat ante aditam hæ-
reditatem, ſed ante aditam hęreditatem non po-
terat cogi vendere, nec cuſtodire, & curã habe-
re rerum hæreditarium. Ergo idem adita hære-
ditate cum beneficio prędicto inuent. idem fir-
mat *Iaſ. in d. §. & ſi præfatam num. 1.* dicens
19 hæredem vt ſupra neq; obligatum † eſſe exigere
nomina debitorum, ſed poſſe ſi vult illa inſolutũ
re creditoribus, etiam inuitis, quod dicit alibi nõ
reperiri neque ab alijs factum, ſed ante ipſum di-
xerat id prius *Pau. de Caſtr. ſupra relatus nu. 5.*
ſequitur etiam Phanuc. d. n. 149. idem Iaſ. in d.
§. mutui datio in 12. limit. & ibi Dec. nu. 10.
& Alciat. conſ. 193. Rebuff. ad Conſt. Gall. tom.
1. in lit. de ſe t. prouiſional. art. 3 glo. 3. nu. 16.
Ancar. q. famil. 64. ſecunda parte per totum.
Beuincaſ. in tract. de pauper quæſt. 9. ſpeciali
10. num. 50 Porcell. d. q. 7. num. 3. Velaſcue in
ſuis conſultat. conſult. 52. nu. 39. & omnes prę-
20 dicti tenent eſſe ſpeciale † in hærede conficiente
inuentarium vt aliud pro alio ſoluere poſſit, ſi nõ
reperit emptorem qui velit emere abſque eius
ſpeciali obligatione nomine proprio, & omnes
Doct. tandem in d. §. & ſi præfatam conueniũt
in hoc, quod vbi venditio bonorũ affert incõmo-
dum hæredi, quia non reperitur emptor, qui ve-
lit emere abſq; obligatione hæredis, qui teneatur
de euictione nomine proprio poterit dare inſo-
lutum creditoribus etiam recuſantibus, & inuitis
ipſoſq; cõpellere, vt poſt *Bar. ibi nu 3. & 4. Al-*
ber. nu. 17. & Corn. nu. 5. & omnes alÿ commu-
ni calculo concludunt, & Guid. Pap. in tract. de
form. inuent num. 20. Rom. conſ. 18. num. 4. &
Fulgoſ. conſ. 67. quicquid contradicat Arr. Pi-
nell. in repet. l. 1. C. de bon. mat. in 3. par. nu.
81. circa finem, vbi dicit, quod inuentarium (vt
etiam refert Dom Præſes d. deciſ. 83. & Burſat.
vbi ſupra) non eſt herba bettonica, quæ ad
21 omnia † proſit, vt multi ineptè exiſtimant; quia
ad hoc tantum proficit ne hæres ſit in damno,
& ne teneatur vltra vires hæreditarias nõ vt poſ-
ſit compellere creditores ad recipiendum inſolu
tum, ſed poſſit ipſe cogi ad vendendum, & ſol-
uendum, vt tenuit expreſſè *Imol. in d. l. 1. §. hæc*
ſtipulatio, ff. ſi cui pluſquã per l. falcid. dicens
quod tex. in d. §. & ſi præfatam, ſulũ prouidit
ne ſit heres in damno, & non ſoluat vltra vires, &
hoc eſt nõ eſſe in damno, quare in reliquis rema-
nemus in regula q aliud pro alio inuito credito-
22 re non ſoluatur, ſed eorum opinio eſt † contra
verba expreſſa d. tex. & contra cõmunem omniũ
Doctorum reſolutionẽ vt ſupra, & Arrius Pinel-
lus valde inuehit cõtra multos grauiſſimos Doct.
eius tantum authoritate, ſed non ratione, quia nõ
fundat contrarium aliqua ratione., Ergo opinio
illorum Docto. eſt amplectenda, & inuehit con-
tra *Gram. deciſ. 93 & Dominus Præſes* dicit eſ-
ſe credendum quod illa non fuerit deciſio Sac.
Conſ. Arrius Pinell. reprehendit rationem *Gram.*
num. 10. in d. deciſ. Dominus Præſes damnat
deciſionem, & tamen Gram. ibi nu. 10. non ex
ſuo capite, ſed ex Doctrina Decij, & Pariſij gra-
uiſſimorum Doct. tenet diſpoſitionem l. cũ à ma-
23 tre † ceſſare in hęrede cum beneficio l. & inuen.
& quo ad deciſiones caſuum narrat cauſam, &
perſonas, inter quas erat lis quomodo poteſt du-
bitari quod non fuerit deciſio Sacri Conſilij po-
terat dicere Sacrum Conſilium in illo caſu erraſ-
ſe, quia, vt experientia docet, aliquæ opiniones
fuerunt receptę priſcis temporibus, quę poſtmo-
dum fuerunt reprobatæ, & vnus, & idẽ articulus
diuerſimodè diuerſis tẽporibus iudicatus, prę ſer-
tim articulus iuris, qui hinc, & hinc habet aciem
Doctor. inter ſe digladiantium, nam vni arridet
hodie vna opinio, alteri cras altera, & diuerſa, &
hinc videmus tot opiniones communes, & magis
communes accerrimè per Doct. diſputatas, quo
caſũ, numerus Doctorum pro vna parte non me
deterreret ſi rationes non me mouerent, & com-
pellerent, & quo ad rationem qua pro illius caſus
deciſione vtitur Grãm. inter cęteras ea quia hæ-
24 res cum beneficio l. & inuent. non † tenetur ha-
bere ratum factum defuncti, nouiſſime in pro-
prijs terminis, & de Grammatico facit mentionẽ,
tenet *Cannet. Sicul. in repet. C. volentes in cap.*
incip. Non poteſt renocari pag. mihi 101. vbi
ad idem allegat eoſdem *Dec. conſil. 145. ſed eſt*
185. & Pariſ. conſil. 33. allegatos per Gramma.
& dicit quod iſta eſt communis opinio, & poteſt
colligi ex Catalogo Doctorum quos citat, & nu-
merat Arrius Pinell. ipſos arguendo, Ergo ſi eſt
communis opinio quomodo tam damnatur? niſi
rationibus conuincatur iniuſta, & iniqua? tenuit
idem *Bald. expreſſè in l. qui ſe patris, verbo*
item quæritur num. 3. C. vnde lib. Alex. conſ.
121. vol. 4 col. pen. num. *Doct. omnes com-*
muniter in d. l. fin. §. incomputatione, idem
Alex. in conſil. 30. num. 7. volum. 6. Fulgoſ. d.
conſ. 67. Dec. in l. debitori, C. de pact. nu. 20. de-
clarat prædictã opinionẽ eſſe verã, & procedere
cum hęredi nihil remanet ex bonis defuncti alias
pro eo quod eſt in hęreditate tenetur ſtare facto
defuncti, & procedit diſpoſitio tex. *l. cum à ma-*
tre ex Doct. Imol. in capit. ex parte extr. de
feud. quem reprehendit, & impugnat *Cannet.*
vbi ſupra, & idem tenet Dec. in l. ex qua perſo-
25 *na, ff. de reg. iur.* mihi autem ſemper † viſum
eſt quicquid Doct. prædicti inter ſe diſſentiant,
& altercentur q nunquã hæres cum beneſ. l. &
inuent. contrauenit, neque dici poteſt contraue-
nire diſpoſitioni, & facto defuncti, & proinde tex.
in l. cum à matre ſemper ſibi vendicat locum in
quocumque hærede ſiue adierit cum beneſ. l. &
inuent. ſiue abſque illo, & conſequenter ceſſat
omnis controuerſia, ſi quidem aut hæres agit de
lucro captãdo, & compendio, & vtilitate conſe-
quenda

quęrēda ex hæreditate, aut agit de damno vitan-
do; Primò caſu vbi agit de lucro, & compēdio
26 redigendo † ex hæreditate quā adhibuit admiſſo
omnium opinionem, quòd non poteſt contraue-
nire facto defuncti iuxtà terminos d.l. cum à ma-
tre ſi tantundem eſt in hæreditate, quia ſufficit nō
habere damnum, non autem compendium facere
& ideo nō poterit reuocare bona fideicommiſſo
ſubiecta per defunctum diſtracta nec bona pro-
pria aduentitia, fortè per defunctum alienata de
quibus eſt altercatio inter Doct. & admiſſo hoc caſu
opinionem Pinelli in loco ſupra citato, *Marz. de
fideicommiſſ. q. 46. Phanuc. de inuent. par. 7. à
num. 150. & nouiſſimè omnia optimè explicat
doctè, & eleganter Barboſa in l. ſi utius, ff. ſol.
matr. à num.* 20. & non eſt vera opin. Gram. &
ſequac. ſimpliciter tenentium poſſe hæredē cum
beneficio inuent. contrauenire facto defuncti,
nam tunc poterit damnum in caſu præmiſſo qua-
tenus in hęreditate non ſupereſt tantundē, quan-
tum fuerit diſtractum, & ſenſere noſtrates Domi-
ni, *Lanar. in conſ. 66. nu. 8. & de Ponte in conſ.
27 33. nu. 7. cum limitationibus de quibus per Bar-
boſam in loco ſupra citato*; † Aut ſecundo caſu
agit hæres cum beneficio prædicto de damno, &
moleſtia euitanda, vt eſt caſus noſter, & hoc caſu
dando bona inſolutum, vel illa creditoribus di-
mittendo vbi non reperit emptorem, qui velit
emere abſque illius obligatione, valeat facere ex
ſupradictis, & hoc caſu neq; diceretur contraue-
nire facto defuncti quatenus in ipſo eſt, & in hoc
decipitur Pineli & alij, qui dicunt hæredem hoc
caſu contrauenire facto defuncti, nam cum hęres
poſſit id facere lege permittente, vt ſe liberet à
moleſtia, & damno, quia de damno euitādo tan-
tum agit: dando bona inſolutum, vel illa credito-
ribus dimittendo iure permittente nō diceretur
cōtrauenire facto defuncti, immò adimplere illo
modo, & habere ratum dimittendo bona, & dan-
do inſolutum; quare quocumq; ſe vertat deciſio
Domini Præſidis habet magnum obſtaculum, &
fuit noua limitatio ad totam materiam, & diſpo-
ſitionem d. §. & ſi pręfatam, quam nemo ex Doct.
in d. §. & ſi pręfatam, & alibi, quos viderim hacte-
nus auſus eſt tradere. Et licet in cauſa, me refe-
rente deciſa non oportuerit intrare in hanc diffi-
cultatem, quia ibi per defunctum non erat renū-
ciatum beneficio d. auth. tamen ſi caſus cōtingiſ-
ſet vtique non me mouiſſent, prout non mouent
rationes per D. Præſidem adductæ pro fundanda
dicta limitatione, ſiquidem nos habemus tex. ex-
preſſum in d. §. & ſi præfatam concedentem hę-
redi cum benef. inuent. facultatē dandi bona in-
ſolutum creditoribus inuitis vt ſupra fundatum
eſt, & cōmunem Doctorum interpretationem in
illo tex. ita tenentiū, ſaltim caſu, quo nō reperia-
tur emptor, & poſſet hęres inquietari, & qui vult
tex. prædictum, & communem Doct. reſolutio-
nem limitare, caſu quo defunctus renunciauerit
beneficio d. auth. tenetur limitationem prædi-
ctam fundare in aliquo alio tex. vel ratione limi-
tante, & concludente, ſed neque tex. aliquis, ne-
que ratio concludens adducitur, Ergo ſtandum
28 eſt regulæ quia erubeſcendum eſt † dicere legem
aliquam correctam, & non adducere legem cor-
rigentem, & limitantem vt pulchrè dicit *Luc. de
Penn. in l. 1. C. de priuileg. ſcholar. lib. 12. nu.
5. & 6.* ſiquidem prima ratio per *D. Præſidem
in deciſio. allegata*, ſcilicet quod hæres cum be-
nef. l. & inuent. eſt propriè hæres ex cumulatis,
per Caſſan. in conſ. 21. & ſeq. & ideo tenetur ha-
bere ratum factum defuncti, dicitur quod iſta ratio,
& ſequentes, quæ in effectu ad idē tendunt, pro-
cederet attento iure ff. & etiam, C. ante editam
29 d. l. fi. quod eſt ius nouiſſimum quia † de iure, ff.
& C. hæres adeundo tenebatur omnibus credi-
toribus etiā vltra vires hæreditarias, non poterat
contrauenire facto defuncti. Quia vnà, & eadem
perſona cenſebatur, auth. de iur. iuran. à mor.
pręſt. in princ. & d. l. cum à matre, & ſicut defun-
ctus tenebatur creditoribus, eodem modo hęres,
licet non eſſet ſoluendo, & poterat pro debito
carcerari hæres ſicut defunctus, *l. ſi de bonis, C.
de iur. delib. & dicunt Doct. in Rubr. ff de acq.
hæred. Iaſ. in l. fi. poſt Ang. in tract. de inuent.
in prin. & optimè Velaſcus in d. conſul 52. in pr.*
30 Superuenit poſtea Iuſtinianus † qui voluit plenè
conſulere hæredibus adeuntibus. Qui confi-
ciunt inuentarium ſecundùm formam traditam
in d. l. fi. vt non teneatur vltra vires hæreditarias,
& valeant ſoluere primo venientibus, vel dare
inſolutum, & non poſſint aliquo modo inquie-
tari, & moleſtari à creditoribus poſtea venienti-
bus, & hoc eſt ius nouiſſimum cui non eſt dero-
gatum, per quod eius perſona hæredis ſeparatur
à perſona teſtatoris ſicut ſeparātur bona propria
vt dicunt *Doct. in d. l. fin. § & ſi præfatam*,
ac ſi non eſſet hæres, vbi bona hæreditaria non
ſuppetunt, & ideo licet ſit proprie hæres, tamen
non eſt omnimodo hæres, vt dicitur in d. l. fi. § fin
31 verò, & ideo hæres † cum benef. l. & inuent. ad-
eundo hæreditatem nō ſuſcipit obligationes de-
functi (prout ſunt in illius perſona) ſed quo ad
certum effectum, & quid .ſ. quatenus capit emo-
lumentum ex ea, vt declarat *Phanuc. in d. tract.
par. 5. nu. 90. Marzar. de fideic. q. 46. & Arr.
Pin. in d. 3. par. l. prima, C. de bon. mater. nu. 8.*
& non tenetur generaliter, & indifferenter ratū
habere factum defūcti, vt eſt clarum, & ſuperius
dictum eſt, ideo ratio prædicta non concludit,
& non reſtringit diſpoſitionem d. §. & ſi præfatā,
& cōmunem Doct. concluſionem ſuprà relatam,
& ſufficeret pro confuratione dictæ rationis ac-
ceptare rationem, & negare conſequentiam, quia
eſt contra caſum expreſſum d. §. & ſi præfatam:
32 non enim ſequitur, defunctus † renunciauit be-
neficio d. auth. Ergo hæres cum benef. inuent.
non poteſt dare inſolutum quia eſt propriè hæ-
res, nam alias iſtud eſſet generaliter in omni ca-
ſu, & tamen contrarium ſtatuit tex. prædictus, &
ea quæ ſpiritualiter aliquo iure cōpetunt num-
quam cenſentur excluſa ſecundum gloſā in *l. de
crimine, & ibi Salyc. C. qui accuſ. non poſſ.* Nec
33 ſecunda ratio concludit quod ſc. cōditiones † o-
bligationum non immutantur ex perſona hære-
dum per tex. *in l. 2. § ex ijs, ff. de verb. oblig. &
ibi Ang.* Nā iſta ratio eſt vera, & in hærede cum
benef. l. & inuent. neq; immutatur, nā tex. in d. §.
& ſi præfatā conſeruat iura creditorum anterio-
rum contra poſteriores, & contra legatarios,

Digitized by Google

ſolùm hæredem ſoluentem excipit, vt non moleſtetur, & optimè hoc declarat *Bal. in l. pro hæreditarijs num. 3. C. de hæredit. act.* ſc. quod non immutatur primordialis natura, & aptitudo, vt ibi per eum, vel intelligendo dictam rationem, prout inducit d. Præſes, illa non habet lo-
34 cum contra hæredem † cum beneſ. inuent. qui ex l. prouidentia poteſt ſoluere aliud pro alio vt ſupra fuit fundatum, hoc enim caſu particulari cum hæres adit cum beneſ. inuent. immutatur reſpectu ipſius. Quia poteſt aliud pro alio ſoluere, & idem dicitur reſpectu iuramenti quod, & ſi perſonale, tamen quod ad obſeruantiam eſt reale, vt dicit D. Præſes per tex. *in c. veritatis extra de iur. iur. Bar. in l. qui ſuperſtites. ff. de acquir. hæred. & Alex. conſ. 7. vol. 6.* Quia
35 eſt verum † quod eſt reale quo ad obſeruantiá reſpectu ipſius iurantis, qui tenetur præcisè obſeruare, ſed reſpectu hæredis non obligat præcisè ad obſeruantiam, ſed ad intereſſe tantùm, quia non tenetur ad obſeruantiam promiſſorum per defunctum præcisè, vt optimè declarat *Euerard. in ſua Topica, qui alios citat in loco, aui, & energia, & efficacia iuramenti num. 38. & 39.* & ideo fallax ratio, vel vtrumq; poteſt ſtare, quòd ſit reale, quò ad obſeruantiam, & quòd hæres teneatur obſeruare illo modo, dando inſolutum ex dicta prouidentia. l. quia non ſunt incompatibilia dum. l. ita ſtatuit, & Iuſtinianus Imperator, qui condidit d. l. fin. conſiderauit commodum, & beneficium hæredis ne ſit in damno, & quòd poſſit dare inſolutum, quia hoc eſt non eſſe in damno vt ſupra fundatum eſt, & ideo re-
36 nunciatio † defuncti non debet obeſſe hæredi cum beneſ. inuent. eo magis quia etiam in his quæ dependent ex obligatione mixta partim hæredis, & partim defuncti proficit inuentarium vt tenet glo. *in l. quæ dotis in verbo cæteris ff. ſol. matr. quam ibi commendat Bald. ſequitur Imol. & Corn. in d. §. & ſi præfatam nu. 10. & Iaſ. ibidem, ac alij,* quanto magis debet proficere vbi ex obligatione defuncti tantum tenetur, eſt verum quòd poſt hæc omnia vidi Guid. Pap. limitantem hanc materiam, quem credo d. Præſidem non vidiſſe, quia ipſum non allegat in d. tract. de form. inuent. num. 21. vbi dicit quod ſi defunctus tenebatur ad factum præcisè, hæres cum beneſ. l. & inuent. tenebitur ad illud factum, ad quod erat obligatus defunctus, & non iuuabitur beneſ. inuent. æquiperando beneficium in-
37 uentarij † ad beneficium ceſſionis bonorũ, quod non patitur cedentem conueniri vltra vires bonorum, & tamen ceſſat beneficium ceſſionis bonorum in ipſa obligatione facti, vt not. *Cyn. in l. 1. C de ceſſ. bon. & Henric. Bobic. in c. Odoardus extra de ſolut.* quæ doctrina, & limitatio tanti Doct. à principio me turbauit, & inſimul authoritas Sacri Conſilij me deterruit, ſed credo quod Guid. Pap. malè arguat, & limitet, quia beneficium ceſſionis bonorum, de quo ipſa loquitur non debet admitti, quia vna, & eadem
38 perſona † eſt quæ ſe obligauit ad factum præcisè, & poſtea vult gaudere beneficio ceſſionis, & procedit opinio prædicta in eo tantùm, qui ſe obligauit ad factum, in quo concurrit induſtria perſonæ, quæ non poteſt per alium explicari, ſecus ſi ad factum, vel aliquid dandum ſimpliciter pro quo ſuccederet actio ad intereſſe. *l. ſtipulationes non diuiduntur §. celſus ff. de verb. oblig. vbi Doct.* quia eo caſu non obſtante obligatione præciſa poterit debitor cedere bonis, ita declarat optimè *Bobic in d. c. Odoardus num. 6. & 7.* & rationem reddit quare debitor obligatione dandi, vel faciendi ſimpliciter poteſt cedere bonis, non autem pro obligatione facti, in quo concurrit induſtria perſonæ, quia primo caſu in ob-
39 ligationibus † dãdi, vel faciendi ſuccedit actio ad intereſſe, & poteſt cedendo bonis euadere factũ, ſed vbi tenetur ad ſa factum, in quo concurrit induſtria perſonæ cedendo bonis, debitor non euadit factum, nàm bona non poſſunt facere illud factum, & ideo præcisè cogitur ad factum, aut vbi pro facto debetur intereſſe, ſatisfacit cedendo bonis, quia in obligatione pecuniaria admittitur ceſſio bonorum, ex quibus creditoribus poteſt eſſe conſultum, & ideo Cyn. in d. l. prima ponit exemplum in ſcriptore, qui ſe obligauerat
40 ſcribere librum, in quo † concurrebat induſtria perſonæ, & hoc nihil commune habet cum hærede cum beneficio l. & inuent. quæ eſt diuerſa perſona, & non obligata, eſt enim adeo præciſa hæc obligatio, in qua requiritur induſtria perſonæ, quod hoc caſu non admittitur procurator vbi fit iudicium contra Dominum. Quia nõ poteſt procurator condemnari, ſed dominus, vtputa promiſerat reus ſcribere librum, quia eſt factum cohærens perſonæ, ideo non poterit condemnari procurator ſicut in cæteris iudicijs, in quibus lex admittit procuratorem, ita tenet, & dicit *Petrus de Bella pertica in l. 2. circa finem C. de procurat.* quod eſt notatu dignum, ſed
41 † etiam ſi defunctus eſſet obligatus pro facto requirente induſtriam perſonæ, vel eo mortuo extingueretur obligatio, vt dixi in deciſ. vel extimaretur illa induſtria, & ſuccederet etiam actio ad intereſſe contra hæredem, qui proculdubio poteſt vti beneficio inuentarij ſicut in cæteris caſibus, quare limitatio prædicta Guidonis Papæ ex his damnata eſt. Nec alicuius momẽti eſt alia ratio Domini Præſidis ſc. quod bona defuncti tranſeant in hæredem affecta illo onere, & hy-
42 potheca de non dando inſolutum. Nàm † iſta ratio non trahit ſecum conſequentiam neceſſariá ad fundandum limitationem, ſed tantùm proficiet, quòd volente hærede dare bona inſolutum, poterit creditor excipere de pacto, & hypothecæ, & experiri, ac agere illa via, & actione, & ſic ipſe agendo, poteſt actione reali procurare quòd bod bona vendantur vigore pacti. & hypothecę, vel implorare officium iudicis, vt dictum eſt quo caſu hæres nullum incommodum ſentiet, quia non eſt ipſe qui vendit, ſed creditor, & ideo non opus habebit iuuare ſe exceptione inuentarij: dũ ipſe non moleſtatur, quia ſolum verſatur intereſſe, aliorum creditorum poſteriorum, cùm vt plurimum bona ſubhaſta vendantur minus quàm valeant, ſecus in datione inſolutum, quæ fit ſecũdùm veram æſtimationem, & valorem, & ideo
43 quando caſus † ſuccederet regulariter vbi hæres cum beneſ. l. & inuent. vellet dare inſolutum,

& cæſ

& creditores, vellent ipſi experiri, & vendi face-
re bona, vt ipſis ſatisfiat in pecunia, dummodo
hæres non inquietetur poſſent facere, etiam vbi
non eſſet renunciatum beneficio d. auth. hoc niſi
quia hoc remedium non aufert tex. neque Doct.
in d. §. & ſi præfatam creditoribus inſtantibus pro
venditione, quia tunc eſt dare caſum quo bona
dimictuntur creditoribus ex ſuperius dictis, &
poſtremo, nec ratio vltima per D. Præſidem con-
44 ſiderata penitus ad rem † attinet. ſc. quod ſuffi-
cit hæredem non eſſe in damno, & nunc ſi daret
inſolutum eſſet in lucro, quia bona minores fru-
ctus pariunt quàm pecunia, & ipſe remaneret in
lucro, &c. Nam iſta non eſt ratio particularis,
quæ fundet limitationem, ſed eſt generalis qua ſi
eſſet vera, & concludens vtique procederet in
omni caſu, etiam vbi defunctus non renuntiaſſet
beneficio d. auth. Quia ea attenta nunquam hæ-
res poſſet dare inſolutum, & tamen contrariũ eſt
verius ex ſuperius dictis, prætereà iſta ratio im-
plicat contradictionem, & incompatibilitatem,
oam dicit d. Præſes, quod ſufficit hæredem non
eſſe in damno, & hanc propoſitionem non poteſt
euitare. Subdit poſtea quod ſi daret inſolutum
eſſet in lucro, & fundat lucrum per accidens
quod poteſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti cor-
ruptionem, *l. naturalem §. à patre, ff. de acquir.
rer. dom. & l. pro voluptarijs, ff. de impenſ. in
reb. dot. factis, l. falſa, ff. de condit. & demonſt.
& l. pacta conuenta, ff. de contrab. empt.* Quia
non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit ab-
45 eſſe vulgatis iuribus, † ſed ego dico quod hæres
ſi non daret inſolutum, non modo non eſſet in
lucro, ſed in ineuitabili, ac euidenti damno, quia
ſi concederemus ſecundum Dominum Præſidẽ,
quod dicto caſu non poſſet dare inſolutum,
quia neque poterat defunctus, ſequeretur neceſ-
ſariò dicendum, quòd tenetur ſatisfacere in pe-
cunia, & hic eſt effectus limitationis, & pro ſatiſ-
faciendo in pecunia neceſſarium eſſet, quod co-
geretur vendere, & ſi poſſet cogi ad vendendum,
neceſſario concludendum eſt eſſe cogendum cũ
omnibus circumſtantijs ſc. vt ſe obligaret nomi-
ne proprio emptoribus pro euictione, & ad om-
nia alia, quæ pro vendendis bonis eſſent neceſſa-
ria ex reg. qui vult conſequens, & latè per Doct.
*in l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iud. & in l. illud, ff. de
acquir. hered.* & ſic eſſet in damno, & periculo
manifeſto, & non in lucro vt ipſe dicit, contra
mentem d. tex. in §. & ſi præfatam, & conſequẽ-
ter prædicta limitatio eſſet deſtructio totius ferè
materiæ prædictæ, ſed vt nullus relinquatur lo-
cus dubitandi, limitatio prædicta non poteſt de
iure ſubſtineri, tùm ex præcedentibus, tùm etiam
ex ſeq. opinionibus, quæ ſunt communi Doctor.
calculo receptæ. Prima quia hæres cum bene-
ficio inuenr. vbi nolit, & ſua non intereſt, non
poteſt cogi ad vendendum, ſed cogere creditores
ad recipiendum inſolutum, ſecunda quia hæres
cum beneficio inuentarij ſaltim in eo, quod defi-
cit ex hereditate, non tenetur habere ratũ factum
defuncti, & ceſſat diſpoſitio l. cum à matre quam
opinionem ſimpliciter tenet Canet. vbi ſuprà di-
46 cens † quod hæres cum beneſ. l. & inuenr. pote-
rit reuocare alienationem feudi ex pacto, & pro-
uidentia, factam per defunctum, ſecus ſi ſit hæres
ſimpliciter, quia in hærede cum beneſ. inuentarij
non habet locum tex. in *l. cum à matre, & num.
10. allegat ad idem Dec. conſ. 185. & Pariſ. conſ.
33. Quos allegat Grammat. in deciſ. 94.* etiam ſi
hæreditas ſit opulenta, & hanc opinionem ſtre-
nuè defendit contra *Imol. in d. c. ex parte*, & di-
cit eſſe communem, ſed quicquid ſit opinio præ-
dicta erit vera vbi deficit hæreditas, quia non
tenetur ſtare promiſſioni factæ per defunctum
de non dando bona inſolutum, quia hoc priui-
legium ſibi non competit ex perſona defuncti
ſed ex prouidentia legis ex perſona propria, &
ideo appellatur hæres cum beneſ. l. & inuentar.
Et poſtremò dictæ limitationi obſtat in ſpecie ir-
reſragabilis, *gl. in d. l. fin. §. in computatione in
verbo confundantur in fine C. de iure delib.* quæ
47 dicit quod ſi ſtatuto † caueatur, vt nemo poſſit
venire contra inſtrumentum à ſe celebratum, nec
hæres eius, & defunctus obligauerit fundum il-
lius quem fecit hæredem quòd ſi ille fuerit hæres
cum beneſ. l. & inuent. non obſtante tali ſtatuto
poterit venire cõtra factum defuncti, & fundum
recuperare, & licet *Cyn. & Rayn.* dixerint quòd
mundus totus damnat illam gloſam, tamen mun-
dus totus damnat ipſos, quia gloſam prædictam
notabilem dicunt, & ſequuntur communi calcu-
culo Doct. ibi *Bar. Bald. Salyc. Fulgoſ. Paul.
de Caſtro, ac Alexan. & alij omnes, & Alber.
de ſtatutis in ſecunda parte qu. 292.* incipiente
gloſa magna, & omnes ob illam rationem, vt ibi
per Paul. & Alex. ac alios antiquiores, & Alber.
vbi ſuprà. Quia ſtatutum recipit interpretatio-
48 nem à iure † communi quod conſeruat hæredẽ
cum beneſ. & inuent. ſine damno, & moleſtia, &
hæres adeundo cum beneficio inuentarij, intelli-
gitur hæres quo ad commodum. & quo ad da-
mnum fingitur non eſſe hæres, vt tenet *Oldrad.
Cynus. & Iacob. de Belniſo in d. §. & ſi præfa-
tam, §. ſequenti relati per Alberic. & Alexan.*
49 & † certum eſt quod pactum, & ſtatutum æqui-
parantur *l. non impoſſibile de pactis, & l. fin. in
fine. C. de fideiuſſor*, & non debet valere, & ope-
rari plus pactum debitoris quàm ſtatutum, ex cu-
mulatis per *Euerardum in ſua Topica*, loco à
pacto ad legem, & idem in tractat. ſtatut. tenet
*Baldus impreſſus poſt Alber. in verbo inuenta-
50 rium*, vbi concludit † quod ſi ſtatuto cauetur,
quod filius non poſſit venire contra factum pa-
tris, tale ſtatutum non aufert filio beneficia in-
uent. & ideo ſi ſtatutum non poteſt facere quod
hæres cum beneſ. inuent. teneatur habere ratum
factum defuncti quominus poſſit vti beneficio
inuentarij, minus hoc operabitur pactum debi-
toris etiam quia vt ſuperius dictum eſt ex dictis
per *Bobic. in d. c. Odoardus* ex promiſſione de-
functi hæres quando teneretur, non poteſt tene-
ri, niſi ad intereſſe ex cauſa adimplementi non
facti: facit etiam contra dictam limitationem, &
pro confirmatione omnium prædictorum, *Doct.
Cyn. in d. l. fin. §. ſi verò circa finem, C. de iure
delib.* Quem refert, & ſequitur *Dec. in l. debito-
ri num. 18. C. de pactis ſc.* quod ſi ex forma
51 † ſtatuti exequutio poteſt fieri contra hæredem,
tale ſtatutum non habebit locum in hærede cum
beneſ.

beneſ. l. & inuent. & idem in effectu concludit
Bal. in l. prima num. 3. C. qui bon. ced. poſſeſſ.
52 quòd † ſi ſtatuto caueatur, quòd inſtrumenta
guarentigiata demandentur exequutioni tam per
carceres, quā alia quauis via melius viſa creditori
ꝙ nihilominus debitor poterit vti beneſ. ceſſio-
nis bonorū, & ibi ſumus in vna, & eadē perſona
obligata, non in hærede, quia licitum eſt, inquit
Bal. ſtatuta legibus concordare, quia à iure com-
muni pendet authoritas ſtatutorum, ita vt intel-
ligatur ſtatutum habere locum: niſi debitor ceſ-
ſerit bonis, ſic ad propoſitū, tenetur hæres præ-
ciſè ad obſeruantiam per defunctum promiſſo-
rum, niſi fuerit hæres cum beneſ. l. & inuent. ex
quibus facile dignoſci poteſt, quod illa deciſio
Sac. Conſ. fuit obiter, & ſine diſcuſſione

Sac. Conſilium me referente in cauſa magni-
fici Siluestris de Philippis V. I. D. Ciuitatis Sarni
filij, & hæredis cum beneſ. legis, & inuent. quon-
quondam Thom. de Philippis, cenſuit, ac iudi-
53 cauit † etiam quia Silueſter adhibuit diligentiam
pro vendendis rebus hæreditarijs, & non reperit
emptorem, & in dies hæreditas deteriorabatur,
& efficiebatur magis non ſoluendo in damnum
creditorum, quia hæres Doctor, & Nobilis non
poterat vacare culturæ territoriorū eſſe eonde-
mnandos creditores vt fuerunt per ſenten iam
condemnati ad recipiendum bona prædicta in-
ſolutum die 1602. apud Romanū actuariū,
eſt verū ꝙ in hac cauſa non fuit neceſſarium di-
ſcutere dictam limitationem in d. deciſ. 83. tradi-
tam, quia non erat renunciatū beneficio d. Auth.
54 & per prius etiam me referente in cauſa Mar-
chionis Briatici hæredis cum beneficio l. & in-
uent. Ferdinandi Comitis Briatici eius Nepotis
cum Comitiſſa legataria, quæ egit contra Mar-
chionem pro conſequutione legati in diſcuſſio-
ne inuentarij appoſita per Marchionem, dicebat
Comitiſſa quod Marchio tenebatur vendere illi-
co terram Briatici, & exigere nomina debitorum
pro ſatisfaciendis creditoribus, & non creuiſſent
vſuræ, pro parte Marchionis dicebatur quòd ipſe
non tenebatur vendere, nec exigere, quia erat hę
res cum beneſ. l. & inuent. die 19. 1600.
Iudicauimus pro Marchione contra Comitiſſam
Apud Actuarium de Ferrarijs in cauſa prædicta
interfuimus ego cauſæ Commiſſarijs, & Relator,
D. Præſes de Franch. tunctemporis viuus, Do.
D. Petrus de Vera ab Aragonia nunc Præſes Sa-
cri Conſilij genere, virtute, & prudentia, Clarus
D. Scipio de Curtis, D. Ioannes Thomas Veſpu-
lus, D. Fabius Riccardus, & D. D. Didacus de
Vera Regij Conſiliarij eruditiſſimi.

Poſt res deciſas, & ſcriptam deciſionem vidi
Surdum in eius deciſ. 30. tenentem non iuuare
inuentarium hæreditate exiſtente ſoluendo, &
55 vbi † teſtator expreſſè iuſſerit, ac grauauerit hæ-
redem, vt ſoluat creditori, vel legatarijs in pecu-
nia numerata, & fundat ſe in authoritate Doctn.
qui tenet primam opin. ex eorum capite, & ad
tex. in d. §. & ſi præfatam, qui indiſtinctè loqui-
56 tur vt ſuprà neque illi, † neque Surdus aliquo
pacto reſpondent, qui fortiter in contrarium vr-
get, qui in effectu prodijt ad liberandum hæredē
conficientem inuentarium à moleſtia, & à mole-
ſtia facti, & ſi teneretur præciſè quærere pecu-
niam, etiam vbi hæreditas eſt opulenta, & teſta-
tor ita præcipit, vtique non careret periculo, &
leſtia, & maxima moleſtia, & ideo non dico quod
in caſu Surdi creditores nō conſequantur eorum
credita in pecunia, ſed dimiſſis bonis per hære-
dem vendant ipſi, & recipiant creditum in pecu-
nia idem vbi opulenta eſt hęreditas, & hæres non
reperit emptorem, ſed vult ſe liberare ab hac mo
leſtia iuxta diſpoſitionem d. §. & ſi præfatam, quia
dicere quod hęres non poſſit interuertere volun-
tatem defuncti eſt verum, ſed etiam verum eſt è
57 contrario quod † teſtator non poteſt inhibere
hæredi quominus vtatur beneſ. inuent. in eius
commodum à iure introducto, *l. nemo poteſt, ff.
de leg. primo*, nam alias non deſeruiret inuenta-
rium ſi creditore vrgente cogeretur hæres ven-
vendere, ſe obligare, & in pecunia ſoluere cum
eius moleſtia, & incommodo, † nec eſt verum
58 quod beneficiū inuentarij non principaliter con-
ſideratur, ſed ſecundariò, & ideò poteſt tolli per
teſtatorem quemadmodum exceptio non nume-
ratæ pecuniæ, & in integrum reſtitutionis, & aliæ
de quibus per *Surdum nu. 23.* cum duobus ſeq.
59 † Nam prædicta vera ſunt, & admittuntur qua-
tenus reſpiciunt præiudicium teſtatoris, & ipſius
bonorum, & hæreditatis cui poteſt imponere
onus quod ſibi placuerit, *l. in re mandata C.
mand. & §. diſponat auth. de nupt.* & non ſe-
quitur ex hoc conſequentia, ergo hæres non po-
teſt vti beneficio inuent. quia in his, quæ concer-
nunt quietem, & beneficium hæredis, quod ha-
bet ex l. prouidentia vt ſuprà diximus nihil po-
teſt teſtator, nam non ſecundariò, ſed principali-
ter perſonam hæredis tangunt, & reſpiciunt, vt
in d. §. & ſi præfatam, & ideo etiam ex ſupe-
rius per me adductis pro conſtanti teneo, quod
teſtator non poteſt hæredem grauare ne vtatur
beneſ. inuent. quia eſſet deſtruere finem propter
quem inuētarium fuit introductum propter pu-
60 blicam vtilitatem † vt ſcil. quis deceoat cum
hærede, & non reſpuat hęres hæreditatem, vt per
Surdum num. primo, quia cum in facultatibus
ſuis magis ſperent homines quàm in his ſit, pro-
culdubio ſi teſtator expreſſe, vel per æquipollēs
poſſet prohibere ne hæres beneficio inuentarij
potiatur quantumcumq; oppulenta appareat hę-
reditas, non reperiretur hæres, qui vellet ſe mo-
leſtiæ, & periculo offerre etiam ſoluendi de pro-
61 pria ſubſtantia: † Eſt verum quod ſi hæres repe-
riret emptorem, qui vellet emere abſque ipſius
obligatione, quia tunc careret moleſtia futura; &
venditio huiuſmodi non eſſet moleſta, teneretur
vendere, & ſoluere in pecunia, & hoc caſu pro-
cedere poſſet deciſ. Surdi, opinio prædictorum
Doct. per ipſum congeſtorum. Alias hæres non
62 facit † iniuriam creditori vtens ſuo iure benefi-
cio, & priuilegio, *l. Graccus, C. ad l. Iul. de
adult. l. quod Reipublicæ, & l. iniuriarum, ff. de
Iniur* & ideo nec Surdus, nec alij benè dicunt,
quod inuentarium non debet proficere ad iniu-
riam creditorum, quia hoc non conſiderauit Iu-
ſtinianus qui illud introduxit quod attinet ad hę-
redem, nam ius creditorum non deperit vtente
hærede inuent. beneficio, vt in d. §. & ſi præfa-
fatam,

præfatam, & per totum, præſertim, quia vt ſuperius fundauimus hæres cum beneficio l. & inuent. adeundo hæreditatem non ſuſpicit obligationes defuncti prout ſunt in perſona defuncti.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Creditores hæreditarij coguntur ad recipiendum bona debitoris in ſolutum, nullo emptore reperto inſtante hærede cum beneficio legis, & inuentarij, & ibi tempori D. Rouiti contrarium deciſum cum ratione, & traditur veritas ipſius articuli.*

2 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, an poſſit dare creditoribus nomina debitorum inſolutum.*

3 *Dationis inſolutum materiæ aliqua enunciantur.*

4 *Inuentarij materia traditur, & quomodo debeat confici illud.*

5 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, etiam ſi ſe obligauerit nomine proprio, non tenetur inſolidum.*

6 *Hæres cum inuentario non eſt hæres, & ibi de differentia inter hæredem cum inuentario, & abſque inuentario.*

7 *Hæres cum inuentario ſi retinuit pro ſe bona hæreditaria, & ſoluit creditoribus, an poſſit ab alijs inquietari.*

8 *Hæres cum inuentario, an poſſit ſoluere de bonis hæreditarijs, ſi in pecunia fuit facta promiſſio.*

1 EX deciſionibus quas Doctiſſimus noſter Author refert, cauetur quanta ſit vis inuētarij, dū reaſſumitur ex ipſis creditores hęreditarios fuiſſe coactos ad recipiendū bona debitoris defuncti in ſolutum in quibus nullus emptor repertus fuerat (inſtante hærede cum beneficio legis, & inuentarij:) ſed tu videas contrarium deciſum tempore eximij viri *D. Rouit.* dum erat Aduocatus, vt ipſe refert *in conſ.* 18. in cauſa creditorum Comitis Loreti, in qua fuit obtentum in fauorem creditorū adeo quod fuerunt vendita feudalia, & burgenſatica) tu cogita in tali contradictione actentis caſibus, & rationibus per ambos excellentiſſimos Doctores relatis, & vide omnino, quæ ſcripſit in alio conſ. 78. vbi D. Auth. citat *Graſſ. tract. de ſucceſſ. tom. 2. in artic. inuentar. quæſt. 20. num. 1. & 2. Reg. de Ponte conſ. 37. nu. 8. p. p.* cum ſi ſine damno ſuo, & periculo hæres poteſt vendere vendat, pro reconciliat. opinionum, &c. quod *Seſſa* improbat *deciſ. 88. num. 19.* quia ſi id eſſet verum, non conſeruaretur indemnis à beneficio inuentarij ipſe hæres, & ſaltim à moleſtia quærendi emptores, & partionandi, qua opinione non obſtante, & cautela hæredis, quam D. Author, & eruditiſſimi tanti patres enunciarunt, vt dicat creditoribus vendite vos, & ego conſentio proteſtans, quod nolo teneri de euictione, nihilominus dicit *de Franch. in alia deciſ. 704. num. 5. & 6.* quod hæres tenetur vendere, & cogitur ſine euictione, & ſi recuſat poteſt carcerari, quia inuentarium non eſt herba bettonica, ad omnia iuuans, ſed ſolum proſit ne hæres vltra vires teneatur, *l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliberand. Rom. conſ. 18. n. 4. Fulgoſ. conſ. 67. & vide q. Nouar. meum cariſs. amicum de datione in ſolut. q. 13* qui reconciliare conatus fuit, & obſeruā *deciſ. S. C. per Flauium Ammendolā in d. deciſ. de Franch. 83.* binas in fauorem hæredis contra creditores, & facit *Barz. deciſ. Bonon. 40. Thesaurus in addit. ſui genitoris deciſ. 158. & Guttierez de iuram. confirmat. p. p. cap. 29. in fine.*

2 Sed an ſit conceſſum hæredi cum beneficio inuentarij creditoribus hæreditarijs dare non ſolum bona in ſolutum, ex Auth. hoc, niſi vt eſt *Muſcatell. in praxi §. Gi lib. 2. par. 3. gloſ.* — *Alphau. colb. 282. & modernus Iulius Cæſar Cluſian. in tract. de bonis in ſolutum dandis nu. 452.* qui faciunt ad confirmationem deciſionū D. noſtri Authoris, ſed etiam poterit creditoribus hæreditarijs dare in ſolutum tot nomina debitorū, maxime quando non extaret pecunia, *Seſſa d. loco num. 12. & Thor. in compend. deciſ. 2 parte, verbo hæres defuncti*, & quid q̄n creditor eſt in pecunia, per eundem *D. Rouit. d. conſ. 78.*

Et in ipſa tractatione dationis in ſolutum præter hos, qui ad partes tranſcripſerunt tractatus, nota, quod ad hoc vt creditor poſſit cogi capere

3 re bona in ſolutum, iuxta *Auth. hoc niſi multa requiruntur, vt Rom. conſ. 163. cuius addentes meminit Carauit. in Rit. 165 num. 56. & Natta conſ. 344.* & quando cogeretur accipere, q̄ ad meliora detur electio, *Surd. de al m. tit. 9 q 41. num. 21. Beutntend. deciſ. 28. Ludouic. deciſ. Peruſ. 64. nu. 5.* ſed quid quando adeſt renunciatio in inſtrumento, *de Franch. deciſ. 81.* & in tali caſo, quid ſuperueniente poſt renunciatione paupertate debitoris, *per Honded. conſil. 18. num. 44. vol. 1. & addas alias limitat. per D. Rouit. d. conſ. 78. num. 11.*

Sed quomodo debet inuentarium confici, vt

4 talem vtilitatem hæres conſequatur, & ne inſolidum teneatur, late *Natt. conſ. 574. Rol. à Valle conſ. 73. per totum vol. 2. Caualc. de tutore, & curat. num. 18. 64. & 106 Franciſ. Burſat. conſ. 2. num. 46 vol. 1. Theſaur. quæſt. forenſ. 10. lib. 1. D. Reg. Valenzuela conſil. 89 Ludouic. concl. 16. fol 53. Graſſ. loco cit. §. inuentar. & Honded. conſ. 53. vol. 1.* data declaratione cum fuerit factum ſecundum conſuetudinem loci, quia tunc etiam non ſeruatis ſollemnitatibus, *l. fin.* valet inde *Rot. Genuenſ. deciſ. 35 num. 1. & 2. in antiquis*, dat formam inuentarij, ſecundum eius conſuetudinem, & adde *Honded. cit. conſ.* quod fundatum eſt in deciſione *Capycij Lat.* & meminiſſe de tali conſuetudine *Ricc. deciſ. 67. p. p.* & poteſt addi ad hanc deciſ. ſi hæres,

6 qui promiſit ſoluere creditoribus, aut legatarijs ſimpliciter dum eſt hæres cum inuentario, intelliga-

ligatur de bonis hæreditarijs, & ſaluo legis be-
neficio, & affirmat *Bald. in l. fin. C. ad l. fal-
cid.* cuius doctrinas ſemper obſerua, quia ipſe
nil igni orauit, vt dixi in addit. ad deciſ. 27. in-
fra, *& D.Rouit. cit. conſ. 18. nu.19.) Afflict. de-
ciſ. 399. num. 13. Anna ſingul. 234. vbi addidi
Surd. deciſ.* 132. etiam ſi ſe obligauerit nomine
proprio non tenetur, niſi de bonis hæreditarijs,
vt *Minadour deciſ. 25. & refert indicatum
per S. C. de Franch. deciſ.648 & vide Paſchal.
de patr. poteſt. num. 77. p. p. cap. 2. D. Rouit.
in prag. 2. de arbitr. num.17. verſ. eſt tamen
& Gratian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap.264. per
totum Pellice. in conſ. Auerſ. cap. 9. num. 117.*
facit pariter pro iſta deciſione, quia hæres cum
inuentario non eſt propriè hæres, *Anna ſingul.*
233. *Minad. conſ. 17. nu.*3.& ſi vis notare diffe-
rentiam inter hæredem cum inuentario, & hæ-
redem abſque, *idē Paſchal. cap. 2.par.1.nu.65.
ex Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 5.
n.* 24. inde ſi hæres cum inuentario retinuit pro
ſe bona hæreditaria, & ſoluit creditoribus iuſtũ
valorem, poſſit ab alijs creditoribus inquietari,
& *Berou. quæſt.* 63. negat, ſed pro veritate tu
vide in contrarium *Caball. conſ. 26. lib. 2. &
Phanu. de inuentar.5.par. num. 92. vt Paſchal.
cit. loco num.* 78. & de alijs ad tractationem in-
uentarij per *Borrell 3. p. nondſ. deciſ. tit. de in-
uentario heredes cum beneficio legis, per totum,
Amat. conſ 88. & Author noſtrum etiam in de-
ciſ. ſeq. num.1. & ſeq. & D.Theodor. alleg. 6.
n.* 33. & quæ ſcripſimus in addit. 42. & 76. & ſi
8 hæres cum inuentario poſſit ſoluere de bonis he-
reditarijs, ſi ſolutio in pecunia eſt promiſſa, per
*Mar.Ant.de Amatis deciſ 91.per tot. præter d.
conſ.D.Rouit.78.n.1.& ſeq.&) de declarat.l.cũ
à matre alleg.per D.Auth.omnia addas in Pra-
tomeo ad eã,& addent. ad Capic.deciſ* 103.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An quantitas pro releuio ſoluta poſſit ab
hærede in feudalibus deduci.

SVMMARIVM.

1 *HAeres cum beneficio in feudalibus, an
poſſit quantitatem pro releuio ſolutam
deducere, deciſio eiuſdem num. 2.*

3 *Onus ſoluendi releuium nec reale eſt, nec
feudo ineſt ex receptiori opinione Regni
& num. 5.*

4 *Minor ſuccedens in feudo non tenetur ſta-
tim ſoluere releuium, ſed tunc demum,
cum iurat fidelitatem, & obtinet inueſti-
turam factus pubes.*

6 *Commodum ſentiens debet pariter incom-
modum ſentire.*

7 *Actio exigendi releuium non datur aduer-
ſus tertium poſſeſſorem, licet obſeruetur
contrarium.*

8 *Releuium quidnam ſit.*

9 *Inueſtitura præbet titulum inueſtito.*

10 *Infeudatio, quæ conferat beneficia.*

DECISIO VIII.

CОntingit dubitari in
Sacro Conſilio, vtrũ
hæres in feudalibus
cum beneficio † le-
gis, & inuentarij poſ-
ſit deducere quanti-
tatem ſolutam per ip-
ſum Regiæ Curiæ pro
releuio ratione inue-
ſtituræ, & incidit
quæſtio inter Mar-
chionem, Briatici, & Comitiſſam Briatici, qui
cum ſucceſſiſſet Ferdinando nepoti comiti Bria-
tici, & Comitiſſa eſſet Creditrix, in diſcuſſione
inuentarij, dicebat Marchio eſſe deducendum
releuium per ipſum ſolutum Regiæ Curiæ in
damnum hæreditatis, quia hoc operatur inuen-
tarium, vt hæres conſeruetur illæſus abſq; dam-
no, & omnia onera perſoluantur per hæredem
in damnum hæreditatis, fuit articulus iſte diſcuſ-
ſus, & per Sacr.Conſ me referente die 8 Auguſti
1594. pœnes Roppulum, nunc de Ferrarijs, deci-
2 ſum hæredem † cum benef l.& inuent. non poſ-
ſe deducere pecuniam ſolutam pro releuio. Nam
licèt dubia videatur quæſtio inter vltramonta-
nos, & noſtrates. An onus ſoluendi releuium ſit
reale, & inſit feudo, prout quod ſit onus reale, &
inſit, tamen verior, & magis recepta opinio eſt in
3 Regno, quod hoc onus non ſit † reale, & non
inſit feudo. Sed ſit perſonale ab hærede ſoluen-
dum ratione inueſtituræ, quam tenetur petere, vt
ſucceſſor in feudo ſeruata forma iuris commu-
nis, & conſtitut. Regni, & hanc opinionem tenet
*Andreas de Iſernia in c. 1. §. ſimiliter circa fi-
nem de capit.Corradi, & in c. 1. §. ſed & ſi plu-
res num. 11. per quos fiat inueſt.* vbi dicit, quòd
non ineſt feudo, quia eſt quædam præſtatio ex-
trinſeca à feudo per morem introducta à ſucceſ-
ſore ſoluenda, & *Loffred. in d. §. ſed & res eo.
tit. verſ. non eſt ſimile de releuio col. 2. in fin.*
dicit quòd ſoluitur pro confirmatione, ſeu reno-
uatione inueſtituræ, & pro obtinenda poſſeſſio-
ne, non autem ratione fructuum illius anni, quo
feudatarius moritur, ſed ſolum debetur ratione
inueſtituræ, vt eſt expreſſum in *conſt. Regni poſt
mortem in final. verbis*, quòd ſit manifeſtum,
4 quia minor † ſuccedens non tenetur illicò ſolue-
re releuium, ſed tunc demum quando iurat fide-
litatem, & inueſtituram obtinet factus pubes vt
dicit *Andr. in c. 1. §. ſimiliter in prima add.
in princ. de capit. Corrad.* Quod non eſſet ſi ra-
tione fructuum illius primi anni deberetur, quia
illicò ſolueretur etiam minore ſuccedente ergo
5 eſt onus proprium inueſtiti, † & ſucceſſoris ra-
tione inueſtituræ, quod ſc. ſunt iura vtilia acceſ-

ſoria

ſoria fidelitatis, quæ debentur propter laborem
in recompenſam inueſtituræ, & vaſſallus non te-
netur ſoluere priuſquam in fidem recipiatur, &
dominus poſt factam inueſtituram, poterit pete-
re, non ante, Ergo ſi ratione inueſtiturę debetur,
vt eſt abſolutiſſimum, debet cadere damno in-
ueſtiti propter commodum, & beneficium, quod
6 recipit, ex inueſtitura, quia illum † ſequi debent
incommoda, quem ſequuntur, & commoda, ex
regula. *l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.* &
hanc opinionem ſequitur *Marin. de ſubfeudis
in tertia Anth.* vbi teſtatur opinionem And. eſſe
adeò veram, quòd hæc actio exigendi releuium
7 eſt merè perſonalis, † quod non poteſt dari con-
tra tertium poſſeſſorem, licet Regia Camera de
facto obſeruet contrarium, quia exigit à quolibet
tertio poſſeſſore, & iſta eſt præſtatio perſonalis
ab hærede debita propter commodum inueſti-
turæ, vt in clientelam recipiatur, & idem, *Andr.
in conſt. Regni poſt mortem*, vbi eſt caſus ſecun-
dùm illam conſt. dixit, quòd releuium ſoluitur
ratione inueſtiturę, idem *Lipar. in add. ad Andr.
in d. §. ſed, & plures, Aff. ibi conſt. poſt mor-
tem*, & ab hac opinione non diſſenſit, *Iac. de
Aiello in ſuo tract. de adob. num. 70.* dicens, hoc
onus ſoluendi releuium eſſe introductum ſecū-
8 dum ſtylum Cameræ, & eſſe medietatem † fru-
ctuum illius anni, ex quibus videtur omninò opi-
nionem *gloſæ Pariſ.* continere repugnantiam,
dum vult ſolui per ſucceſſorem ratione inueſt.
& eſſe onus feudi, ex quibus ſuit vt ſupra con-
cluſum, quòd creditorum parum, immò nihil in-
tererat Marchionem habuiſſe, vel non habuiſſe
inueſtituram. Nam etiam nullo exiſtente hære-
de, ac nemine poſſidente, poterant ipſi actione
reali conſequi eorum credita ſuper feudo, & co-
mitatu prædicto, facta prouiſione de curatore
hereditati iacenti, vbi nullus adeſſet hæres, &
ideò hoc fuit proprium commodum, & benefi-
cium. Marchionis tanquam hæredis, & ſucceſſo-
9 ris, quia † ex inueſtitura habuit, & acquiſiuit ti-
tulum comitatus, quem non habebat, & eſt inſe-
parabilis hæc dignitas ab eius perſona, & filiorū,
ſi illos haberet, & ſic adeptus fuit dignitatem Co-
10 mitalem, † & infeudatio confert nobilitatem. *c.
1. quis dicatur Dux. & Andr. in d. c. 1. §. perſo-
na per quos fiat inueſt.* Item paradogium, com-
modum iuriſdictionis ciuilis, & criminalis, obſe-
quia vaſſallorum. & alias prærogatiuas, & com-
moditates, quæ ex ipſo feudo proueniunt, pro-
pterea cum reſpiciat proprium beneficium, &
commodum inueſtiti, cuius cauſa ſoluitur rele-
uium, nō debet cedere in damnum creditorum:
nam inueſtitura non tribuit creditoribus plus iu-
ris quàm haberent, & ideò eius occaſione ſolu-
tum in eorum damnum non debebat cedere.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *HÆres cum beneficio legis, an deducat
quantitatem pro releuio per eum ſolu-
tam.*

2 *Releuium ſoluitur per poſſeſſorem ex ratione
eum quaſi tota materia.*

3 *Releuium ſoluitur de medietate fructuum
illius anni quo feudatarius moritur, &
à quo die, num. 7.*

4 *Releuium debetur paucis, vel nullis fructi-
bus exiſtentibus illius anni. quo feudata-
rius moritur, & ibi quid ſi nulli fructus
fuerint in eo anno, & num. 5.*

6 *Releuium fuit introductum ex antiquiſſima
conſuetudine huius Regni.*

8 *Expenſæ an ſint detrahenda ex ſolutione
releuij, cum pluribus, & Authoris diſtin-
ctione.*

9 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij,
quando expenſas litis per eum factas, ex
hæreditate deducere poſſit.*

1 PAriter de effectu inuentarij hoc eodem
loco ſubſequitur D. Auth. dum refert
dubitatum, ſi hæredi in feudalibus cum
beneficio ipſius, deduci debebat pecu-
nia ſoluta pro releuio, & exortam deciſionem
negatiuam) ſed in terminis ſemper talem hæredē
deducere, quidquid impendit dixit *Amat. conſ.
88. num. 2.* in neceſſarias hæreditatis cauſas, qui
num. 6. etiam pro talibus impenſis præferri de-
bere omnibus creditoribus anterioribus, latiſſi-
me demonſtrat, cui addo *Maſtrill. deciſ. Sicil.
10. Surd. deciſ. 255. num. 6. Valaſc. deciſ. 52.
num. 43. & Gerard. Maynard. deciſ. Tholoſ. 44.
2 lib. 2.*) ſed non in expenſis releuij, quia illud de-
betur, non vt poſſeſſor, ſed vt ſucceſſor, *Ma-
ſtrill. deciſ. 112. num. 21.* & ſoluitur, pro con-
firmatione, ſeu renouatione inueſtituræ, *Franch.
deciſ. 121. num. 7. Amat. conſ. 1. num. 5. &
conſ. 14. num. 6. Camillus de Medicis conſ. 55.
num. 4. Maſtrill. d. loco num 16. & Georgius
alleg. 18. num. 23.* Hinc vbi ceſſat inueſtitura
non ſoluitur, *idem Amat. conſ. 14. num. 21.* eſt
quæ certa præſtatio, quæ ineſt feudo, ipſe *de
Franch. num. 6. Camillus de Medicis conſ. 55.
num. 1. & conſ. 18. num. 10.* quapropter inter
onera connumeratur, quæ reſpiciunt feudatarium
non feudum, *Franch. d. deciſ. num. 14.* inde ſol-
uitur per ſucceſſores in feudis, & hæredes, vt
*Anna allegat. 95. num. 1. Reg. de Ponte in
lect. feudorum in principio num. 5. Amat. rit.
conſ. 1. num. 2. & conſ. 79. num. 3. Camill. de
Medicis conſ. 18. num. 11. Reg. Conſtant. in
l. 1. C. pen. fiſcal. credit. præferri lib. 10. nu. 68.*
3 attento, quod ex eodem feudo ſoluitur releuium,
dum pro medietate fructuum illius anni datur,
quo feudatarius moritur, *Georgius alleg. 18. nu.
23. D. Conſil. Theodor. alleg. 21. nu. 19. de Fran-
4 ch. rit. deciſ. 121. num. 2. & 3.* & debetur pau-
cis, vel nullis fructibus recollectis, ab hærede pe-
tenre inueſtituram, *vt ibi num. 9. Viſconte con-
cluſ. releuium*, vbi de alijs, ſed debet taxari iuxta
5 ſolitum aliorum præcedentium annorū, *Loffred.
in paraſr. in §. ſed & ret, verſ. contingit dubi-*

tari

6 *tari in cap. 1. per quos fiat inueſtitura*, ſuitque
talis ſolutio introducta ex antiquiſſima huius.
Regni conſuetudine, *vt Andr. in cap. 1. num. 7.
per quos fiat inueſtitur.* & eſt de more Magnati.
Regni huius, vltra *de Franch. Petr. Gregor. de
conceſſ. feud par. 8. q. 16. tit. de iure releuij num.
1. de Ponte conſ 30. num. 39. vol. 1. Anna al-
leg. 95. num. 2. Lanar. conſ. 40. num. 10. vol. 1.*
7 & à quo die *noſter Anth. infra deciſ.* 33. ſed an
ex releuij ſolutione ſint detrahēdę expēſe, quod
ad materiam iſtam releuij hic non diſpliceat ha-
bere pro ornatu *Conſt. Regni* poſt mortem, &
ipſam quæſt. propoſuit *Afflict. in cit. §. ſed &
rer, num* 26. vbi dicit valde ipſum mirari de An-
drea, quod non tractauerit illam, & tamen ipſe
concludit expenſas non eſſe detrahendas, ponens
exemplum decimarum Deo debitarum, quod
quemadmodum à decimarum fructibus expenſę
non detrahantur, *arg. cap. tua nobis, extra de de-
cimis*, ex quo ille debentur Deo in ſignū vniuer-
ſalis dominij; eodem modo Regi, qui cum ſit
vniuerſalis dominus feudorum, debet habere re-
leuium, ſine deductione expenſarum,) ſed ego
meum offero iudicium qualecumq; illud fuerit,
breuibus, vt Summiſtas decet, & ducam ad in-
conueniens quamquam ducere quæſtionem ad
inconueniens non ſit ſoluere. Conſiderandū arbi-
tror, quod ſi iſtud releuium conſiſtit in medieta-
te fructuum feudi, ſi vt fructus neceſſe eſt inuitis
dentibus dicere illos intelligi deductis expenſis,
*l. fructus, ff. ſolut. matrim. l. 1. C. de fructibus
& litium expenſis*. Aſſerere autē quod dicta me-
dietas fructuum vti portio feudalis, cum fructus
ſaltim pendentes, & à ſolo non ſeparati ſint feu-
dales, *l. fructus pendentes, ff. de rei vendicatio-
ne, cum dictis per Io. Copum de fructibus lib. 1.
tit. 3. cap. 6. Angel. conſ. 245. 2. dubio, Rafael.
Comenſ. qq. conſil.* Diceremus, quod releuium
debetur ex feudo, & hoc eſt dicendum contra
doctrinam *Iſern. in dicto §. ſed ſi res, & in §.
ſimiliter in oſtenditij de capitul. Conrad.* qui-
bus in locis dicitur, quod releuium eſt res ex-
trinſeca à feudo, ita quod dicerem, quod quo-
umque releuium ſit medietas fructuum feudi,
illa medietas non eſt vti de fructibus, ſed eſt
poſita taxationis, & extimationis loco, ea
extimatione, quæ prætium facit, ita quod datur
quantitas pecuniarum, quæ ęquiualeat illi medie-
tati fructum feudi, cum non debeatur niſi à poſ-
ſeſſore, non à feudo, & hoc innuunt etiam verba
*de Franch. deciſ. 121. num. 8. & Frece. author.
3. num. 29.* & vide quando hæres cum beneficio
legis, & inuentarij, expenſas litis per eum factas
9 deducere ex hæreditate poſſit, *per Barz. deciſ.
Bonon.* 13. & de expenſis quas fecit Baro pro tuē-
da ſua iuriſdictione in litibus, vel alio modo, ſi
cedant ſuo damno, vel vniuerſitatis, per *Auſtem
cap. prætor 3. glo. iuriſdict num. 39. D. Rouit.
in rubr. de iuriſd. inuicem non turband. nu. 2.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An liquidatio inſtrumenti facta eodem die, quo debitor deceſſit annulletur.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio inſtrumenti facta eodem die quo debitor deceſſit an ſit nulla.*

2 *Acta facta contra graui morbo laborantes, & ſententia inde ſequuta dicitur nulla.*

3 *Mortuus reputatur, qui in extremis laborat.*

4 *Oppoſitio aduerſus teſtes fieri poteſt ex integro, ſi ipſi abſente parte recepti fuerint, eaque notabili impedimento fuerit impedita.*

5 *Iudicis præceptum impoſſibile non valet; & quomodo num. 11.*

6 *Citatus ſuper tenore inſtrumenti infirmus, vel abſens, debet procuratorem mittere ad ſe excuſandum.*

7 *Infirmitas non præſumitur, niſi ſit ex ſui natura perpetua.*

8 *Sententia de iure communi non annullatur, ſi impedimentum poſt cauſam ceptam interueniat. nec mittatur excuſatio, & quid ſi cauſa eſſet tantum præparata. num. 9.*

10 *Intellectus ad textum in l. quæſitum. ff. de re iud. & num habeat locum in obligationibus certa quantitatis deducta in ſtipulationem certa die, & num. 11.*

12 *Factum ſi in obligationem deducatur, tunc difficultas excuſat, & mora non committitur, etiam ſi interueniat iuramentum ex communi opinione, & num. 13.*

14 *Quantitas ſi deducatur in obligationem, & ex pacto inito promiſſor impediatur per eum contra quem poterat regreſſum habere tamen committitur pœna, vide ampliationem num. 17.*

15 *Difficultas excuſans à pœna, de qua pœna intelligatur.*

16 *Reſtitutio in integrum competit hæredi debitoris mortuis.*

18 *Reſtitutio in integrum non datur niſi petenti.*

19 *Reſtitutio in integrum non conceditur alleganti læſionem propter impedimentum, niſi probetur impedimentum fuiſſe cauſam immediatam læſionis.*

20 *Abſens ex cauſa Reipublicæ non reſtituitur, ſi adhuc*

ſi adhuc abſentia ceſſante interueniſſe læſio.
21 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit inſtrumenti liquidationem.*
22 *Intellectus ad tex. in l. fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.*
23 *Sententia iudicis condemnantis ad ſpeciem in ſtipulatione deductam peremptam poſt debitoris moram valet.*
24 *Extimatio in rei locum ſuccedit.*

DECISIO IX.

1 AD Relationem Magnæ Curiæ in cauſa Horatij de Alſano, contra Hieronymũ de Iudice, & alios, fuit dubitatum in Sacro Conſilio † an liquidatio inſtrumẽti facta eodem die, quo debitor deceſſit ſit nulla.

Aliquis ex dominis dicebant, liquidationem nullam per text. in *l. quæſitum, ff. de re iudic.*
2 per quem text. † omnia acta facta contra graui morbo effectos, & ſententia inde ſequuta ſunt nulla, & ſic videbatur, quod iſte erat caſus legis, præſertim quia Hieronymus de Iudice, tempore quo fuit liquidatum inſtrumentum laborabat in
3 extremis, † & pro mortuo reputabatur, & ego allegabam ad idem *Doct. Alber. in l. filiæ meæ emancipatæ, & ægræ, ff. ſolut. matr.* & hinc videbatur habere locum tex. *in l. in ſumma, ff. de re iud.* Vbi ſententia cõtra mortuum lata eſt nulla, & concordat tex. *l. prima, ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* vbi iudicium contra infirmos, & morientes ſilere debet.

Secundò dicebant ex alio liquidationem nullam, nam ſi debitor non fuiſſet impeditus illa infirmitate, & eodem die non deceſſiſſet, potuiſſet vtique comparere de ſero, vel eadem die in Curia, & purgare moram, & contumaciam, & præſentare ſcripturas, quas poſt liquidationem hæredes ipſius preſentauerunt ad oppugnandam liquidationem, & ad docendum ſe vel non debitorem, vel non tantæ quantitatis, pro quo motiuo, videntur facere dicta per Canoniſtas in *c. 2.*
3 *extra de iure iuran.* dicentes, † quòd ſi teſtes fuerunt recepti parte abſente, quæ fuit impedita aliquo impedimento ineuitabili comparere, & intereſſe teſtium receptionibus, poterit poſt modum ex integro admitti ad opponendum aduerſus teſtes, quæ oppoſuiſſet ſi fuiſſet præſens, & impeditus non eſſet.

Cui motiuo, & rationi adhæſit alter ex Dominis dicens, quòd ſi debitor comparuiſſet de ſero ex communi ſtylo, & obſeruantia Magnæ Curiæ ſeruata forma Ritus non potuiſſet fieri cõtumax, quia poſt liquidationem datur facultas comparendi de ſero, & ſuſpenditur cõtumacia, quæ facultas fuit præuẽta, & impedita per mortẽ illicò.

Tertiò facere videbatur tex. *in l. prima, & fin.*
5 *ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* † Vbi impoſſibile præceptum iudicis nullius effectus eſt, & ibi gloſ. æquiperat impoſſibile iudicis, & naturæ, *l. filius, & l. inſtitut ones, ff. de condit. inſtit.* Sed impoſſibile erat, quod eodem die debitor potuiſſet comparere laborans in extremis, & animam exhalans, ergò non tenet liquidatio, & condemnatio.

Alter ex Dominis dicebat, liquidationem fuiſſe validam, nam ſiuè attendamus ordinem iudicij, ſiuè iuſtitiam, non poterat actus liquidationis eſſe nullus. Quia quò ad iuſtitiam inſtrumentum erat ex omni ſui parte liquidum, & nulla poterat exceptione illiquidari, quoad ordinem omnia legitime proceſſerunt ſeruata diſpoſitione Ritus, qui dat formam liquidationi inſtrumentorum faciendæ, & cùm debitor citatus, aduerſus citationem nihil oppoſuerit, quæ citatio fuit facta tempore quo erat ſanus, & poterat comparere, & non debebat expectare actum liquidationis, qui eſt actus ſententiæ, cui dubium, quod omnia legitimè proceſſerunt, Præterea *Ritus 226. & ſeq.*
6 præuidit hunc caſum in ſpecie, quod † vbi quis citatur ſuper tenore inſtrumenti, & eſt infirmus, vel abſens, debet mittere excuſatorem, & eo caſu admictitur excuſator ad allegandam abſentiam, vel infirmitatem, de qua in promptu conſtare debet, & cum hoc non fecerit debitor ſibi debet imputari, & ex conſequenti legitimè remanſit contumax, nam ipſe fuit citatus die 17. Septembris, quo die non erat infirmus, Quia non conſtat die citationis de infirmitate, ſed tantùm
7 de die liquidationis, & † infirmitas non præſumitur, niſi probetur, niſi eſſet aliqua infirmitas de ſui natura perpetua, vt epilepſia apoplexia, de qua in *cap. cum inter extra de elect.* aliàs qui ſe fundat in infirmitate, tenetur illam probare, *c. Indicas 3. q. 9.* quia facti eſt ad *l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & poſtl. reuerſ.* & cum die 17. Septembris fuerit citatus ſuper tenore inſtrumẽti, & die 20. eiuſdem remanſit condemnatus, quo die poſt condemnationem ſequutam deceſſit, à die citationis vſque ad diem condemnationis decurrunt nouem dies, infra quod tempus potuiſſet comparere, vel grauatus adire ſuperiores, & appellare ab indebita citatione, vel alia opponere, vel excuſatorem mittere, non fecit, ergò acta liquidationis legitimè proceſſerunt, & cùm caſus iſte ſit prouiſus, & præuiſus per Ritum, qui conſiderauit caſum infirmitatis, & non prohibuit ſuperſederi in liquidatione; Quinimmò poſſe procedi ſtatuit, niſi infirmitas allegetur, & probetur, quo caſu dat formã quomodo infirmitas, & impedimentum allegari debeat, ſcilicet cum inſtrumento excuſationis ſignato per medicum, qui teſtetur de infirmitate; Ergo vbi excuſator non comparet adimplendo in forma ſpecifica per Ritum expreſſa, actus liquidationis eſt legitimus, & permiſſus, nam ſi non mittit excuſatorem, debitor ſibi imputet, & hoc procedit etiam de Iure communi, nàm alias in caſibus, in quibus non tenetur quis mittere excuſatorem, vt ſunt caſus infirmitatis conſiderati per tex. & Doct. in *d. l. quæſitum, & l. 2. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis*
8 *caut.* † ſi tamen cauſa eſſet cœpta ante impedi-

Digitized by Google

mentum, quod ſuperuenit poſt cauſam cœptam,
aliàs illud impedimentum ſuperueniens non ex-
cuſaret, & non annullaret ſententiam: ita limitat
materiam *d. l. quæſitum, præcipuè Iaſ. in d. l.*
2. ſi quis in iudicio num. 51. dicens, quòd quan-
do cauſa eſt cœpta, & poſtea ſuperuenit infirmi-
tas, tenetur infirmus mittere excuſationem ad al-
legandum infirmitatem, aliàs non iuuaretur be-
neficio d. l. quæſitum, & allegat tex. *in l. eundem*
§. 5. ff. de legib. gloſ. & Bar. in l. fin. ff. de in-
tegr. reſtit. & hoc procedit non ſolum ſi cauſa
9 erat cœpta, † ſed etiam ſi eſſet tantum præpara-
ta, & Reus hoc ſciebat ſecundum *Bald. in l. ab*
eo, C. quom. & quand. Iud. & hæc eſt vna de
limitationibus præter alias de quibus infra ad d.
l. quæſitum; quare cum cauſa liquidationis eſſet
cœpta, vt dictum eſt à die 17. Septembris. Quo
die non cõſtat de impedimento infirmitatis, quæ
ſuperuenit, ſibi imputet debitor, qui non miſit
excuſatores.
10 Secundò † non procedit ille tex. niſi data ſcien-
tia Iudicis, quia ſi Iudex ignorat impedimentum
infirmitatis, & procedit ad vlteriora, proceſſus,
& ſententia non eſt nulla, & in dubio præſumi-
tur ignorantia, vt in *c. præſumitur de reg. iur.*
lib. 6. Felin. in c. à nobis nu. 5. extra de except.
præſertim eorum, quæ ſunt facti, vt infirmitas ad
l. in bello. §. factæ, ff. de capt. ita illum text.
iuncta gloſ. intelligunt Bart. Alex. Imol. & re-
liqui Doct. & Iaſ. in d. §. ſi quis in iudicio, &
omnium apertè Ang. in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſa-
11 *tiſd. cog.* † vbi dicit, quod Iudex regulariter
præcipiens impoſſibile etiam ignoranter facit a-
ctum, & præceptum nullum, ſi verò præcipit
multum difficile, & ratione difficultatis quis ex-
cuſationem habebat, tunc ſi præcipit ſcienter,
nullum eſt præceptum, ſi ignoranter, valet, ſed
datur reſtitutio, & ita dicit procedere *d. l. quæ-*
ſitum, & idem tenet Alber. Bald. & Iaſ. in d.
l. ſi deceſſerit, & Bald. in c. 2. num. 12. extra
de teſtib. loquens in receptione teſtium facta
contra impeditum comparere dicit, quod regu-
lariter valet ſententia contra impeditum compa-
rere *d. l. ab eo, C. quom. & quand. Iud.* Verum,
aut Iudex ſciuit impedimẽtum, & non valet ipſo
Iure, & allegat d. l. quæſitum quando ita intelli-
git, aut ignorauit, & valet ipſo Iure, quem ſequũ-
tur cœteri Can. ibi, vt poſt *Abb. Butr. num. 14.*
Felin. num. 18. & 19. Vbi dicit, quod ſuperue-
nientia impedimenti ligat manus Iudicis; Sed ſi
impedimentum non fuit notum Iudici, tunc va-
lent acta, & proceſſus, ſed citatus debet reſtitui
ad opponendum exceptiones, quas poterat op-
ponere ſi non fuiſſet impeditus, & fuiſſet præſẽs.

Sed præter prædicta, quæ vera ſunt, dicebatur
etiam quòd tex. in d. l. quæſitum non habet lo-
cum in obligationibus certę quantitatis deductę
in ſtipulationem certa die, nam iſto caſu difficul-
tas, & impedimentum non excuſat à mora, & in-
curritur pęna ipſo Iure *l. continuus. §. illud, vbi*
Bar. quem cæteri communi calculo ſequuntur.
ff. de verb. oblig. Et in tantum eſt verum, vt etiã
ſi debitor moriatur ante diei aduentum, & iaceat
hęreditas nihilominus comittatur pęna ipſo iure
contra hæreditatem iacentem, quia dies interpel-
lat, *l. ad diem. Vbi eſt caſus, ff. de verb. oblig.*
quem tex. dicit eſſe ſingularem, Paul. de Caſtr.
ibi ad idem, tex. in l. fin. ff. de naut. fœn. & vt
conſiderat optimè Cagnol. in l. quod te, ff. ſi cer.
pet. num. 109. in caſu d. l. ad diem ſuperuenit
impedimentum, ſcilicet mors debitoris ante diei ad-
uentum, & non excuſat, quanto magis in caſu iſto
in quo erat facta interpellatio iudicialis tempore
quo debitor non erat infirmus, & liquidatio etiã
ipſo viuo, & ideo non in obligationibus dandi
dicit Bar. in d. l. quod te communiter receptus,
12 † quòd ſi in obligationibus eſt deductum factũ,
tunc difficultas excuſat, & impedit moram com-
mitti per *l. 1. §. ſi frater, ff. de collat. bonor.*
etiam ſi fuerit interpoſitum iuramentum, *c. breui*
extra de iur. iur. Si verò eſt deductum aliquid
dari, & tunc, aut eſt deducta ſpecies, & erit idem
l. cum ſeruus, & l. cum res, ff. de leg. 1. aut quã-
titas, vt eſt caſus iſte, & tunc difficultas non ex-
cuſat à mora *l. incendium, C. ſi cer. pet.* vbi caſus
fortuitus non excuſat debitorem quantitatis,
multo minus difficultas in d. l. continuus §. illud,
& licèt nonnulli, niſi fuerint impugnare hãc Bar.
13 diſtinctionem, *vt Alex. ibi num. 9.* † Tamen
communis eſt, & recepta ab omnibus teſtatur,
Cagn. num. 99. & Dec. num. 56. Idem tenet
Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. 1. §. ſi quis muni-
cipali, ff. ſi quis cau. & ibi Angel. vbi dicit, quòd
licèt citatus, fuerit impeditus comparere abſque
culpa ſua, tamen mero Iure incurritur pœna, &
eandem opinionem ſequuti ſunt Canoniſtæ, *præ-*
cipuè Abb. Butr. Imol. ac reliqui in d. c. breui
14 *extra de iur. iur. vbi Abb. num. 4.* ſubdit, †
quod vbi quantitas eſt in obligatione, & ex pacto
facto, promiſſor fuit impeditus per eum, contra
quem poterat habere regreſſum, vel caſu fortui-
to, tunc pęna incurritur, ſed reſtituitur ex clau-
ſula generali, vt ibi per eum. *Sed Butr. num. 5.*
melius declarat dicta per Abb. dicens, quod dif-
15 ficultas, ſeù caſus ſemper excuſat à pœna, † in-
telligitur à pœna periurij, non à pœna conuen-
tionali in obligationibus quantitatis. & *ita Imol.*
ibi num. 1. & ad illud, quod Abb. dicit dari re-
ſtitutionem in integrum, puto eſſe aduertendum
quòd hanc quæſt. tetigit, *Speculator in titul. de*
locat. ſeu emph. §. nunc aliqua ver. decimoctau.
loquens in hęrede defuncti, & licèt videatur du-
bitare ſi detur, & quòd ſtricto iure non excuſe-
tur per d. l. ad diem, quia tamen iuſtam habet
ignorantiæ cauſæ reſtituetur ex clauſula generali,
16 ſi qua mihi iuſta cauſa, † *Dyn. Bar. & Ang. in*
d. l. ad diem indiſtinctè tenent dari hæredi debi-
toris mortui in integrum reſtitutionem in termi-
nis d. l. ad diem, & idem *Ang. in l. debitor, ff.*
de neg. geſ. in fin. vbi dixit, quod hæreditate
iacente committitur pœna conuentionalis, &
etiam legalis, & quòd mora contracta per defun-
ctum continuatur iacente hæreditate, ſed hæ-
res futurus poterit petere reſtitutionem in inte-
grum ex clauſula generali, vt per *Dyn. in cap. ſi*
quis in ius de reg. iur. lib. 6. per Gul. & Cyn.
in l. 2. C. de iur. emphit. idem teſtantur, & fir-
mant, *Ang. in l. ſed, & ſi ſub conditione, §.*
ſeruus, ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in d. §. ſi quis
in iudicio num. 5. & Alex. latè in d. l. ad diem.

Vbi

Vbi diſtinguit, vt ibi per eum, & *Bal. in c. 1. §. licet num. 2. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter Dominum, & Agnat. vaſſ.* dixit, quòd hæreditas iacens poteſt conſtitui in mora, non ex facto ipſius hæreditatis, ſed ex facto defuncti: Quia perſonam defuncti repreſentat, Quia facto legis contrahitur mora irregularis per text. in *d. l. ad diem, & l. ſi ſeruus, ff. de diuerſ. & tempor. act. l. debitor, ff. negot. geſt.* cum alijs

17 per eum adductis. Et † in tantum eſt vera opinio, de qua ſuprà, quòd in obligationibus quantitatis caſus mortis, & quæuis alia difficultas non impedit moram, & pœnam commicti, vt procedat etiam ſi præmoriatur creditor, & hæreditas iaceat. Quia nemo adiuit, & non ſit cui facienda ſit ſolutio per debitorem, nam committitur pœna ipſo Iure, niſi debitor adierit Iudicem, & coram ipſo, vel honeſtis perſonis fuerit proteſtatus ſe paratum ſoluere, & quod per ipſum non fiat quominus ſoluat, offerēdo debitum, vt tenet *Paul. de Caſtr. in d. l. ad diem, & ibi Alexan. in fin. & Iaſ.* qui defendit opinionem Caſtrenſ. ab impugnationibus, *Angeli in conſil. 161. & idem Alex. in conſ. 92. 1. vol.* dicens laudandam eſſe opin. Paul. de Caſtr. quam ante alios tenuit *Bar. Bal. Angel. & idem Paul. de Caſtr. & alij Doctor. in l. ſi reus paratus in ſi. per illum tex. ff. de procur.*

Ad illud, quòd dicebatur, quòd ſi tale impedimentum non adfuiſſet, potuiſſet debitor comparere de ſero, & non remanſiſſet contumax, & multa potuiſſet opponere, quæ nunc opponunt hæredes, ex quibus nullo pacto inſtrumentum potuiſſet liquidari, & mora fuiſſet purgata, reſpondebatur, quod hoc erat allegare inconueniens, & non ſoluere difficultates, & non per hoc poterat dici, quin mora fuerit commiſſa, & pena incurſa, quia pœna dum incurritur, pœna eſt, & mora licèt poſſit purgari, & reſolui. Attamen dum non reſoluitur, mora eſt, vt dicunt *Doctor. & not. in l. 2. ff. de in diem adiectione. & Soc. l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. & in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſt. & alij quos ad id citat Cagnol in d. l. quod te num. 26.* & ideo cum culpa debitoris proceſſerit in non purgando moram, & contumaciam, non ſequitur, quod propter impedimentum ſit purgata, quia potuiſſet purgari. Secundò ad tollendum omne ſcrupulum, dicebatur etiam, quod ſi comparuiſſet debitor cum iiſdem ſcripturis, & exceptionibus, quas hodie hæredes præſentant, vtique remanſiſſet contumax, & condemnatus, & aduertendum eſt, quòd hæredes, qui poſt liquidationem iam factam comparent non poſſunt audiri, niſi per viam reſtitutionis in integrum, vt ſuprà fundatum eſt, quam tenentur petere,

18 † nam non datur non petenti, *l. illud, §. ſi talis, ff. de minor. & eſt de mente Abb. in his proprijs terminis in d. c. 2. num. 11. extra de teſtibus, & Specul. in tit. de off. Iud. §. incidenter num. 4.* Vbi dicit, quod ſemper requiritur talis qualis petitio, etiam ſi incidēter petatur, & *Butr. in cap. conſtitutus extra de relig. domib. & Franciſcus de Caldas in tract. reſtit. in integrum in verbo læſis num. 52. & Oddus in eod. tract. p. 1. q. 35. artic. 1. num. 6.* & hic non eſt petita reſtitutio per hæredes, & quatenus eſſet petita non eſſet concedenda, niſi ex cauſa, vt ſu-

19 prà fundatum eſt, † nam maior contendens ſe læſum propter impedimentum infirmitatis in non comparendo, niſi probet propter impedimentum fuiſſe læſum, & impedimentum fuiſſe cauſā immediatam læſionis, non auditur probando tātum impedimentum, nam ſi impedimento ceſſante adhuc contigiſſet damnum, ſeù læſio, ceſſat reſtitutio, caſus eſt in *l. his, qui recip. ff. ex quib.*

20 *cauſ. maior.* † vbi abſens ex cauſa Reipublicæ non reſtituitur ſi adhuc abſentia ceſſante interueniſſet læſio ad idem tex. *in l. pen. cum gloſ. ff. eod.* Sed nulla in hoc caſu ſubeſt iuſta cauſa. Quia etiam ſi Hieronymus comparuiſſet debitor principalis, & non fuiſſet mortuus, & allegaſſet ea, quæ nunc ſui hæredes allegant, non potuiſſet impedire liquidationem, & remanſiſſet condemnatus, ergo non ſunt audiendi hæredes.

Et duæ ſunt exceptiones, quæ nunc per hæredes opponuntur aduerſus liquidationem prædictam, ſcilicet ſatisfactionis, & rei interitus. Quoad ſatisfactionem producunt quaſdam ſcripturas priuatas, quæ non faciunt fidem, & ſi fuiſſent productæ tempore liquidationis, non releuaſſent, quia non eſt probatio in promptu, quam exigit *Ritus 166.* Sed eſto probarent non cōcludunt de integra quantitate debita, ſed ſolùm de ducatis centum, & creditum eſt ducatorum tercentum octuaginta, & liquidatio facta pro ducatis ducentum tantum in partem maioris ſummæ, & ideo eſto eſſet vera illa ſatisfactio pro ſumma ducatorum centum, ipſis deductis à ducatis tercentum octuaginta, potuiſſet fieri liquidatio pro ducatis ducentum octuaginta, & non fuit niſi pro ducatis ducentum, ergò legitimè proceſſit, & ſatisfactio prætenſa non impediuiſſet liquidationem prædictam.

Ad ſecundam exceptionem, produxerunt dicti hæredes quandam ſcripturam proteſtationis, per quam dicitur fuiſſe collapſam cauponam, cuius cauſa debetur dictas quantitas, Item quandam cartulam, ſeù teſtimoniale trium perſonarum atteſtantium ſimiliter collapſam eſſe cauponam, ſed iſta exceptio pariter minus legitima eſt, nam in inſtrumento affictus fuit renunciatum exceptioni patientiæ non præſtitæ, & rei non traditæ: Et per inſtrumentum affictus apparet conductoribus prædictis fuiſſe conſignatam cauponam non collapſam: Cur tanto tempore Hieronymus de Iudice tacuit, & non egit ad reſciſſionem affictus. Nam à die proteſtationis vſque ad diem liquidationis effluxit annus, & menſis, & nihilominus quod maximè retorquetur contra conductorem, ſoluit ducatos centum in partem affictus, prout per cautelas prædictas ſolutionis, & ſatisfactionis allegatæ fatetur, ergo vſus fuit caupona, ergo non collapſa; Item hæc exceptio requirebat, prout requirit altiorem indaginem, nam poterat eſſe collapſa culpa conductoris, vel alias, quæ omnia requirebant cauſæ cognitionē,

21 † & proinde non potuiſſet hæc exceptio impedire liquidationem inſtrumenti, vt in his terminis declarat Carauita, qui ad id alios citat ſuper

dicto *Ritu 166. nu. 32. & ſeq.* dicens quod cum Ritus prædictus non admittat exceptiones, niſi quæ incontinenti probantur. Ideò ſi petatur reſtitutio in integrum aduerſus liquidationem factam, quæ requirebat altiorem indaginem, non erit audiendus debitor, niſi in vinculis ſeruata forma Ritus prædicti.

22 † Ad tertium motiuum *d. l. fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* dicebatur quod ille text. loquitur in caſu diuerſo à noſtro vbi ſuprà Iudex condemnat ad dandum rem, ſeù ſpeciem peremptam, quia impoſſibile eſt rem illam tradi, dicit text. impoſſibile præceptum Iudicis nullius eſt
23 momenti, & nihilominus vera eſt concluſio, † quod vbi ſpecies deducta in ſtipulationem perit poſt moram debitoris valebit ſententia Iudicis ad illam condemnantis, quia odio moroſi res fingitur extare, vt ibi gloſ. tenet communiter recepta, & *Paul. de Caſtr. ibi num. 4.* Quia hoc caſu ſententia Iudicis non cenſetur continere aliquam impoſſibilitatem. Verum, quia ex impoſſibilitate naturæ, impoſſibile eſt exequi ſuper re perempta, & prædicta impoſſibilitas non reſpicit ſententiam, ſed præſtationem, ne mora debitori proficua ſit, inductum, & prouiſum fuit, vt exe-
24 quutio fiat in extimatione, † quæ in rei locum ſuccedit, & nihil repugnat, vt declarat *Cagnol. in d. l. quod te num. 5.*

Et vnus ex Dominis ponderabat *text. in d. l. fin. ibi* eum, qui in rebus humanis non fuit tempore ſententiæ prædictæ nulliter condemnatum videri, ergo ſi tempore ſententiæ erat in rebus humanis efficaciter eſt cōdemnatus, nam Iureconſ. conſiderat, quod tempore ſententiæ ſit debitor viuus, vt eſt iſte caſus.

In hac cauſa fuimus in paritate votorum, & non fuit deciſa illa die, qua per Iudicem Felicem de Ianuario tunc Iudicem Magnæ Curiæ, nunc Regium Conſiliarium benemeritum, fuit relata deinde Dominus Preſes audita cauſa, non ab ipſo Iudice, ſed à nobis ſurdis (vt aiunt auribus, non aliter diſcuſſis coram ipſo his omnibus in poſtremo momento horæ, quo Sacrum Conſilium diſcedebat, dixit, quod ipſe ſemper in dubio inclinaret in benigniorem partem pro nunc, & conſequenter contra liquidationem factam.

Sed poſtmodum idem Præſes, auditis melius meritis cauſæ mandauit Mag. Curiæ, quod iterum faceret verbū, & relationem in Sacro Conſ. & remanſit ſuſpenſa hæc deciſio. Quia verbum, ſeu relatio non fuit facta, quia (vt auditu) partes ſe concordauerunt, ſed ſi aliter caſus acciderit, ex his poterit clarius iudicari, quæ nam ſit verior opinio.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Liquidationis materia contingens eſt.*
2 *Liquidatio inſtrumenti facta contra eum, qui eodem die mortuus fuit, an ſit nulla.*
3 *Sententia in mortuum eſt nulla cum ampl. num. 4.*
5 *Sententia lata etiam ad fauorem mortui eſt nulla cum ampl.*
6 *Sentētia lata contra febricitantem eſt nulla.*
7 *Sententia lata contra mortuos, & viuos, an teneat pro parte.*
8 *Hora ratiò in morte habetur.*
9 *Mortuus prius præſumitur, qui natura imbecilior eſt, & ibi exemplum in patre, & filio matre, & infante ſimul pereuntibus & in marito, & coniuge eum declaratione num. 10.*

TRactatur in præſenti deciſ. de materia liquidationis inſtrumentorum, quæ adeo contingens eſt, quod nulla fere dies venit, quin nō cōtrouer-
1 tetur de ea, † & concluditur vt Auctor refert li-
2 daquitionē inſtrumenti factā contra eū, qui eodem die mortem cum vita commutàuit iudicari nullam, & id pariter ex voto tunc Domini Præ-
3 ſidis eiuſdem Sac. Conſ. † quod corobatur ex terminis communibus de quibus etiam infra *in deciſione 12.* quia in mortuum ſententia lata eſt nulla *Caſſador. deciſ. 2. de appellat. Cornaꝫ. deciſ. lucenſ. 145. num. 2. Polidor. Ripa obſeruat. 23. Emil. Verall. deciſ. 140. num. 1. lib. 3. Gaill. obſeru. 109. num. 4. lib. 1. Bellamer. deciſ. 312. num. 1. D. Rouit. in pragma. 5. nu. 31.*
4 *de officio S. C. Ratta conſ. 17. & alij,* † ita ea liquidatio, quæ vti talis neque eius hæredes afficit, *de Franch. deciſ. 199. Ricc. coll. 1362.* niſi ipſi hæredes citentur, & in ſummaria cognitione liquidetur an ipſi hæredes ſint *de Franch. deciſ.*
5 *405. num. 8.* † & hoc etiam ſi ad fauorem mortui facta eſſet liquidatio vel lata eſſe ſententia *Capic. deciſ. 1. Viu. deciſ. 52. ex ratione Rubr. deciſ. 91.* quia morte rei finitur iudicium, *& Caſtillo deciſ. ſicil. 60. nu. 6.* & adhuc quod ignoretur mors ſententia prædicta eſt nulla *Put. deciſ. 166. p. 2.* de quo *vide Grat. diſcept. forenſ. c. 127. num. 23. & c. 18. num. 19. & 20.* vbi de caſibus etiam in quibus valet ſententia contra
6 mortuum, & cap. 243. & 734. † & à fortiori facit quia etiam lata contra febricitantem non tenet tanto fortius. vt *Miſinger. obſeruat. 57. cent. 4. Ricc. coll. deciſ. 1529. p. 5. Maranta de ordin. iudic. par. 3. num. 107. Tepat. in comp.*
7 *tit. de ſentent. diffinitiua lib. 1.* † ſed an ſententia ſi eſſet lata contra mortuos, & viuos teneat pro parte, *Ratta cit. conſ. cui addat Ant. Monac. deciſ. Florent. 6. num. 11.* ſed qualiter debeat probari mors præter Viſconte concluſ. ver-
8 bo mors, *Ricc. coll. 1139. & 401.* † & in tantum habetur ratio horæ mortis, quod diſcuſſerunt Doctor. eum dici prius mortuum, qui naturæ, imbecillior eſt, *l. qui cum duos §. cum bello, ff.*
9 *de rebus dubijs,* & ſic in patre, & filio ſemel pereuntibus, *vt Gaſpar Theſ. q. forenſ. 77. lib. 3.* vbi quid in matre, & infante naufragio pereuntibus quod matri præſumitur infans præmortuus, quia eſt imbecillior *l. inter ſocerum in prin. ff. de*

paſtie

pactis dotalib. & ſic dicitur in marito, & coniuge ſimul decedentibus ad effectum lucri dotalis, nam vxor cenſetur præmortua *l. ſi potior, §. ſi eodem momento ff. de religioſ. & ſumpt. funerum*, & ita recenſet fuiſſe per Senatum ipſo referente de menſe Iulij iudicatum ſm̃ eundem hoc non
10 procedat † vbi fauor eſt propenſus ex parte vnius puta lex fauet iuri patronatus, ideo ſi moriantur ſimul libertus, & eius filius libertus non præſumitur præmortuus filio ne patronus excludatur à ſucceſſione, *vide Ricc. coll. deciſione 2402. 6. parte.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An nobilitas filij porrigatur ad patrem.

SVMMARIVM.

1 *NObilitas per filium acquiſita, an porrigatur ad patrem.*
2 *Doctoratus dignitas eſt.*
3 *Dignitas, & nobilitas quam filius conſequitur, patrem nobiliorem oſtendit; & num. 5.*
4 *Decurionatus dignitas patri ſuperueniens prodeſt filio ante decurionatum nato.*
6 *Priuilegium filij aſcendit ad parentes, & num. 7. iura in contrarium adducuntur, num. 8. & 9. diſtinctionem quæſtionis, vide num. 10. 11. & 12.*
13 *Filius ortus ante paternam dignitatem, licet ipſa non fruatur, tamen dicitur nobilis.*
14 *Pater cohoneſtatur ex nobilitate filij.*
15 *Pœnæ viles non ſunt infligendæ honeſtis perſonis, etiamſi non ſint nobiles.*
16 *Qualitas fauorabilior in dubio præſertim in pœnalibus eſt attendenda.*

DECISIO X.

ANDRÆAS de Conterijs (qui artem ſutoriam execuerat) pro cauſa homicidij in perſonam Ioſephi de Palma fuit condemnatus per Magnam Curiam Vicariæ ad remigandũ per quinquennium, & decretum Magnæ Curiæ fuit confirmatum per Sacrum Conſilium. Cumque fiſcus inſtaret pro exequutione ſententię Sacri Conſilij, comparuit in eadem Magna Curia Iulius Cæſar de Conterijs eius filius II. Doctor, dicens pœnam prædictam triremium non poſſe, nec debere exequi in perſonam eius patris, ſtante nobilitate, & dignitate per ipſum acquiſita per inſignia doctoratus, quæ etiam patri proficere debebat, Et proinde quia eius intererat petebat audiri ſuper permutatione qualitatis pœnæ: Et cùm Magna Curia decreuiſſet eſſe exequendam ſententiam contra prædictum Andræam non obſtantibus prætenſis per filium, fuit cauſa per
1 viam grauaminis relata in Sacro Conſilio, † in quo fuit dubitatum ſi nobilitas per filium acquiſita porrigatur ad Patrem.

Et pro Iulio Cæſare dicebatur non poſſe inficiari
2 Doctoratum eſſe dignitatem, vt latè per *Bar. in Rubr. C. de dignit. lib. 12.* & ex co naſci nobilitatem, *l. prouidendum, C. de poſtuland.* ibi nobiliſſimos facit cũ alijs ad id vulgatiſſimis.

Et licèt iſta dignitas, & nobilitas ſuperueniat in filium, tamen iuuare debet patrem per text. *notab. in auth. conſt quæ de dignit. §. generaliter*, vbi filius, qui dignitatem, & nobilitatem cõ-
3 ſequitur patrem † nobiliorem oſtendit, ergò ex nobilitate filij, nobilitatur pater, & hoc dicit, & notat *gloſ. in ver. nobiliores, vt eadem gloſ.* aduertit in verbo occaſionem non modica ignominia eſt filij habere patrem ſeruum per *tex. in l. 1. ff. de liber. cauſa*, quare filio conceditur facultas liberandi patrem etiam inuitum, nè ignominia afficiatur per tex. *ibi*, & *l. 2. & 3. ff. eod.* & nobilitas, & gloria filij eſt laus patris, vt per gloſam prædictam, quam gloſam ad id valdè commendat, *Alber. in l. Imperatores, ff. de decur.*

Secundò ad idem dicebatur eſſe *tex. in l. 2. §. in filijs, ff. de decur.* vbi dignitas decurionatus
4 † patri ſuperueniens prodeſt filio ante decurionatum nato, nè fuſtibus caſtigetur, vel in metallum damnetur, quia his caſibus non nocet plebeium patrem eſſe natum, ſi poſtea honor decurionatus patri acceſſerit, nè patris nota filius macularetur, ergò idem è contrario videbatur eſſe reſpondendum quando dignitas ſuperuenit filio, vt proſit patri ex eadem ratione, quæ in vtroque caſu militat, cùm diuerſitatis ratio reddi non poſſit, quia pater, & filius ſunt correlatiua, & diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio, vt latè per *Euerard. in ſua Topica in loco à correlatiuis.*

Tertiò facit *tex. in l. moris. §. ſed enim verſ. parentes, ff. de pœn.* vbi videtur caſus expreſſus,
5 qualitas nobilitatis † ſuperueniens filio proficit patri, quia dum tex. explicat differentiam pęnarum, quibus Senatores affici poſſunt, & dixit nõ poſſit affici pęna metalli, furcæ, vel ignis ſubdit, parentes quoque, & liberi decurionum in eadem cauſa ſunt, ergo nobilitas accidentalis filij extenditur ad parentes.

Quartò, adducebatur tex. in *l. in Sacris la 3.*
6 *C. de prox. ſacr. ſcin. lib. 11.* vbi † dignitas filij ad parentes extenditur, nam dicit tex. quod in ſacris ſcrinijs militantes, & eorum parentes, vxores, & liberi gaudent fori præſcriptione, vt ibi, & gloſ. ibi in verbo parentes not. quod tranſit ad ſuperiores priuilegium, & ad idem faciunt omnia alia iura, quæ congerit, Tiraqu. qui ex profeſſò tetigit hunc articulum in indiuiduo in

 tractat.

Digitized by Google

tractat. de nobil. capit. 16. in princip.

Et hanc opinionem, quòd priuilegium, &
7 † nobilitas aſcendat ad ſuperiores ex perſona
deſcendentium tenet Luc. de Penna in l. mulie-
res C. de dignit. lib. 12. num. 5. vbi dicit nobi-
litatem progredi etiam ad aſcendentes, vnde pa-
ter nobilitatur ex dignitate filij per tex. in §. ge-
neraliter auth. Conſtit. quæ de dignitatibus, &
refert M.Tull lib.3.off.de Marco Catone dicēte,
vt etenim cęteri ex patribus ſic hic, qui illud lu-
men progenuit ex filio eſt nominandus, & ſic pa-
ter glorificari quodammodo immo verè patrem
ex dignitate, & gloria filij, & faciunt dicta per
Paul. de Caſtr. in l. 3. ff. de lib. & poſth. nu. 2.
quod aliquando redditur perſona certa per ex-
preſſionem nominis filij quando fuit nobilior
quam pater, vt ſi diceretur talis pater Domini
Io. Andr. vel D. Bar. per tex. in l. 1. §. caſum
ff. de poſtul. & ſubdit ſe audiuiſſe Bald. allegan-
tem ad illum tex. & hoc dictum ſequitur Aret.
in d.l. in princ. Ex aduerſo verò fortiter pugnat,
& vrget tex. in l. 1. ff. de ſenat. vbi nobilitas fi-
liorum non tranſit ad parentes, per tex. indubi-
tanter Tiraqu. vbi ſupra tenet hanc opinion. &
Bart. poſt gloſ. ibi not. ex illo text. nobilitatem
inferiorum non tranſire ad ſuperiorem, & idem
gloſ. in auth. de Conſul. & Pe.. de Anch. in cap.
1. not. 2. in fin. extra de cognat. ſpir. Io. de
Plat. in l. in ſacris la 3. nu. 1. C. de prox. ſacr.
ſcrin. vbi dicit, quòd regula eſt quod priuile-
gium dignitatis deſcendit ad inferiores, non au-
tem aſcendit ad ſuperiores, & quòd omnia iura
per ipſum adducta, quæ videntur fundare con-
trarium, loquuntur in caſibus ſpecialibus ſecun-
dum Bar. in d. l. 1. & eodem modo reſpondet
Tiraq. vbi ſupra eandemque opinionem ſequi-
tur Plat. in l. fin. C. de incolis lib. 10. ſed gloſ.
in d. l. 1. tenet contrarium, & facit regulam ge-
neralem, quòd dignitas inferiorum tranſit ad ſu-
periores, ſed fallit in certis caſibus ibi expreſſis,
inter quos non eſt iſte, ergò remanet in diſpoſi-
tione regulę, & in auth. de conſulibus in ver.
voluerit in illo tex. mater gaudet dignitate filij.
dicit ibi Accur. eſſe ibi caſum ſpecialem, ſed re-
fugium miſerorum eſt, qui ibi non exprimitur, vt
ſit ſpeciale, ſed quod matres Conſulum Conſu-
libus volentibus gaudeant, ergo tex. conſidera-
uit affectionem, & voluntatem filij, ex cuius di-
gnitate mater honorari debet ipſo volente, quia
intereſt etiam filij matrem honorari, & non eſt
vulgare ibi ſed tantum ſi filius velit, & ſic intereſ-
ſe affectionis filij videtur conſiderari, & hic vide-
tur caſus noſter, & poſſunt iura prædicta con-
cordari cum l. 1. ff. de Senat. vt, ſ. ille text. non
habet locum filio volente, vt hic, & hæc tam-
quam lex nouiſſima Iuſtiniani declaret, vel limi-
tet, & illa procedat filio uolente, vel tacente, ſe-
cus filio volente, vt hic.

Secundò, vrget tex. in l. ſi Senator, C. de di-
9 gnit. lib. 12. † Vbi filius conceptus, & natus an-
te adeptam ſenatoriam dignitatem, non dicitur
filius Senatoris, nec patria dignitate fruitur, &
conſequenter ex eodem text. reſultat manifeſta
concluſio, quòd nobilitas accidentalis, & ſuper-
ueniens non prodeſt filijs, ſi non prodeſt filijs an-
tea natis, cùm regula ſit deſcendere, & non aſcē-
dere nobilitatis priuilegium. Ergò à fortiori
nobilitas accidentalis, & ſuperueniens filijs non
debet prodeſſe patri.

Hæc reddebant dubiam quęſtionem iſtam, ſed
dicebatur, quòd aut agimus, & tractamus quo-
10 ad † honores, & prærogatiuas, & immunitates
naſcentes ex dignitate, & nobilitate accidentali fi-
lio ſuperuenienti, & non porrigatur, & extenda-
tur ad patrem, & hoc caſu vera ſit regula negati-
ua, aut verò agimus quo ad odioſa euitanda, vt
tormenta, & viles pęnas, & tunc nobilitas vni ſu-
perueniens, ſiuè patri, ſiuè filio proſit alteri, quia
hoc eſt expreſſum de iure, vel quòd ſit caſus ſpe-
cialis in pœnis vitandis, vel quòd his caſibus non
habeat locum regula dico hoc eſſe de iure ex-
preſſum. Nam habemus duo iura, quæ ita diſpo-
nunt ſuperius allegata, ſ. tex. in l. 2. §. in filijs,
ff. de decur. Qui loquitur de dignitate patri ſu-
perueniente, vt proſit filio, quo ad euitandas pœ-
nas ciuiles, & tex. in l. moris, §. parentes, ff. de
pœnis loquitur de dignitate ſuperueniente filio,
vt proſit patri quoad prædictas pœnas vitandas,
& ſic habemus duos tex. expreſſos, qui firmant
regulam in vtroque quo ad pœnas viles infligen-
11 das, † vt ſupra pater iuuetur priuilegio, & nobi-
litate filij, & filius priuilegio, & nobilitate pa-
tris, & hanc diſtinctionem in pœnalibus, & fauo-
rabilibus ſentit Pirr. in l. ſi Senat. ſeu Senator,
C. de dignit. lib. 12. hanc eandem opinionem te-
net Bonus de Curtili in ſuo tract. nobilit. in 4.
par. nu. 10. Vbi poſt multa concludit, quòd li-
cet nobilitas accidentalis, & ſuperueniens non
proſit filio loquens de filio nato ante adeptam di-
gnitatem per patrem non proſit inquam filijs,
quoad omnia. Tamen proderit quoad pœna-
rum diminutionem, & qualitatem, & conſiderat,
quod licet filius natus ante adeptam dignitatem
per patrem, non poſſit frui patris dignitate, nihi-
12 lominus † clariſſimus eſt allegat Gul. de Cun.
dicentem, durum videri, quod pater eſſet in
magna dignitate filius remaneret plebeius, & ad-
uertendum eſt, quòd loquitur Gul. & Bonus ad
id cum allegat caſu, quo nobilitas patri ſuper-
uenit poſt natum filium, quo caſu de iure non
prodeſt filio, vt idem de filio in Patre, Conclu-
dunt Doctor. & ideo concludit Bonus de Cur-
tili accidentalem, & ſuperuenientem nobilitatem
quæ aliàs de iure filio prodeſſe non poteſt, pro-
deſſe tamen quoad pœnas viles vitandas, quia
vt dicit ipſe, non eſt abſonum in pœnis filios frui
nobilitate patris, quia ſunt caſus expreſſi à lege
per tex. in d. l. §. in filijs, Quem tex. ab ipſo
didici, & allegat etiam Io. Rainal. qui in tract.
nobilit. tenet, quòd filius antea natus licet non
13 fruatur paterna dignitate, † tamen nobilis eſt, li-
cet non ſit in tanto gradu, & ordine quanto pa-
ter, & licet Tiraq. vbi ſupra teneat omninò no-
bilitatem filij non tranſire ad patrem, tamen
14 † ipſe non poteſt negare quin pater cohoneſte-
tur nobilitate filij ſecundum doctrinam Rainal.
in d. tract. nobil. in 13. q. 5. q. princip. ſi coho-
neſtetur, & pater redditur honeſtior ex nobili-
tate filij, & ſic debetur ei aliqua reuerentia. Er-
go quando nō eſſent iura expreſſa, quoad pęnas
viles

viles vitandas, vt ſupra eſſet practicanda doctrina
Bar. in l. ſerui, caſi. ff. de pæn. dicentis pœnas
15 viles † non eſſe infligendas perſonis honeſtis,
etiam quòd non ſint verè nobiles, vt ibi per eum,
& in dubio vbi agitur de pœnis infligendis, an
nobilitas accidentalis, & ſuperueniens vni proſit
alteri, vel noceat, Bald. tenet ſemper in beni-
gniorem partem eſſe reſpondendum, in *l. cum*
quædam puella, ff. de iuriſdict. omn. Iudic. vbi
loquitur de nobilitate naturali, & accidentali,
quæ num attendenda ſit in pœnis infligendis, &
concludit, quòd vbi dubitatur eſt attendenda
16 qualitas magis fauorabilis, ita vt ſi mulier † nu-
pſerit viro plebeio, quo caſu perdit nobilitatem
ex accidenti, nihilominus in dubio in pœnalibus
qualitas ſibi magis fauorabilis ſit attendenda, &
Bald. ſequitur Tiraq. in eod. tract. nobilit. cap.
18. *num.* 42. Ergo ſi in caſu quo quis amittit ex
accidenti nobilitatem originariam, & naturalem,
nihilominus reſpectu pęnarum, non dicitur o-
mninò amiſiſſe, tantum enim fauent leges, legum-
que latores naturæ humanæ, nè vilibus affliga-
tur pœnis, non eſt abſonum, vt ſaltim quo ad
hoc nobilitas filijs ſuperueniens proſit Patribus,
quorum dedecus ad iniuriam filiorum progre-
ditur.

Hæc cauſa non fuit deciſa, quia cùm fiſcus ad motum labiorum, & ex his, quæ fuerunt inter nos motiuata percepiſſet difficultates contra ipſum, impadiuit deciſionem cauſæ illo die, quo Sacrum Conſilium erat accinctum, & parauerat ſe cum Domino Præſide de Franchis ad votandum, etiam quia ex diſcuſſione inter nos facta fiſcus intellexit inclinationem Sacri Conſil. Inter has moras, mors inquiſiti præuenit, & interrupit deciſionem, & ſic iſte punctus non fuit aliter deciſus, ſed cù acciderit, ex his facilè, decidi poterit.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Nobilitas filij, an extendatur ad patrem plebeium.*
2 *Nobilitas patris ad filium tranſit & nu.* 3.
4 *Doctorum priuilegia filijs conferuntur cum declaratione, & ampl.*
5 *Baſtardi non dicuntur de domo patris.*
6 *Pater diſponens aliquid ad beneficium filiorum non videtur vocaſſe baſtardos cum ratione.*
7 *Nobilitas filij baſtardi an tranſeat ad patrem.*
8 *Baſtardi nonnulli virtutis inſignies, & mirifica fortuna floruerunt.*
9 *Baſtardi non dicuntur de domo patris cum pluribus ampliat. & ibi quid in legitimatis.*
10 *Legitimatus dicitur ſimilis Curato à vulnere in quo remanet cicatrix.*
11 *Legitimati non ſunt æquales filijs legitimis,*
12 *Filij legitimati debent reuerentiam filijs legitimis.*
13 *Filij legitimati non debent ſedere in menſa cum legitimis) cum pluribus alijs.*
14 *Pater gaudens nobilitate filij: ex eius perſona an morte ipſius ſequuta eam perdat.*
15 *Vxor doctoris poſt mortem viri retinet priuilegia ipſius viri cum ampliat.*
16 *Nobilitas fratris an tranſeat in fatrem.*
17 *Nobilitatis priuilegia quæ ſint.*
18 *Nobilis laborans in proprijs agris, an ammictat nobilitatem cum ampl. & declarat. num.* 20. *&* 21.
19 *Agriculturæ laudes.*
22 *Ingreſſus in religionem an ammictat nobilitatem.*
23 *Filij medicorum an gaudeant nobilitate.*
24 *Doctoratus eſt dignitas.*
25 *Doctorum priuilegia enunciantur cum pluribus ad materiam.*
26 *Filij iuuant patri ad multa.*

PRO opinione affirmatiua iuſta diſtinct.
Auth. doctiſs. facit deciſ. Gamme 212.
1 *incip. in his,* † quod nibilitas filij patris
plebei porrigatur ad ipſum patrem, &
Paſchal. de patr. poteſt. p. 4. *c.* 2. *num.* 29. *ibi*
ex nobilitate filiorum aliquantulù parentes co-
honeſtari, & per hunc locum *Thor. in comp. de-*
ciſ. 2. *parte verbo nobilitas filij,* vt pariter,
2 *Mari. ad grammat. deciſ.* 32. *num.* 7. † prout
nobilitas à patre acquiſita ad ipſum filium tranſit
Andr. in conſt. proſequentes, & Afflict. in 7. *qu.*
num. 16. ſed non ad pro nepotes, *l. diuo, C. de*
3 *quæſtionib.* vbi in prato meo dixi † tamen non
procedere de conſuetudine cum ſecundum eam
tranſeat ad omnes deſcendentes donec peruenia͠e
ad egeſtatem vel exerceant artes viles, *Aluarot.*
in c. 1. *§. cæteri vero num.* 9. *quis dicitur dux*
vel March. & id. Paſchal. loco cit. num. 1. *&*
ſequen. vbi de doctorum priuilegijs, quod etiam
4 filijs competant † iuxta deciſ. *Guid.* 389. ſed non
filijs illegitimis, *Bar. in l.* 1. *C. de dignit. nu.* 50.
Bald. in l. cum legitimè de ſtatut. homin. etiam
ſi orti fuerint ex matre nobili, *Ruin. conſ.* 77. *nu.*
7. *volum.* 3. *Belluga in ſpecul. princip. in* 7. *ru-*
bric. de habil. curiæ nu. 10. *& ſeq. & ibi Ber-*
5 *rell. in addit. litt. R.* † nam baſtradi non dicun-
tur de domo patris, *Andr. in cap.* 1. *ſi de feud.*
def. fuer. contr. Io. de Roſas epitom. ſucceſſ. c.
15. per totum inde ad hunc propoſitum ſi pa-
ter aliquid inter filios diſpoſuit numquid de ta-
6 libus filijs diſpoſuiſſe præſumitur † cum ſit infa-
mata proles, quæ ipſum dedecore afficit, *Alex.*
conſ. 25. *num.* 4. *& conſil.* 69. *num.* 5. *volum.*
7 1. † id circo relinquatur quærere quid ſi filius
Baſtardus quæſiens nobilitatem tranſmictat ad
8 patrem † vt vidimus nonnullos baſtardos, qui
virtutibus inſignies, & fortunæ auſpicio mirificè
floruerunt, *vt Tiraq. cumulat in tract. de no-*
bilit. c. 15. *num.* 30. *& Io. de Roſas tract. de*
ſucceſſ. c. 15. *nu.* 18. *& ſeq. quem habeo in p. p.*

8. tom.

Digitized by Google

9 8. *tom. tract. fol. 406.* † cum baſtardi non di-
cuntur de domo patris, ſeu agnatione, & neque
poſſunt inſignia deferre, *Molin. de hiſp. primoge.*
lib. 1. nu. 47 c. 4. Menoch. conſ. 117. num. 51.
vol. 2. Cotta in memorabilibus verbo baſtardi
non ſunt filij adhuc ſi fuerint legitimati, Bald.
in c. per tuas verſ. quæro in honorib. de maior.
& obedient. Alex. in l. ex facto circa finem, ff.
ad trebell ex ratione. per Bald. conſ. 19. volum.
10 *4. & Hyppol. ſingul. 273.* † dicentes talem le-
gitimatum eſſe ſimilem curato à vulnere in quo
11 remanet cicatrix, † & ad hoc nota tales legiti-
matos non eſſe æquales alijs filijs legitimis, ſed de-
beri eis reuerentiam, nec debere ſimul ſedere in
menſa, *Gulielm. de benedictis in c. Rainutius de*
teſtamen. in verſ. Rainutius num. 30. † de qua
quæſtione pro veritate poteſt videri *conſil. de*
Ponte 20. num. 10 cum ſeq. lib. 2.) & quid ſer-
uetur de conſuetudine ſi baſtardi fuerint filij no-
bilium, *Io. Rayn. in tract. de nobil. in 2 q. 5. q.*
principali num. 22. Neuizzan. conſ. 8. nu. 19.
Guid. deciſ 580. & Boer. deciſ. 127. in fine,) ſed
14 an per mortem ipſius filij: perdat pater nobili-
tatem ipſam, & in ipſo filio habes quod nõ per-
dat ſi mortuus fuerit pater iuxta *Guid. Pap. q. 389.*
& in vxore adeſt *text. in l. medicos, C. de*
15 *profeſſorib. & medicis*, † quod ea poſt viri obi-
tum retineat omnia priuilegia, quæ habebat co
viuente, donec retinet lectum viduale, *l filij, §.*
vidua, ff. ad municipalem, l. fin. C. de incolis
lib 10 l fæminæ, ff. de Senat. l. cum te, C. de
nuptijs ita quod communiter DD. affirmant gau-
dere etiam priuilegio fori, quo vir eius fruebat,
de Franch. 363. nu. 2. Milaneuſ. deciſ 9. nu.
7. Surdus deciſ. 330. num. 27 & ſpecificè poſt
ipſius Doctoris obitum *Menoch. de arbitr. caſ.*
359. num. 5. Guglielm. de benedictis in cap. rai-
nutius de teſtamentis in verb. qui cum alia vxo-
re matrimonio contrahens num. 140. & de nota-
bilibus, *Anna conſ 108. num. 9. 2. lib.*) inde ne-
ceſſariò etiã mortuo filio nobilitas acquiſita re-
manet patri cum fuit nobilitas conceſſa ratione
alicuius dignitatis, quia illa non extinguitur per
mortem, vide ſi facit *Iacob. Æmili. conſil. 74.*
per totum, & Milaneuſ. deciſ. 9. num. 16.) &
an fratris nobilitas tranſeat in fratrem, *Afflict.*
in conſt. Regn. intentionis noſtræ num. 30 verſ.
ſed quæro, & Bombin. conſ. 71. num. primo,
17 *1. & Anna ſingul. 468. vbi affirmant*) † ſed quę
ſint nobilium prilegia, *Luc. de pœna in l. mulie-*
res, C. de dignit. lib. 12. Afflict. conſtit. minor.
num. 15. & 19. Io: Lopes in tract. de donat. inter
virum. & vxorem, §. 9. per totum Bonus de
Curtile tract. de nobilit 5. par. per totum Mari
ad gramm. deciſ. 14. num. 4. & deciſ. 32. nu. 1.
per diſcurſum,) & quod præferantur ſi concur-
rant data paritate, per *Carauit. rit. 101. num. 7.*
& quod mitius puniantur nobiles, quam plebei,
Cauenſ. rit. 276. num. 18. Ricc. deciſ. 232. nu.
4. p. 2. & in deciſ. 12. num. 3. & Theſaur. qu.
forenſ. 13. num. 5. lib. 3. prout mitius carceran-
tur, *addit. ad Franch deciſ. 240. nu. 12. vt ad*
quæſt. ſtatuit, in deciſ. 78. num. 18. & Borrell.
in ſumm. deciſ. 3. p. tit. 13. num. 31. & de is
nobilibus facit, quod potius quam ignobiles

ſint admittendi ad officia magiſtratus honores, &
dignitates ſæculares, *Ricc. in reſol. 446 num. 9.*
de qua nobilitate ne prolixus appareat ſi vis vi-
dere quid ſit *Gimb. in conſ. Meſſan. gloſ. 7. c.*
1. num. 44 & num 46 fol 140 & numer. 54.
18 *fol. 141. & Ammenaola deciſ. 62. num. 8.* † &
quod nobilis laborans in proprijs agris non am-
mittat nobilitatem, *Guido deciſione 41.* & quod
nobilis habitans in ruribus nobilitatem non
ammittat, & clarificè in laborante in proprijs
agris, *Borrell. 3 p. ſumm. deciſ. p. 3. num. 101.*
102. tit. 15. & quod non teneatur ſoluere ruſtico-
rum collectas nobilis exercens ſe in proprijs præ-
dijs ruralibus, *Guid. Papa deciſ. 41. & 392 Ricc.*
coll. deciſ. 37. in princ. Sola in conſuet. ſubau.
p. p. ſub tit. de nominat. gloſ. 7. num. 9. Anna
19 *conſ. 34. num. 9.* cuius ægriculturæ laudes † re-
fert *Luc. de penna in rubr. de agricol. & cenſit.*
lib. 10. ſed ipſorum concluſio non eſt intelligen-
da de eo, qui nimis ſordide in huiuſmodi operi-
bus ſe exercet, ita vt abiecto, quodam animo
adeo ſe ruſticis laboribus ſe immiſceat, vt ab ho-
neſtis, & Vrbanis negotijs, pœnitus ſe abſtrahat
Pacius Scala tractat. de conſil. ſapientis cap. 7.
& qui domi propria negotia gerit nobilitatem
21 non ammittit, *Anna nu. 10. & 9 d. conſ. citat*
ad quod propoſitũ, quæ dicantur vilia exercitia
ex quibus nobilitas ammittatur, *Cephal. conſil.*
237. per tot. volum. 2. Tiraqu. de nobil cap 33.
& *Alciat. de præſumpt. regul. pr. præſumpt. 48.*
num 12. ad finem tamen videntur an aliqua ars
ſit vilis debet attẽdi cõmunis reputatio illius loci,
Ceph. conſ 69 nu. 29. vol 4. & idẽ affirmat circa
mercaturã Beneuent. Stracc. tract. de mercatura
2. p nu. 18 & Io: Arz. Abotalor in tract. de nobil.
22 *Hiſp. in 5 p princip. c. 2 nu 2 & ſeq.* † ſed cum
quis ingrediatur in religionẽ an ammittat nobili-
tatẽ, *Anna cõſ. 110. n. 24 & ſeq vol. 2 Gaſp. Baet.*
in tract. de inopia debit & creditor addit. c. 16.
num. 34. Rom ſingul. 37) Hinc diſtinctio no bi-
litatis non cõſideratur in monialibus. *Ludouiſ in*
ſuis deciſ. in Indice verbo monialis, ſed id quod
diximus in Doctoribus, vt nobilitate gaudeant
cum eorum filijs, *vt Guid. deciſ. 388. & 389.*
Ricc. coll. deciſ. 37. in medio qui latius reſol. 467.
de prærogatiuis nobilitate, & immunitate Do-
ctorum, an idem ſit in filijs medicorum, *Anna*
in conſtitut. regni terminum vitæ num. 15. &
in licentiatis legiſque profeſſoribus, vide de
Franch. deciſ. 211. Ricc. coll. deciſ. 37. in fine,
cum ſit doctoratus dignitas, & legum Doctor
Dominus appellatur, *Bart. in l. 1. per tex. in*
verbo theofilum virum clariſſimum, C. de nouo,
cod. faciendo, Alexan. in l. centurio num. 13.
verſ. & quod doctor, ff. de vulg. & pupill. de
Franch. deciſ. 164. num. 3. Anth. habita prope
finem cum ibi notatis, per gloſ. in verbo coram
domino, C. ne filius pro patre, Luc. de penna in
l mulieres verſ. primo, C. de dignitat. lib 12 &
Ripa in d. l. centurio num. 15. inde doctor di-
citur nobilis, imò dicitur magis nobilis quam
24 ille, qui eſt generatione nobilis, † quia Docto-
ratus eſt dignitas, *Caball. milleloq. 540. quæſt. 2.*
Put. deciſ. 126. lib 1. Roij: deciſ. lit. num. 240.
in deciſ. diuerſ. Caſſan. in conſ. Burgh. tit. dec
droicts

droiſis Rub. 4. §. 19. gloſ. 7. qui Put. in ipſa deciſ. dicit præferri Doctores, alio nobili ſimplic. hinc dixit Salicet. ſi magnia commitiſſa nuberet doctori non diceretur nubere indignio in l. prouidendum, C. de poſtulando, & *Io. Campeg. tract. de dote, q. 13. p. parte*, cum ex doctoratu nobilitas acquiratur, *l. 2. §. fin. ff. de excuſ. tutorũ gloſ. in l. prouidendum, C. de poſtulando, Bart. in l. iudices, C. de dignit. lib. 12. & in l. 2. §. amplius, ff. de excuſ. tutor.* & tanta fuit conſide-
25 rata dignitas doctoris; † quod propria authoritate eis licet ingredi principis conſiſtorium, & Cameras quorumcunque officialium quantumuis maiorum vſque ad eorum ſecreta, qui tenentur eos honorare, & inuitare ad ſedendum alias puniuntur in tribus libris aurei, l. fin. C. de off. diuerſor. iudicum, vt cumulaui in meo prato, & concordat, *Petr. de Lenouder in tract. de priuilegijs doctor. in 2. p. num. 24. & Luc. de penna in l. ſacris 3. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 10.* & multas habent alias DD. prærogatiuas, *vt Farinac. de carcerat. q. 27. nu. 77. Laderin. conſ.* 30. vt quod poſſint arma portare impune *Duena regul. 55. 7. limit.* nec teneantur hoſpitare milites, Natt. conſ. primo per totum, & quod torqueri nequeunt, *Hyppolit. pract. crim. §. expedita num. 29. & ſeq.* nec valeat conſuetudo in contrarium, *Gramm. voto 1. num. 12. & vide pro veritate Farinac. q. 91. num. 47. & Eugen. conſ. 63. nu. 89.* intelligendo tamen de doctoribus peritis nō de illis ſolo nomine, qui vt inquit, *Rol. à Valle conſil. 66 num. 38. & 40. volum. primo*, dicuntur dolores legum, *Muſcatell. in praxi p. 3. gloſ. detinebuntur num 12. & vide de alijs per Gratian. c. 186. Barboſ. in l. 1. ff. ſolut. matrim. 7. p. num. 13. cum ſequ. Rebuff. tract. de priuilegij ſcholar. Petr. Lenouder. de priuileg. doctor. & Signorell. de homodeo in tractat. praeceden doctoris*, & quando Doctor. præferantur militibus, *D. Rou. in conſil. 84.*
26 *num. 4.* † & ad hanc materiā notes filios iuuare non ſolum patribus in nobilitate ſed in alijs, nam ſi pater ſit decurio præfertur alijs decurionibus filios non habentibus, *l. in alto, C. de decurionibus libro* 10. *Hyppolit. ſingul.* 602. & ſi alicui veniret abſcindenda manus mitigari debet talis pœna pro filiorum educatione, prout excuſat liberorum numerus patrem à muneribus *Ferdin. Paez. in tract. de excuſ. parent. à public. in princip. num. 7.* quod quomodo intelligatur, *laté de Franch. deciſ. 65. num. 4. & Paſchal. de patria poteſt. p. 4. cap. 4. per totum vbi de abundanti tractatur, & Trentacinque var. reſol. p. ſub tit. de iure immunit.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An remiſſio poſſit fieri conditionatè?

SVMMARIVM.

1 *Conditio remittendi dicitur indiuidua, etiam in ſeparabilibus.*

2 *Voluntas diſponentis limitata debet ad vnguem obſeruari, alias vtile per inutile vitiatur.*

3 *Accuſare perpetuo prohibetur qui ſemel deſtitit ab accuſatione.*

4 *Pacta, & conditiones in remiſione appoſita an reijciantur, Deciſio num. 12. & quomodo procedat num. 13.*

5 *Iudex ſi abſoluat reum cum conditione ne in futurum ea attentet, ſi deinde contrauenìat non incidit in primas pœnas. Ratio num. 6. vbi vide quid ſi hoc pactum adijciatur à Principe, & quid in priuato nu. 7.*

8 *Promiſſio per ſtipulationem eius quod eſt poſſibile deberi per legem valet.*

9 *Fadeiuſſio præſtita pro obſeruantia pactorum in remiſſione contentorum minime valet.*

10 *Reus compelli poteſt ad obſeruantiam pacti in remiſſione appoſiti, ſi remiſſio ipſa facta ſit ex cauſa, quæ poſtea ſequuta non eſt vide aliam limitationem nu. 11.*

14 *Acceptilatio conditionalis, ſi ex ipſa conditione reddatur inutilis, reijcitur conditio.*

15 *Conditio appoſita in acceptilatione in quid reſoluatur, & quæ conditio in ea remaneat, num intrinſeca, vel extrinſeca, & numer. 17. vbi multa non inutilia.*

16 *Abſolutio ab excommunicatione tali pacto, vt ſi reſiduum non ſoluat ad tale tempus, reincidat in excommunicationem an ſubſtineatur.*

18 *Modus non ſuſpendit actum, ſed trahit ſecum exequutionem, & num. 19.*

20 *Qualitas adiecta diſpoſitioni principali perfecta appellatur modus, etiam ſi corripiat per verba conditionem denotantia.*

21 *Donatio facta hoc modo, quòd donatarius teneatur aliquid facere, non eſt conditionalis, ſed modalis.*

22 *Modus in dubio præſumitur, non conditio.*

23 *Conditio appoſita in exequutione actus non inducit formam in eodem actu.*

DECISIO XI.

PATER occiſi filij necem,& iniuriam remiſit occiſori in magna Curia Vicariæ pœnes acta cauſę, & corã magiſtro actorum, vt dictat Pragmatica, perfectoque actu remiſſionis, eodem inſtanti interrogatus, cur faciebat dictam remiſſionem,reſpondit hæc,quę ſequuntur. Per amor de Dio con l'infraſcritti patti da oſſeruarſi inuiolabilmente,che per anni cinque, numerandi dal dì, che darà la ſottoſcritta plegiaria,non poſſa, ne debbia accoſtare in Napoli per quindeci miglia circumcirca,& eſſendo preſo in tal caſo debbia pagare ducati mille di pena all'Eccleſia del Spirito Santo,per li quali debbia dare idonea plegiaria in Vicaria da oſſeruarſi detto patto , & conditione per ſpatio di detti anni cinque, & contrauenendo, detta remiſſione ſia nulla,& per non fatta, reſtando ferme tutte le raggioni del remittente contra detto inquiſito, come non fuſſe fatta, &c. Et poſt alia ſubdit, & con vn altra conditione, che frà termine d'vn meſe habbia d'accettare detta remiſſione, & dar plegiaria delli detti ducati mille, con le dette conditioni, altrimente fenito detto meſe, ſimilmente s'intenda detta remiſſione per non fatta.

Infrà menſem , quo inquiſitus tenebatur præſtare cautionem virtute dictæ remiſſionis , pro eius parte fuit inſtatum in magna Curia Vicarię debere gaudere indultu generali à Potentiſſimo, & Clementiſſimo Philippo III. Rege noſtro omnibus delinquentibus conceſſo ob eius feliciſſimas nuptias cum Sereniſſima Regina noſtra,quos Deus longæuos faciat in terra fœcundos, ac pulchra prole parentes, & inimicorum victores, ac triumphatores.

Declarauit magna Curia debere gaudere indultu ſeruata forma remiſſionis , ab hoc decreto pro parte inquiſiti fuit appellatum prætendentis debere reformari decretum, quod ſ. ſimpliciter gauderet indultu,non ſeruata forma conditionũ in remiſſione prædicta adiectarum,quas reijciendas eſſe prætendebat , & fuit mandatum M. C. quod faceret verbum in Sacro Conſ. Pendente verbo faciendo in S.Conſ. inquiſitus fuit captus intus Ciuitatem. Dicebat Fiſcus, & inſtabat pars contra dictum inquiſitum eſſe procedendum pro humicidio prædicto , ac ſi remiſſio facta non eſſet,cùm eius conditionibus partiũ non paruerit, & proinde ex lege expreſſa remittentis habe-
1 tur pro non facta , † quia iſta conditio eſt indiuidua,& facit actum eſſe indiuiduum, etiam in ſeparabilibus,quia inducit formam, quæ indiuidua eſt , vt perbellè præ ceteris explicant moderni Vltramontani forma enim dat eſſe rei, & eam in eſſe conſeruat,& ſine illa perit vulg. *l. Iulianus. §. ſi quis rem ff. de exhib, Bal. conſ.283. vol.4.* *bene tangit Camerar. in repet. c. imperialem pag. 52. 3. col.* & etiam in ipſis ſeparabilibus, &
2 diuiduis , † vbi voluntas diſponentis eſt limitata ſi adunguem non obſeruetur , & ſpecificè vtile per inutile vitiatur , quia aliàs noluit, qui potuit diſponere,& illo modo diſpoſuit. Quanto magis hæc procedunt vnicus eſt actus ſpecificus, & limitatus , qui non recipit diuinitatem, & ſeparationem,vt eſt actus remiſſionis, qui vnum tãtùm continet ſc.ipſam remiſſionem illo modo factam, & ideo inquiſitus tenebatur remiſſionem prædictam acceptare,vel reſpuere,ſed poſtquam acceptauit , intelligitur acceptaſſe cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus, præſertim quando conditiones non ſunt impoſſibiles à natura , ſed ſunt conditiones honeſtæ, ac ordinariæ, quibus non poterat dedignari inquiſitus, de quibus abundè per *Couar.* qui hanc materiam doctè expendit *in tit. de ſponſalib. in 2.par. c.3. §. 2. num. 9.* & ait prætor pacta ſeruabo.

3 † Ex aduerſo pro parte inquiſiti dicebatur,quòd cum pater occiſi ſemel deſtiterit ab accuſatione, non poteſt ad eam amplius redire , & remanet perpetuò excluſus per tex. *in l. qui deſtitit. ff. ad turpill. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. ad l. Corn. de adult. l. abolitionem. C. eo. tit. l. accuſationem vbi Bal. C. qui accuſ. non poſſ. facit tex. in l. poſteaquam C. de pact. l. 1. C. de abolit.*
4 & dicebatur eſſe caſum expreſſum , † & in ſpecie in *l. quamuis C. ad turpill.* qui reijcit pacta,& conditiones, remiſſionem verò firmam remanere ſtatuit ibi (non obſeruantibus aduerſarijs pactorum fidem inſtaurare accuſationem minimè potes,à qua ipſe deſtitiſti) ad idem tex. *in l. ſi is C. eo. & in l. mulier §. 1. ff. eod tex. in l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condit. & demonſtr.*

Et præterea prædicta iura,quæ in ſpecie controuerſiam decidere videntur , dicebatur hanc quæſt. tetigiſſe,& decidiſſe *Bart. in l. ſi vnus. §.*
5 *pactus nè peteret num. 26. ff. de pactis* in † iudice abſoluente reum, cum conditione , ne ſimilia in futurum attentaret,& ſi ſecus ipſo iure reincidat in primas pœnas tàm temporales, quàm ſpirituales , quòd refert contigiſſe Bunoniæ in perſonam Marchionis Ferrariæ per legatum ſub his pactis abſoluti,concludit illo contrauueniente nõ reincidere in primas pœnas per illum tex . Quia per liberationem ſublata non poſſunt per conuentionem reſuſcitari , quicquid in contrarium tenuerit *Iac. Butrig.* quem ipſe refert , quia li-
6 beratio non eſt pura, ſed conditionalis , † tamen concludit Bart. quod vbi tale pactum adijcitur à principe, ſeu Domino, qui habet poteſtatem l. condendæ , quo caſu pactum eſt lex, contrauueniens reincidit in pœnas remiſſas , non quod illæ reuiuiſcant ex prioribus delictis, quæ iam deleta ſunt, & ſublatæ pœnę, ſed ex nouo delicto propter contrauentionem, propter quam eſt impoſita illa eadem pœna remiſſa , quod potuit legiſlator, & reus ſe ſummiſit, & acceptauit: punitur enim ex ſecundo delicto grauius propter præcedentia remiſſa,quod poteſt facere lex,vt *in l. capitalium §. famoſos. ff. de pœn. l. 3. Epiſcop*
7 *aud.* † ſi verò non Dominus abſolutus, & Princeps,

ceps,

ceps,ſed priuatus,vel inferior à Principe tale pa-
ctum fecerit,& delictum remiſerit,vel actionem,
quam habebat,& tunc aut pœna in caſu contra-
uentionis continet aliquid pecuniarium, & pœ-
na perſoluenda eſt non tanquam debita ex deli-
cto, ſed tanquam debita ex ſtipulatione,vbi in
8 ſtipulatione pœna eſt deducta, † quia poteſt per
ſtipulationem promitti illud, quod eſt poſſibile
per legem deberi *l. non impoſſibile. ff eo. de pa-
ctis*,ſecus ſi pœnæ erant tales, quæ non poterant
in ſtipulationem deduci, quia tunc habentur pro
non adiectis, & ſtipulatis vt eſt caſus in d.tex. in
quo pactis priuatorũ ſublatæ penæ non poſſunt
reſuſcitari, & hic eſt caſus, in quo agitur, idem
tenuit *Bart. in l.tale pactum. §. qui pronocauit.
ff. eo. & in l. non ſolum, §. qui iniuriarum, ff.
de iniur. & Bart.* ſequuntur communi calculo
doct. *Alex. ibi. & Iaſ. num. 46. Bal. in d. l.ta-
le pactum, §. qui procurauit ff. de pact. Ang in
q. incip. exorta guerra, idem Bald. in l. ſi quis
accepto, ff. de condit. cau. data, & cauſa non
ſequu. & ibi Paul. de Caſtr. Lud. Rom. Iaſ. ac
alij Bolognet.* Qui dicit communem *in d. §. pa-
ctus ne peteret nu.* 66. vbi reaſſumit concluſio-
nes, & adducit alias rationes, quas non tranſcri-
9 bo *Pet. de Anchar. in conſ.* 75 † vbi tenet quod
etiam ſi dati fuiſſent fideiuſſores pro obſeruantia
huiuſmodi pacti, non teneret fideiuſſio, nec pa-
ctum *Io. de Platea, & Oynotom. in §. fin. In-
ſtit. de iniur.* Quia iniuria ſemel remiſſa non re-
uiuiſcit. Quia ſemel extincta eſt actio. *l. qui res
§. aream ff de ſolut.* ſubditq; *Oynotom.* hanc opi-
nionem habere locum vbi remiſſio eſſet facta ex
10 cauſa, quę poſtea ſequuta non eſt, † quia eo ca-
ſu bene poterit compelli tantùm inquiſitus ad
præſtandum quod promiſit,non quòd reuiuiſcat
actio extincta,idem tenet *Gamma. In deciſionib.
Luſitan. deciſ. 63. quem ad idem allegat Roui-
tus Aduocatus eruditus, & ſtudioſus in ſuis Cō-
mentarijs ſuper Pragmaticis aditis ſuper Prag.
8. de compoſit.* vbi articulum tetigit. Idemque te-
net *Caranita ſuper Ritu 275. num. 12.* niſi ſu-
per dicta remiſſione, & pacto decretum Iudicis,
11 vel Principis conſenſus interueniat† Ego quoad
conſenſum Principis admitterem eius opinionē,
non quoad decretum Iudicis ex dictis per Bart.
& omnes DD. vbi ſupra,& idē tenet *Farinac. in
tit. de inquiſit. q. 2. nu. 11. in ſecunda limit. al-
legat Bal. & Salyc. in d. l. quamuis ad turpill.*
12 † Sacrum Conſ. re maturè diſcuſſa, & audita,
non improbauit pactum in d. remiſſione adie-
ctum, ſed tenuit non eſſe conditionem, & illa
verba cum hoc pacto,& conditione à parte pro-
lata verè non importare conditionem,quæ indu-
cat formam,& quæ annullet actum ipſo iure. Sed
modum, qui non annullat actum, ſed tantùm
compellit reum ad obſeruantiam pacti præciſè,
vel eſſe conditionem adiectam in exequutione
non in diſpoſitione actus,quæ actum non annul-
lat,ſed habet etiam vim modi.
13 † Et prætcrea prædicta licet Bart. & alij dicant
hoc pactum haberi pro non adiecto, eſt verum
quoad annullandum actum, & actionem remiſ-
ſam reſtaurandam non quo minus pactum ob-
ſtum obſeructur, vt idem Bart. & omnes firmāt
vbi in caſu inobſeruantiæ aliquid faciendum, vel
dandum eſt deductum in ſtipulationem,vt opti-
mè per Oynotomum vbi ſuprà. Nam actus re-
miſſionis erit validus. Sed pacta omnino ſeruan-
da,quæ non reſpiciunt nullitatem,ſed obſeruan-
tiam actus, & pro hoc vnus ex dominis dixit fa-
cere optimè dicta per gloſam communiter rece-
14 ptam in d. l. ſi quis accepto, † vbi tenet rejiciē-
das eſſe conditiones adiectas in acceptilatione,&
liberatione,quæ redderent acceptilationem inu-
tilem ex reg. illius tex. quia acceptilatio eſt actus
legitimus, qui non recipit conditionem *l. actus
legitimi. ff. de reg. iur. l. acceptilatio ff. de accepti-
las.* & ideo ad primæuam obligationem ſemel
acceptatione ſublatam, & extinctam redire non
poteſt, hinc Bald. ſumpta occaſione in illo tex.
quem habuit in punctis à præceptore ſuo Bar.
vt teſtatur *Paul. Rom. Iaſ. & alij*, & optimè il-
lum commentatus eſt ibi numer. 2. concludit,
15 † quod in acceptilatione,& liberatione, condi-
tio reſoluitur in vim modi, & ſolum remanet
cōditio legalis neceſſaria, & intrinſeca, quæ ineſt
ex iuris diſpoſitione pro perfectione, & exequu-
tione actus, ſed conditionem extraneam ſc. ex
pacto priuatorum non recipit, quia acceptilatio,
& liberatio debet trahere ſecum ſuum effectum,
quia incipit à ficta exequutione. Quare non po-
teſt eſſe in ſuſpenſo, & nemo poteſt ſe reponere
in obligatione ſublata,in his præſertim, quæ nō
dependent à conſenſu noſtro. *l. cum nota C. de
tranſact. & d l ſi vnus § pactus ne peteret, ff. de
16 pact.* † hinc dicit non valere pactum, quod ex-
communicatus ſit abſolutus ea conditione, vt ſi
reſiduum non ſolueret ad tale tempus, reincidat
in excommunicationem, & alias pęnas ſpiritua-
les,quia non poteſt ſubſtentari,& vigorari, quod
non eſt, & vna ſpecies alteram gignere non po-
teſt, & ex vna, & eandem cauſa reintegratio
fieri non debet, vt iniuria, & ita dicit procedere,
*tex. in d. §. pactus ne peteret, & Bal. in hac l. ſe-
quitur Dec. in d. l. actus legitimi ff. de reg. iur. nu.*
17 6. vbi declarat, † quod actus, de quibus in d. l.
non recipiant conditionem ſc. conditionem ex-
trinſecam,vt ſunt conditiones facti, & pacti, ſed
benè conditiones intrinſecas tantùm legales,quæ
tacitè inſunt à lege, allegat ad idem eundem
*Bald. in d. l. 3. ff. de leg. primo, & in l. cum Index.
C. de ſent. & inter loc. omni Iud. poſt gloſam ibi*,
quæ loquitur in ſententia, quæ non poteſt fieri
ſub conditione extrinſeca *l. 2. §. biduum ff. quād.
appell. ſit.* ſecus ſub conditione intrinſeca, quæ
de iure ineſt,& allegat *Bart. in l. à Diuo Pio §.
in venditione ff. de re ind. declarat optimè Aret.
in l. impoſſibilis num. 3 ff. de verbo. obligat. poſt
Hoſtienſem in ſumma extra de re Iud Bald. &
alios in c. quoad conſultationem eo. tit. Alex. in
add. ad Bart. in d. §. in venditione, & Rom. conſ.*
601. & eſt vera, & communis omnium Doctorū
concluſio in *d. l. ſi quis accepto.* vnà cum Baldo,
quod liberatio ſub conditione non tenet, ſed re-
ſoluitur in vim modi ea ratione, vt dixit etiam
Iaſ. ibi in princ. poſt alios, quia actus liberato-
rius fit per verbum præſenti temporis, vtputà ac-
ceptum fero, vel acceptum tuli, quod denotat
actus perfectionem, ſic, & remiſſio actionis, & in-
iuriæ,

iuriſ,& ideo non poteſt fieri ſub conditione,vel
in diem,quia conditio ſuſpenderet actum, & nõ
18 eſſet liberatio. † At modus non ſuſpendit , ſed
trahit ſecum exequutionem ex dictis per *gloſam
in l.2.C.de his,quæ ſub modo* , ex quibus omnes
inferunt ad q. Bal. & ipſum ſequuntur nõ valere
abſolutionẽ illo modo factã,vt quis reincidat ad
primæuas pęnas, & ideo elegãter Angelus in di-
cta lege impoſſibilis , dicit liberationem condi-
tionalem impoſſibilem eſſe nullam , modalem
aliquam his verbis, odi la mente capto,quia an-
te modum impletum, diſpoſitio habet ſuum eſ-
ſe perfectum,vnde agens ad implementum modi
ex poſt facto repellitur exceptione, pro hoc do
tibi gloſam magiſtram in *l. cum donationis C.de
traſact.* licèt Placentinus in aliquo fuerit in opi-
nione contraria , & dicit tenendum eſſe menti.
Quia Bar.nec alij dicunt,& *Aret.in d.l.impoſſi-
bilis nu.3.* ſequitur Ang. & ita declarat eius ra-
19 tionem, † quia difficilius debet deſtrui,quod ſe-
mel eſt deductum in eſſe,quàm impediatur pro-
duci, quod non eſt productum. Vnde quia mo-
dus non ſuſpendit exequutionem liberationis,&
incontinenti ſortitur ſuum effectum, non ita de
facili vitiatur liberatio, ſicut vitiaretur ſi eſſet fa-
cta ſub conditione, modus enim de per ſe, & de
ſui natura non impedit diſpoſitionem videri pu-
ram,& actum habere ſuam eſſentiam, *vt l. 5. &
fi.C.de his,quæ ſub modo.* Vnde quia actus ha-
bet formam,& eſſe,& ſi eſſet impoſſibilis, non
deſtruet actum,idem tenet *Alex. in d l. cum do-
nationis num.3.& ibi cæteri Doctor.* Et vera eſt
20 etiam de iure concluſio , quod omnis qualitas
adiecta diſpoſitioni principali perfectè dicitur
modus etiam ſi concipiatur per verba denotan-
tia conditionem,*l.cum ab en.ff.de contrah. empt.
l.ea conditione.C.de reſcind.vend.* per quæ iura,
& alia ita tenet *Bart. & poſt eum latè Socc.in l.
quibus diebus, §. Termilius,ff. de condit.& de-
monſtrat.& ſcribentes omnes communiter in l.1.
C.de donat. quæ ſub modo Parïſius in conſ 19.n.
250.vol.2.abunde Tiraqu.de retract. conuent.§.*
21 *2.gloſ.1.num.26.* & † ideò ſi fiat diſpoſitio , ſeù
donatio, per hæc verba, cum hac tamen condi-
tione quod donatarius teneatur illud , vel illud
facere,donatio cenſenda eſt modalis,non condi-
tionalis,& donatarius non adimplendo,non red-
dit donationem nullam,ſed poterit præcisè com-
pelli ad adimplementum pacti,& modi plura ad
idem cumulat , & allegat *Molina lib. 2. de pri-
mogen. Hiſpan. cap. 15. num. 30. & cap. 12. in
princ.* vbi ex his tenet in maioratus inſtitutione
facta,pacta,leges, & conditiones adiectas reſolui
in vim modi,& effectus eſt, quia modus non an-
nullat actum , & diſpoſitionem,ſed tantùm obli-
gat promittentem ad implementum , conditio
verò annullat tanquam forma,vt ibi reaſſumit,ſe-
quitur,& alia ad idem congerit *D. de Ponte in
22 conſil.81. num.14.* † etiam quia in dubio potius
præſumitur modus, quàm conditio,*l.quæro,§.
inter,ff.loc. Bar in l cum mota, C.de tranſact.* &
verba cum hac conditione,& onere non impor-
tare conditionem,ſed modum niſi alia verba ad-
iungantur importantia de ſui natura conditionẽ
ex multis tenet *Aret. in conſ. 149. num.1.* quæ
non tranſcribo,& ad ſatietatem *Mântica lib. 10.
tit.5. de coniect. vult. volunt.* Dixit etiam idem
ex Dominis,quod quatenus eſſet conditio,prout
non eſt , nihilominus vbi conditio non reſpicit
diſpoſitionem actus, ſed exequutionum ipſius a-
ctus eo caſu non inducit formam, & non annul-
lat actum; in præſenti caſu pactum, & conditio
remittentis ſimpliciter, & abſque pacto aliquo,
fuit interrogatus quare faciebat prædictam re-
miſſionem. Reſpondit propter amorem Dei, &
23 cum pacto, & conditione, &c. † & ſic in exe-
quutione actus,vnde diſpoſitionem ipſam,non
vitiat,nec annullat actum,ita elegantiſſimè tenet
*Dec.in d l. actus legitimi num 7 ff.de reg.iur.&
ſequitur ibi Cagnol.num.27.allegat ibi Dec.tex.
in l.mmuo §. ſub conditione ff.de tut.& Bar. in
l.1.ff.de cond 1.& demonſt.& alios,& tenet Bar.
in l.ſi mihi.& tibi,§.quis ſeruus,ff. de leg 1. ſe-
quitur Aret. in d. l. impoſſibilis num. 3. ff. de
verb.obligat. & eſt deciſio punctualis gloſæ in
l.ſeruus.ff.ae ſeru. expor.in princ* quæ dicit eſſe
notandum , quod pactum incontinenti appoſi-
tum non valet , quoad actionem inſtaurandam in
pœnalibus.

Quare ex his Sacrum Conſilium declarauit,
remiſſionem,eſſe validam,ſed compellendum in-
quiſitum ad obſeruantiam pacti in dicta remiſ-
ſione adiecti in cauſa Dionyſii Surrentini inqui-
ſiti de homicidio commiſſo in perſonam Ioannis
Auguſtini Guerræ filij Ioannis Nicolai Guerræ
qui fecit remiſſionem , prædictus proceſſus eſt,
pœnes Barreſium actorum magiſtrum cauſarum
criminalium.

Poſt hæc vidi Apoſtillã diſertiſſ. Iureconſ.&
Aduocati primarij ſuo tẽpore Fabritij Sãmarci
mei auũculi ad *Bar.in d.§.pactus ne peteret,* vbi
dicit text. quem poterat hic Bart. allegare in *l.
quamuis C.ad S.C. Turpill.& Iaſ. hic num.46.*
Et quia eſt modalis non nocet reſeruatio,vt per
Bald. in l.ſi quis accepit ; & in cauſa Ioannis
Vincentij de Tiſo fuit iudicatum in Magna
Curia Vicariæ Iudice tunc Cadena in Anno
1568. de menſe Martij. Mater , ac fratres oc-
ciſi fecerant remiſſionem amplam, nil ſibi reſer-
uantes , niſi quod in Ciuitate Auerſæ , & Nea-
polis non moraretur , aliàs illa remiſſio non
teneret, fuit dictum, quod remiſſio erat valida,
non obſtante pacto apud Iordanum actorum
magiſtrum cauſarum criminalium. Tamen re-
lata poſtea cauſa in Sacro Conſilio fuit decre-
tum reuocatum , credo, quod fuerit reuoca-
tum , quoad ſecundam partem decreti , non
obſtante pacto , nam ex ſupra dictis pactum
eſt omninò ſeruandum tanquam modus , vt nos
iudicamus , & ſic vtrumque valet , remiſſio,
ſcilicet, & pactum ; etiam quia in pactis libera-
torijs, ſi non valet quod agitur, vt agitur debet
valere,vt valere poteſt *d.l. ſi vnus, §.ſi accepti-
latio, ff. de pactis declarat Bar. in l. 1. §. ſi quis
ita, ff. de verb. obligat.*

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio cum conditione an valeat cum declaration.*
2 *Dom. Reg. Conſtantius laudatur.*
3 *Tempus perpetuum fuit habbitum decennium.*
4 *Patria amor enunciatur.*
5 *Libertas quando dicatur infrigi.*
6 *Remiſſio quando valeat, & an in teſtamento cum tota mater.*
7 *Pactum de ſtando in aliquo loco inter virum, & vxorem an teneat, & num. 8.*
9 *Pacta in capitulis matrimonialibus poſſunt apponi per contrahentes vt eius placent.*

VT præſens Deciſio clarior redatur,
quod remiſſio facta ab offenſo, vel
1 pro eius parte ab aliquo, ad quem
ſpectat alicui inquiſito cum expreſ-
ſo pacto, & conditione ne accederet ad locum
delicti, vel aliquam partem, &c. ſub certa pęna
in caſu contrauentionis valeat, & teneat cum tali
conditione, adeo quod ſuccedente ipſo caſu cō-
trario compellendus ſit is ad beneficium cuius
fuit facta ipſa remiſſio pro obſeruantia conditio-
nis, vide *Gammam deciſ. Luſitan. 63. & 368. Vulpell. in tract. de pace q. 55. Maſtrill. deciſ. 38. & D. Rouitum in Pragmat. de compoſition. nu.*
17. qui optimè declarant niſi tempus eſſet per-
2 petuum, & ſic deciſum, † referente illo eximio
D. Regente Conſtantio ſanguine ſplendore, vir-
tute magnificenti, ac rerum geſtarum gloria ne-
mini ſecundo, & vtinam ipſius gubernandi peri-
tia, & experientia fuiſſet perpetua, *faciūt Guazz. de pace, & tregua p. p. q. 62. & vide Anton. de ballis var. tract. lib. 5. prag. 5. tit. 28. num. 7. & Farinac. q. 107. artic. 20. per totum in pract. criminali; & Parlador. rerum quotidianarum 51. §. 2. num. 3. & Paſchal. de viribus patr. pot. p. 2.*
3 *c. 1. num. 224.* † quod tempus perpetuum fuit
habbitum decennium *ex Moran. de pace, & tregua q. 88. num. 9. & 10. Gaill. obſeru. 29. nu. 6. lib. 2.* tamquam contra libertatem, vt ipſe D. Rouit.
d. loco, & diceretur priuari patria, vel alio loco
vbi concurreret affectio, quæ dulcis eſt iuxta il-
lud, (dulcis amor patriæ) &c. *Iſern. in c. vnico nu. 10. de feudo guardiæ*, imo nemo cogitur de-
relinquere patriam, & derelinquens impius vo-
catur *latè Maſull. ad Capyc. deciſ. 135. verſ.* &
attulit vbi plura circa priuationem libertatis, &
de ipſa patria *D. mens. Reg. Valenzuola conſ. 36. num 64. fol. 301. Alciat. de præſumpt. regul. 3.*
5 *præſumpt. 37. D. Rouit. conſ. 73.* † Hinc grauiter
infringitur libertas per tantum tempus licet poſ-
ſet dicit alius offenſus remiſſionem, & pacem nō
feciſſet, ſi ſciret non debere ſeruari ſuam condi-
tionem appoſitam in ſatisfactionem paſſę iniurię,
6 & de talibus remiſſionibus, ſi plura velis obſer-
uare quomodo in Regno fieri debeant videas
Pragm. vnic. de remiſſ. Carau. rit. 173. & 275. num. 7. Tartagl. in Pragm. 8. de compoſit. nu. 7. & Carabba ſingul. 207 & neque per Procurato-
res fieri poſſe, *Carau. in rit. 275. nu. 8. Maſtrill. de indult. c. 24. num. 69.* etiā ſi haberent ſpeciale
mandatum *Baiard. ad Clar. q. 58. num. 50.* in Re-
gno non extra, quia tunc poteſt Procurator ha-
bens ſpeciale mandatum eam facere, *Tartagl. d. loco num. 6. & in Pragm. 1. num. 30. de exulibus, Clar. d. q. num. 36.* & adhuc ſi principalis eſſet
mortuus, *Farinacc. q. 14. tit. de accuſ. num. 31. Marſil. ſingul. 44. Maſtrill. de indult. d. c. 24. nu. 71.* ſed an ſi fuerit facta in teſtamento remiſ-
ſio teneat, *Nouar. amicus meus q. forenſ. 68. per*
7 *totam.* non iudicatur tamen infringi libertas
quando vir, & vxor fecerunt pactum de ſtando
in aliquo loco, vt ait deciſum *Capyc. deciſ. alleg. 135. quem citat Marcellus Fortunius de verit. & errore 2. memb. 2. p. num. 24. & vide Henric. Boicch. in c. de illis de ſpōſalibus Pellicc. in conſ. Auerſan. c. 2. 62. Capell. Tholoſ. deciſ. 87. Intrigl. ſingul. 63. Apecell. alleg. 5. num. 11. Conarr. de ſponſ. 2. p. c. 7.* niſi ex cauſa excuſarentur, vt ait
deciſum in S.C. doctiſſimus noſter *Anib. infra*
8 *in deciſ. 20. num. 19.* & ad materia pactorum,
quod poſſint apponi in capitulis matrimoniali-
bus, prout velint partes, *D Theodor alleg. 79. nu. 13.* & ad concluſionem noſtræ deciſionis per eā-
dem rationem detrimenti libertatis nota neque
tenere pactum, per quod quis promiſit perpetuo
ſe receſſurum à tali loco ſecundum *Afflict. in conſt. quia frequenter num. 3. Viu. opin. 183. num.*
9 4. † prout neque pactum perpetuò de ſtando in
communionem, prout ad tempus *Theſaur. deciſ. Pedem. 143. num. 5. Petra ad Gramm. deciſ. 7. num. 5.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An ſententia lata contra maiores, & minores ſit nulla in totum, vel reſpectu minorum tantùm.

SVMMARIVM.

1 *TVtor ſolemnia non adimplens prohibebitur adminiſtrare.*
2 *Sententia eſt indiuidua.*
3 *Actio perſonalis diuiditur inter coheredes.*
4 *Sententia continens plura capita diuerſa, & ſeparata, ſi quoad vnum annulletur, poteſt quoad aliud exequutioni demandari.*
5 *Sententia in qua minores, & maiores cōdemnantur eſt nulla tātùm reſpectu minorum.*

6 *Hæredes tenentur pro hæreditarÿs portionibus ad onera hæreditaria, etiam ſi fiſcus ſit creditor, niſi intercedat pignus, vel hypoteca, num. 7.*

DECISIO XII.

FVIT lata ſententia
per Sacrum, & Col
laterale Conſiliũ me
referente, per quam
fuerunt condemnati
quidam minores, &
maiores ad ſoluen-
dum actori ſingulis
annis in futurum
annuos quoſdam n-
troitus eidẽ per co-
rum patres venditos, ſeù inſolutum datos pro
ſorte principali per eum debita, & pro quantita-
te decurſa, & pro præterito debita, fuit eidem
actori præſtita aſſiſtẽtia ſuper quadam terra, quę
poſſidebatur per primogenitum ex dictis con-
uentis ſtante Regio aſſenſu in prędicto contractu
impetrato. Minores dixerunt de nullitate præ-
dictæ ſententiæ tamquã latæ ipſis inauditis. Quia
iudicium non fuit factum cum perſona legitima,
ex quo mater, quę tamquam tutrix comparuerat
ad ipſos defendendum, & conſtituit procuratorẽ
in cauſa, cum quo fuit proceſſum (ad omnes a-
ctus non erat legitima tutrix,) quoniam non con-
1 fecerat ſolemnia, † & proinde non poterat ad-
miniſtrare ex diſpoſitione, *l. tutor, qui reper-
torium, ff. de adminiſtr. tutor.* & ita ſemper paſ-
ſim iudicauimus in Sacro Conſilio aduerſus geſta
per tutores, non adimpletis ſolemnibus. Dicebat
actor, quòd quatenus ſententia eſſet nulla reſpe-
ctu minorum, nõ poterat eſſe nulla reſpectu pri-
mogeniti maioris, cum quo iudicium non clau-
dicabat, quia cum procuratore ab eo conſtituto
lis conteſtata, & omnia acta fuerunt facta, & de
hoc non dubitatur, & proinde inſtabat ſententiã
prædictam demandari exequutioni pro integra
quantitate contra maiorem. Qui actione reali
tenebatur tamquam poſſidens terram ſuper qua
fuit præſtita aſſiſtentia. Replicabat maior primo-
2 genitus, † quod ſententia eſt indiuidua, & ideo ſi
eſt nulla reſpectu minorum, etiam nulla reſpectu
ipſius, *l. in hoc iudicio, vbi Doctor. omnes ff. fa-
mil. Herciſcund.* & in iudicio quaſi contrahitur
l. 3. §. Item quæritur, ff. de pecul. quo caſu vtile
per inutile vitiatur, & latè per *Bart. & alios in
l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig.*

Secundò, dicebat quatenus reſpectu ipſius eſ-
ſet aliqua, non poterat demandari exequutioni,
niſi pro portione hęreditaria, & pro rata ſibi ſpe-
ctante, ideoque cum nouem eſſent condemnati
in ſententia pro nona parte tãtum, quæ ad ipſum
ſpectabat, poterat exequi quam offerebat ſoluere
per *tex. in l. 1. C. ſi plures vna ſententia*, vbi
omnes cenſentur condemnati pro parte, etiam
quòd inſolidum tenerentur, niſi inſolidum tene-
rentur, niſi inſolidum condemnentur, *& latè per
Boer. deciſ.* 310. *& Grammat. deciſ.* 68. *& di-
xit Bart. in d. l. 2. §. ex his num.* 2. quod vbi
plures ſunt condemnati, vt hæredes promiſſoris.
Vnuſquiſque pro parte tenetur in diuiduis, tùm
3 etiam, quia † actio perſonalis diuiditur inter co-
hæredes, *l. 1. & 2. & tot. tit. C. de hæredit.
action. & tot. tit. C. ſi vnus ex pluribus hære-
dibus*, dicebatur per Actorem, quòd ſententia
prædicta continet duo capita. Vnum actionis
perſonalis contra omnes, & hoc verum eſt quod
diuiditur aliud actionis realis, & aſſiſtentiæ præ-
ſtitæ ſuper bonis poſſeſſis per maiorem tantum,
& hoc non diuiditur, ſed debet inſolidum de-
mandari exequutioni contra ipſum tanquam
4 poſſeſſorem, † quia vbi ſententia continet plura
capita ſeparata, & diuerſa, ſi annullatur quoad
alia, quia in diuiduis vtile per inutile non vitia-
tur, vt concludunt communiter *Doctor. in d. l.
2. §. ex his etiam* in ſententia, vbi per regulam
ampliationes, & limitationes hanc materiam ex-
plicant, ac *Bar. & alÿ in l. græcè, §. illud, ff. de
fideiuſſor.* & de pluribus capitibus ſeparatis in
ſententia, tenet *Bar. in l. cum actum num. 4. ff.
de negot. geſt. Imol in conſil.* 139. *num. 6. &
copioſè Felyn. in cap. cum inter num. 5. extra
de re iudic. nouiſſimè Menoch. de arbitr. iudic.
lib. 2. caſu 95.*

Sacrum Conſilium me referente cenſuit eſſe
5 nullam reſpectu minorum, † quos mandauit au-
diri ex integro, & eſſe validam reſpectu maioris,
tàm quo ad caput actionis perſonalis, quã quo-
ad actionis realis, & hypothecæ, ſeù aſſiſtentiæ,
præſtitæ, & decreuit ſententiam prædictam pro
tota quantitate eſſe demandandam exequutioni
ſuper Terra Caſſani, ſuper qua fuerat præſtita aſ-
ſiſtentia, & fuit dictum, quòd non erat neceſſa-
rium quærere regulas, & externas deciſiones, &
authoritates, nam pro deciſione huius puncti eſt
caſus expreſſus in *l. pro hæreditarÿs, C. de hæ-
6 redit. action.* † vbi dicitur, quod hæredes tenen-
tur pro hæreditarijs portionibus ad onera hære-
ditaria, etiam ſi fiſcus ſit creditor, niſi intercedat
pignus, vel hypotheca, tunc enim poſſeſſor obli-
gatæ reconueniendus eſt. Clarius idem decidunt
tex. in l. 1. & 2. C. ſi vnus ex pluribus hæredib.
Nam lex prima loquitur de pluribus hæredibus
creditoris, & dicit, quod diuiditur inter eos a-
ctio perſonalis, pignus verò vnicuique inſolidum
debetur, l. 2. loquitur de pluribus hæredibus de-
bitoris, & dicit, quod actio perſonalis ſcinditur
inter eos pro rata, ſed hypothecaria contra poſ-
ſeſſorem dirigitur non pro rata, ſed inſolidum,
vel totum debitum reddat, vel rem hypothe ca-
tam debitori dimittat, & dicit *gloſ. in l. mulier,
ff. qui pot. in pign. hab.* quam Bar. ibi ſequitur,
notabilem dicit, & Salyc. eſſe cordi tenendam,
ſequuntur omnes Doctor. *& Neguſ. in tract. de
pignoribus in primo membro 8. par. principalis
num.* 16. quod † quando ſunt plures hæredes
debitoris, omnes tenentur pro portione hæredi-
taria, ſed actione hypothecaria poteſt vnus con-
ueniri inſolidum, etiam non facta diſcuſſione
aliorum cohæredum, quæ alias eſſet neceſſaria
antequam deueneretur ad diſcuſſionem pigno-
ris, quia quando poſſeſſor eſt vnus ex hæredibus
tenetur inſolidum, & ceſſat diſcuſſio, & ad illud
quod

quod dicebatur, quod ſententia eſt indiuidua, fuit dictum, quod eſt verum quando vnicum tantum continet capitulum, quia tunc vtile per inutile vitiatur, & non poteſt ſententia ſcindi, vt tenet, & declarat *Gloſa in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic. & in l. fi. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Rom. conſ. 450. punctus dubitationis in fine, & conſil. 454. num. 2. Afflict. deciſ. 218. & 178. & ibi addentes Bald. in cap. inter cætera extra de ſent. & re iudic.* ſecus, vbi continet plura capitula, vt hic, decretum fuit me referente die 1602. apud Actuarium.

In cauſa Principis Caſertæ cum Barone Caſſani.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra maiores, & minores an pro parte ſit valida.*
2 *Sententia contra minores indefenſos eſt nulla.*
3 *Sententia ad fauorem minoris indefenſi tenet.*
4 *Sententia ad fauorem minoris indefenſi an valeat ipſo iure, vel eo minore ratificante.*
5 *Sententia lata contra viuos, & mortuos, an pro parte teneat.*
6 *Sententia contra mortuos quando valeat.*
7 *Sententia ad fauorem mortui non tenet.*
8 *Rei quatuor ex ſexdecim inſolidum condemnati ſimpliciter non pro rata, ſed inſolidum intelliguntur condemnati.*
9 *Minoris priuilegium quando maiori communicetur.*

1 QVod ſententia lata contra maiores, & minores reſpectu minorum ſit nulla, & maiorum valida iuxta diſtinctionem doctiſſimi Author, eo quia non fuerunt legitimè defenſi ab eorum tutore faciunt, *Viu. deciſ. 86. Ricc. coll. 323. Minadois conſ. 19. num. 9. Maſtrill. de-*
2 *ciſ. 54. num. 2. & 101. num. 5.* † quia ſententia contra minores indefenſos eſt nulla, & *Montan. de iure tutel. c. 30. num. 143. & Maranta in Specul. aureo p. 6. tit. de ſententia num. 105. & Ioan. Monach. in defenſor. curis tit. 15. nu. 35.*
3 † niſi ad fauorem ipſius minoris, *idem Marant. num. 106. Panormit. in conſ. 89. num. 7. vol. 2.*
4 *& Montan. c. 30. num. 157.* † ſed an valeat talis ſententia ipſo iure, vel eo minore ratificante,
5 *Gratian. diſcept. 573. num. 29. tom. 3.* † aduerte tamen ſecus in ſententia lata contra mortuos & viuos cum reſpectu omnium fuit deciſum eſſe ſuperſedendum, *Ratta conſ. 17. Nouar. q. forenſi 155.*) *quæ facit pro deciſ. principali, & vide ſi conferunt, ſcripta per de Franch. deciſ. 245. cum addent. Maſtrill. 137. nu. 12. Caſtill. deciſ. 60. num. 40.* & de ſententia lata poſt mortem Conuenti Audito procuratore cum quo fuit lis conteſtata, quod ſubſiſtat, *per Camill. de Medicis eruditiſſimum I. C. in conſ. 16. num. 14. fol. 80. & omnia per Grat. diſcept. forenſ. 243. nu. 9.*
6 *vſque ad 24. tom. 2.* † quando valeat ſententia contra mortuos, & de concluſione ſupra funda-
7 ta, † quod ſententia contra minorem indefenſũ valeat ad eius fauorem non intelligas ad fauorem mortui, *Balb. deciſ. 140. lib. 3. & Iacobin. de Sancto Georgio in §. & cum triplici C. de cadu-*
8 *cis tollendis,* † & vt in deciſione noſtra exequutam ſententiam pro tota ſumma contra maiores faciunt, quod dicitur de reis quatuor conuentis ad ſoluendum ſummam per ſexdecim debitores in ſolidum, qui licet ſimpliciter fuerint condemnati ad totam ſummam tantum tenetur pro omnibus, & non pro rata, *Afflict. deciſ. 215. de Franch. 680. Anna ſingul. 539. Giurba deciſ. 46. Marta de iuriſd. p. 4. caſ. 118. nu. 11. Grat. diſcept forenſ. c. 33. num. 50. tom. 1. & Ma-*
9 *xull ad Capyc. deciſ. 8.* † ſed quando priuilegium minoris maiori communicetur, idem *Nouar. de elect. fori q. 45. ſept. p.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Foriudicari an quis poſſit in Regno pro crimine, pro quo non venit imponenda pęna mortis naturalis.

SVMMARIVM.

1 *FOriudicari, an poſſit quis in Regno pro crimine pro quo non eſt admictenda pœna mortis naturalis, quod non decıſum in Collaterali Conſilio.*
2 *Ratio deciſionis, & praxis.*
3 *Nec ratione contumaciæ poteſt foriudicari in caſu prædicto.*
4 *Fugere à carceribus magis eſt, quàm citatus non comparere, & qua pœna fugiens puniatur, ibidem.*
5 *Conſtitutio Regni pœnam eorum explanatur.*
6 *Pœna quare ab antiquis Regibus in hoc Regno graues imponebantur, & cur hodie non ſeruentur.*
7 *Furta quando hodie puniantur pœna mortis naturalis.*

DECISIO XIII.

AD relationem Magnæ Curiæ Vicariæ coram Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Beneuenti Comite Prorege noſtro omnibus numeris abſoluto, peruerſorum, ac facinoroſorum malleo, quos pro Regni quiete, pacéq; publica, vt optima ratio Status

expoſcit ea vindicta proſequutus eſt ſemper, vt
nullus vnquam pro eis pœnis ipſum clementiæ
locus fuerit. In cauſa foriudicationis Fabritij de
Sanctis inquiſiti de homicidio in perſonam quõ-
dam Lelij Cerquæ V.I.D. commiſſo intus hanc
ciuitatem prope ædes, & Eccleſias diuæ Mariæ
de Cõſtantinopoli, quem M. C. Vicariæ foriu-
dicandum cenſuit, & per viam grauaminis, por-
rectis precibus per Patrem inquiſiti Domino Pre
ſidi, cùm fuiſſet ordinatum, quòd eadem magna
Curia faceret verbum in S. C. mandauit Excel-
lentiſſimus Prorex articulos grauaminum propo-
ſitorum decidi in collaterali cõſilio per duarum
aularum Conſiliarios, quos Dominus Præſes ar-
ticulorum prædictorum deciſioni præfecit, in
quarum vna præſidet Ioannes Thomas de Sala-
manca, & ego in altera.

Die iam dicta, relataque cauſa per Iudicem
1 de Piccolellis, fuit primo loco dubitatum, † an
poſſit quis foriudicari ſeruata forma Conſt. Re-
gni pęnam eorum pro delictis, pro quibus non
venit imponenda mortis naturalis pęna, & dice-
bat Fiſcus in hoc Regno vigere legem particula-
rem à Rege Carolo II. æditam inter capitula
Regni, *ſub Rubr. de foriudicat. incip.* Siuè quis
ſi forbannitus, qua ſtatuitur poſſe delinquentem
foriudicari ob contumaciam criminis, cuius pę-
na eſt mors naturalis, aut deportatio, aut mem-
bri abſciſſio, aut carcer perpetuus. Et non eſt
dubium, deportationem, membri abſciſſionem,
ac carcerem perpetuum, non eſſe mortem natu-
ralem, quare dicebat eſſe pro ſe caſum iuris, qui
non indigebat diſputatione.

Sed contrarium fuit iudicatum per maiorem
partem Dominorum Regentium, & Conſiliario-
rum, & ex antiquioribus diximus, ac teſtati fui-
mus, ita paſſim ſemper fuiſſe iudicatum per Sa-
crum Cõſilium, & maiores noſtros maxima cum
maturitate alias ita iudicaſſe, non obſtante diſpo-
ſitione d. c. ſiue quis, licèt enim olim practicare-
tur diſpoſitio dicti capituli in caſibus, in quibus
non veniebat imponenda pęna mortis naturalis,
vt foriudicatio fieret ea lege, vt poſſit foriudica-
tus impunè offendi, non autem impunè occidi,
at ſolùm poſſet impunè occidi in his caſibus, in
quibus veniat imponenda pęna mortis naturalis,
per quam practicam videbatur ſatisfieri vtrique
diſpoſitioni tam dict. capituli, quàm conſtitutio-
2 nis, † tamen prudentes Regni, ac maiores noſtri
conſiderauerunt, ac experientia ipſa doctè intel-
lexere, quod offenſiones non poterant dari ad
menſuram, ita vt ex talibus offenſionibus non
morerentur, qui mori de iure non debebant, nec
poterant, & ſic eueniebat ſæpiſſimè, quod pro
delictis pro quibus foriudicati Iudicis, ac Iuſti-
tiæ miniſterio non poterant mori, occidebantur
nihilominus à priuatis, ſub illo prætextu, quòd
poterant impunè offendi, quæ res viſa fuit valdè
inhumana, & exorbitans, ideo diſpoſitio d. c. non
fuit practicata in caſibus prædictis pęnam mor-
tis naturalis minimè inferentibus, & indeſuetu-
dinè abijt, & ſolùm remanſit diſpoſitio d. Conſt.
reſpectu criminum vitam adimentium, nè occi-
derentur à priuatis, quos gladius iuris necare
non poterat, & ita deciſum, & alias ſemper pra-
3 cticatum, & licèt aliqui † ab initio tenuerint poſ-
ſe etiam foriudicatos pro illis criminibus de qui-
bus loquitur d. c. impunè occidi, non tantum
ratione criminis, quàm contumaciæ, & contem-
ptus in non comparendo, & perſeuerando in cõ-
tumacia, ac perfidia. tamen *Luc. de Penn. in Co-
mento d. cap.* eorũ opinionẽ deteſtatur, ac refel-
lit. Nam ſatis eſt, inquit ipſe, quod contumacia
faciat, & fingat inquiſitum confeſſum de crimi-
ne, vt in d. Conſtit. at vere confeſſus non poſſet
impune occidi, niſi manu militari per iudicem,
ergo neque ficte cõfeſſus, nè plus operetur fictio,
4 quàm veritas, ſecundò dicit, † quod magis eſt fu-
gere à carceribus, quàm citatus non comparere,
& nihilominus, ſi quis fugerit, non poteſt puniri
vltra pęnam in ipſo crimine ſtatutam per text. in
l. prima cum ibi not. Sed eſt *l. pen. ff. de cuſt. &
exib. reorum tex. in l. cuique dolo, §. Item qui
confeſſum, ff ad l. Iuliam Maieſt. l. in frau-
dem 45. §. 1. ff. de iure fiſci l. 3. in princ. ff. de
his qui ſibi mort. conſc. l. ſi quis aliquid 38. ff.
5 de pœn.* & ideò d. Conſtit. † permittens foriudi-
catos occidi poſſe per priuatos tamquam odioſa,
& contra iuris rationem inducta reſtringi debet
potius quàm extendi, vt in eo tantùm crimine
locum habeat, pro quo ſi coram Iudice compa-
reret, & de crimine conuinceretur, aut confite-
retur, poſſit ad pęnam mortis iudicialiter con-
demnari arg. *l. quod verò contra ff de legib &
l. cum quidam ff. de lib. & poſthum.* & quod hęc
opinio ſit iuri diuino, & humano conformis ad-
duci iura alia, & rationes, quas non tranſcribo,
& ideo non mirum, ſi hæc opinio increbruit à
multis iam annis in Sacro Conſ. ſi etiam pruden-
tes, ac docti viri, qui floruere quaſi eo tempore,
quo illa iura condita fuere exiſtimauerunt illa
exorbitantia, & inhumana reſpectu criminum,
pro quibus pęna mortis non venit inferenda, quæ
opinio iam recepta eſt, & meritò, vt ab hac tam
recepta humana, & æqua opinione recedere ne-
fas ſit, ac penitus chriſtianis, ac pijs viris indignũ,
6 & non eſt nouum † nec abſurdum, quod iſtę pę-
næ rigoroſæ eo tempore ab illis nouis Regibus
in hoc Regno tumultuante neceſſitate iure for-
ſan vigente ad reformandum tumultuantium
audaciam ſtatutæ in deſuetudinem poſtea abie-
rint, quia res de facili reuertitur ad ſuam natu-
ram, *§. pauonum inſtit. de rer. diuiſ* & cum hu-
iuſmodi diſpoſitio eſſet iuri diuino, & humano
contraria, vt abundè per *Felin. in cap. Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ in princip. & per plures colum.
extra de conſtit. præter Luc. de pęn. vbi ſuprà*,
nimirum ſi ab ea receſſum, quemadmodum ab
alijs pęnis rigoroſis eorundem Regum. Nam idẽ
Rex Carolus II. addidit capitulum contra per-
cutientes cum Ronca tertea, accetta, cultello, vel
mannaria, vt vtar verbis capituli incip. Qui cum
ronca tertea ſub rubr de arm. acutis ſtatuens pę-
nam amputationis manus cum qua percuſſit, &
ſi non conſtet cum qua percuſſerit, amputetur
validior, quam pęnam indixerat etiam, *Conſtitu-
tio, Regni ſi quis aliquem*, & certum eſt, hanc
pęnam in deſuetudinem abijſſe, eodem pacto,
Rex Carolus I. addidit legem inter eius capitula
ſub rubr. de furt. incip. ad hoc, quod noſtrorum

ſtatuens

ſtatuens pęnam mortis naturalis aduerſus eos, qui furati fuerint rem excedentem valorem vnciæ, & ab auguſtali ad vnciam incluſiuè pęnam amputationis manus, hæc pęna neq; in vſu, eſt, & illam
7 non practicamus quoad vite ademptionem † niſi in magno furto, vel niſi concurrant cum furto aliæ qualitates, vt puta fractura domorum, ſeu diſcaſſatio, vt vtar curialium vocabulo, vel clauibus adulterinis de nocte commiſſum fuerit, & cum alijs circumſtantijs grauantibus delictum vt puta eſſet commiſſum à perſonis Barbis adulterinis vtentibus, vt frequenter in hac Ciuitate committebatur, ſed amputatio manus pro furto pęnitus non practicatur; & contra hanc pœnam inuenitur Paris, & meritò tamquam crudelem *in tract. Synd. in verbo crudelitas*, *& ideo dicit Arn. in dialogo* 38. quòd Iudex poteſt temperare pœnam d. c. & allegat ad hoc *Lud. Rom. in conſ. 439. & alios, & in comento* 137. *in fine* dicit, pœnam d. c. eſſe nimis rigoroſam. Quare non eſt qui amplius de hac opinione apud nos recepta dubitare poſſit, ſecundùm quam, & nos iudicauimus, & iudicamus, & maiores noſtri iudicauerunt, & nunc nouiſſimè coram extremo Prorege in collaterali conſilio confirmata.

In hac cauſa punctus Iuris fuit deciſus in genere, prout pro inquiſito fuit propoſitus, ſed tenẽmus ex facto, quod in hac cauſa venit imponenda pœna mortis naturalis, vt in ſequentibus deciſionibus patebit de menſe Ianuarij 1604.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *FOriudicatio non datur in delicto non merente pœnam mortis naturalis, & ſi fuerit facta, quod ſit nulla, & ibi ponitur exemplum de minore, qui ob delictum decapitari non poteſt ſi fuerit foriudicatus nulliter appareat foriudicatus.*

2 *Foriudicationis ſententia ſtatim non exequitur, & permictitur inquiſito dicere de nullitate, & num. 4.*

3 *Pœna commenſuratur delicto.*

4 *Foriudicatus non appellat, nec Principem ſupplicat.*

5 *Iudex debet eſſe cautus in prolatione ſententiæ foriudicationis.*

6 *Foriudicari quis non poteſt niſi poſt anni circulum contractum in contumacia.*

7 *Foriudicandus debet citari in domo in qua habitat.*

8 *Annus pro foriudicatione facienda currit à die forbanni & ibi de veritate.*

9 *Foriudicatus pro mortuo habetur.*

10 *Foriudicatus per priuatum ſuſpendi poteſt cum declarat. & ampliat.*

11 *Foriudicatus an in Eccleſia poſſit occidi.*

12 *Foriudicatus exiſtens pœnis curiam non poteſt occidi.*

13 *Foriudicari non poteſt quis per delicto non merente pœnam mortis naturalis ſi non adſint inditia ad torquendum.*

1 AD ornamentum iſtius pulchræ deciſionis, quod contumax elapſo anno foriudicari non poſſit ſi delictum pro quo cecidit in † contumaciam non meretur pœna mortis naturalis videndi ſunt *Petrus Foll. in pract. criminali rub. foriudicen. num. 1. Campag. in C. Regni, qui cum Ronca num. 5. Regens de Ponte in tract. de poteſt. pro. Regis tit. 1. §. 4. num.* 47. qui refert, ita declaratum per *ſententiam S.C. iunctis omnibus tribunalibus, & Pater Andreas Molfeſ. in comen. ad conſuet. Neap. p.4. quæſt. 47. & ſequentib. & D. Ronit. ſuper Rub. de ſententia foriudic. num.* 34. adeo, quod ſi fuerit quis effectus contumax pro aliquo delicto non merente pœnam mortis naturalis poterit retractari eius ſententia, vt in occurrenti caſu dicit *Afflict. in Conſt. Reg. pęnam eorum ſub nu* 48. dũ quidam iuuenes Iudices M.C. Vicariæ foriudicauerũt quendã iuuenem, qui fecerat percuſſionem cum enſe alteri pro qua percuſſione veniebat imponenda pęna manus, & declarauerunt, quod nõ poſſint occidi, ſed percuti.) & facit cum minor cõmiſit delictũ vel homicidium, qui cum non poteſt decapitari, *ſecun. Bertazz. conſ. crimin. 118. nu. 1. tom. 1.* vbi aſſerit ita Ferrarię iudicatum, & Mediolani, *Boſſ. tit. de decret. Mediolan. vt non proced. num.* 27. ita quod ſi commiſerit minor delictum puniendum pœna mortis, ob minorem ætatem non puniretur tali pœna, nec alia corporali, ſed pęna pecuniaria, *teſtib. Marſil. conſ. 24. nu. 37. & conſ. 30. num. 20. & conſ. 39 num. 59. & conſ. 47. num. 14. & conſ. 48. num. 54.*) ita, & neque foriudicari, *Foll. in eius praxi rubr. foriudicentur num. 7. & 33. Afflict. in conſt. minor. inra. num. 8. in fine, Intrigl. ſingul. 60. lib. 01. Cartar. de exeq. ſenten. capcto reo num. 224. & Maſtrill. deciſ. ibi*, hinc ſi fuerit prolata nullius eſt roboris foriudicatio, & non ſortitur ſuum effectum, & ita fuit deciſum in M.C. V. pęnes Campaniã actuarium in cauſa Regij Fiſci cum Franciſco Curello, *vt teſtatur idem Thor. part. p. comp. verbo forindicatus, & p. 2. verb. ſententia, & latius Giurba conſ. 83. nu. 3.* vbi capcto foriudicato pęna mortis contra eum non eſt exequenda ſi ob homicidium fortè commiſſum mitiori pœna extra ordinem ipſe deberet condemnari, vbi citat *D. Anth. hic*, & ſuam ſententiam profert, vt foriudicari poſſit quis ex delicto pro quo mors naturalis, aut ciuilis, aut deportationis pęna fuerit impoſita non autem
2 membri abſciſſio. † Hinc adeſt obſeruati ſententiam foriudicationis ſtatim nõ exequi, ſed merita cauſę prius ventilari pręuio termino ipſi foriudicato conceſſo in quo permictitur dicere de nullitate ad finem diſcutiendi ſi pro delicto pro quo fuit foriudicatus pœna mortis debebatur, quia ſi non reformatur ſententia, & minoratur pœna, vt refert practicatum *Vin. deciſ. 439.*

num, 36. & patet in Ferdin. Regni cap. 56. &
3 Giurba conſ. 83. num. 3. citato, † ratio eſt quia
pęna debet commenſurari delicto, Bertazz in
repetit. l. ſi quis maior, C. de tranſact. num. 68.
Cardinal. Tuſchus tom. 6. litt. P. concluſ. 211.
Thomas de Thomaſett. regul. 216. & Farinacc.
in pract. criminal. tit. de inquiſitione quæſt. 4.
4 num. 19. quæſt. 17. num. 9.) † in quo termino
aduertas foriudicatum non appellare, nec Princi-
pem ſupplicare, ſecund. Afflict. in conſt. pœnam
eorum, Carrerium in prax. in princ. num. 39. &
Foller. in praxi rubr. capctis foriudicatis nu. 3.
ſed tantum ei permitti dicere de nullitate, quæ
cum aliquando non ſolum ſoleat tendi ad nulli-
tatem iuſtitiæ, vt eſt caſus præſentis deciſionis,
ſed ad nullitatem ordinis, vt fuit iudicatum in
cauſa Ferdinandi Caraccioli in M. C. V. teſte
Thoro in compend. deciſ. in verbo ſententia in
5 medio) † cautus ſit iudex in prolatione ipſius ſé-
6 tentiæ † cum non poteſt deueniri ad eam niſi
poſt anni circulum citetur inquiſitus ad foriudi-
candum, prout ex communi ſtylo forenſi huius
Regni teſtantur, Andr. in conſt. pœnam eorum
circa principium verſ. numquid autem, & de
Franch. in deciſ. 514. num. 4. & 5. quos citat
7 D. Rouit. loco præcit. nu. 3. & 4. † concludendo
pariter debere citari in ea domo in qua habitat
8 familia ipſius foriudicandi, † & annum currere à
die forbanni, vt per eum) quod an ſit verum, Viſ-
conte concluſ. foriudicatus, vbi de ſtylo M. C. V.
9 † attento quod foriudicatus tanquam pro mor-
tuo habitus, ſecund. Farinacc. deciſ. 31. Ioſeph.
Ludouic. conſ. 3. & Flan. Amendola in addit.
ad deciſ. 102. num. 19. in fin. poſſet iniuſtæ re-
periri occiſus cum id à iure permictatur, ſecund.
Bart. in l. qui admiſſione, §. qui deficiunt, ff. de
captiu. & poſt limit. reuerſ. Mainil. conſ. 1. 57.
86. & 100. vt materia eſt pœnes ſcribentes in
C. Regni, ſine quis ſub tit. de foriudicatione,
10 † quod ampliatur, vt per priuatū etiā ſuſpendi li-
cet ſi animo non vſurpandi iuriſdictionē fecerit,
arg. eorum quæ per Afſt. in citat. conſt. pęnam
eorum in 11. & 12. requiſito, & mediante veneno
proditoriæ, & per pecuniam, ſecund. Bart. in
conſ. fin. in 10. libro, & in l Graccus, C. ad l.
Iul. de adulterijs, & de Franch. deciſ. 176. &
276. Capilolan in prag. 3. num. 32. de Baronib.
Petr. Gaball. reſol. crimin. Centur. 3. caſu 278.
Farinacc. in prax. quæſt. 103. num. 117. & Do-
ctiſſimum Regent. Valenzolam in conſ. 95. nu. 14.
11 † ſed quid in Eccleſia ſi permictatur occidi, latè
Berret. conſ. 68. & extra territorium bannien-
tis de Franch. ead. deciſ. 276. in princ. Camill.
Salern. ad Neapod. in proem. conſt. Neapolit.
fo. 56. in apoſtilla incip. quid in nominibus verſ.
an autem ſtatutum, Bertazz. conſil. crim. 160.
volum. 1. & refert deciſum D. Rouit. in rub. de
exulib. num. 7. & vide Thorum in compend. de-
12 ciſ. in verb. occidens bannitum, † & quod quan-
do exiſtit pęnes curiam non poſſit occidi, Bart.
& Ang. in l. 3. §. transfugæ, ff. de ſicarijs, Iſern.
in conſtit. pœnam eorum, & ibi Afflict. in 12.
notabili in quæſt. in conſtitut. pacis cultum 2.
C. & ult. col. pront ita in terminis conſuluit, Fol-
ler. quem videas in pract. criminali in rubr. for-
iudicentur num. 13. & copiosè in prato meo ad
§ præterea, C. de Epiſc. & Cler. l. omnes 31. dixi
& aduerte attentis terminis iſtius deciſ. non ſolū
non poſſe quem foriudicari ſi delictum non me-
retur pęnam mortis naturalis, ſed etiam ſi me-
retur, & non adeſſent indicia ad torquendum,
Manent conſ. 119. num. 7. Natt. conſ. 594. nu.
14. Becc. conſ 11. nu. 7. & 8. D. Rouit. in rub.
de ſent. foriudic. num. 34. & Giurba cit. conſ.
num. 4.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Obligatus cum fideiuſſore de ſoluendo, ſeu reſtituendo iudicatum, ſeu declaratum per tertium tenetur ſoluere iudicatum per Iudicem, & latè de intellectu l. cū apud ſempronium, ff. iud. ſol.

SVMMARIVM.

1 FIdeiuſſor obligatus ſoluere iudicatum per tertium tenetur ſoluere iudicatum per Iudicem.

2 L. cum apud ſempronium ff iud. ſol. declaratur, & num. 4. 7. & 13.

3 Fideiuſſor in omnem cauſam, & caſum interceſſiſſe intelligitur.

5 Fideiubens coram Iudice tenetur ſoluere iudicatum per ſuceeſſorem, & nu. 12. etiam per Iudicem ſuperiorem qui cauſam auocauit.

6 Qui fideiuſſit in prima inſtantia, quando teneatur etiam in cauſa appellationis, & num. 11.

8 Fideiuſſio de ſoluendo iudicatum per talem Curiam tenetur, ſiue iudicatum fuerit per Iudicem qui erat tunc, ſiue per alium, & num. 10.

9 Fideiuſſio de ſoluendo iudicatum per certum Iudicem eo mortuo recuſato, aut aliàs impedito coram alio non extenditur.

14 Senatus Barcinonæ ſententiæ magnificendæ, & amplexandæ.

DECISIO XIV.

AD. Relationem Magnæ Curiæ iudicauimus in Sacro Conſilio in aula, in qua alias reſidebam
1 † quòd vbi quis ſe obligauit ſoluere, & reſtituere quicquid per tertium fuerit declaratum, iudicatum, & dederit fideiuſſores, quòd ſi ille tertius non declarauerit. Sed Iudex,

Iudex, qui eſt bonus vir iuxta regulam, *l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. obligat.* quòd hoc caſu ſequta Iudicis declaratione fideiuſſores tenebuntur, & committetur contra eos ſtipulatio fideiuſſionis non obſtante, *l. cum apud ſempronium, ff. iud. ſol.*
2 † Quia ille tex. procedit, vbi quis ſe ſubmiſit ſententiæ certi, & determinati Iudicis, ac certæ perſonæ, at vbi quis ſe ſubmiſit ſententiæ tertij non tamquā ipſius ſingularis perſonæ ſemper ineſt, quòd cenſeantur partes ſe ſubieciſſe ſententiæ tertij tanquam boni viri per text. *in l. hac venditio ff. de contrah. empt. & in l. in propoſita ff. pro ſocio*, & ideo quòd à Iudice declarabitur qui eſt bonus vir, cenſebitur ab illo tertio declaratum,
3 † & fideiuſſores tenentur, quia in omnem caſum, & cauſam videntur interceſſiſſe, quæ ex natura negotij procedit, *l. ſeruum, §. nunc videamus, & l. mora rei, & quod not. in l. quæro, ff. loc.*
4 † tex. verò in l. cum apud ſempronium procedit quando quis ſubmiſit ſe ſententiæ certi, & determinati Iudicis, ita notabiliter tenet *Paul. de Caſtro in d. l. cum apud Sempronium*, & vt ipſe refert, fuit Originaria Martini Silimani, & Guil. de Cun. licet loquantur in cauſa appellationis, vt teſtatur etiam, *Bart. num. 4. in d. l. cum apud Sempronium, qui nu. 5.* tenet
5 in ſpecie hanc opinionem † quòd vbi fideiuſſio eſt dita coram vno Iudice, qui non iudicauit, ſed ſucceſſor, qui reputatur idem Iudex fideiuſſores tenentur, & eſt caſus noſter, & allegat, *Specul. in tit. de offic. iud. §. excipi poteſt, verſ. Sed quid ſi principales, & idem tenet Alber. in l. 2. C. de procur. num. 1.* diſtinguens, quòd aut in primo iudicio fuit petita, & præſtita ſatiſdatio hoc modo, quicquid Iudicauerit Iudex, vel ſuc-
6 ceſſor, † & fideiuſſio durat etiam in cauſa appellationis, aut ſimpliciter, & idem aut quod iudicabit talis Iudex, & tunc ad alium Iudicem non porrigitur. Ita procedit text. *in d. l. cum apud Sempronium licet Cyn. & Iacob. de Rauen. in*
7 *d. l. 2.* teneant contrarium, dicentes, † quòd in d. l. cū apud ſempronium, illa verba, quòd Sempronius Iudex iudicauerit, non Iuris miniſteriū, ſed facti contingentiam demonſtrant, quare perinde eſt, ac ſi Iudicis nomen expreſſum non eſſet, ſed ab omnibus reprehenduntur, & eſt opinio eorum violare litteram, ac ſenſum illius text. cuius verba ſunt, & ponderantur ab omnibus ibi, quòd ſempronius iudicaſſet. Ergò certus, & determinatus Iudex erat electus, cuius iudicio, & ſententiæ partes ſe ſubmiſerunt, hanc eandem opinionem amplexus eſt *Igneus in l. ſi propter veneni §. Præſidis legendus num. 50. & 51. ff. ad ſyll.* & aſſignat rationem, quia huiuſmodi ſtipulationes ſtricti iuri ſunt, & non poſſunt, neque debent extra ſuos terminos extendi, *l. cum quærebatur §. fin. ff. iud. ſolui*, quia fortè fideiuſſor illius iudicis particularis religionem ſequutus coram alio non fideiuſſiſſet, quam rationem, & opinionem ſequuti ſunt moderni qui reddūt aliam, & ſenſatam rationem, quia eo tempore Iudices eligebantur à partibus, & ideo naſcebatur electio certi, & determinati Iudicis, qui poſtea à Prætore confirmabantur, & cogebantur iudicare, & ideo dicitur in text. quod Sempronius non quod Iudex, ſeu prætor iudicauerit, ſecus eſt vbi non
8 apud certum, & determinatum Iudicem, † ſed apud Prætorem ordinarium fit iudicium, ſeu deuoluitur ex iuris diſpoſitione, & intercedit fideiuſſio, quia tunc fideiuſſores cenſentur ſe obligaſſe, vt ius intelligit ſequta declaratione illius, qui ſub illo tertio comprehenduntur, & eſt perpetua lis deciſio, & quando fideiuſſores ſe obligant penes certum, & determinatum Iudicem, eſt quia fortè de ipſo confidunt, de eius enim fide, & integritate experti ſperant eum rectè iudicaturum nō fideiuſſori ſi penes alium lis agitaretur, & nouiſſimè eandem opinionem, & rationem ſequutus eſt, *Aquilinus in l. 2. §. Item ſi in facto num. 130. & ſeq. ff. de verbor. obligat.* Vbi di-
9 cit † quod quando fideiuſſio eſt limitata ad certum Iudicem, eius perſonam non egreditur, quare ſi Iudex mortuus fuerit, vel recuſatus, aut aliàs impeditus iudicare, fideiuſſores cenſentur libe-
10 rati. † Sed ſi fideiuſſio non fuit limitata, vt puta fideiuſſerunt de ſoluendo quicquid fuerit iudicatum per Magnam Curiam, tunc tenebantur ſiue per illum Iudicem tunc Magnæ Curiæ, vel alium fuerit iudicatum, & ratio eſt, licet ipſe non dicat, quia ſemper eſt eadem Magna Curia, non diuerſa propter mutationem Iudicum, qui ſubrogantur in locum præcedentium, & ſunt Iu-
11 dices ordinarij. † Et quando fideiuſſio in prima inſtantia duret etiā in cauſa appellationis Igneus per 12. col. diſputat. ad partes ad ſatietatem vſque ad *d. l. ſi propter veneni, §. præſidis à num. 42. vſque ad num. 74.* vt nihil vltra poſſit addi, tenet, & concludit durare in cauſa appellationis, & quòd ita fuit deciſum, alios multos cumulat Aquilinus qui tenent contrarium opinionem, abunde habetur per *Doct. in d. l. 2. C. de procur.* & ſecundum hanc opinionem alias iudicatum, vt ſc. duret fideiuſſio in cauſa appellationis, vt latè per *D. de Franchis in deciſ. 320.* vbi non eſt expreſſum nomen Iudicis, & in *deciſ. 208.* dicit fuiſſe iudicatum, contra fideiuſſorem quia penes eum reperiebatur pecunia liberata debitori pro eius cautela, & ibi etiam in cauſa appellationis à familia Magnæ Curiæ.

Et poſt rem deciſam ad manus meas venit *tertia pars variar. reſolut. Cancerij, qui c. 12. de offic. iud. tab. nu. 105. cum ſeq.* tangit quæſtio-
12 nem † in mercatore qui in Ciuitate Barcinonæ ſe obligauerat ſoluere quicquid per conſules artis maris fuiſſe iudicatum, quia cauſa vertebatur apud dictum conſulatum. Deinde propter paupertatem rei Regia audientia ipſam auocauit, & lata fuit ſententia contra mercatorem dicit ipſum conſuluiſſe quòd fideiuſſores erant obligati ſoluere iudicatum, non obſtante *d. l. cum apud*
13 *Sempronium*, † quia procedit vbi proprium nomen Iudicis eſt expreſſum ſecus proprio nomine non expreſſo, quia licet mutetur Iudex non ob id mutatur iudicium, quia Iudex ſucceſſor ſubrogatur loco primi, *l. proponebatur ff. de iudic. allegat Roman. in terminis in conſ. 210. & Hippol. in rubr. de fideiuſſ. num. 133.* & teſtatur, ita deciſum per illum Senatum die
14 18. Nouembris 1602. † & illius Senatus deciſiones magnificiendæ, & amplexandæ ſunt. Scio

enim

enim in illo Senatũ viros graues, doctos, & emi-
nentis doctrinæ aſcitos qui non perperam, ſed
oculatiſſimè per regulas artis iudicant.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *OBligatus cum fideiuſſore de ſoluendo vel reſtituendo iudicatum per tertium tenetur ſi fuerit iudicatum per iudicem, & num. 3. & declar. num. 4.*

2 *Galluppus Amicus Authoris enunciatur in eius praxi.*

5 *Soluere promittens per talem iudicem exprimendo nomen, & cognomen non tenetur, ſi mutaretur ipſe iudex etiam in cauſa appellationis.*

6 *Promittens ſoluere iudicatum ab arbitris non tenetur ſi fuerit iudicatum per iudices.*

QVod obligatus cum fideiuſſore de
ſoluendo, vel reſtituendo iudicatum
1 per tertium teneatur ſi fuerit iudica-
tum per Iudicem:) ex citat *l. cum*
apud ſempronium, redditur in-
dubitata concluſio,) cum ſicut in ea quando quis
ſe ſubmiſit, & obligauit ſententiæ incerti, & in-
determinati iudicis non expreſſo nomine tenetur
ſi fuerit iudicatum per eius ſucceſſorem, & non
per illum iudicem, qui extabat tempore obliga-
tionis, ita in obligatione facta de ſoluendo iudi-
catum per tertium cum non fuit expreſſum eius
nomen, vt illum text. tali modo ſignificarunt,
2 *Rol conſ. 58., num. 13.* † *Amicus meus Gallupp.*
in prax. S. C. p. p. capite 3. tit. de lit. pendent.
& ijs, quæ ſunt tunc prohibita, & permiſſa à
nu. 38. vſque ad 41. vbi diſtinctè more ſuo ſo-
lito quæſtioné ipſam decidit, *Bellamer. deciſio-*
3 *ne 353. & Boer. deciſ. 315.* ex eo quia non cen-
ſetur extinta obligatio, vel fideiuſſio ipſa ex hu-
iuſmodi iudicantium mutatione teſte, *Vrſillo ad*
Afflict. deciſ. 182. ſub num. 5. & de Franch. de-
ciſ. 344. arg. (ſubrogati) de quo in l. ſi eum, §. qui
iniuriarum, ff. ſi quis cautionibus, vbi Bartol.
Bald. & Angel. cum alijs, Surd. deciſ. 35. nu. 9.
& deciſ. 306. nu. 5. & de aliment. tit. 9. qu. 27.
num. 9. & conſil. 26. nu. 5. & Tiraquell. de iure
primogeniture lib. 4. c. 4. nu. 36. & vide votum
4 *Martæ 2. num. 10.* † quod ſecus ſi fuerit expreſ-
ſum certum nomen iudicantis, quia eo caſu obli-
gatio facta de ſoluendo, vel reſtituẽdo quidquid
fuerit per illum iudicatum remanet extinta reſpe-
ctu alij iudicantis, vt in facto deciſum eſt videre
penes *deciſ. de Franch. 601.* in qua cum fuiſſet
præſtita fideiuſſio, & ſpecificè facta promiſſio de
ſoluendo iudicatum per Sac. Conſ. & deinde
cum cauſa fuiſſet remiſſa ad R. C. S. licet præ-
tenderetur quod eſſet vnum, & idem tribunal. &
& conſtitutum ſub vnica iuriſdictione noſtri in-
uictiſſimi Regis, ſed diuiſum pro faciliorii expe-
ditione cauſarum, vt diſcurrit *de Franch. deciſ.*
722. num. 19. & 20. & proinde quod teneretur
ad iudicatum per dictum R. C. in fauorem fide-
iuſſoris fuit pronunciatum, & ſic non extenſa
eius obligatio, ſed ſi vis notare alteras deciſio-
nes, adde *Thorum 2. parte comp. verbo fideiuſ-*
ſor, qui in aliquo, & vide Maſtrill. deciſ. ſicil.
126. nu. 10. & Molfeſ. in commen. ad conſuetud.
5 *Neap. par. 4. quæſt. 63. num. 26* † *inde Iſern.*
in tit. quæ ſint regalia, §. regaliæ ſunt col. 5.
verſ. hoc dicit de fideiuſſoribus, concludit quod
quando fideiuſſor promiſit ſpecificè ſoluere iu-
dicatum à tali Iudice explicãdo illud per nomen,
& cognomen non ſolum non tenebitur ſi muta-
retur dictus iudex, ſed neque in cauſa appella-
tionis adhuc ſi fuiſſet ſubrogatus) ad ſaniritatem
cuius dicti non ommittendi ſunt *Boer. cit. deciſ.*
Marc. quæſt. 252. & 877. part p. & q. 357.
p. 2. Iaffr. Lanfr. Balb. deciſ. 99 Gaball. mille-
loq. 270. de Franch. deciſ. 320. & 208. & 344.
Bart. ſingul. 40. Papon. lib. 10. tit 4. arreſt. 2.
Petr. de Rauena ſingul. 375. Perilluſt. Petr. The-
ſaur. deciſ. 202. Rolan. cit. conſ & Bar. in §. 1. in-
ſtit. quib. mod. teſtam. infirmentur, vbi quando
fideiuſſor qui fideiuſſit coram primo iudice te-
neatur in cauſa appellationis, & ſic coram alio iu-
dice) quod ſecus ſi in dubio, quando ſimpliciter
non expreſſo nomine ſe obligaſſet, quia tunc etiã
tenetur in cauſa appellationis, vt deciſum per
Domin. de Rota refert Gabriel. in tractat. com-
mun. concluſ. tit. de fideiuſſorib concl. 4. verſ.
contrarium lib. 2. & de Franch. in S. C. in
deciſ. 320. & in ſupracit. deciſ. 344) de qua
materia, *Paſchal. in tract. de virib. patriæ po-*
teſt, p. p. c. 8. num. 200. Gratian. diſcept. foren.
q. 358. num. 32, tom. 1. Præſidens Bapeylin ad
Cyn. in l. 2. C. de procuratoribus, & Peguera
6 *deciſ. Catalon. 169* † nota tamen quod quando
fuit præſtita fideiuſſio de ſoluendo iudicatum ab
arbitris non tenetur fideiuſſor de iudicato per iu-
dices, vt *Anton. Fab. deciſ. 5. de fideiuſſorib.*
& Ricc. in collect. deciſ. 337. in medio, quod mihi
pulchrum apparuit,) *& vide in hac tract. mu-*
tam deciſ. ſicil. 45. num. 10. & ſequentibus.

Baldaxar de Angelis.

A R G V M E N T V M.

Cadauer famoſi delinquentis mortui appellatione pendente à ſententia condemnatoria ad mortem, & ad raptandum, an raptandum veniat, & ſuſpendendum, & ſententia ſit exequutioni demandanda.

S V M.

SVMMARIVM.

1 *CAdauer famoſi delinquentis mortui appellatione pendente à ſententia condemnatoria ad mortem, & ad raptandum, nec raptari debet, nec ſuſpendi, nec aliter ſententia exequutioni demandari.*

2 *Appellatio de iure ſuſpendit iudicatum, & num. 11. imò extinguit num. 22. & 23. & damnatus ad mortem ductus ea pendente poteſt impunè eximi, vt num. 2.*

3 *Crimen dicitur extinctum ob mortem, quæ omnia ſoluit & nulla pœna in mortuũ exequi poteſt alias Iudices, & aſſeſſores in ſyndicatus actione iniuriarũ tenentur, vt nu. 4.*

5 *Sententia contra cadauer exequi poteſt in atrociſſimis iudicis arbitrio.*

6 *Conſuetudo, quæ viget contra communem DD. opin. in deteſtationem delinquentium eſt toleranda.*

7 *Pœna exercetur in cadauer notorij delinquentis, vel capti, & mortui in fragrantia delicti, & num 8 & illius qui metu pœnæ potiuſquàm vitæ tædio mortem ſibi conſciuit, vt num. 8. & 9. & 18 & 22.*

10 *Delictum grauiſſimum ſibi mortem inferentis eſt, in quod multæ aliæ pœnæ locũ habẽt.*

12 *Latronum, & publicorum delinquentium capita in actu capturæ, vel aliàs occiſorum in publico deferuntur ad aliorum terrorem ob eorum in hoc Regno frequentiam, & copiam, & num. 13.*

15 *Stylum laudabile S.C vt capiatur informatio bannitorum, & delinquentium occiſorum pro quibus petitur præmium, vt ſint verè delinquentes, & per informationes præcedentes hoc appareat alias reijciuntur informationes poſt eorum mortem captæ tanquam ſuſpectæ.*

15 *Dominus Præſes de Franchis vir eruditiſſimus, & circumſpectus.*

16 *Informatio poſt mortem delinquentium non capitur, niſi in certis caſibus ſpecialibus, & hæredibus citatis.*

17 *Magna Curia non conſueuit vnquam contra cadauera damnatorum in carcere mortuorum exequi ſententiam maximè, quia vt plurimum pendet appellatio qua pendente nemo dici poteſt condemnatus.*

19 *Pœna morte rei extinguitur; etiam quando tranſiret ad hæredes, quia quando eſt appellatum non dicitur ſententiam habere effectum conſumatum, idem quando appellari poteſt.*

20 *Appellatio reducit inquiſitionem, & cauſam ad ſtatum in quo erat ante litem conteſtatam, & operatur vt ea pendente donec per S. C. ſententia confirmetur inquiſitus non poſſit dici delinquens.*

23 *Confirmatum vires accipit à confirmante.*

24 *Cadauer quia anima, & ſenſu caret & pœnæ capax non eſt, quia ſenſum doloris non habet, puniri non ſolet.*

25 *Monetarius delictum confeſſus, qui metu pœnæ mortem oppetiit, raptus poſt mortem, & furcis ſuſpenſus.*

DECISIO XV.

MAgna Curia Vicariæ condemnauit ad raptandum, & furcarum ſuſpendia Ioannem Antonium, & Iulium Palinerios aſſaſſinos pro cauſa homicidij commiſſi in perſonam Claudij Terracini ad inſtantiã Claudij Borrelli, qui ſponte confeſſi fuerunt ſe homicidium prædictum commiſiſſe mediante pecunia, & à decreto Magnæ Curiæ appellauerunt ad Sacrum Conſilium, & inter cæteras defenſiones prætendebant, eorum confeſſiones eſſe nullas tamquam extortas à Iudice ſub ſpe impunitatis, & indulti promiſſi, & quòd alter ipſorum tempore confeſſionis; & depoſitionis erat grauiter vulneratus in capite, & non erat in recto ſenſu, & pendente appellatione prædicta, Ioannes Antonius vnus ex dictis inquiſitis deceſſit in eius carceres interfectus ab alio carcerato, inſtetit Fiſcus contra cadauer exequi decretum Mag. Cur. vt ſ. duceretur, & raptaretur per loca ſolita Ciuitatis, & ſuſpenderetur in foro magno, vbi delinquentes, & condemnati ſolent vltimo ſupplicio
1 affici. Ex aduerſo aduocatus pauperum † contradicebat, & pro cadauere conſiderabatur, & dicebatur nullo pacto decretum Magnæ Curiæ poſſe demandari exequutioni. Quia pendet ap-
2 pellatio in Sacro Conſilio, quæ de iure † ſuſpendit iudicatum vulgaris iuribus. In tantum quòd ſi pendente appellatione reus ducatur ad ſupplicium poteſt eximi impunè à manibus miniſtrorum, & officialium, vt voluere, *Bald. & Angel. in l. ad dictos C. de appell. poſt Innoc. in cap. ſi quando extra de offic. deleg. & Aret. in ſ. penult. inſtitut. de action. ſequitur Sebaſt. Medices in ſuo tractat. mors omnia ſoluit num. 150.* Et ideo quemadmodum decretum dictæ Magnæ Curiæ non poſſet habere exequutionem contra Ioannem Antonium ſi viueret, minus cõtra mortuum, & eius cadauer. Tanto magis, quia per
3 mortem † erat iam extinctum crimen, quia mors omnia ſoluit, *ſ. deinceps cum concord. auth. de nupt.* & ceſſat iuriſdictio, & officium Iudicis reo mortuo, *l. 1. C ſi reus, vel accuſ. mor. fuer. l. 2. C. ex delict. defunct. ſ. non autem inſt. de perpet. & temporalibus action. ſ. non autem, inſt. de publ. Iud. cap. quorundam 23. diſt. gloſ. in*

l. 2. ſ. per.

l. 2. §. pen. ff. de hæred. vel act. vend. & nulla
pœna io mortuum exequi poteſt, *l. defuncto, ff.
de public. Iud.* & hæc eſt communis omnium
Doctor. reſolutio, & opinio in *l. Imperium, ff.
de iuriſd. omn. iud.* vbi plenè examinat hunc ar-
ticulum, *Bart. & ibi Alexan. in addit. ac alij
in d. l. defuncto, Bald. Angel. Iaſ. Dec. Cur. ac
alij in l. 2. C. qui teſtam. facere poſſ. Aret. in
tract. malef. in ver. qui Dominus Iudex vidés,
Ignens in l. 1. §. ſi ſibi manus, ad Syllan. à nu.
46. cum ſeqq. Pariſ. in tract. de ſynd. pag. 315.
& in c. incip. an officiales qui ſuſpendunt mor-
tuos pag. 234. Hippolitus in l. quæſtionis nu. 31.
& l. fin. num. 29. ff. de quæſtionibus, Boer. deciſ.
316. Boſſ. in tit. de accuſ. num. 33. & in tit. de
exequut. ſentent. Plaza in Epit. delict. lib. 1. c.
38. Ant. Gomez, c. 1. de delictis num. 79. Dec.
& poſt eum Cagnol. in l. pupillum, §. qui in hæ-
rede, ff. de reg. iur. Iul. Clar. in ſua practica
crimin. lib. 5. §. fin. q. 51. Aſinius in l. 1. nu. 82.
ff. de religioſ. & ſumptib. fun. Iacob. Menoch.
de arbitr. Iud. lib. 2. centur. 3. caſu 285. De-
cian. in ſuo tract. crim. vol. 2. lib. 9. cap. 4. de
pœnis ſibi manus inferentis num. 14. Sebaſtian.
Med. in loco ſupracitato num.* 142. præter alios
multos, quos poſtremò citat, & congerit *Fari-
nac. in tit. de inquiſ. q. 10. ferè per totum, ſed
num. 77. cum ſeq.* & omnes vnanimiter firmant
prædictam concluſionem vt ſupra, & aduertant,
4 ac minantur Iudices, & aſſeſſores, † qui cadaue-
ra ſuſpendunt, quia in ſyndicatu actione iniuria-
rum tenentur.

Eſt verum, quod ijdem Doctor. ſupra relati
limitant communem opinionem non habere lo-
5 cum in delictis † grauiſſimis, & atrociſſimis, &
& in his arbitrio Iudicis relinquunt poſſe contra
cadauer inſæuire, & exequi ſententiam cõdemna-
tionis, quos enumerat *Menoch. d. caſu 285. nu. 7.*
& practica, ac communis obſeruantia eſt vt in
atrociſſimis, videlicet in crimine læſę Maieſtatis,
& inſignibus, & famoſis latronibus, aſſaſſinis, &
his ſimilibus non ſeruetur prędicta communis o-
pinio, ſi quidem in Regno Caſtellæ de communi
practica, & obſeruantia contra communem te-
ſtatur, *Ant. Gomeſ. vbi ſupra num. 79. & 80.
& etiam Plaza, vbi ſupra, & Vaſques contro-
uerſ. illuſtr. cap. 96. num.* in Regno Franciæ
idem teſtatur, *Igneus in d. §. ſi ſibi manus num.
21. & 42.* vbi dicit ſe bis vidiſſe iudicari contra
communem in illis caſibus; paſſim in Italia, te-
ſtatur *Boſſius idẽ in tit. de exequution. ſent. n. 18.
& de accuſ. num.* 33. contra inſignes latrones,
Gundiſſalu. in tractat. de haret. q. 22. num. 5.
6 dicit, quod vbi viget † contra communem con-
ſuetudo eſt tolerãda in odium, & deteſtationem
delinquentium, *Gigans in tractat. de crim. læſæ
Maieſtatis tit. de pœnis committen. crim. læſæ
Maieſtatis q. 33. num. 5. 7. & 8.* refert ſe vidiſ-
ſe iudicari contra communem in caſu atrociſſi-
mo multos alios caſus refert *Iulius Clarus* ſupra
citatus, à quibus practicata fuit opinio contra
communem, & in aſſaſſinio practicatam fuiſſe
refert, *Marc. Ant. Eugen. citatus per Farinac.
in conſ. 21.*

Sacrum Conſilium in cauſa prędicta me tamen
abſente, & impedito propter infirmitatem ad re-
lationem Magnæ Curiæ practicauit opinionem
contra communem, & determinauit decretum
Magnæ Curiæ eſſe demandandum exequutioni,
prout fuit demandatum contra cadauer prædi-
ctum, dixerunt mihi collegę mei poſtmodum,
quod ita iudicauerunt propter qualitatem inqui-
ſiti, qui erat vilis perſona, & criminis immanita-
tem, quia crimen aſſaſſinij, & etiam propter exẽ-
pla relata per *Clarum*, credo, quod inter ipſos
fuit controuerſia, & vota non fuerunt confor-
mia.

Sed certè me non mouerent exempla per *Cla-
rum* relata, quia differunt valde ab hoc facto, &
cauſa, nam illi moriendo delinquerunt, & in fra-
7 grantia, & notorietate † quadam, quæ opus ha-
bebat exemplo, ſiquidem ibi primos caſus eſt de
eo, qui in actu capturæ fuit occiſus reſiſtendo fa-
miliæ Curiæ, grauiſſimum delictum tunc à mor-
tuo, & occiſo commiſſum, & ad terrorem, &
exemplum aliorum in illa fragrantia, illa exequu-
tio poterat tolerari, quia delictum valdè notoriũ
non indigebat alia probatione extrinſeca, Idem
de eo, qui in fragranti delicto inſiliens, & agreſ-
8 ſor fuit † occiſus, meritò eius cadauer ſuſpen-
ſum, quia ſibi ipſi mortem procurauit, & morien
do, & deliquit, concitauit enim ſeditionem: cum
animo, & propoſito alium occidendi proditoriè
acceſſerit, & fuit occiſus, ſic de alijs, qui intus car-
ceres ſibi mortem conſciuerunt, quia, & ipſi mo-
9 riendo delinquerunt, præcipuè quando † metu
pœnæ, & delictorum, de quibus erant inquiſiti,
nam ſi tædio vitæ dubitant valdè Doctor. an ca-
dauera ſint ſuſpendenda, vt latè per *Farinac. vbi
ſupra num.* 80. qui omnes cumulat, & ideò his
caſibus morientes, quia moriendo delinquunt, &
grauiſſimum crimen committunt, vt benè etiam
aduertit, *Igneus, vbi ſupra num.* 53. cum ſeq.
ob quod ſi non ex alia cauſa deberent ſuſpendi,
non mirum ſi contra cadauera fuit facta illa exe-
10 quutio. Quia ſibi † mortem inferre eſt delictum
grauiſſimum, ob quod, qui tale ſcelus commictũt
in ſe ipſos etiam multis alijs pœnis afficiuntur de
iure ciuili. quia infames, & inteſtabiles ſunt toto
tit. ff. de his qui ſibi mort. conſciu. & de iure Ca-
nonico, & ciuili carent ſepultura, & patiuntur
alias pœnas, de quib. latè per *Menoch. de arbitr.
Iud. lib. 2. centur. 284. & Decian. in d. tract.
& tit. de pœnis ſibi man. inferentis per totum*,
& licet practica ſit vera legum interpres, & com-
munes opiniones recipiant interpretationem à
practica, vt dixi in deciſ. mea incip. non ſemel, ſed
pluries, tamen caſus eſt valdè diuerſus quando
quis naturaliter moritur, vel caſu, & quando quis
moriendo delinquit, & ideo inquam nõ me mo-
uent exempla prędicta relata per *Clarum*, & alios
quia iſte Io. Antonius fuit occiſus ab alio in rixa,
& ſic non deliquit ipſe moriendo, & licèt eſſet
vilis perſona, vtique ſi hoc attenderemus maior
pars delinquentium, qui moriuntur intus carce-
res eſſent ſuſpendendi, præterea licèt etiam vilis
conditionis, tamen non erat alias facinoroſa, quia
nullum aliud delictum commiſerat, & in hoc
crimine ipſe non interfuit homicidio, ſed conſi-
lio fuit enim conſcius, & particeps pecuniæ, &
mediator,

mediator, præterea pendebat appellatio, quòd
apud me eſt maximi momenti, quæ ſuſpendit
11 † virtutem iudicati,& habebat ſaltim coloratam
cauſam defenſionis ob impunitatem, vt ſibi præ-
tendebatur à Iudice promiſſam, vt detegeret
hoc delictum: quando autem ſuccederent caſus
ſimiles per *Clarum* relati,& in factis atrociſſimis,
& exemplaribus, & perſonis aliàs facinoroſis, &
læuis vitæ ego admitterē opinionem toto orbe
Terrarum contra communem practicatam, ſeù
hanc limitationem contra communem, & in hoc
Regno noſtro in huiuſmodi caſibus, & perſonis
practicatur quotidie, in quo inſurgere,& renaſci
12 videntur in dies banniti delinquentes † publici,
ac famoſi latrones,& aſſaſſini,qui ſi interficiantur
in ipſa captura, vel alias per inſidias, ac dolum
aliorum,qui in mortem eorum ſperant ſalutem,
& gaudere indultu,quem Pragmaticæ huius Re-
gni promittunt capientibus huiuſmodi delin-
quentes ad deteſtationem delictorum, & alio-
rum terrorem eorum capita deferuntur ad hanc
Ciuitatem in loco publico ante fores Palatij Ma-
gnæ Curiæ oſtentantur cum inſcriptionibus no-
minum facinoroſorum,& poſtea in palis,ſeù per-
ticis ſuſpenduntur extra menia, & ante portam
Capuanæ, vt ſint omnibus exteris, & Ciuibus
horrendum ſpectaculum, & exemplum, & hoc
faciunt commiſſarij deputati contra delinquen-
tes in hoc Regno, etiam vt indicent eorum in-
duſtriam,& diligentiam in capiendis,perſequen-
dis,& occidendis huiuſmodi delinquentibus, &
13 publicis latronibus, quibus † hoc Regnum val-
dè abundat, ſed relatum eſt quod quandoq; oc-
cidantur inſontes ab his, qui ſperant præmium,
vel indulgentiam,& eos occiſos,baptizant delin-
quentes publicos, & bannitos,& inſcribunt no-
mina facinoroſorum, qui iam viuunt, & ſic mo-
riuntur innocentes, & viuunt delinquentes, fa-
14 xit Deus ne iſta ſit veritas, & ideò † in Sacro
Conſilio quando poſt mortem ſequutam, & ca-
pita delata ad inſtantiam occidentium præten-
dentium præmium,vel vel indultum, capitur in-
formatio, quòd illi tales occiſi erant publici de-
linquentes, & banniti, & non conſtat de eorum
delictis per informationes præcedentes captas,
dùm publicè delinquebant, reijciuntur huiuſmo-
di informationes tanquam ſuſpectæ, vt dixit mihi
15 *Dominus Præſes † de Franchis. vir erudítiſſi-
mus,& circumſpectus*, quòd ita ſemper fuit ob-
ſeruatum ab alijs tempore ſuo, & dum caſus cō-
tigiſſet in aula, in qua per prius reſidebā; etiam
ita obſeruauimus omnes, quia in hoc Regno a-
bundat malitia,& non deſunt falſi teſtes, & ideo
præter bannitos, & notorios facinoroſos, quo-
rum nomina ex factis atrociſſimis nota ſunt; in
alijs ſemper informatio de delictis capta poſt
mortem occiſorum habita fuit ſuſpecta, & hoc
eſt valdè iuriconſonum, quia cum morte crimi-
na extinguantur,vt ſupra dictū eſt,nō poteſt poſt
16 mortem † delinquentium capi informatio, niſi
in certis caſibus ſpecialibus ad damnandum me-
moriam,& citatis hoc caſu hæredibus,aliàs nul-
la, vt per *Argel. in conſ. 223.* & in caſibus læſæ
Maieſtatis diuinæ,& humanæ,vt *per Aret. in §.
interdum inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.*
*& in tract. malef. in ver. (che hai tradito la
tua patria) num. 17. & in ver. qui Dominus
Iudex num. 42. Gigas de crim. læſæ Maieſta-
tis lib. 1. q. 20. 21. 22. & 27. Ant.Gomeſ. var.
reſol. lib. 3. tit. de crim. læſæ Maieſtatis nu. 12.
& per Plotum conſ. 132. inter conſil. crim. diuerſ.
volum. 1.* Et Magna Curia,vt mea tenet memo-
ria, & ab alijs practicis, & cauſidicis eſt relatum
nunquam conſueuit eius decreta mandare exe-
17 quutioni contra cadauera † inquiſitorum in car-
cere naturaliter mortuorum, cum multi famoſi
delinquentes, & aſſaſſini pro tempore in carce-
ribus deceſſerint, quia ſemper pendet appellatio
in Sacro Conſilio, quia nemo eſt damnatus ad
mortem, qui non appellet ad Sacrum Conſilium
qua pendente non poteſt dici quis condemnatus
teſte *Vulpiano in l. 1. §. conſtat verſ. cum ac-
cipiemus, ff. de pœn.* vbi eſt caſus expreſſus ibi
cum accipiemus damnatum, qui non prouoca-
uit, cœterum ſi prouocauit nondum damnatus
videtur, & hæc credo quod fuerit, & ſit vera ra-
tio, nam quòd cadauera publicorum delinquen-
tium,& famoſorum latronum ſuſpendātur, con-
cedo, prout loquuntur prædicti Doctor. ſupra
18 relati in ipſa † fragrantia, & notorietate facti,
quę non admittit appellationē,ſed nemo ex ipſis
loquitur quando pendet appellatio,ſed ſimplici-
ter in certis caſibus dicunt fuiſse ita obſeruatum
& non loquuntur ſi fuit obſeruatum appellatio-
ne pendente, & ideo crederem ſemper, quòd
pendente appellatione communis Doctor. opi-
nio eſt ſeruanda, & non iſta practica in contra-
rium,ſeù limitatio,quam dicunt, & hoc vltra al-
legata in initio huius deciſionis,& toties dictis nil
nouari appellatione pendente diſponit tex. ex-
preſſus,cui non eſt dare reſponſum in *l. fin. C. ſi
reus,vel accuſ. pend. appell. mort. fuer. & ibi Cyn.
& alij, & tex. in l. 3. C. ſi pend. appell. reus mor.
fuer. & ibi etiam Doctor.* & hoc procedit etiam
19 quando † pęna tranſiret ad hæredes, quia tunc
morte rei extinguitur pęnitus, ita poſt alios te-
net *Anton. Gomeſ. tit. 1. de delictis nu. 82. ver.
Item adde*, & probat concludenti ratione quia
ſententia,& pęna,etiam quòd ſit confiſcationis,
quæ videtur reſpicere hæredes mortui, non ha-
bet effectum conſumatum, quando ab ea eſt ap-
20 pellatum,vel poteſt appellari,immò † reducitur
inquiſitio, & cauſa ad ſtatū in quo erat ante litē
cōteſtatā per *tex. ſing in l. ita demū, C. de procur.
& ibi Bal & communiter Doctor.* ſed ante litem
conteſtatam reus non poterat puniri,ergo minus
eius cadauer appellatione pendente, & alias ra-
tiones adducit,quas non tranſcribo, & pro eadē
opinione allegatur, *gloſ. ſing. in l. ex iudiciorum,
vbi Bar. Bald. Alber. & Angel. poſt Dyn. ff.
de accuſ. & communis ſcola Doct. relatorum
per Farinacium nouiſſimè in loco ſupracitato
num. 46. & 47.* & facit ratio manifeſta præter
alias, cui non eſt dare reſponſum, nam penden-
21 te † appellatione, & donec per Sacrum Conſi-
lium confirmetur decretum Mag. Curiæ. ille in-
quiſitus non poteſt dici famoſus latro, non pu-
blicus delinquens,& facinoroſus, quia hoc ope-
ratur virtus appellationis, *tex. eſt expreſſus in d.
l. rei capitalis, §. fin. ff. de pęn.* ibi cęterum ſi
pro-

prouocet nondum videtur damnatus, & ſubdit
eum accipimus damnatum, qui non prouocauit,
& ideò valdè dubitari poteſt de practica recepta
contra communem opinionem quando moritur
reus poſt ſententiam, ſed appellatione pendente
22 ex ſupradictis, niſi in caſibus relatis, quãdo † me-
tu pęnę ſe ipſos interficiunt, vel alias grauiter de-
linqunt, quia tunc vt dixi magis ex delictorum
cauſa quæ patrant, & committunt moriendo quã
ex vi condemnationis, & ſententiæ, cuius effectus
eſt ſuſpenſus, vel peremptus per appellationem
eorum cadauera poſſunt ſuſpendi, & quia confir-
23 matum † à confirmante accipit vires *l. teſtamen-
to la 1. ff. de teſtam. tut. l. ſi quis priore, ff. ad
Trebell. & in ſpecie Paul. de Caſtr. in l. furti
num. 5. ff. de his, qui not. infam. per illum tex.*
Et quia appellatio pronunciatum extinguit, *l. 1.
in fine, & ibi gloſ. in ver. extinguitur, ff. ad
Turpill.* ideo ijs mortuis appellatione pendente
eorum cadauera talium facinuroſorum non poſ-
ſunt ſuſpendi.

Et poſt hæc vidi *Symancam de capt. inſt. tit.
18. huic opinioni accedentem qui num.* 3. con-
24 cludit, cadauer puniri non † ſolere quia anima,
& ſenſu caret, & pęnæ capax non eſt. Viuos in-
quit caſtigare decet non mortuos, vt apud ſto-
lęum eſt, qui Sophoclem refert dicentem. Quid
iuuat mortuos qui amplius non ſunt affligere?
Fabius quoq; ait mortem quidem finem eſſe nec
ſæuitia, vltra fata procedere, illum quoque valdè
crudelem iudicat, qui adeò hominem exuit, vt
ibi pęnam quærat, vbi ſenſum doloris non in-
ueniat.

Et cum de menſe Maij hoc anno 1606. eſſet
detecta multorum monetariorum conſpiratio,
qui tondebant, & cudebant monetam inter quos
reus delatus quidam auri faber, qui tortus cri-
men ſocioſque confeſſus per Magnam Curiam
detinebatur in vinculis in quodam loco particu-
lari nuncupato lo Mandrullo, ne cum alijs co-
mercium habens reuelaret ſecreta ſuæ confeſſio-
25 nis, iſque metu † criminis ſe pręcipitauit ex qua-
dam fęneſtra ceciditque in atrium habitationis
Regentis eiuſdem Magnæ Curiæ, & inde toto
corpore confractus deceſſit, eius cadauer ordine
Magnę Curię per loca publica Neapolis, per quę
damnati ad mortem duci ſolent raptatum demũ
in foro magno furcis ſuſpenſum extitit; nam
delicti immanitas, & quia ſuæ neci cauſam præ-
buit criminis, & pęnæ metu ſe præcipitando, &
ſic moriens etiam deliquerat ad aliorum exem-
plum, & terrorem id non iniuria per Magnam
Curiam ordinatum fuiſſe exiſtimatum fuit.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Author compoſuit pratum ſuper codi-
dicem.*
2 *Cadauer poſt mortem quando puniatur
ex ratione.*
2 *Cadauera cum pompa ad Eccleſiam debent
deferri cum ſonis, & cantibus pſallẽtium.*
4 *Sæuire poſt mortem quando liceat.*
5 *Viuus, qui non poteſt morari, nec mortuus.*
6 *Bannitus durante tempore banni mortuus
in loco banni ſepelliri non poteſt.*
7 *Anatomia cauſa an concedi poſſit cadauer.*
8 *Corpora inſignium latronum poſt mortem
puniuntur.*
9 *Appellatio non datur facinoroſis hominibus.*
10 *Latrones inſigni non appellant, & num. 12.
de tractatione.*
11 *Cadauer famoſi delinquentis pendente ap-
pellatione fuit raptatum.*
13 *Appellatione pendente nil innouandum.*
14 *Damnatus ad triremes pendente appellatio-
ne non debet mitti ad triremes.*
15 *Appellare quslibet poteſt pro condemnatis
ad mortem.*
16 *Delicta enormia, atrocia, & quæ atrociſſi-
ma dicantur.*

TRactat D. Gizzarellus de ſententiæ
exequutione reſpectu cadaueris, dũ
reus mortuus fuerit, & ait permiſ-
ſam in atrociſſimis delictis, & contra
cadauera inſignium latronum, & facinoroſorum
hominũ atrocia grauiſſimaq; delicta committen-
tium præuio Iudicis arbitrio, vt latiſſimè tetigi
*in l. quam 23. C. de Epiſc. & Cler. in meo pra-
to*) quod nunc ſub prælio exiſtit, vbi totam pro-
uinciam ſuſcepi amicorum precibus deuictus
pro explanatione materiæ, & ipſum locum citaui
2 cum alijs caſibus deciſis, † & ibi de praxi quę ſer-
uatur circa capita delinquentium occiſorum ad
ad regulam illius tex. quod memoria iuſti extol-
tolitur, & iniuſti abolctur, & proinde in tali caſu
in mortuos ſæuire licet, *Baiard. ad Clar. q. ſi
num. 42. & Mari addit. ad Grammat. deciſ.
82. num. 2.* circa cadauera ſuſpendenda, & quan-
3 do) † alias non ſolum poſt mortem cadauera in-
quietanda non ſunt ſed cum pompa ad Eccle-
ſiam debent deferri cum ſonis, & cantibus pſal-
lentium, vt latiſſimè *Doctiſſ. Gratian. diſcept.
foreuſ. 298. num. 6. lib. 2.* inde reſolui quæſtio-
nem interrogatus, quod licet ſæuire poſt mor-
4 tem aduerſus deportatum, vel relegatum in in-
ſulam cum ſi moriatur intra tempus dictæ rele-
gationis non poteſt transferri ab inſula, vel loco
5 prædicto deportationis, & alibi ſepelliri, † quia
pęna etiam poſt mortem durat, *l. 2. ff. de cada-
ueribus punitorum,* quo in loco dicit *Bar.* quod
qui viuus non poteſt morari in aliquo loco neq;
mortuus, quod dicit notandum eſſe, *Reſtaurus
Caſtaldus de Imperat. q. 110. notabili q. 6. alle-
gans Ludouic. Rom. ſingul. 781. & adde Nellum
de Sancto Gemin. in tract. bannitor. 2. part. 3.
6 tempor. q. 2.* † dum aſſerit quod durante banno
non poteſt bannitus ſeppelliri in territorio à quo
eſt bannitus, & hoc idem voluit multa pulchra
ſimiliter adducens, *Hyppol. de Marſ. in l. fin.
num. 78. ff. de quæſt.* quod notauit, *Anchar. in
clement. 1. num. 7. in fine de pęnis. & remiſſ.*

Anton.

Ant. Scappa de iure non ſcripto lib. S. C. 199.
num. 19. & inducunt ſimilitudinem de excom-
municato cui cum non communicamus viuo,
neque mortuo, *C. ſacris de ſepulturis c. 2. 24.*
q. 2. Marſil. in d l. fin. num. 55. ff. de quæſtio-
nibus, & propriè præter DD. alligatos per do-
ctiſſimum noſtrum Authorem quando licet ſe-
uire in cadauer *per Baiard. in d. q. 55.* ſed quid
in eius oſſibus, *Giurba conſ. 81. num. 4. in fine,*
& ſi Anatomiç cauſa cadauer concedi poſſit Me-
7 dicis, & Chirugicis ob publicam vtilitatem cum
Bart. in d. l. 2. ff. de cadauer. punitorum dubi-
tet, & affirmant *Ripa in tract. de peſte num. 142.*
Curt. in l. imperium, vbi etiam ſequitur, Lan-
cellot. & dec. ff. de iuriſd. omn. iudic. quos re-
fert, & ſequitur, *Boer. deciſ. 287. nu. 6. Foller.*
in pract. crim. verſ. pœnis debitis ferient. num.
80. & ita practicari refert, *Gomez delict. c. 14. in*
fine, vbi dicit in anno 1550. ita ad interrogatio-
nem Caroli S. Imp. Reſpondiſſe vniuerſitatẽ illã
quem ſequitur, *Clar. in pract. crim. q. 100. nu. 20.*
8 † & redeundo ad deciſ. noſtræ Authoris, circa
iſtos inſignios latrones adde non ſolum ipſorum
corpora debere ſuſpendi, ſed etiam eorum cor-
pora per Ciuitatem ad caudam equi traſuchi, &
inde igni combuſta, vt fuit obſeruatum particu-
riter in perſonis Marci de Sciarra Angeli Fuſchi
& Nicolai vallonis publicorum foraſcitorum, &
aliorum ſimilium, ſed illorũ cadauera beſtijs tra-
denda *c. 1. §. publici latrones de pace tenenda,*
Peguer. deciſ. 27. num. 2. Niger. in c. regni ad
hoc num. 55. & 54 Bona Coſſa comm. opinion.
crimin. par. 1. §. fur debet, Boniſacius de fur-
tis, §. furtum num. 13. Aluarot. & Afflict. in
d. §. publici latrones, & Pet. Foller. in practic.
verſ. pœnis debitis ferient. num. 79. & Ghirland.
de relax. carcer. q. 1. & id ob lætitiam iuſti nam
lætatur ille cum videt vindictam, *Auth. ſed no-*
uo iure, C. de ſeruis fugitiuis, gloſ. notabilis in
l. 2 ff. de arbor. furtim, Cæſar. qui confirmant
præcedentem concluſionem.
9 † Inde neque iſtis facinoroſis hominibus ſolet
dari apellatio, vt patet in monetarijs condemna-
tis licet in omni caſu, grauatis appellatio detur
Barz. deciſ. Bonon. 47. num. 20 Surd. deciſ.
Mant. 36. num. 23. Vrſil. deciſ. 2. nu. 10. & Ca-
rauit. num. 259. & Franch. deciſ. 120. num. 4.
cum illi ſtatim condemnati puniuntur, *l. 1. C. de*
de falſa moneta gloſ. 1. in c. quanto de iure iu-
rando, Foll. in frag. num 193. & 194. Menoch.
caſu 316. Gram. deciſ. 36. num. 12. & Marant.
in ſpeculo aureo p. 6. actu 2. de appellat. num.
228. vt de ipſa tractatione latiſſime, *Borrell. de*
Regis Cattholici præſtantia ca. 12. per totum, &
Magiſtr. edict. lib. 2. c. 8. nu. 72. in quibus locis
tetigit omnes caſus monetariorum, vt etiam ſcri-
pſit, *D. Rouit. in pragm. 1. tit. de monetis, Gram.*
deciſ. 72. & 74. & habemus in hoc Regno Con-
ſtitut. adulternam conſtit. qui nummos, & c. iam
10 ſæpè, † & patet in alijs inſignis latronibus, qui à
condemnationis ſententia non appellant *l. conſti-*
tutiones, ff. de appellationib. Placentin. in ſum.
codicis lib. 7. tit. 66. Iſern. in c. 1. verbo Bona
committentium crimen col. penult. num. 17. verſ.
quaſi conſueuit tit. quæ ſint regalia, & in c. 1. §.
publici latrones de pace tenenda, & eius violat.
vbi dicit, quod hi dicuntur famoſi *in l. capita-*
lium licet famoſos, ff. de pœnis, & ſunt illi, qui
ſunt inſignes, & in dicta *l. conſtitutiones,* & in
ſimili non appellari dicit idem *Iſern in d §. pu-*
blici latrones Alciat. in pract. vtriuſque iuris
p. 3. tit. de appellat §. in quibus caſibus num. 2.
& Pariſ. de Puteo verbo latro nu. 5. & 6. & ita
11 ſaluatur deciſio Sacri Conſilij hic relata † dum
cadauer famoſi delinquentis mortui appellatione
pendente à ſententia cõdemnationis ad mortẽ, &
ad rapiandum fuit raptatum, vt reaſſumpſit pa-
riter, *Thor. 2. p. Compend. deciſ. verbo cadauer*
12 † ſed poſſunt videri, *Rit. M. C. 259.* quomodo
non appellent tales rei etiam inſignes delinquen
13 tes, *& Gramat. vot. 2. num. 8.* † alias appella-
tio ſuſpenderet iudicatum, & ea pendente eſſet
attentatum, nec aliquid deberet innouari, *Grat.*
præter alios diſcept. 183. nu. 78. tom. 1. & 796.
num. 80. tom. 4. & proinde in caſu occurrenti
condemnatus ad remigandum pendente appel-
latione non poteſt micti ad triremes, prout fuit
deciſum de anno 1621. ad relationem D. mei Re-
gentis Valẽzuela in collaterali conſil. pœnes ſe-
cret. in banca Frauli pro coppula in cauſa Cęſa-
ris de fluxio) *vide Barz. deciſ. bonon. 112. nu.*
15 *6.* † & adhoc nota pro talibus condemnatis ad
patibulum quemlibet poſſe appellari. *l. non tan-*
tum, ff. de approbationib & vide Bart. conſ. 110.
Marcum Mant. communium lib. 3. cap. 56. &
vide qua ſcribit, Caball. reſol. crimin. caſ. 110.
nu. 17. cent. 1. ſi ſublata ſit appellatio damnato-
16 in cauſa criminali † & qui dicãtur delicta enor-
mia, atrocia, & atrociſſima, *per Baiard. quæſt.*
28. num. 24. & in §. 1. num. 9. per plures.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Citatio, & foriudicationis ſententia pro homicidio proditorio ad informandum, an ſit nulla ſi adſit homicidium, non tamen ſit proditorium.

SVMMARIVM.

1 *Citatio pro homicidio proditorio ad informandum, an ſit nulla ſi adſit homidium, licèt non ſit proditorium, & deciditur, num. 12.*

2 *Homicidium quando ſit proditorium, & proditor quis dicatur, & num. 4. vbi per decretum S. C. & R. G. doctrina Bart. recipitur.*

3 *Circumſtantia alterat delictum.*

5 *Proditor quis dicatur, & num. 6. & an inimicus ibidem.*

7 *Dolus malus, & bonus quomodo differant explicatur tex. in l. 2. §. non fuit, ff. de dolo.*

8 *Delictum ab inimico commiſſum proditorium non præſumitur, at bene doloſum, & inſidioſum.*

9 *Text. in cap. 1. de homicid. in 6. explanatur,*

10 *Induſtria inſidioſa, & proditio idem ſunt,*

11 *Clericus proditor qua pœna puniantur.*

13 *Qualitas delicti expreſſa in citatione, an ſi deficiat citatio ſit nulla exponitur Bar.*

14 *Foriudicari quis poteſt pro appenſato homicidio.*

15 *Cauſa vna finalis, ſeù ratio ſi ceſſet, & altera æquè finalis remanet valet diſpoſitio.*

16 *Citari vt quis poſſit de delicto cum qualitate qualiter de illa qualitate cõſtare debeat.*

17 *Contumacem in abſentia in contumacia perſeuerantem nemo poteſt defendere, & pro eo loqui, & ibi quomodo id hoc intelligendum.*

DECISIO XVI.

AN citatus ad informandum pro homicidio cum qualitate
1 proditoria † ſi illa qualitas abſit reddat citationem, & ſententiam foriudicationis nullam, fuit etiam controuerſum in dicta cauſa, Cùm etenim Magna Curia citaſſet dictum Fabritium pro homicidio appenſato, & proditorio commiſſo in perſonam dicti Doctoris Lelij, dicebat pater inquiſiti, hanc qualitatem non eſſe veram, quia inter Lælium mortuum, & Fabritium filium interfectorem interceſſerat capitalis inimicitia, & vt talis inimicitia, & vt tales ſemper habiti, ex eo quia ipſis rixantibus annis elapſis fuit Fabritius manu aperta, ſeù alapa in faciem percuſſus à Lælio, grauiſſima apud nos offenſa, & iniuria, quare cũ tam acriter offenſus remanſerit Fabritius, procuuit ſe vindicare, & ſuo honori ſatisfacere, quia crudelis eſt, qui honorem, & exiſtimationem ſuam negligit,

Et proinde tenebatur Lælius præcauere ſe ab inimico. quia † inimicus, & ſi dolis, & paratis in-
2 ſidijs, & à tergo, ſeù parte poſteriori inimicum offenderit, non dicitur proditor, aut proditoriè offendere, ſed inſidioſè, quæ inſidiæ non faciunt quem proditorem, vbi certum eſt eſſe inimicum. Proditor enim eſt, qui ſimulata amicitia alium offendit, vt elegãter diſtinguit, & ponit exempla, *Bar. in l. reſpiciendum §. delinquunt, ff. de pœn.* quem crebrior, & ſenior Doctor. ordo ſequitur, vt per *Iul. Clar. in §. homicidium verſ. proditoriè, & ibi Baiard. in addit. num. 23. poſt Igneum in l. & ſi certum §. ſi vnus num. 14. ff. ad Syllan.* quicquid aliter ſenſerint Hiſpani, ac alij, quos congerit, *Couar. in c. vlt. lib. 2. var. reſol. num. 7.* quia Hiſpani loquuntur etiam attento Iure partitarum, & particulari Regni Caſtellæ quo circumſcripto Bariolo, proculdubio, Couar. adſtipulatur, & idem *Ant. Gomez de delict. & homic. cap 3 num. 5. & auertit Foller. in comm. nto c. Regni item ſtatuimus, pag. 103. num. 15.*

Hinc dicebat, & concludebat pater inquiſiti, quòd deficiente prædicta qualitate, in qua Magna Curia ſe fundauerat, vt patet ex citationibus ad informandum, quàm ad Capitula, & etiam ex diſpenſatione Illuſtriſſimi Proregis, qui hac qualitate motus tempus conſtitutionis ſtatuit, vtique ſententia foriudicationis eſt nulla ex doctrina, *Bart. in l. denunciaſſe, §. quid tamen, ff. de adult. & in l. Senatus, ff. de accuſ. & in ſpecie Ang. poſt Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior, & §. ſed ſi cauſa, ff. de his, qui not. infam. abundè per Farinac. in pract. crim. q. 1. nu 23.*
3 *cum ſeq.* Quia † circumſtantia alterat delictum, & pœna delicti auget, grauioremque reddit, *l. aut facta §. aliter, ff. de pœn. & Luc. de Penn. in l. vnic. C. de Colonis, Illyric. lib. 11.*

Dicebat Fiſcus adeſſe qualitatem proditoriam, quia licet ſint inimici, poſtmodum interceſſit inter eos pax, & reconciliatio, vt deponunt pater, mater, & frater occiſi, & ſub verbo pacis fuit homicidium prædictum commiſſum.

Sed tamen fuit per maiorem partem Dominorum habitum pro vero, quòd delictum prædictum non eſſet proditorium, nam de inimicitia conſtabat verè, ſed de reconciliatione, & pace minimè, niſi per depoſitionem patris, & matris, ac fratris, quibus in hoc caſu lex non adhibet fidem & nihilominus cẽſuimus omnes citationes emanatas cum prædicta qualitate proditoria. & acta inde ſecuta non eſſe nulla, neque annullanda.

Fuit etiam conclutum, quòd diſputare in præſenti cauſa quod nam ſit delictum proditorium, erat ſuperuacuum, & potius pertinacia, ſeù magis impertinentia. Nam per modum legis vniuerſalis in anno 1600. congregatis Tribunalibus ex Proregis delegatione, ac mandato, ſcilicet Sacro Conſilio, & Regia Camera, cum incidiſſet difficultas ratione indultus generalis ab inuictiſſimo, & Potentiſſimo Rege noſtro ob fœliciſſimas nuptias cum Sereniſſima Regina noſtra initas ex cauſa publicæ lætitiæ huic Regno conceſſi, & publicati, in quo fuit exceptus caſus delicti
4 proditorij, fuit canonizata † ab omnibus, vnò tantum, vel duob. exceptis opinio, ac doctr. *Bar. in d. §. delinquunt*, & facta declaratione, in quam in modum legis vniuerſalis delictum proditorium eſſe, quòd fit, & committitur ſub lata, & ficta amicitia, vt patet ex verbis decreti lati die 23. Octobris 1600. tenoris ſequentis,

Die 23. Octobris 1600. Neap.

In cauſa appellationis Angeli de Florin, & Sertorij de mauro cum Regio Fiſco. Audita relatione Magnifici V. I. D. Ioannis Andreæ Aulectæ Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ noſtra tempeſtato iuri ſummi ingenij maximi equidem nominis,

tempeſtate ſummi ingenij maximi equidem nominis, & authoritatis iunctis Tribunalibus Sacri Regij Conſilij, & Regiæ Cammeræ Summariæ ordine Illuſtriſsimi, & Excellentiſſimi Domini Proregis pro deciſione articuli in genere.

Per Sacrum Regium Conſilium, & Regiam Cameram Summarię declaratum eſt vulnus proditoriè illatum in Indulgentia exceptum eſſe, illud quòd eſt illatum contra amicum ſub colore, vel ſimulatione amicitiæ. Et propterea cauſam prædictam eſſe remittendam, prout præſenti decreto remittitur eidem Magnæ Curiæ, quæ prouideat, quòd Angelus de Florio, & Sertorius de Mauro gaudeant indulgentia prædicta: hoc ſuum apud Secretarium Sacri Conſilij.

Et licèt plena ſint folia huius materiæ nouiſſimè recollectæ in ſuo tract. de indultu poſt deciſionem prędictam edito per Ioãnem Aloyſium Catalanum eruditi viri Antonij olim noſtri collegæ filiũ, & licèt Doctrin. Bart. fuerit valdè controuerſa, fuit tamen pro lege habita, vt tunc demum proditorium delictum patratum, ac contractum eſſe cenſeatur, cùm ſub ſimulata amicitia fit, qui caſus non poteſt cadere in inimico, nam certum eſt eſſe inimicum, & non amicum
5 ſimulatum, & idcò ille dicitur proditor † vulgari, ac ſermone, qui ſine vlla cauſa, & ſine diffidatione eum, qui de ipſo confidebat, vulnerat, percutit, vel grauiter offendit, vt cum Bart. præter alios ſuprà relatos cenſet, *Bald. in c. 1. in princ. n. 16. quib. mod. feud. amitt.* & licet proditorum, ac proditionum plures ſint ſpecies, vt per *Ioannem de Terra Rubea in tract. contra Rebelles art. 6. §. dicto, & oſtenſo in 7. concluſ. & ibi in addit.* tamen quoad præſentem materiam, & propoſitum format, & declarat, proditorem, qui ſimulat ſe amicum exterius, & operatur vt inimicus interius, & idem tenet, *Alber. in ſua diction. in verbo proditor. Bertachin. in ſuo repert. in eodem verbo in principio Addit. ad ſummam Angel. in verbo proditio gloſ. in c. nolite timere 11. q. 3. Declarat optime Anchar. in c. 1. extra de homicid. Mil. in ſua pract. pag. mihi 47. num. 12. & facit tex. optim. in l. fin. C. de delat. lib. 10. & in l. 1. ff. de præuar. & in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt.*

De his ſpeciebus proditorum, & proditionum latè tractat, *Gigas in ſuo tract. de crim. læſæ Maieſtatis q. 5. num. 21. & exempla narrantur, vt per Guaguinum in ſua hiſtoria de rebus, & geſtis Francorum lib. 2. cap. 11. quem refert Gul. Bened. in repetit. c. Raynutius extra de teſtamentis in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam deciſ. prim. numer. 158. ſed in quæſt. 10. numer. 18. idem Gigas inquit ad propoſitum,*
6 de quo agimus illum † eſſe proditorem: qui proximum circumuenit, & eum callidè ſeducit, vt in periculum ſalutis trahat per tex. *in c. transferuntur 24. q. 3. & in cap. ſi cupis 15. q. 1.* Item eum qui, dum ſe amicum oſtendit poſtea damnũ iniuriam, vel machinationem infert, vt declarat, *Ang. in §. interdum inſt. de hered. quæ ab inteſtato defer. & gloſ. in C. Clericus 46. diſtinct. & in eod. tract. in tit. de Proditoribus q. 1. n. 16. idem firmat, & allegat eundem Bart. qui idve-* *petit in extrauagan. ad reprimendum in verbo rebellis, & alios, quos ibi citat.*

Et verè inter inimicos non poteſt cadere delictum proditorium, quia inter dolum inſidias, & proditionem eſt differentia, ponderando ad hoc *tex. in l. 1. §. non fuit, ff. de dolo,* quo loci Vulpi. exponendo Prętoris ædictum ibi, quę dolo malo facta eſſe dicentur, inquit dolum malum differre à dolo bono, qui pro ſolertia accipitur.
7 Nam dolus † malus, eſt machinatio aduerſus hoſtes latroneſque, ergo inter inimicos cadunt inſidiæ, cadunt doli, cadunt machinationes, ſi cadũt, ergo non poteſt dici proditio. Quia tenetur inimicus vigilare, & ſe cautum, ac ſecurum reddere à dolis, inſidijs, & machinationibus, quas inimici parare poſſunt iuxtà vulgatum illud Adagium, virtus an dolus quis in hoſte requirat, claudendo igitur rationem, certum eſt dolos, & inſidias parare regulariter inimicos, ergo inimicus non poteſt dici verè proditor, & hinc eſt, quod
8 † delictum factum ab inimico, ſemper præſumitur doloſum, & inſidioſum, non autem proditorium, vt tenet *Alber. in l. & ſi amici domum, ff. de adult. & in tract. ſtat. par. 3 q. 64. Blanc. in l. fin. ff. de quæſt. num. 89. & 90. Bertazz. conſ. 208. nu. 13. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 98. num. 1. & ſeq. Menoch. de arbitr. iud. caſu 361. num. 22. Paul. Merenda inter conſil. crim. diuerſ. vol. 2. conſ. 90. num. 11. nouiſſimè Farinac. qui de communi teſtatur q. 49. nu. 97 tit. de delict. & pœn.*

Nec fuit aliqua ratio habita doct. tenentium contrarium, quia Hiſpani vt ſuprà dictum eſt, ſi rectè legantur attento iure communi non diſcedunt à Bartoli opinione, ſed fundant ſe in iure particulari, & proprio Hiſpanico, Canoniſtæ verò *in c. 1. extra de homicid.* vel decipiuntur, vel
9 Bartolo adhærent, nam ille tex. † non probat delictum proditorium, etiam vbi quis inimicum incautum per inſidias offendit, vt multi exiſtimauere, & tenuere, ac inſiſtit *Farinac. in ſua pract. titulo de delictis, & pœn. q. 18. num 76.* Nam ille text. probat, & confirmat opinionem Bart. ſi quidem loquitur de delicto patrato in inimicũ, patet ibi ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, vel per inſidias, nam licèt inſidiæ cadant inter inimicos. Attamen induſtria, quæ propriè eſt fallere, & decipere, non cadit inter inimicos vt ſuprà diximus, ſed inter amicos ſimulatos qui vnum ſignificant verbis, aliud corde intendunt, & agunt, & per hanc induſtriam decipiũt.
10 & ideo dicitur induſtria inſidioſa, quę † nil aliud eſt quàm proditio, vt per doctor. ſuprà relatos, & ita d. tex. exponit, & intelligit, *Anchar. in Repet. c. ea, quæ de reg. iur. lib. 6. in 19. q. num. 22. & in conſ. 158. & in d. c. 1. & Anchar. in d. c. ea, quæ & in d. c. 1. in ficto amico, & Felyn. in d. c. 1. exemplificando d. tex.* & exponendo dicta verba dicit eſſe illius caſum, puta quando vnus aliquid habet in verbis, & aliud in corde, quòd non poteſt cadere in inimico ficto, & ſimulato, & ideo ſecundùm exempla Felyni ille text. loquitur de delicto proditorio facto ab eo, qui offendit confidentem, non diffidentem de ipſo,
11 & patet ratio manifeſta. Nam Clericus † pro-

ditor degradatur, & iuriſdictioni temporali tra-
ditur, *c. Clericus 46. diſt. & Albert. in ſuo di-
ction. in verb. proditio in fine, & ſecundum Hoſt.
Io. Andr. Anchar. Butr. Anan. Bohic. & Ca-
noniſtas omnes*, ille tex. loquitur in Clero occi-
dente, qui debet deponi, & degradari, vt moriatur
per exequtionem Iudicis Sæcularis, vt vtar ver-
bis Hoſt. Ergo de Clerico proditore, qui ſub co-
lore amicitiæ interficit, & ideo nuda, & vera, ac
propria proditio in inimico non datur, cui ger-
manus eſt dolus ſemper machinatio, ac inſidiæ à
quo cauere poſſumus, non autem ab eo, qui no-
bis amicitiç ſigna oſtendit, & ſub his ſignis offen-
dit. Nam hic propriè, & verè proditor, d. quo
interpretari fuimus loqui indultum, hæc omiſſis
mulus breuiter dicere volui pro materia tam fa-
moſi articuli, in cuius deciſione duo ſuprema
Tribunalia conuenere, vt in futurum tanquam
lex pateat omnibus.

Sed reuertendo ad cauſam non fuit habita ra-
tio prætenſæ nullitatis, eo quia fuit expreſſa qua-
litas proditionis in citatione, quæ non eſt vera,
12 nam hæc expreſſio † non facit, vt citatio, & ſen-
tentia ſint nullæ, caſu quo remota, & circumſcri-
pta dicta qualitate, poſſet procedi ad ſententiam
foriudicationis, nam ſi dicta qualitas expreſſa eſ-
ſet cauſa foriudicationis, qua ceſſante, ceſſaret
13 foriudicatio, poſſet † ſubſtineri opinio Bart. &
aliorum ſuprà relatorum tenentium qualitatem
expreſſam, ſed deficientem reddere acta nulla,
ſed in caſu noſtro qualitas proditoria nõ eſt cau-
ſa eſſentialis, & præcipua foriudicationis nã re-
14 manet homicidiũ † cum qualitate appenſamẽti,
vt dicunt Doctor. criminaliſtæ, pro quo poteſt
foriudicari, eſto non adſit qualitas proditoria, &
in citatione ad informandum, & ad capitula pro
foriudicatione fuit expreſſa vtraque qualitas, nam
fuit citatus pro homicidio appenſatè cõmiſſo, &
cum qualitate proditoria, & ideo ſufficit, quòd
vna remaneat, & ſit vera, pro qua poſſit ſequi
foriudicatio etiam quod altera ſit falſa, ſeu erro-
15 nea, quòd iuri conſonum eſt, ſiquidem vbi † di-
ſpoſitio regulatur à duabus cauſis, & rationibus,
ſi vtraque finalis, & æquè potens eſt, ſi ceſſat vna,
& non altera, adhuc durat diſpoſitio, & non
corruit *§. affinitatis, §. ſocrum, inſt. de nupt. l.
ſi non lex alia ſcientia, & ibi Bald. & Imol. in
Rep. §. de viro l. ſi vero nu. ff. ſol. matr.* & ideo
obiecta non militant.

Dicebatur etiam, quòd aut qualitas prodito-
ria erat vera, aut erronea, & falsa, ſi vera non
poteſt conqueri, ſi falſa, & erronea, non debet ti-
mere, quia detecto errore, & falſitate cauſæ ſibi
illa nocere non poterit, & ideo proficiet ad Iuſti-
tiæ cauſam, & abſolutionem: ſi qualitas prædicta
iuſtitiam reſpicit, & quandocunq; veniet inquiſi-
tus, poterit Iudex ſuper hac exceptione, quç nul-
litatem reſpicit illum audire.

Alia ratione viſum fuit de prædicta exceptio-
ne nullam eſſe habendam rationem, ſiquidem
Magna Curia pœnitus non errauit citando etiam
cum dicta qualitate proditoria, quia conſtabat
aliquatenus per depoſitionem patris, matris, &
fratris occiſi fuiſſe occiſum ſub verbo pacis, &
16 † ad Titulum proditionis ponendum in citatio-
ne non erat neceſſaria tam ſubtilis indagatio ſuf-
ficiebat talis qualis informatio, de qua poſtmo-
dum in progreſſu, & iuſtitia cauſæ habenda eſſet
ratio, quæ de Iure haberi poteſt, & debet.

Poſtremò dicebatur, quòd pater inquiſiti, præ-
dictam exceptionem allegans non erat audien-
dus, quia obſtabat Ritus Magnæ Curiæ, ex quo
ſumptum eſt illud forenſe adagium apud
17 nos, pro † contumace nemo loquatur, vt in
*Ritu 220. & teſtatur Carauita in Ritu 266. in
fine*, & ideò cum Fabritius de Sanctis eſſet con-
tumax, & citatus ad foriudicandum, non poterat
pater audiri, præſertim in exceptionibus, quæ re-
quirunt probationem extrinſecam, & iuſtitiam
cauſæ, & defenſionem inquiſiti, niſi inquiſitus ip-
ſe compareat, & de ſua iuſtitia, & innocentia do-
ceat: nam eſſet noua practica, & perniciosiſſima
aduerſus fiſcum, ſi Reo contumace exiſtente, &
in contumacia perſeuerante, admitteretur pater,
aut amicus ad proponendas exceptiones reſpi-
cientes innocentiam, & iuſtitiam, quia eſſet face-
re defenſiones, & eſſet melioris conditionis con-
tumax, & abſens, quàm præſens, & carceratus, &
contumacia eſſet ſibi proficua, quòd non ſolùm
eſt contra formam Rituum, & capitulorum Re-
gni, ſed contra omnia iura mundi, quæ contuma-
ci audientiam denegant, vt reaſſumit *D. Præſid.
de Franchis in eius doctiſſimis deciſionibus, de-
ciſ. 271. in princ. poſt Carauitam in d. Ritu.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *QValitas ſuper qua lex aliquid ſtatuit eſt
probanda prius.*

2 *Foriudicatio vt ritè procedat debet fieri in
delictis merentibus pœnam mortis natu-
ralis.*

HVnc locum allegarũt *D. Rou. in prag.
prima de ſentent. foriudicat. num.
3. & Thor. 2. p. compend. deciſ. ver-
bo citatio*, & licet per doctis D. Au-
thor. pro eo omnia plene, & ſubtiliter deducta
fuerunt vt nullus addendi locus ſupereſſe vide-
retur tamen pro allegatis circa qualitatem ex-
preſſam deficientem, quod operet atta eſſe nulla
1 ad corroborationem doctrinæ Bart. facit quia
qualitas ſuper qua lex aliquid ſtatuit eſt prius
probanda, *vt per Alex. Rauderſ. lib. primo de
Analogis c. 33. num. 208. Surd. deciſ. 268. num.
12. Rota Rom. deciſ. 172. & 551. num. p. parte
prima Valaſ. Conſult. 191. num. 21. Mattienſ. in
l. 8. tit. 7. lib. 5. noue recupil. gloſ. 4. num. primo
idem Surd. de aliment. tit. 5. quæſt. 7. num. 42.*
2 † & pro fundamento deciſionis ſufficere ad hoc,
vt foriudicationis ſententia remaneat valida, vt
fiat in pœnam mortis naturalis meritibus faciunt
ſcripta ſup. in *deciſ. 14.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Denunciatio, an concurrere debeat; cum ob Proregis diſpenſationem anni tempus ad foriudicãdum abbreuiatur.

SVMMARIVM.

1 *DEuuntiatio, an requiratur eum per Proregis diſpenſationem abbreuiatur anni tempus ad foriudicandum, & num. 8.*
2 *Annus ad foriudicandum ſtatutus an poſſit per Regem abbreuiari, quòd ſic per modum legis generalis, & etiam particulariter num. 17.*
3 *Ius Conſtitutionum eſt in Regno commune.*
4 *Lex retro non trahitur.*
5 *Intelligere debemus quòd lex intelligit.*
6 *Ignorans pœnis obligari non debet, cum nec offendat*
7 *Leges æquales omnibus eſſe debent.*
9 *Intellectus c. Regni poſt commiſſum.*
10 *Diſpenſatio ex defectu Principis voluntatis non tenet.*
11 *Doctrina Andr in Conſt. Regni pœnam eorũ explicatur & num. 14.*
12 *Citandi ius, & praxis in Regno, & in criminalibus. & quid ſi ad foriudicandum num. 13.*
14 *Foriudicationis pœna quando per Principem remittenda, vbi de intellectu Conſt. Regni pœnam eorum.*
15 *Foriudicationis annum qua poteſtate poſſit Prorex abbreuiare.*
16 *Poteſtatem abſolutam habere quid ſit.*
18 *Princeps ſupremus dilationes arbitrarias habet.*
19 *Iudex ex cauſa poteſt abbreuiare legalem dilationem,*

DECISIO XVII.

IN eadem cauſa fuit dubitatum an diſpẽſatio † Excellentiſſimi Proregis reſtringentis terminum anni per d. Conſt. præfixum inquiſito ad comparẽdum ad terminum menſis, poſt quem Fabritius prædictus ſi non comparuerit poſſit foriudicari, fuerit, & ſit nulla, non dato termino ad denunciandum inquiſito prædictam Proregis diſpenſationem, & temporis arctationem.

Dicebatur pro parte inquiſiti non poſſe procedi ad ſententiam foriudicationis virtute dictæ
diſpenſationis, quia non innotuit inquiſito, &
proinde nulla ex doctrina *Andr. de Iſern. in d.*
Conſt pœnam eorum in libro meo 10. *col.* vbi
2 quærit an Rex † Regni poſſit ſtatuere, & ante
annum fit foriudicatio, & concludit, quòd ex
cauſa delictis inualeſcentibus per multiplicationem
poteſt id facere per legem poſitiuam, & ſic
per viam legis generalis cum illis circumſtantijs
pro bono publico, vt ibi per eum, & hic non eſt
caſus noſter, ſubdit poſtea quid in particulari
bannito citato propter enorme, delictum, & vellet
eum foriudicare poſt tres menſes, quos ad ſe
defendendum conſtituit, & loquitur hoc caſu
quando poſt citationem ad informandum,
& inquiſito iam abſente, diſpenſatio, & Arctatio
Principis ſuperuenit, & quod de hoc caſu tractet
Andr. patet ex eius verbis ibi, videtur rationabiliter
obſtare, quòd abſens Reus bannitus receſſit
quando non erat ordinatum per Principẽ
foriudicationem fieri ante annum, & ſic præſupponit
poſt reum bannitum, & conſequenter cõtumacem
ſuperueniſſe diſpenſationem, & arctationem,
quòd foriudicetur poſt tres menſes, inquit
ipſe hoc caſu de diſpenſatione veriſimiliter
dubitari poſſe, quòd ſit nulla, quia inquiſitus ſperauit
in iure communi, voluit dicere in diſpoſi-
3 tione Conſtit. quòd eſt † ius commune in Regno,
quod vſque ad annum haberet poteſtatem
comparendi, & ſe purgandi, non debuit diuinare,
quòd Princeps in eo faceret nouum arg. *l. ſi*
putabat ff. ad l. aquil. non damnabitur mortis
ſententia qui ignorauit, quia & ſi poſt ſententiã
4 lex † promulgetur contraria, non trahitur retro
§. 1. auth. vt cum de appell. cognoſc. & ordinatio
Principis lex eſt. Etſi diceretur ſcire debebat
Principem poſſe tollere, & arctare legem,
& quòd ad præterita trahitur ſi Princeps id dicat
l. leges C. de legib. Reſpondet, quòd ſi inquiſitus
debuit ſcire Principem id poſſe, non debuit
ſcire id velle, cùm Rex non frequenter, ſed
raro id faciat, multo plus ſi nunquam feciſſet, &
5 quòd nos † debemus intelligere illud quod lex
intelligit *l. ſi cui ff. de ſeruit. l. quanquam ff. de*
ritu. nupt. Sed iura de inſolito non intelligunt.
nec aptantur ad rara *l. iuſto ff. de vſucap. l. nã*
ad ea ff. de legib. ergo iniuſtum eſſet nunc igno-
6 rantem † pœnis obligari *l. generali C. de tab.*
lib. 10. etiam quia qui ignorat, non offendit *l. ſi*
ignorans ff. loc. quaſi velit dicere, quòd non
contemnit inquiſitus ordinem Principis illum
7 ignorans, item dicit, quòd leges debent † eſſe
æquales, & æqualiter omnibus tribuere ſecuritatem
l. capita §. ad ſtatus ff. de pœn. aliàs Rex
eſt iniuſtus, & non poteſt *c. faciant 22. q. 1.* cuius
ad propriũ eſt iuſtitiam facere *c. Regum 23. q. 5.*
ſubdit aliam rationem, quia fortè confidebat Reus
abſens ſuæ innocentiæ, ſed timebat iram Iudicis,
& potentiam inimicorum, quo caſu, & ſi præceſſiſſet
foriudicatio reperta innocentia Princeps
remittere deberet condemnationem, ſeu foriu-

dicationem *l. 1. §. fin. & l. diui fratres ff. de pœn.*
Ex his dicebat pater inquiſiti reſidere Andream
in hac opinione, quòd non valeat diſpenſatio
8 † nec foriudicatio dum non venit ad notitiam
inquiſiti, & proinde eſſe concedendum terminũ
ad denunciandum diſpenſationem Proregis, quã
opinionẽ videtur etiam ſequi *Afflict. in d. Conſt.*
nu. 53. & 54. & addebat, quòd non obſtabat di-
9 ſpoſitio *c. Regni* † poſt commiſſum, denegãs au-
dientiam excuſatori, quando inquiſitus fuit viſus
tempore delicti, & non dubitatur hunc inquiſi-
tum fuiſſe viſum, nam illud capitulum habet lo-
cũm, rebus in eodem ſtatu permanentibus, ſed
vbi, vel pro parte fiſci, vel Proregis ſit aliqua al-
teratio, propter quam inquiſitus ſe abſentat, ti-
mens iram Iudicis, vt dicit *Andr.* ſuperius alle-
gatus, vel fiſcus ipſe præbet cauſam fugæ, & ab-
ſentiæ, tunc benè admittitur, & audietur excuſa-
tor, allegãs abſentiam inquiſiti, vt ibi per *Cam-*
pagnam, at in hoc caſu adſuit alteratio ex parte
fiſci, & ex parte Excellentiſſimi Proregi, ex par-
te fiſci, quia dictum Fabritium via ordinaria cita-
uit ad informandum cum qualitate proditoria,
quæ non eſt vera, & proinde timens inquiſitus
dictam qualitatem ſe abſentauit, & arripuit fu-
gam, cuius cauſa fuit citatus cum prædicta qua-
litate emanata ad inſtantiam fiſci. Adſuit altera-
tio ex parte Excellentiſſimi Proregis, quia poſt
citationem via ordinaria vt ſuprà notificatam
diſpenſauit, ac tempus anni in prædicta *Conſt.*
præfixum arctauit ad menſem breuiſſimum tem-
pus, quo caſu nouo ſuperueniente, omninò inqui
ſitus certiorari debet cùm ſe abſentauerit ex cau-
ſa præcedentis citationis cum dicta qualitate.
Dicebat etiam diſpenſationem prædictam non
ſubſiſtere, quia motus fuit Princeps ad diſpenſan
dum ea ratione, quia aderat qualitas proditoria,
10 & ideò ea deficiente non tenet diſpenſatio. † etiã
ex defectu voluntatis ex latè traditis per *Abba-*
tem, & Felinum in cap. ex literis num. 8. extra
de reſcriptis, & omnes canoniſtas ibi.

Sed his non obſtantibus vtrumque Conſilium
abſque controuerſia cenſuit diſpenſationem non
eſſe nullam, & terminum ad denunciandum, &
certiorandum non eſſe concedendum, ſiquidem
11 *Andr.* † in quo pater inquiſiti facit magnam
vim, ac robur ſuæ exceptionis conſtituit, non lo-
quitur de hoc caſu, de quo agimus. Andr. enim
ponit exemplum in eo, qui eſt citatus via ordina-
ria & effectus contumax, & bannitus, & poſtea
diſpenſatio Proregis ſuperuenit ſi hæc diſpenſa-
tio non notificatur, dicit quòd non tenet, & re-
ctè quidem, quia non potuit peruenire ad eius
notitiam, quia ſi perueniſſet, forſan cõparuiſſet,
& de ſua innocentia docuiſſet, & cor fiſus in an-
ni circulo ignorans arctationem, & diſpenſatio-
nem. non eſt iuſtum, quòd foriudicatio naſcens
ex tali diſpenſatione ignota ſit valida, at in caſu
noſtro diſpenſatio facta per Proregem fuit notifi-
cata dicto inquiſito, qui potuit illius habere no-
titiam, & certioratus ſaltim ex iuris præſumptio-
ne, nõ debet amplius certiorari, nam poſt diſpẽ-
ſationem prædictam, Magna Curia iterum dictũ
inquiſitum citauit ad informandum, & ad Capi-
tula cum inſerto tenore dictæ diſpenſationis, &
ſic loquitur Andr. quando poſt primam citatio-
nem ſuperuenit diſpenſatio, & abſque alia noua
notificatione diſpenſationis, & citationis, ſequitur
foriudicatio, caſus noſter eſt diuerſus vt ſuprà di-
ctum eſt, quia poſt diſpenſationem eſt facta no-
ua citatio, & in ea inſertus tenor diſpenſationis,
& fuit citatus dictus Fabritius domi ſuæ ſolitæ
habitationis, matre, & fratribus, ac duobus teſti-
bus præſentibus, quibus in ſpecie nuncius denũ-
tiauit nouam citationem ad informandum, & ad
capitula cum dicta diſpenſatione, & hoc ſufficit
ad finem, vt inquiſitus poſſit habere notitiã, tam
attento iure communi, quàm iure municipali hu-
ius Regni, quòd apud nos ius commune eſt in
Regno prædicto, ſtatutum eſt enim per *Conſt.*
12 *Regni* † *citationis litteræ*, & vbi citandus de
perſona reperiri non poteſt, citari poſſit domi,
in qua vxor filij, vel alia ſpecialis familia com-
moretur, qui citationem prædictam ad notitiam
citati producant, & dicit ibi, Andr. quòd non re-
fert, quòd citatio non perueniat ad notitiam in-
quiſiti, cùm ſatis ſit, quòd poſſit peruenire citan-
do congruo loco, & patre domi, vbi familia com
moratur, vt hic in domo patris, & citatio matri,
& fratribus notificata, & in ſpecie, dicit *Luc. de*
Pen. in l. 1. C. de cur ſtat. lib. 12. quòd non ita ema-
nauit prædicta Conſtitutio, quæ dat formam
quomodo quis ſit citandus, quia in irreparabili-
bus, ex quibus ſequeretur ſententia foriudicatio-
nis, vel bannitionis, quia agitur de vita hominis
quia per ſententiam foriudicationis quis ad mor-
tem condemnatur ſeruanda eſt forma dictæ Cõ-
ſtitutionis, & erit valida citatio, & idem *Andr. de*
Iſern. in c. 1. in prin. de mil. vaſſallo, qui cont.
eſt, & in c. 1. de contr domin. & alio de benefic.
dicit ſufficere ſi quis domi ſuæ ſolitæ habitatio-
nis citetur, etſi illam non habet, vel dolo deſijt
poſſidere, citetur per edictum, vel in domo feu-
di, & in *d. Conſt. pœnam eorum poſt Gloſam Ca-*
ram, in materia foriudicationis in qua verſamur
ſufficere, inquit ſi citatio fiat affinibus, & coniun-
ctis, vt per *Afflict. ibi latè num. 19.* Quare cùm
fiſcus ad nil aliud teneatur, quã notificare, prout
fecit inquiſito domi ſuæ ſolitæ habitationis, præ-
ſentibus conſanguineis, familiaribus, ac teſtibus,
& hoc factum eſt, vtique hæc citatio hoc modo
facta potuit peruenire ad notitiam citati, etſi nõ
peruenerit, nil refert, non opus eſt alio termino
ad denunciandum, quia eſſet introducere nouam
practicam in cauſis criminalibus nunquam audi-
tam, & fiſco pernicioſiſſimam, & proinde repel-
lendam, & deridendam vbi citatio legitimè pro-
14 ceſſit modo, quo ſuprà. Quinimò vnus ex † Do
minis Regentibus, & antiquior vir doctiſſimus,
& meus Dominus dixit, Andræam in loco ſupra
citato non concludere foriudicationem ſequu-
tam virtute diſpenſationis ſuperuenientis poſt ci
tationem, & non notificatæ eſſe nullam quinim-
mò validam. Ponderando ibi, Andr. qui dicit,
quòd vbi in caſu præmiſſo præceſſit foriudica-
tio. Princeps tamen reperta innocentia remit-
tere debet condemnationem, ſeu foriudicatio-
nem, ergo non nulla, ſed tenetur Princeps hoc
caſu audire inquiſitum, & foriudicatum ſuper iu-
ſtitia, & innocentia, quę ſunt notanda ad limita-
tio,

Digitized by Google

tionem d. Conſt. pœnam eorum quæ ſtatuit, vt
ſoriudicatus legitimè non audiatur ſuper inno-
centia, & iuſtitia, ſed demandetur exequutioni
ſententia ſoriudicationis, niſi intelligamus, Andr.
loqui eo caſu, quo circumſcripta diſpenſatione
ſequuta eſt ſoriudicatio poſt annum, & de deli-
cto non conſtat contra ſoriudicatum, nam eo ca
ſu conſtat de innocentia per ipſam informatio-
nem, & non habet locum pœna ſtatuti, & quòd
contumax non audiatur ex doctrina *Bal. in Ru-
br C. de manumiſ. Cepol. in caut. 345. quos ad
declarationem, & limitationem d. Conſtit. addu-
cit Arnou. in ſoliloquio* 7.

Inſuper quoad alia oppoſita, an Excellentiſſi-
mus Prorex voluerit diſpenſare remota qualita-
te proditoria, per cauſæ commiſſarium fuit rela-
tum iam declaraſſe Excellentiſſimum Dominum
cùm aliàs de hac cauſa, & difficultate ageretur in
Conſilio Collaterali coram ipſo, non obſtante
dicta clauſula diſpenſare voluiſſe, & hoc præſup
poſito votauimus omnes coram eodem, quod
hæc clauſula in diſpenſatione non fuit adiecta
diſpoſitiuè, ſed augmentatiuè, & ſine illa diſpen-
ſaſſet, quia delictum fuit imperioſum commiſſū
intus hanc Ciuitatem in conſpectu Proregis, &
tot ſupremorum Tribunalium, & valdè inhuma-
num, crudele, & ferinum, quia incedentem in
rhæda tanquam piſcem in rete inuolutum, Fa-
britius prædictus Lelium interfecit, qui nec fu-
gere, nec euadere, nec ſe modo aliquo defende-
re valuit, quæ circumſtantiæ, etiam circumſcrip-
ta proditione, & quia Lelius occiſus pauper, &
doctor, Fabritius occiſor filius hominis valdè di-
uitis mouerunt excellentiſſimum Proregem ad
diſpenſandum.

Nec de poteſtate diſpenſandi, & arctandi tem-
pus Conſtitutionis fuit dubitatum, nemo enim
niſi pœnitus inſanus, ac ſacrilegus dubitare po-
teſt, nam de poteſtate Principis diſputare ſacrile-
15 gium eſt. Et † *Dominus Præſes de Franchis
in eius deciſ. 213. num. 36* dicit eſſe receptum
ex obſeruantia antiquiſſima poſſe abreuiari tem-
pus ſoriudicationis ad beneplacitum Proregis,
ſtante eius ampliſſima poteſtate. dico iſtud ſpe-
ctare ad Proregem, non ex obſeruantia antiquiſ-
ſima, ſed ipſi tanquam ſupremo Principi hanc
facultatem eſſe tributam virtute plenitudinis po-
teſtatis, quam abſolutam vocant Docto. quæ
16 † eſt ſuprà leges inde poteſt nouas cōdere, vete-
res reformare, derogare, & prout ſibi placuerit
ſtatuere, de ſua poteſtate abſoluta loquitur idem
*Andr. in d. Conſt. Pœnam eorum in q. prædi-
cta? An poſſit Rex abreuiare tempus, & in pro-
hem. Conſt. col. mihi* 7. dicit de eadem loquens,
quòd nemo poteſt dicere Regi, cur ita facis, ſoli
enim Deo tenetur reddere rationem allegans il-
lud *Pſalm. 50. Tibi ſoli peccaui*, licet ibi ſubdat,
quòd neceſſitate præciſa non exigente malè fa-
ciat Princeps, vtēdo poteſtate abſoluta, quia pec-
cat, cùm debeat vti ordinaria, & attentà abſoluta
eſt Princeps cauſa cauſarum, poteſt facere de
quadrato rotundum ſufficit pro ratione volun-
tas. eſt omnia, & ſuper omnia, vt optimè expli-
cat *Alber. Brun. in eius conſ. 1. & Io. Campe-
gnus inter eadem conſ. Bruni conſ. 2. & Io. de*
17 *ſupradicta Iulia in eod. vol. conſ.* 3. & † quòd
dicebat pars arctationem fuiſſe breuiſſimi tēpo-
ris ſc. vnius menſis, quod videtur deteſtare Andr.
in loco ſuprà citato, qui dicit Principem, & Re-
gem arctare ad tres menſes illud dixit ratione
exempli, quia arbitrarium eſt Principi, vtendo
poteſtate ſua abſoluta arctare, prout ſibi placue-
18 rit. Siquidem ſupremus Princeps † habet dila-
tiones arbitrarias *c. ex ore, & ibi optimè An-
car. & Imm. extra de his, quæ fiunt à Prælat.
& Rip. in l. qui pro tribunali ff de re iud. nu.*
19 *16. verſ. 5.* fallit, & ſi † iudicibus ordinarijs li-
citum eſt, quandoque dilationes legales reſtrin-
gere, vt poſt Bart. & alios optimè per concluſio-
nes, ampliationes, & limitationes declarat *Rip.
in d. l. qui pro tribunali; & Canoriſtæ in c. cum
ſic Romana extra de appellat.* à fortiori Prin-
ceps ipſe, tanto magis, quia diſpenſatio in caſu
præmiſſo ſuperuenit de menſe Septembris noti-
ficata de menſe Octobris, & licet fuerit redacta
ad vnum menſem, nihilominus effectiuè à menſe
Octobris vſque ad præſentem diem, quo fuit fa-
cta relatio. Erant decurſi quinque menſes, &
dicebat Pater, filium degere in Ciuitate Venetia-
rum, infra quem terminum potuit ipſe denuncia-
re, & potuiſſet filius comparere, ſi voluiſſet.

ADDITIO.

SVMMARIVM:

1 *Foriudicationis materia enuntiatur.*
2 *Sententia foriudicationis, vt proferri poſ-
ſit debet eſſe elapſus annus, & talis annus
currit à die forbanni nu. 3. & in M. C. V.
à quo die forbannum ipſum currat; ponitur
num. 4.*
5 *Citatio ad capitula eſt præambola ad ſenten-
tiam foriudicationis, & ibi quomodo debeat
ipſa fieri remiſſiuè.*
6 *Contumacia incuſantur per accuſantem,
vel fiſcum.*
7 *Annus in quibus caſibus non expectatur pro
foriudicatione facienda.*
8 *Abbreuiatio foriudicationis ſeruatur in om-
nibus delictis arduis.*
9 *Qualitas in diſpenſatione licet abeſt non ope-
ratur tamen inualiditatem foriudicationis
cum non fuit diſpoſitiuè, ſed augmenta-
tiuè enunciata.*

PRo practicabili materia iſtius deciſionis
1 pariter tractationē ſoriudicationis. Cō-
tinentis vt ſupra in deciſ. præcedenti, &
deciſ. 13. abundè poſuimus & de tēpore
2 ſoriudicandi aliquem patet inſcriptis *per de
Franch. deciſ. 515. num. 4. & 5. Foller. verbo ſo-
riudicentur poſt num. primum*, vt ad ſententiam
ſoriudicationis deueniri non poſſit niſi elapſo
anno

3 anno † & talem annum currere à die forbanni,
vt in conſt. pœnã & d. Rouit. in prag. p. col. p. de
4 *ſent. foriudicat.* † ſed in M. C. V. in qua forba-
num non ſit annus currit à die vltimæ contuma-
ciæ contractæ ſuper citatione ad Capitula quæ
ſolemniter ſit tẽpore quo curia ipſa ſedet per tri
bunali. *Foller. in verbo banniantur poſt nu. 3.*
verſ. licet, ideò de Franch. id in deciſ. 322. num.
5 *2. & deciſ. 560. num. 3.* † dicit citationẽ ad ca-
pitula eſſe preambolam ad ſententiam foriudi-
cationis, & robur ſumere ſententiam ipſam a
dicta citatione, quæ ſollẽniter debet fieri, & cum
ſollẽnitate *l. libellorum ff. de accuſationibus, vt*
Viſcont. concluſ. foriudicatus in medio fol. 102.
6 † & huiuſmodi cõtumacia incuſatur per accuſan
tem, vel per fiſcum *Ozaſc. deciſ. 71. num. 3. &*
Theſaur. deciſ. 19.
7 *Sed in quibus caſibus non expectetur annus ipſe*
per d. Rouit. in rubrica de ſentent. foriudicatio-
nis num. 6. & ex deciſ. de Franch. 213. quam
8 *author allegauit* † ſeruari abbreuiationem anni
prædicti in omnibus delictis arduis ponit, & ita
ſequuti fuerunt *R. de Ponte in tract. tit. primo*
§. 4. num. 43. Afflict. in conſt. pœnam eorum,
vt allegaui infra in Deciſ. 13. Caranit. in prag.
p. de exulibus num. 12. & Maſtrill. de indultu
cap. 30. num. 4. Molfeſ. in 4. part. quæſt. 47. num.
9 *13.* † & ad confirmationem ipſius caſus deciſi,
quod licet qualitas in diſpenſatione abbreuiatio-
nis adiecta abeſſet attamen cum non fuit diſpoſi-
tiue, ſed augmentatiuè, quod non operetur inual-
liditatem foriudicationis *Thor. 2. par. Comp.*
deciſ. verbo diſpenſatio facit gratian. deſcept.
Forenſ. 550. num 25 tom. 3. Capic. deciſ. 32. num.
13. per rationes quas allegat cum fuerit expreſ-
ſum, quod licet non reperiatur, non propterea
tollit quin conceſſum, & diſpenſatio non teneat.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Homicidium committens poſt longum
tempus à recepta iniuria, an puniri de-
beat pœna mortis naturalis.

SVMMARIVM.

1 *HOmicidium committens poſt longum*
tempus à recepta iniuria, an pœna mor
tis naturalis ſit puniendus, & num. 4. vbi
quid decidere ſoleat. S.C.
2 *Occidere licet pro defenſione ſui corporis, re-*
rum, honoris, & amicorum ex communi.
DD. ſententia.
3 *Defenſio quando dicatur facta incontinenti,*
vel ex interuallo.
5 *Honoris proprij defenſionem non cogitare*
belluinum eſt.

DECISIO XVIII.

IN eadem cauſa fuit itidem hæſi
tatum, an ſi quis poſt longum
1 temporis † interuallum pro
honoris proprij defenſione,
homicidium commiſerit, poſ-
ſit puniri pœna ordinaria, vel
minori citra mortem.
Dicebat enim pater Fabritij occiſoris, dictum
eius filium, vt in ſuperiori deciſione tactum eſt,
fuiſſe annis retro elapſis alapa in faciem percuſ-
ſum ab occiſo, quæ ipſum grauiſſimam iniuriam
affectum reddebat, & proinde ex cauſa tam vr-
genti honoris proprij, quàm vitæ præponendum
eſſe non dubitatur, quòd poſtmodum ſe vindica-
uerit, ac interfecerit dictum Lelium, non poterat
ob hoc puniri pœna ordinaria, & ex conſequen-
ti, neque foriudicari. Nemo enim ex doctoribus
in *l. vt vim, & in l. 1. C. vnde vi* dubitauit, quin
2 † pro defenſione vitæ, & corporis proprij, rerũ,
honoris, ac etiam amicorum, & proximorum
liceat occidere, & aggreſſores offendere cum
moderamine inculpatæ tutelæ, & quando id ſit
cum tali moderamine, impunitum erit delictum,
& homicidium, quia licita defenſio, ſed quando
non illico, & non cum moderamine, tunc licet
non impunitum, tamen non pœna ordinaria.
Replicabat Fiſcus primum non eſſe verum in
facto, prædictum Fabritium fuiſſe alapa percuſ-
ſum, quinimmò viſa informatione capta per Ma-
gnam Curiam Vicariæ ad inſtantiam occiſi, qui
timebat à dicto Fabritio offendi, & iuſſerat com-
pelli ad præſtandum cautionem de non offen-
dendo, non conſtabat de alapa data, ſed tantùm,
quòd rixati fuerũt, & inuicem pugilaſſe, percuſ-
ſerunt manibus concluſis, & clauſis, & ideo ob-
ſtabat factum, quòd non cauſa honoris.
Secundò dicebat Fiſcus eſto conſtaret de ala-
pa, adhuc pœna ordinaria veniret puniendus,
quia non incontinenti ſe vindicauit, ſed poſt
quatuor annos, quo caſu dicitur delictum ap-
penſatum, & dolo commiſſum, & pœna ordina-
ria puniendum, & proinde poſſe ſequi foriudi-
cationem. Nam ad hoc vt homicidium factum
pro defenſione proprij honoris non veniat pu-
niendum pœna ordinaria requiritur, quod fiat
incontinenti ſequuta iniuria ipſa, aliàs ſi ex inter-
uallo pœna ordinaria non poteſt euitari *ex doctr.*
in l. 5. §. eum, qui in fine, & ibi Alex. ff. de vi,
& vi arm quem ſequitur *Blanc. in ſua pract. in*
3. par. d fenſionis num. 5. & dicitur incontinẽ-
3 ti † facta defenſio quando extraneus actus non
interceſſit. Vt Doct prædicti declarant, & alij,
quos allegat *Clar.* & ibi moderni *in add. in §.*
homicidium num. 6. & Ang. de Malef. in glo. &
dictus Titius, & ſecundùm hanc opinionem
conſuluere *Io. Iacobus inter Conſ Cepollæ Conſ.*
42. & *Philip. Franc. de capitibus in eod. vol.*
conſ. 43.
Tamen maior pars Dominorum cenſuit, quòd
ſi conſtaret de alapa, vtique prædictus Fabritius
non poſſet puniri pœna ordinaria, & per conſe-
quens

quens neque foriudicari. Nam ſecundum hanc
4 opinionem † ſemper iudicatum in Sacro Conſi-
lio, & à maioribus noſtris etiam recepta fuit,
quod ſi ex interuallo ex cauſa honoris, & iniuria
receptæ quis homicidium comictat, non punitur
pœna ordinaria mortis, ſed extraordinaria, & ſẽ-
per ita Iudicauimus, ac paſſim iudicamus, & ita
refert fuiſſe ſuo tempore deciſum *Gram. in de-
ciſ.* 23. vbi affert rationes, quas non repero, qui-
bus homicidium factum ex cauſa etiam ſi dene-
gatur iniuſta non eſſe puniendum pœna ordina-
ria, etiam quia illud incontinenti, de quo loquun-
tur Doct. non excludit iniuriam, quia ſemper
5 præſens ſit hominibus ingenuis, quia † ſi pro ho-
noris proprij defenſione non cogitant, nihil dif-
ferunt à Belluis, & ideò illud incontinenti arbi-
trati ſumus, etiam quod poſt aliquos annos quis
ſe vindicet cum multoties illicò, ideſt illo tunc
incontinenti non poſſit, & illa cauſa honoris ſem
per vrget, & proinde arbitrarium eſt Iudici illud
incontinenti etiam in cauſis Ciuilibus, vt expli-
cat optimè *Menoch de Recuper. poſſ remedio 1.
num. 253 & poſt ipſum Lazar. Fenut. in Tract.
de Moment. cap.* 15. per totum, ergo à fortiori
in cauſis Criminalibus, quia grauiores ſunt, de-
bet Iudex arbitrium ſuum regulare, vt etiã poſt
aliquos annos, vbi quis grauiter offenſus extitit
pro honore vindicando dicatur incontinenti ſe
vindicaſſe, & defendiſſe, & licet non impunè id
faciat, non tamen pœna ordinaria veniat puni-
endus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *HOmicidium commiſſum poſt longum tempus iniuria recepta non pœna ordinaria puniri.*
2 *Homicidium incontinenti commiſſum non pœna ordinaria puniri cum exemplis.*
3 *Incontinenti quomodo intelligatur.*
4 *Maritus occidens vxorem adulteram cum primum potuit excuſatur à pœna ordinaria.*
5 *Frater occidens ſororis ſtupratorem poſt longum temporis interuallum à pœna ordinaria excuſatur.*
6 *Occidere licèt minantem aliquem occidere, & grauem iniuriam inferre, & minoratur pœna, & num 7. & 8. & cum alijs exemplis.*
9 *Homicidium in dubio præſumitur ad defenſam.*

NOta; cum euenit in dies dum reaſſu-
mitur homicidium commiſſum poſt
1 longum tempus receptæ iniuriæ nõ
fuiſſe punitum pena ordinaria, &
proinde iuſta terminos *deciſ.* 13. ſupra non po-
tuiſſe inquiſitum de eo foriudicari, quod magne
eſt conſiderationis ex eo, quod non incontinenti
patratum homicidium fuit in quem caſum per-
mictitur pro iniuria vindicanda, & propulſanda,
2 † *vt Alex. conſ. 76. vol. primo refert* caſum de
quodam, qui fuit percuſſus cum pigniata, & in-
continenti commiſit homicidium, & ſocc. iun.
qui ponit alium caſum *in conſ. 117. vol. 3. per to-
tum* de quodam, qui occiſit percutientem cum
alapa, vt pariter *gramat deciſ. 98.* qui ponit caſũ
de occidente mulierem qui ipſum verbis con-
tumelioſis affecerat, & baculo percuſſerat quem
dicit fuiſſe relegatum per quinquennium quã-
uis ipſe pro eius omnimoda liberatione inclinaſ-
ſet, *& Vrſill. deciſ. 289. num.* 34 qui refert alium
caſum, quod quidam dum maneret proſtratus ad
terram, & frequentius pugnis percutiebatur par-
uo gladio, quem ad latus geſtabbat percutientẽ
occiſit, & concludit eum fuiſſe condemnatum in
3 exilium per ſex annos † inde incontinenti variæ
fuit receptum, *vt Menoch caſ. 361. num. 18. &
conſ. 107. vol primo num. 4. Bombin. conſ. 9. num.
13. id. Menoch. caſ. 32. num 23 & Vulpell. de prę-
poſ. aduerb. ſignif. in dictione incontinenti pagin.*
40 & attenta veritate propie intelligendum eſt ſi
extraneus actus non interceſſit *Maſcard. de pro-
bat. concl. 1126. num. 42. neguſant conſ. 344. num.
14. & 15. Aldonin. conſ. 26. num. 26. Tiraquell.
de reuocand. donat gloſ reuertatur num. 112. Fa-
rinacc. in fragment. littera I. n. 113. Salas de le-
gibus quæſt. 96. tract. 14 diſp. 15. ſect. 6. num. 78.
edẽ Caball. caſ. 300 n. 23. Honded. conſ. 89. num.
142. Auend. de exequend. mand. ca 16. num pri-
mo p. p. id. Caball. caſ. 189. num. 9. viu. deciſ. 107.
trentacinq. reſol. p. de defenſione,* quod remictẽn-
dum eſſe arbitrio iudicis ipſe *Menoch. caſ. 12.
num. 4. caſ. 30 caſu 361. num. 27. Sanchez de ma-
trim. lib. 10. diſp. 12. num. 23. Theſ deciſ. 168. nu.
68. Tuſc. concl. 80. num. 17. Peguer. deciſ. 78. num.*
41. dixerũt prout fuit arbitratũ in caſu deciſionis
D. noſtri Authoris etiã, quod poſt multos annos
4 offenſus ſe vindicauit † & firmatur de marito re-
periente vxorem cum adultero quos ſi poſtea
occiſerit cum primum potuit à pena ordinaria
excuſatur vide rationẽ per *Cabed. deciſ. 172. n. 9.
p. p. Marcũ deciſ. 206. num. 7. & Giurba conſ. 86.*
5 vbi de D. noſtro Auth. multoties memorat † in
quæſt. de fratre pro Honoris proprij defenſione
ſtupratorem ſororis occidentẽ non in actu vene-
ris, ſed poſt longum temporis interuallum, quod
pœna ordinaria non fuit punitus, vt per eum, &
ſic pro defenſione honoris euitare pœnam ordi-
nariam *Hipolit. conſ. 81. num. 16 gramat. conſ. 29.
num. 9. & conſ. 96. num. ſeq. Bertazz. conſ* 111.
6 *num. 5. & 135. num. 15. vol. primo* † & confirma-
tur etiam, quia ſi licet occidere minantem aliquẽ
occidere, vel grauem iniuriam inferre, & minora-
tur occidenti pœna *Graſſi. deciſ. 5. Boer. deciſ.
169. & Bertazz. conſ. 433 cum conſ ſequenti per
7 totum col. 2.* † tantò magis offenſorem proprium
de qua tractatione abbundanter, *etiam Honded.
conſ. 104. & Farinacc. de homicid. quæſt. 125. nu.*
8 47. † cum quis occiſit aliquẽ, vt ab aliqua iniu-
ria ſe eximeret data conſideratione honoris, qui
cũ vita equa lance panditur 2. *Hipol. conſ* 81. *n.*
16 *gra-*

Digitized by Google

18 grau. conſ. 29. num. 5. & ſeq. & conſ. 56. num. 7. Bertazz. conſ. 111. num. 9 & 135. num. 15. vol. p. Vaſqu. controuerſ. illuſtr. 18 lib. primo vt de eo qui priùs pugno percutientem occiſit, quod defenſionis modum excedere non dicatur *Barz. deciſ. 142. num. 5 Serader. conſ. 4. nu. 219. Gaill. obſer. 39 lib. primo num. 3. & obſeru. 101. num. 4. & Giurba conſ. 84. num. 16. & plura per Doctiſſimum Camillum de Medicis conſ 95. num.*
9 19. quod homicidium præſumatur in dubio ad defenſionem factum.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Pactum inter coniuges celebratum in albarano, & capitulis matrimonialibus de perpetuo incolatu in Ciuitate Neapolis, & ſub pœna pro quauis cauſa non diſcedere, an ſi ambo conſentiant liceat diſcedere.

SVMMARIVM.

1 *MAritus, & vxor paciſcentes in albarano, & mox in capitulis matrimonialibus perpetuum incolatum in Ciuitate Neapolis, & inde ſub pœna pro quauis cauſa non diſcedere, non poſſunt contrauenire, etiam quòd ambo conſentiant, & num. 2. & ſic per S C. deciſum, vt num. 20.*

3 *Pactum illud omnino ſeruandum, quòd à iure nullo probibetur.*

4 *Pactum apponi poteſt in traditione cuiuſque rei, & multo fortius in traditione mulieris, niſi nouo caſu emergente recedi oporteat à pacto.*

5 *Pœna in tali pacto adiecta ſeruanda, & exigenda à voluntariè contrauenientе, ſecus à coacto, nam eſſet contra matrimonij libertatem illicitum, cauſam præbens adulterandi ſecundum ſummiſtas, & peccat vxor virum non ſequendo num. 6. & 7.*

8 *Conditio ſiue pœnalis ſtipulatio per quam ius libertatis infringitur, nec in legato, nec in matrimonio ſeruanda nec inter contrahentes, nec inter eorum conſanguineos, & nu. 9. 10. 11. etiam quòd pœna ſit modica, & num. 14. & quia contra bonos mores, num. 15.*

12 *Pactio prædicta non diſcedendi valet fauore vxoris, quæ ius habet in perſona mariti.*

13 *Cauſa excuſantes pacti inobſeruantiam infirmitas aeris intemperies ſuperuenientes inimicitia, & ſuprà ſub num. 6.*

16 *Differentiæ ratio inter dationem arrarum, & pœnæ promiſſionem.*

17 *Homines largi verbis ſtricti, & parci burſa regulariter fallunt ſecundum Cyn inſpecta quantitate promiſſorum dotorum, & qualitate perſonarum dantium, vel promittentium num. 18. ſed reprobatur, vt num 9.*

21 *Tex. in l. Titia 134. ff. de verb. oblig. & cap. Gemma extra de ſponſalibus, pro negatiua adduci procedunt vbi pactum, vel pœna directè afficiunt libertatem matrimonij, ſecus ſi dotem, vel quid extrinſecum, & à matrimonio remotum. & num. 22.*

23 *Aliud eſt metu pœnæ auferri libertatem eligendi matrimonium, aliud ad matrimonium certa lege inuitari.*

24 *Inimicitia non excuſat inobſeruantem, qui eam procurauit, eique cauſam dedit, ac de facile componi poteſt.*

25 *Conſenſus vxoris diſceſſui non excuſat contrauenientem, vbi pacto ſubſcripſerat ſe.*

26 *Actus negatiui, nedum ligant, ne quid faciamus verum facere, quod alius non faciat.*

27 *Pactio incolatus in Ciuitate Neapolis, nec contra bonos mores eſſe poteſt, nec contra libertatem.*

28 *Neapolis laudes, & dotes.*

29 *Libertas voluntatis commorandi extra Neapolim libertas aſpernanda, & infirma voluntas.*

DECISIO XIX.

1 AN valeat pactum factum à Marito de Morando in Ciuitate Neap. cum vxore † ſub pœna. Diſputauimus in Sacro Conſilio in cauſa mota per Victoriam Gallutiam contra Scipionem Gallcottum Baronem Battaliarum, cui vxorem dedit victoriam, aliàs Tollam, de Alois eius Neptem ex filio defuncto genitam, qui mediante Albarano cauit, promiſitque incolatum ſemper facere in hac Ciuitate, cum dicta Tolla eius vxore, & ex quauis cauſa vrgenti, & vrgentiſſima non diſcedere ſub pœna, quòd aliàs proditor ab omnibus haberetur, quia aliàs matrimonium non fuiſſet cõtractum, quam promiſſionem fecit, etiam in capitulis matrimonialibus ſeparatis ab albarano, in quibus ſibi cauit victoria Gallucia, quæ dotem dictæ eius nepti conſtituit, quòd vbi pacto prædicto non ſtaret prædictus Scipio, ei intereſſe prædictarum dotium, non deberetur niſi ad rationem ducatorum duorum pro quibuſlibet cẽtum, & idem alio albarano cauit, auiæque promiſit prędicta Tolla etiam marito diſceſſum iubente, & cogente.

Et volente Scipione prædicto diſcedere, & non

2 non ſtare pacto, vxore diſceſſui † cõſentiente, nõ
obſtantibus prædictis Albaranis, & promiſſioni-
bus, ſe oppoſuit, & contradixit prædicta Victo-
ria Auia, fuit igitur dubitatum, an prædictum
pactum valeret.

Et pro Victoria Auia dicebatur, pactum omni-
3 nò eſſe ſeruandum, quia nullo iure reperitur pro-
hibitum, & ideo ſtare non prohibentur, *l. præci-
pimus, C. de appell. & ideo ait Prætor, pacta
ſeruabo l. 1. in princ. cum ſimilib. ff. de pact.*

Secundò dicebatur, quòd hanc opinionem ſe-
quuti ſunt omnes Canoniſtæ, & Ciuiliſtæ, quòd
hunc articulum ſunt agreſſi, *Hoſt. in ſumma de
coniug. ſeru. in §. an conſenſus Io. Andr. in c. 1.
extra qui matr. accuſ. poſſ. num.* 2. vbi dicit,
quod ſi fiat pactum in matrimonio quod ſpon-
ſus ſemper debeat trahere moram cum ſponſa in
certo loco, & in certa domo, ſeruandum eſt pa-
4 ctum, quia in traditione † cuiuſque rei poteſt
apponi pactum, *l. 1. C. de pact. conuen.* multò
fortius in traditione mulieris, & ſubdit hoc ve-
rum niſi nouus caſus emergat propter quem re-
cedi oporteat à pacto, *vt in d. cap. 1. eſt exem-
plum, & argum. tex. c. paſtoralis extra de ex-
cept. & l. ſi conuenerit ff. pro ſocio cum duabus
ll. ſeq.* Idem tenet *Card. Zabarella in c. 2. in
fine extra eo.* dicens ſeruandum eſſe dictum pa-
ctum, quia non apparet illicitum *d. l. 1. C. de
pact. conuent.* verum ex cauſa de nouo emergenti
recedi poſſe dicit, *arg. tex. in c. præſentium ex-
tra de teſtibus*, cum alis ſuprà allegatis per Ioan.
Andræam, idem tenet *Anto. de Butr. in d. c. 1.
num. 9.* dicens, quòd pridie fuit conſultus, quid
5 † eſſet in pœna appoſita, caſu quo maritus diſce-
deret, & dicit ſe reſpondiſſe, quòd ſi ille volun-
tariè diſcederet, valebat pœna, quia non tollebat
libertatem matrimonij contrahendi, vel diſſol-
uendi, ſed vbi ex cauſa diſcederet, non valebat
pœna, quia ſic tolleret libertatem conſequutiuã
matrimonij ſcilicet exactionem debiti, quam opi-
nionem ſequitur etiam *Abb. ibi num. 5.* & de-
clarat apertius, quod dixit Butr. quòd quando
oritur noua cauſa, poteſt maritus ſe abſentare,
6 quia † tunc non committitur pœna, & eſſet con-
tra libertatem concernentem ipſum matrimo-
nium, nam ſi ex cauſa ſuperueniente oporteret
maritum ſe abſentare, pactum redditur illicitum
vt vxor non teneatur ſequi virum, quia daretur
vtrique via, & occaſio ad adulterandum, vt ibi
per eum, idem refert fuiſſe deciſum, *Aufrer. in
deciſ. 87. Cappellæ Toloſanæ*, niſi aliud viro cõ-
tingat excuſabile, vt puta infirmitas, vel tempe-
ries aeris, vel inimicitiæ, vt expreſsè tenet *Hoſt.
in ſumma de coniugio ſeruor. §. 4. in fine.* Idẽ
tenet *Andr. Sicul. in d. c. 1. qui matr. accuſat.
poſſ. & in c. cæterum extra de iuram. calum. Io.
Lup. in repet. c. per veſtras §. 2. num.* 3. & di-
cit eſſe notabile, & memoriæ mandandum, *Ar-
non. in ſuo epito.* 32. ſequutus prædictam opi-
nionem optimè *Ludon. Rom. in l. ſtipulationes
non diuiduntur num. 66. ff. de verb. obligation.*
Quem de verbo ad verbum trãſportauit, *Capyc.*
hanc eandem opinionem tenet *in deciſ.* 135. Et
7 omnes † ferè Summiſtæ hanc opinionem vti ve-
riſſimam, & irrefragabilem ſunt ſequuti *Clauaſ.
in verb. vxor nu. 9. Silueſtr. in eo. verbo nu. 8.
verſ. octauo quæritur ſumma Tabiena in eod.
verbo num. 3. Summa Piſan. in eo. verbo nu. 3.
Bernard. Diaz in ſuis Regulis reg.* 800. *& in
vol. reg. vtriuſque Iuris in verbo vxor, Na-
uarr in ſuo Man. c. 14. de 4. præcepto Deca-
logi num.* 20. quo loco dicit vxorem nolentem
ſequi virum alio migrantem peccare mortaliter
c. vnaquæque 13. q. 2. niſi pactum præceſſerit
inter eos, nè maritus aliò migraret hũc enim mi-
nimè teneretur, niſi marito aliqua iuſta neceſſitas
diſcendi ſuperueniret. Idem dicit, & tenet *Ia-
cobus de Graffis in ſuis deciſionibus caſum
conſcientiæ cap. 60. num.* 2. & eandem opinio-
nem ſequitur *Fabius de Monteleone in ſuo tra-
ctat. ſeu tract. de quatuor liter. arbitr. par. 1. in
13. dubio verbo meretricario morbo laborantes,
num. 14. cum ſeq. pag. mihi* 43.

Ex aduerſo dicebatur pactum eſſe inualidum
à iure reprobatum per *tex. in l. Titio centum 70.
§. Titio centum lo 2. ff. de condit. & demonſtr.*
8 Vbi conditio in legato † adiecta Titio, ne à mo-
monumento diſcedat, vel in aliqua Ciuitate do-
micilium habeat reijcitur à Vulpiano, quia ius
libertatis infringit. Secundò in ſpecie *tex. in l.
titia 134 ff. de verb. oblig.* vbi ſtipulatio pœ-
9 nalis † ſuper matrimonio contrahendo, vel con-
tracto non valet ex Pauli ſententia, dicit enim
quod contra bonos mores, inhoneſtum eſt enim
vinculo pœnæ matrimonia abſtringi, ſiue futura,
ſiue iam contracta, & idem dicitur in l. neque di-
ſtrahendi matrimonij transferri ad neceſſitatem
non oportere.

Et in ſpecie huiuſmodi pœnæ promiſſionem
improbat, *Couar. tit. de ſponſalib. 2. par. c. 3.
§. 7. num.* 5. dicens non poſſe pœnam promitti
pro matrimonio contrahendo, etiam in ipſis ſpõ-
ſalibus per *tex. in c. gemma extra de ſponſalib.
d. l. neque abinitio, & l. fin. C. de ſponſalibus,*
10 quia † impedit liberum conſenſum timor ſoluẽ-
di illam pœnam, & ſi non ſemper hic timor ca-
dit inconſtantem virum, nihilominus promiſſio
pœnæ eſt prohibita à iure in ſponſalibus, & iuſta
11 ratione, non ſolum inter contrahentes, ſed † e-
tiam inter eos, qui ſponſos ipſos iure ſanguinis
attingunt, ita vt timor pœnæ ipſos contrahentes
iure proximitatis comprehendat ex mente, *Abb.
& docto. in d. c. Gemma Bart. & aliorum com-
muniter in d. l. Titia de verb. oblig. & probat.
tex. in d. c. Gemma* ſecundum vnum intellectum,
ſi intelligimus pœnæ promiſſionem factam ibi à
Gemma matre ſponſæ, vt frequentius intelligi-
tur ille text. & idem probat *text. in c. accedens
extra de procur. in ucta gloſa.*

Dicebatur etiam, quòd Docto. qui dicunt va-
lere pactum prædictum, ponunt caſum in mari-
12 to, & vxore, quæ vis habet in perſona viri, vt per
*Cappell. Tholoſanam in d. deciſ. 87. & Capyc.
in d. deciſ.* 135. & ideo mutata voluntate vxo-
ris, ceſſat pactum, per *tex. in l. 1. ff. de ſeru. ex-
port.* vt eſt in caſu noſtro, de quo agimus. Quia
Tolla vxor volebat ſequi virum diſcedere volẽ-
tem, & poterat renunciare pacto in ſui beneficiũ
adiecto, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.*
prout renunciauerat, & diſceſſerat à pacto, & vi-
ctoria

Google

18 grau. conſ. 29. num. 5. & ſeq. & conſ. 56. num. 7. Bertazz. conſ. 111. num. 9 & 135. num. 15. vol. p. Vaſqu. controuerſ. illuſtr. 18. lib. primo vt de eo qui priùs pugno percutientem occiſit, quod defenſionis modum excedere non dicatur *Barz. deciſ. 142. num. 5 Serader. conſ. 4. nu. 219. Gaill. obſer 39 lib. primo num. 3. & obſeru. 101. num. 4. & Giurba conſ. 84. num. 16. & plura per Doctiſſimum Camillum de Medicis conſ 95. num.*
9 19. quod homicidium præſumatur in dubio ad defenſionem factum.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Pactum inter coniuges celebratum in albarano, & capiculis matrimonialibus de perpetuo incolatu in Ciuitate Neapolis, & ſub pæna pro quauis cauſa non diſcedere, an ſi ambo conſentiant liceat diſcedere.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, & uxor paciſcentes in albarano, & mox in capitulis matrimonialibus perpetuum incolatum in Ciuitate Neapolis, & inde ſub pæna pro quauis cauſa non diſcedere, non poſſunt contrauenire, etiam quòd ambo conſentiant, & num. 2. & ſic per S. C. deciſum, ut num. 20.*

3 *Pactum illud omnino ſeruandum, quòd à iure nullo prohibetur.*

4 *Pactum apponi poteſt in traditione cuiuſque rei, & multo fortius in traditione mulieris, niſi nouo caſu emergente recedi oporteat à pacto.*

5 *Pæna in tali pacto adiecta ſeruanda, & exigenda à voluntariè contrauenientes, ſecus à coacto, nam eſſet contra matrimonij libertatem illicitum, cauſam præbens adulterandi ſecundum ſummiſtas, & peccat uxor virum non ſequendo num. 6. & 7.*

8 *Conditio ſiue pænalis ſtipulatio per quam ius libertatis infringitur, nec in legato, nec in matrimonio ſeruanda nec inter contrahentes, nec inter eorum conſanguineos, & nu. 9. 10. 11. etiam quòd pæna ſit modica, & num. 14. & quia contra bonos mores, num. 15.*

12 *Pactio prædicta non diſcedendi valet fauore uxoris, quæ ius habet in perſona mariti.*

13 *Cauſæ excuſantes pacti inobſeruantiam infirmitas aeris intemperies ſuperuenientes inimicitia, & ſuprà ſub num. 6.*

16 *Differentiæ ratio inter dationem arrarum, & pænæ promiſſionem.*

17 *Homines largi verbis ſtricti, & parci burſa regulariter fallunt ſecundum Cyn. inſpecta quantitate promiſſorum datorum, & qualitate perſonarum dantium, vel promittentium num. 18. ſed reprobatur, vt num. 19.*

21 *Tex. in l. Titia 134. ff. de verb. oblig. & cap. Gemma extra de ſponſalibus, pro negatiua adduci procedunt vbi pactum, vel pæna directè afficiunt libertatem matrimonij, ſecus ſi dotem, vel quid extrinſecum, & à matrimonio remotum & num. 22.*

23 *Aliud eſt metu pænæ auferri libertatem eligendi matrimonium, aliud ad matrimonium certa lege inuitari.*

24 *Inimicitia non excuſat inobſeruantem, qui eam procurauit, eique cauſam dedit, ac de facile componi poteſt.*

25 *Conſenſus uxoris diſceſſui non excuſat contrauenientem, vbi pacto ſubſcripſerat ſe.*

26 *Actus negatiui, nedum ligant, ne quis faciamus verum facere, quòd alius non faciat.*

27 *Pactio incolatus in Ciuitate Neapolis nec contra bonos mores eſſe poteſt, nec contra libertatem.*

28 *Neapolis laudes, & dotes.*

29 *Libertas voluntatis commorandi extra Neapolim libertas aſpernanda, & infirma voluntas.*

DECISIO XIX.

1 AN valcat pactum factum à Marito de Morando in Ciuitate Neap. cum vxore † ſub pœna. Diſputauimus in Sacro Conſilio in cauſa mota per Victoriam Gallutiam contra Scipionem Gallcottum Baronem Battaliarum, cui vxorem dedit victoriam, aliàs Tollam, de Alois eius Neptem ex filio defuncto genitam, qui mediante Albarano cauit, promiſitque incolatum ſemper facere in hac Ciuitate, cum dicta Tolla eius vxore, & ex quauis cauſa vrgenti, & vrgentiſſima non diſcedere ſub pœna, quòd aliàs proditor ab omnibus haberetur, quia aliàs matrimonium non fuiſſet cõtractum, quam promiſſionem fecit, etiam in capitulis matrimonialibus ſeparatis ab albarano, in quibus ſibi cauit victoria Gallucia, quæ dotem dictæ eius nepti conſtituit, quòd vbi pacto prædicto non ſtaret prædictus Scipio, ei intereſſe prædictarum dotium, non deberetur niſi ad rationem ducatorum duorum pro quibuslibet cẽtum, & idem alio albarano cauit, auiæque promiſit prędicta Tolla etiam marito diſceſſum iubente, & cogente.

Et volente Scipione prædicto diſcedere, & non

2 non ſtare pacto, vxore diſceſſui † cõſentiente, nõ
obſtantibus prædictis Albaranis, & promiſſioni-
bus, ſe oppoſuit, & contradixit prædicta Victo-
ria Auia, ſuit igitur dubitatum, an prædictum
pactum valeret.

Et pro Victoria Auia dicebatur, pactum omni-
3 nò eſſe ſeruandum, quia nullo iure reperitur pro-
hibitum, & ideo ſtare non prohibentur, *l. præci-
pimus, C. de appell. & ideo ait Prætor, pacta
ſeruabo l. 1. in princ. cum ſimilib. ff. de pact.*

Secundò dicebatur, quòd hanc opiuionem ſe-
quuti ſunt omnes Canoniſtæ, & Ciuiliſtæ, quòd
hunc articulum ſunt agreſſi, *Hoſt. in ſumma de
coniug. ſeru. in §. an conſenſus Io. Andr. in c. 1.
extra qui matr. accuſſ. poſſ. num.* 2. vbi dicit,
quod ſi fiat pactum in matrimonio quod ſpon-
ſus ſemper debeat trahere moram cum ſponſa in
certo loco, & in certa domo, ſeruandum eſt pa-
4 ctum, quia in traditione † cuiuſque rei poteſt
apponi pactum, *l. 1. C. de pact. conuen.* multò
fortius in traditione mulieris, & ſubdit hoc ve-
rum niſi nouus caſus emergat propter quem re-
cedi oporteat à pacto, *vt in d. cap. 1. eſt exem-
plum, & argum. tex. c. paſtoralis extra de ex-
cept. & l. ſi conuenerit ff. pro ſociocum duabus
ll. ſeq.* Idem tenet *Card. Zabarella in c. 2. in
fine extra eo.* dicens ſeruandum eſſe dictum pa-
ctum, quia non apparet illicitum *d. l. 1. C. de
pact. conuent.* verum ex cauſa de nouo emergenti
recedi poſſe dicit, *arg. tex. in c. præſentium ex-
tra de teſtibus*, cum alis ſuprà allegatis per Ioan.
Andræam, idem tenet *Anto. de Butr. in d. c. 1.
num. 9.* dicens, quòd pridie fuit conſultus, quid
5 † eſſet in pœna appoſita, caſu quo maritus diſce-
deret, & dicit ſe reſpondiſſe, quòd ſi ille volun-
tatiè diſcederet, valebat pęna, quia non tollebat
libertatem matrimonij contrahendi, vel diſſol-
uendi, ſed vbi ex cauſa diſcederet, non valebat
pœna, quia ſic tolleret libertatem conſequutiuá
matrimonij ſcilicet exactionem debiti, quam opi-
nionem ſequitur etiam *Abb. ibi num. 5.* & de-
clarat apertius, quod dixit Butr. quòd quando
oritur noua cauſa, poteſt maritus ſe abſentare,
6 quia † tunc non committitur pœna, & eſſet con-
tra libertatem concernentem ipſum matrimo-
nium, nam ſi ex cauſa superueniente oporteret
maritum ſe abſentare, pactum redditur illicitum
vt vxor non teneatur ſequi virum, quia daretur
vtrique via, & occaſio ad adulterandum, vt ibi
per eum, idem refert fuiſſe deciſum, *Aufrer. in
deciſ. 87. Cappellæ Toloſanæ*, niſi aliud viro cõ-
tingat excuſabile, vt puta infirmitas, vel tempe-
ries aeris, vel inimicitiæ, vt expreſsè tenet *Hoſt.
in ſumma de coniugio ſeruor. §. 4. in fine.* Idẽ
tenet *Andr. Sicul. in d. c. 1. qui matr. accuſat.
poſſ. & in c. cæterum extra de iuram. calum. Io.
Lup. in repet. c. per veſtras §. 2. num. 3.* & di-
cit eſſe notabile, & memoriæ mandandum, *Ar-
non. in ſuo epito. 32.* ſequutus prædictam opi-
nionem optimè *Ludou. Rom. in l. ſtipulationes
non diuiduntur num. 66. ff. de verb. obligation.*
Quem de verbo ad verbum trãſportauit, *Capyc.*
hanc eandem opinionem tenet *in deciſ. 135.* Et
7 omnes † ferè Summiſtæ hanc opinionem vti ve-
riſſimam, & irrefragabilem ſunt ſequuti *Clauaſ.
in verb. vxor nu. 9. Silueſtr. in eo. verbo nu. 8.
verſ. octauo quæritur ſumma Tabiena in eod.
verbo num. 3. Summa Piſan. in eo. verbo nu. 3.
Bernard. Diaz. in ſuis Regulis reg. 800. & in
vol. reg. vtriuſque Iuris in verbo vxor, Na-
uarr in ſuo Man. c. 14. de 4. præcepto Deca-
logi num. 20.* quo loco dicit vxorem nolentem
ſequi virum alio migrantem peccare mortaliter
c. vnaquaque 13. q. 2. niſi pactum præceſſerit
inter eos, nè maritus aliò migraret hũc enim mi-
nimè teneretur, niſi marito aliqua iuſta neceſſitas
diſcendi ſuperueniret. Idem dicit, & tenet *Ia-
cobus de Graſſis in ſuis deciſionibus caſuum
conſcientiæ cap. 60. num. 2.* & eandem opinio-
nem ſequitur *Fabius de Monteleone in ſuo tra-
ctat. ſeu tract. de quatuor liter. arbitr. par. 1. in
13. dubio verbo meretricario morbo laborantes,
num. 14. cum ſeq. pag. mihi 43.*

Ex aduerſo dicebatur pactum eſſe inualidum
à iure reprobatum per *tex. in l. Titio centum 70.
§. Titio centum lo 2. ff. de condit. & demonſtr.*
8 Vbi conditio in legato † adiecta Titio, ne à mo-
monumento diſcedat, vel in aliqua Ciuitate do-
micilium habeat reijcitur à Vulpiano, quia ius
libertatis infringit. Secundò in ſpecie *tex. in l.
titia 134 ff. de verb. oblig.* vbi ſtipulatio pœ-
9 nalis † ſuper matrimonio contrahendo, vel con-
tracto non valet ex Pauli ſententia, dicit enim
quod contra bonos mores, inhoneſtum eſt enim
vinculo pœnæ matrimonia abſtringi, ſiue futura,
ſiue iam contracta, & idem dicitur in l. neque di-
ſtrahendi matrimonij transferri ad neceſſitatem
non oportere.

Et in ſpecie huiuſmodi pœnæ promiſſionem
improbat, *Couar. tit. de ſponſalib. 2. par. c. 3.
§. 7. num. 5.* dicens non poſſe pœnam promitti
pro matrimonio contrahendo, etiam in ipſis ſpõ-
ſalibus per *tex. in c. gemma extra de ſponſalib.
d. l. neque abinitio, & l. fin. C. de ſponſalibus,*
10 quia † impedit liberum conſenſum timor ſoluẽ-
di illam pœnam, & ſi non ſemper hic timor ca-
dit inconſtantem virum, nihilominus promiſſio
pœnæ eſt prohibita à iure in ſponſalibus, & iuſta
11 tatione, non ſolum inter contrahentes, ſed † e-
tiam inter eos, qui ſponſos ipſos iure ſanguinis
attingunt, ita vt timor pœnæ ipſos contrahentes
iure proximitatis comprehendat ex mente, *Abb.
& doct. in d. c. Gemma Bart. & aliorum com-
muniter in d. l. Titia de verb. oblig. & probat.
tex. in d. c. Gemma* ſecundum vnum intellectum,
ſi intelligimus pœnæ promiſſionem factam ibi à
Gemma matre ſponſæ, vt frequentius intelligi-
tur ille text. & idem probat *text. in c. accedens
extra de procur. iuncta gloſa.*

Dicebatur etiam, quòd Doct. qui dicunt va-
lere pactum prædictum, ponunt caſum in mari-
12 to, & vxore, quæ vis habet in perſona viri, vt per
*Cappell. Tholeſanam in d. deciſ. 87. & Capyc.
in d. deciſ. 135.* & ideo mutata voluntate vxo-
ris, ceſſat pactum, per *tex. in l. 1. ff. de ſeru. ex-
port.* vt eſt in caſu noſtro, de quo agimus. Quia
Tolla vxor volebat ſequi virum diſcedere volẽ-
tem, & poterat renunciare pacto in ſui beneficiũ
adiecto, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.*
prout renunciauerat, & diſceſſerat à pacto, & vi-

ctoria

ctoria Gallucia Auia, quæ contradicebat nullum
habebat intereſſe, niſi affectionis, & ſanguinis, &
hoc non ſufficit, vt per *Bart. in l. fideiuſſoris ff.
de pactis*, ergo nulla actio competebat Auiæ
contradicendi.

Inſuper dicebatur, quòd omnes Doctores ſu-
prà relati, qui tenent valere pactum, limitant, &
reſtringunt prædictam opinionem, & concluſio-
nem, niſi ex cauſa neceſſarium ſit diſcedere à pa-
13 cto, vt puta ob infirmitatis † aeris intemperiem,
vel ſuperuenientes inimicitias, quia his caſibus,
vel altero ipſorum, non tenetur maritus ſtare pa-
cto, ſed hic ſuperuenit inimicitia inter virum
Tollæ, & Auunculum eiuſdem, cuius cauſa Ma-
gna Curia ambos citauerat ad informandum, er-
go ex hac cauſa poterat recedere à promiſſis, &
diſcedere ab hac Ciuitate, & ire ad eius Terram,
in qua vaxallorum ope, & opera tutior, & quietè
vitam duceret cum vxore faciunt etiam omnes
rationes allegatæ pro hac parte negatiua, per
*Fabium de Monteleone in d. praxi de quatuor
litteris arbitrarÿs in loco ſupra citato*, quas non
tranſcribo.

Et poſtremò conſiderabatur, quòd in tantum
pęnę promiſſio legibus reprobata eſt in caſu prę-
13 miſſo, quòd etiam † ſi modica fuerit, non tenet,
& non poteſt agi ad illius executionem, licèr ſe-
cus ſit ſi datæ fuerint arrhæ, quæ matrimonio, &
nuptijs non ſequutis amittuntur, vt in *l. ſit C. de
ſponſalib. & Doct. in d. cap. Gemma, & dixit
Bart. in d. l. Titia nu. 4.* quod ideo pœna pro-
miſſa pro matrimonio contrahendo eſt nulla
15 etiam inter parentes ſponſorum, quia † contra
bonos mores, & ideo omnis pœna conuentiona-
lis quantumcunque modica non valet, per *tex. in
d. l. neque ab initio cum gloſ.* quæ dicit, quòd
etiam ſi decem promittãtur non valet, & eſt mo-
dica quãtitas. Item *tex. in l. ea quæ 58. ff. de
donat. inter virum, & vxorem, vbi Paul.* lo-
quitur de viginti, quæ eſt modica quantitas, &
16 non valet, & dicit Bar. rationem differẽtiæ † eſſe
cur Arrhæ ſi dentur, valet datio, & illarum amiſ-
ſio, ſi verò pœna promittatur, minimè, quia ſe-
cundùm Docto. de facili quis promittit pœnam
magnam, quæ conſiſtit in ſolo verbo, ſed non de
facili dat magnas arrhas, & ideo non ſic de facili
impeditur matrimonium per dationem arrarum
quam per pœnæ promiſſionem, & fuit opinio
*Inn. in d. c. Gemma, & omnium Canoniſtarum
ibi*, quam rationem melius ante omnes explica-
uit, *Cyn. in d. l. fin. C. de ſponſalib. num.* 10.
Cuius verba referam, dicens, quod ſuo tempore
Canoniſtæ non faciebant differentiam inter ar-
rhas, & pœnas, quia ſecundum eos erat impone-
re iura verbis, ſed ſubdit, quòd Canoniſtæ non
intelligunt ciuiliſtas, quia immò per hanc diuer-
ſitatem eſt imponere iura rebus, ratio quia ſtipu-
latio, quæ in verbis conſiſtit, procedit de facili,
17 cum homines ſint largi † de verbis, & ideo pro-
mittunt magnas pœnas; ſed arrharum datio con-
ſiſtit in facto burſali, de quo ſunt homines auari,
& ideo non procedunt arrhę niſi de modico, cu-
ius reſpectu non eſt veriſimile impedire liberta-
tem matrimonij, & poſt multa concludit, quòd
iſta eſt bona ratio, quia quilibet magnam ſum-
mam promittit faciliter, ſed in præſtando de ſuo
non eſt aliquis ita largus, & quòd quandoq; non
18 valeret arrharum datio, † ſed benè pœnæ appo-
ſitio, inſpecta quantitate datorum, vel promiſſo-
rum, & qualitate perſonæ. Nam ſi quidam Rex
contraxerit ſponſalia, & non det arrhas, ſed pro-
mittit pœnam, neſcit quare non teneat pœna.
Quia non eſt veriſimile, quod Rex metu pœnæ
coactus contraheret. Idem ſi quidem pauper
dat magnas arras, non teneat datio, quia non eſt
veriſimile, quòd ſit libera poteſtas ſecundùm *Ia-
cobum de Rauenna. & Petrum*, & ideo d. l. fin.
19 reſpexit frequentiam, ſed parcat † Cyn. quia, &
Canoniſtæ, & ciuiliſtæ conueniunt in hoc, quia
omnes Canoniſtæ tenent eandem opinionem ea-
dem ratione, quàm optimè reaſſumit, *Couar. vbi
ſupra num. 6. & 7.* dicens valere arrarum datio-
nem, ſiue in quantitate, ſiue in ſpecie tradantur,
vt communiter Docto. per ipſum cumulati con-
cludunt reprobata in hoc Bart. & aliorum opi-
nione.

Tamen Sacrum Conſ. referente quondam Ca-
rolo Fenicio Conſiliario optimo, ac benemerito
die 24. Septembris 1593. declarauit, pactum
20 † adiectum in capitulis matrimonialibus, & al-
baranis de non diſcedendo ab hac Ciuitate eſſe
validum, & proinde non licere diſcedere, apud
Galterium Actuarium.

Et de rationibus pro negatiua opinione addu-
ctis, nulla fuit habita ratio, quia procedunt, vbi
pactum, & pœna inficit directè ipſum matrimo-
nium, & ipſius libertatem afficit, vt puta, ſi pęna
promittatur matrimonium non fiat, vel ſi nuptiæ
non ſequantur, quia non debent matrimonia fieri
metu pęnæ promiſſæ, ſed libera eſſe debent, &
21 ita † loquuntur iura in contrarium adducta,
tex. in d. l. Titia, & in c. Gemma cum alÿs, &
ita procedunt quæ Couar. ſpeculatur in loco ſu-
pra citato, quia loquitur quando adijcitur pęna
vel conditio, ſeu pactum reſpectu matrimonij
contrahendi, quę directè ipſius matrimonij liber-
tatem impedire poſſunt. Secus eſt vbi pęna, ſeu
pactum non directè ipſum matrimonium con-
trahendum reſpicit, ſeu contractum dirimit, quia
22 non tangit matrimonium, ſicuti fuit pęna † in
præſenti caſu promiſſa, quæ tangit dotis intereſ-
ſe, & ſic quid extrinſecum, & valdè remotum à
matrimonio, quòd ſine hac dote eſſe poteſt, quæ
pœna intrinſeca directè non aufert libertatem
matrimonij, & ideo committitur, quia non eſt pa-
ctio illicita, & ita procedit opinio omnium Do-
ctor. ſupra relatorum tenentium hanc opinio-
nem, & hoc in effectu voluit dicere *Papin. in d.
23 l. Titia centum §. Titio lo 1. ibi*, aliud † eſt enim
eligendi matrimonij pœnæ metu libertatem au-
ferri, aliud ad matrimonium certa lege inuitari.
Nam primum non tenet, ſecundum eſt validum,
vt ibi eſt caſus noſter, poſt hæc vidi *Herculanũ
per ſexdecim col.* diſputantem hanc materiam
in ſuis quæſtionibus *poſt tit. de verb. oblig. in
3. q. principali per totum, & col. 3 ac ante pen.
vſque in finem*, defendit hanc opin.

Nec de inimicitia fuit habita ratio, quia ex hac
cauſa orta, vt nobis fuit expoſitum, & conſiſtit,
25 & fuit procurata, & † affectata ab ipſo Scipione,
quem

Digitized by Google

quem Auunculus arguebat de fide data, & pacto
de non diſcedendo, inde rixati, & non erat inimi-
citia, quæ inter perſonas tam coniunctas facilè
non poterat componi, & eadem Magna Curia
per cautionem de non offendendo remedium
adhibere poterat, & cum ipſe dederit cauſam ri-
xæ, & prætenſæ inimicitiæ ob eius culpam; non
debebat ſibi afferre beneficium, ex *reg. c. dam-
num de reg. iur. lib. 6.*

Nec conſenſus Tollæ de diſcedendo aliquid
25 negotij fecit, nam pariter † ipſa tenebatur ſtare
eidem promiſſioni ab ipſamet factæ, & maritus
tenebatur procurare vxoris diſſenſum, non au-
26 tem conſenſum, ſi quidem † in his actibus nega-
tiuis, non ſolùm teneor non facere, ſed quod alius
non faciat, *vt per Afflict. in deciſ. 307. num. 5.*
Nec eſt verum ſuppoſitum Capyc. Quia Doct.
ſuprà relati loquuntur etiam quando pactum
initum eſt cum conſanguineis, & parentibus
ſponſæ, quarum perſonæ ſunt contemplatæ, &
tenent eorum fauore pactum eſſe ſeruandum.

Et poſtremò vbi prædictæ rationes ceſſarent,
27 quis ſani capitis dicere poſſet, pactum † de mo-
rando in hac Ciuitate eſſe contra bonos mores,
& infringere ius libertatis, & poſſe ſibi vendicare
locum diſpoſitionem *d. ſ. Titio centum*, cùm
ſit hæc Ciuitas Metropolis, & domicilium totius
Regni, in qua nemo eſt qui non affectet, & pro-
curet occaſionem contrahendi domicilium, & la-
res ſuos conſtituendi, vbi reſident cum Prorege
tot maiores, & minores magiſtratus tot proceres,
& magnates, tot bonarum artium diſciplinæ, ac
ſtudia, & quæ poteſt dici Ciuitas Ciuitatum to-
28 tius Europæ propter eius † nobilitatem, fertili-
tatem, aeris temperiem, Terræ, & Maris, cœte-
raque naturæ dona abundantiſſimam vbertatem,
à qua, velut ab equo Troyano effluxere, ac in dies
profluunt viri, religione, armis, & literis præcla-
riſſimi, & ſingulares. Ita vt profanum ſit dicere
ius libertatis infringi ei, qui in hac omnium Ci-
uitatum florentiſſima degere ſe obligauerit, niſi
29 † ius, & libertas voluntatis conſideretur, ſed in-
fima, & aſpernanda voluntas, quàm talem, tan-
tumque locum Italiæ paradiſum, & delitias, ſi
dicere fas eſt aſpernatur.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *PActi de ſtando in aliquo loco inter vi-
rum, & vxorem enunciatur tra-
ctatio.*

2 *Diſcedere à loco promiſſo licet concurrente
patris iuſſu, & ibi de declaratione.*

3 *Legatum factum ſub modo, vel conditione
ita vt legatarius vel hæres in certo loco ha-
bitet an teneat.*

1 QVÆ ſcripſi *ſupra ad deciſ. 11.* con-
ferunt pro præſenti deciſ. circa pacta
inter virum, & vxorem de ſtando
in certo loco vbi allegaui ipſam
dec. & faciunt allegata *per Thor.
in 2. p. cõp. dec. verb pact. inter virum, & vxo-
rem*, & ad ipſam notabilem quæſtionem vide
2 *conſ. Fed. de ſen. 191.* quod licet diſcedere à lo-
co promiſſo de ſtando; cum de mandato patris
coactus fuit ad domum reuerti aliqs, & ſic extra
locum in obligatione contentum promittens, vt
ibi de ſcholari qui ſe obligauerat cum iuramen-
to non exire diſtrictum Bononiæ ſine licentia ſui
creditoris donec ei debitum ſoluiſſet, ſi poſtea ex
ordine, & mandato ſui patris coactus fuit domũ
reuerti à periurio eſt excuſandus, vt p DD. om-
nes in l. fin. ff. qui ſatiſd cogantur, & præcipuè,
Alex. nu. 3. & Rom. nu. 1. & Iaſ. nu. 9. dum-
modo non fuerit iuſſus à patre procuratus ad fi-
nem eludendi creditorem, & vide *Paſc. de patr.
poteſt. p. p. c. 8 num. 19.* vbi affert declaratio-
3 nem † & addas ſi legatũ factum ſub conditione,
vel ſub modo, ita vt legatarius vel hæres in certo
loco habitare teneatur ſit validum, & grauamen
ſubſiſtat, per *Theſaur. q. forenſ. 76. lib. 4.*

Baldaxar de Angelis.

A R G V M E N T V M.

De creditore petente plus debito, & eius
pœnis, & an debitor teneatur ad inte-
reſſe ad eandem rationem poſt liqui-
dationem inſtrumenti factam tempore
quo non erat locus liquidationi.

S V M M A R I V M.

1 *REſoluto contractu non debentur am-
plius vſuræ conuentæ ex eo, & omnia
reſoluta cenſentur & num. 3.*

2 *Intereſſe per M. C. & S C conſueuit dari
ad eandem rationem conuentam quia con-
tractus reſoluitur culpa debitoris moroſi,
quæ non debet obeſſe creditori, ſecus ſi cul-
pa creditoris iniuſtè reſoluentis & num. 3.*

4 *Debitor, & creditor ſunt correlatiua, & po-
ſito vno ponitur alter, & diſpoſitum in vno
cenſetur diſpoſitum in altero.*

5 *Creditor plus petendo non conſtituit debito-
rem in mora & num. 31.*

6 *Damnum quòd quis ſua culpa ſentit ſibi,
& non alijs eſt imputandum.*

7 *Creditor petens plus debito priuatur iure
ſuo, niſi ante litem conteſtatam deſiſtat etiã
dolo per conuentum non probato præſumi-
tur enim doloſè plus petere nu. 8. 11. & 18.*

9 *Plus debito doloſè petens condemnatur in expenſis, & priuatur iure ſuo etiam ſi ſatiſfactio fuerit facta procuratori ignorante Domino, qui potuit ſe certiorare, num. 10. 28. & 29.*

11 *Intellectus. & differentia l vn. G. de plus pet & §. ſi quis agens inſtitut. de act. & num. 25.*

12 *Citatus ſuper tenore inſtrumenti non poteſt audiri etiam per viam grauaminis in S.C. niſi præſtita cautione de parendo mandatis S. C.*

13 *Cautio præſtita de parendo mandatis S. C. per debitorem importat de ſoluendo caſu quo ſuccumbat, & tenetur ſoluere, vel ducere in cauſam in vinculis.*

14 *Creditor tam ex ſententia quàm præcepto, vel inſtrumento habente executionem paratam pœna plus petitioni ſubiacet.*

Præceptum iudicis habet executionem paratam, quia non dicitur ſententia, ſed exequutio ſententiæ eod. num. 14.

15 *Liquidatio facta plus debito nulla æquitate poſſet eſſe firma pro ſumma etiam verè debita, & ideo vſurarum, vel intereſſe petitionem deneg at.*

Debitor partis à quo creditor petit totum, licèt ſciat debere partem excuſatur à mora eod. num. 15. fallit ibid. & num. 24.

16 *Et non tenetur niſi ad partem, & poterit totum negare in Iudicio. & iuſtè litigare, niſi creditor offerat ſe paratam recipere partem ibid. & num. 17 18. 23. 24. & 25.*

17 *Cautela pro creditore petente plus, quando debitor confitetur partem, vt offerat ſeparatum partem recipere, vt tunc conſtituat debitorem in mora illam partem non offerentem, & num. 18 & 22.*

19 *Interrogatio facta in Iudicio de toto intelligitur de qualibet eius parte, & reprehenditur calumnia Aduocatorum, qui hoc caſu conſulunt negari totum, & eſt magis communis num. 20. contra aliam communem antiquorum, num. 21. & 22. vbi intellectus, & diſtinctione concordantur opiniones & num. 24. & limitatur nu. 26. & 27.*

25 *Contra creditorem non offerentem ſe paratum recipere partem præſumitur nolle recipere, & debitor negans totum nullam pœnam meretur, nec tenetur offerre partem, nec tenetur offerre partem, nec deſiſtere.*

27 *Iura omnia antiqua, & noua deteſtantur petentes plus debito.*

28 *Debitor a quo fuit plus debito petitum non tenetur partem offerre, nec deſiſtere.*

30 *Creditor plus debito petens vltra pœnas pecuniarias punitur etiam criminaliter, & extra ordinem crimine ſtellionatus.*

31 *Pœna plus petentis in plebeis non excedit opus metalli, in nobilibus, ſeu in honore aliquo poſitis relegationis, vel ordinis motionem.*

32 *Contra plus debito petentes quid ſeruetur in Regno remiſſiuè.*

33 *Intereſſe nullum debetur creditori non exiſtente mora, & interpellatione, & interpellatio ſpernitur, & nulla committitur mora petitione plus debito ibid.*

34 *Creditor petendo plus debito, & reſoluendo contractum diſcedit à fide quo caſu idem debitori licet.*

35 *Impugnans contractum proprium cenſetur renunciare beneficio ſibi ex illo reſultanti.*

DECISIO XX.

Titius pro ducatis quingentum, vendidit Sẽpronio tot annuos introitus. Deinde eidem creditori reſtituit ducatos ducentum ſortis principalis qui remiſit, & retrouendidit ratam dictorum ann. introituum venditorum. Mortuo Sẽpronio creditore, & debitore abſente in longinquis partibus. Hæredes dicti Sempronij creditoris non ignorantes Titium non remanſiſſe debitorem niſi ducatorum tercentum ſortis principalis, & ann. introituum pro ea quantitate liquidauerunt inſtrumentum in Magna Curia Vicariæ pro integra quantitate ducatorum quingentum principalis, & tertiarum decurſarum. Reuerſus Titius & conqueſtus de iniuſta, & indebita liquidatione facta, & docto quòd tempore liquidationis factæ de quantitate ducatorum tercentum verè debita, non erant decurſæ tot tertiæ ex quibus potuiſſet liquidari, & præſentari inſtrumentum ſeruata forma ritus iuxtà pactionem in inſtrumento expreſſam. Inter cætera fuit propoſitum & dubitatum. An ſtante liquidatione prædicta facta plus debito, tempore quo erat locus liquidationi, iuxta pactum contrahentium, teneretur poſt reſolutum dictum contractum Titius debitor ad intereſſe ad eandem rationem conuentam.

Dicebat Titius certi, & indubitati iuris eſſe quòd reſoluto contractu, non debentur amplius vſuræ conuentæ ex illo contractu; quia cum illę debeantur ex vi contractus, & pacto contrahen-
1 tium illo † reſoluto omnia ex illo ſequentia cenſentur reſoluta *l. cum principalis 139. ff. de reg. iur, & accessorium 42. eo. tit. lib. 6. vbi latè Cyn. & ad Dynum additio in littera A. & Cagnol. in l. cum principalis gloſa elegans in l. ſi patronus la 3. §. patronum in verbo fauiana, ff. ſi quid in fraud. patr.* & ideo tertiæ ſeù vſuræ conuentæ extinctæ ſunt licet verò Sacrum Con-

lium,

Digitized by Google

lium,& Magna Curia conſueuerint dare intereſ-
2 ſe ad rationem conuentam. Ratio eſt,quia † con-
tractus reſoluitur culpa debitoris moroſi, & per-
iuri, & ſua mora ac culpa non debet obeſſe cre-
dituri, nam alias mora eſſet proficua moroſo de-
bitori qui ſemper pateretur reſolutionem con-
tractus,& differret ſolutionem ſeu reſtitutionem
ſortis principalis in damnum, & perniciem cre-
ditoris ſi non curreret intereſſe, tamen iſta ratio
ceſſat in præſenti caſu quo contractus eſt reſolu-
tionem ſeu reſtitutionem ſortis principalis in da-
mnum, & perniciem creditoris ſi non curreret
intereſſe, tamen iſta ratio ceſſat in præſenti caſu
quo contractus eſt reſolutus non ex culpa debi-
toris ſed creditoris qui plus debitoris potius ſta-
re contractui ſoluendo vſuras conuentas quàm
pati reſolutionem,& reſtituere ſortem principa-
lem,quare ex *reg. quod quiſque iuris*, quemad-
3 modum culpa, & † mora debitoris non debet
obeſſe creditori pari ratione culpa creditoris in-
iuſtè reſoluentis non debet nocere debitori, ſed
ſibi imputet creditor, qui abſque cauſa quinim-
mò doloſè, & malitioſè voluit reſoluere contra-
ctum,& ab illo diſcedere abſque cauſa. ergo ha-
bebit locum concluſio prædicta abſque excep-
tione quòd. reſoluto contractu omnia reſoluta
cenſentur, & vſuræ amplius non debentur nec
intereſſe ad eandem rationem ceſſante mora, &
culpa debitoris,ſed creditore dolum, & culpam
committente ſunt etenim correlatiua debitor, &
4 † creditor quia poſito vno ponitur alter, & non
datur creditor niſi detur debitor, & è contra, &
quòd eſt diſpoſitum contra debitorem moroſū,
& dantem cauſam ſua culpa reſolutioni debet
cenſeri diſpoſitum contra creditorem ſua culpa,
& dolo reſoluentem in damnum, & perniciem
debitoris ex vi correlationis de qua latè per *Eue
rardum in ſua topica loco à correlatiuis*, *& in
ſpecie Salyc in l. mora ff de vſur. num. 9. in fine*,
vbi dicit, quod ſicut debitor minus debito offe-
rens, vel offerens ſine intereſſe non cōſtituit cre-
5 ditorem in mora, ita è contra creditor plus † pe-
tendo non conſtituit debitorem in mora arguē-
do à contrarijs, vel ob æqualitate ſeruanda non
enim hoc caſu eſt ſolum euidens damnum,
quòd ſenij debitor qui coactus fuit ſoluere
ſortem principalem ſoluere pęnam fiſco, & ob
hoc paſſus fuit exequutionem, & alia incommo-
da notoria, quę ex huiuſmodi reſolutione oriun-
tur, ſed damnum conſiderabile eſt, quòd præter
ſuam voluntatem non præcedente culpa, reſo-
lutio ſequuta ſit *ex reg. & ibi not. in l. fin. ff. de
vſu & habit.* dicebat enim debitor ego volebā
ſtare contractui mea enim intererat ſoluere vſu-
ras verè debitas, & non vexari pro ſorte princi-
pali, & ſi pro tertijs verè decurſis tu creditor
præſentauiſſes, vel non fuiſſet liquidatum inſtru-
mentum, quia tertiæ non debebantur eo tempo-
re ex quibus potuiſſet ſequi liquidatio, & con-
demnatio vel pro tertijs verè debitis facilius po-
tuiſſem purgare moram, vel alius pro me: non
potui purgare propter tuam culpam, quia plus
debito tertias,& ſortem principalem petiſti, &
via exequtitiua ac criminali egiſti tù igitur iniu-
ſtè reſoluiſti, tua eſt culpa tibi imputes, quia
6 damnum † quod tua culpa ſentis, tibi debes non
alijs imputare, *c. damnum de reg. iur. lib. 6. & l.
quod quis 204. ff. eo tit.*

Sed omiſſis externis rationibus dicebatur pro
debitore eſſe caſum *in l. vn. C. de plus petit.* quo
loci Imper. creditorem priuandum cenſuit iure
ſuo,& toto debito, vbi per calumniam dolumue
7 plus † debito petierit, & cautionem exegerit ni-
ſi ante litem conteſtatam pęniteat, & à lite deſi-
ſtat, quem tex. intelligit *Azo. in ſumma eo tit.* ſi-
bi vendicare locum contra creditorem petētem
plus debito, vt debeat amittere veram debiti
quantitatem etiam ſi debitor conuentus non
probauerit dolum, quia petendo plus debito
præſumitur doloſè petere, & fuit etiam opinio
Accurſij in d. l. in glo. fin. in finalibus verbis, vbi
Accurſ. omnia quæ in gloſemate illius tex. dicit
mutuauit ſibi ab Azone licèt de eo nullam faciat
mentionem, & licèt iſta opinio à doctoribus con-
trouertatur. Illud eſt, quia Accurſ. ponit caſum
in debitore qui non probauit dolum, & ex ſolo
dolo præſumpto cenſuit habere locum pęnam
illius l. quæ opinio viſa fuit aliquibus crudelis, &
8 aſpera. At vbi debitor probauerit † creditorem
per dolum, & calumniam petiſſe plus debito
concedunt doct. opinionem Accurſij habere lo-
cum vt pęna illius l. infligatur præcipuè *Bal. in d.
l. vn. num. 6.* dicens quòd vbi eſt probata calum-
nia agentis, quę onerat debitorem onere proban-
di contrarium, militat pœna illius l. reprobat. n.
gloſam quia ſe fundat in dolo præſumpto, & ni-
hil erat probatum per reum de calumnia agen-
tis, ergo vbi eſt probatum habebit locum pœna,
& cum *Bal. concurrit Sal. ibi num 6. verſ. quæro
4. Alex. in d. l. properandum num. 24. & 25.* di-
9 cens, quòd qui per † dolum plus debito petit
condemnatur in expenſis, & priuatur iure ſuo
iuxta *d. l. vn. C. de plus petit.* & in fortioribus ter
minis idem tenet *Faber in §. ſi quis agens num.
3. inſt. de Action.* vbi firmat quòd ſi procuratori
alicuius fuerit in parte ſatisfactum ignorante do-
10 mino, & dominus † totum petit, vel hæres de-
functi qui cautionem inuenit punitur pœna pe-
tentis plus debito ſi potuit ſe certiorare per *l. qui
in alterius & per tex. in d. §.* ponderando ibi in
verbo conſtantiſſimus,& quia ille tex. videbatur
aduerſari quia infert differentem pœnam, de qua
in d. l. vn. ſubdit & declarat quòd *tex. in d. §. ſi
quis agens* qui loquitur de plus petitionibus ni-
hil commune habet cum *tex. in d. l. vn. de plus
11 petit* nam † illa lex loquitur, vbi quis per dolum
exegit cautionem, & egit, & plus debito petijt,
at in d. §. ſi quis agens, vbi ſolum quis plus debi-
to petit ſine malitia, vel minus iuſta ignorantia
imponitur differens pœna, & ideo pœnæ ſunt
diuerſæ *vna in d. l. vn. & alia in d. §. ſi quis
agens.*

Et non poteſt negari quin in liquidatione in-
ſtrumenti facta plus debito ſeruata forma ritus
concurrant omnia requiſita d. l. vn. ita vt omni-
nò creditor debeat amittere creditum ſuū, quia
petendo plus debito ſcienter eſt in dolo maniſe-
ſto, vt ibi per gloſam, & doct. Prætereà citando
12 debitorem ſuper tenore † inſtrumenti, & petē-
do plus debito, certum eſt etiam, quòd debitor

non poteſt audiri etiam per viam grauaminis in
Sacro Conſilio niſi præſtet cautionem de parendo mandatis Sacri Conſ. quę eſt de ſoluendo caſu quo ſuccumbat, & non exhibeat, & oſtendat promptam ſolutionem partis debiti, & ideò cautio dicitur hoc caſu dolo creditoris extorta quia alias audiretur, & demum eo remanente cõdem-
13 nato, vel tenetur ſoluere † vel dicere cauſam in vinculis donec probet plus debito fuiſſe petitũ, quare cum in liquidatione inſtrumenti concurrunt omninò requiſita, vt diximus d. l. habebit locum pœna, vt amittat creditum ſuum creditor, & conſequenter non poſſit nec ſortem principalem, nec intereſſe exigere à debitore, & in liquidatione inſtrumenti eſt punctualis deciſio, & opinio *Ioannis de Platea in §. plus autem*
14 *num. 2. inſtit. de action.* vbi firmat, & † concludit quòd ſi creditor habet ſententiam, præceptum, vel inſtrumentum habens paratam exequutionem ex forma ſtatuti quòd habet locum pœna plus petitionis à fortiori, & maioritate rationis, quia exequitur illico, & exigit plus debito, per *l. fin. ff. quod met. ca.* & loquitur Platea in creditore, qui habet ſententiam, vel inſtrumentum habens exequutionem paratam, vel in eo, qui habet præceptum iudicis. Nam etiam præceptum iudicis habet exequutionem paratam. quia præceptum de ſoluendo non dicitur ſententia, ſed exequutio, ſecundum *Bart. in l. 1. ff. de confeſſ. & Ant. de Butr. in cap. præterea extra eod. tit. num. 14.*

Dicebatur inſuper à prædictis non diſcedendo, quod quatenus aliqua æquitate liquidatio poſſet remanere firma pro ſorte principali verè
15 debita, vbi plus debito facta † eſt, licet nulla æquitas id ſuadeat, quòd eo caſu non poterit creditor pretendere vſuras aliquas nec intereſſe ex puntuali deciſ. *Cumani in l. qui ſolidum, ff. de leg. 2. circa finem*, quo loci loquens in debitore, à quo creditor petit totum, cum non debeat niſi partem concludit, quod licet ſciat debitor ſe debere partem nihilominus propter petitionem plus debito factam à creditore excuſatur à mora, & ſic non tenebitur ad vſuras niſi alias creditor offerat ſe paratum recipere partem verè debitam, vt ibi.

Et hæc concluſio eſt adeo vera, vt tergiuerſari nullo modo poſſit ex communi opinione ab omnibus recepta *in d. l. qui ſolidum. quo loci Bar.* quem omnes communi voto ſequuntur, firmauit quòd vbi creditor petit totum à ſuo de-
16 bitore, qui non tenetur niſi ad partem, niſi † creditor ipſe, ſeu actor, vt inquit Bar. offerat ſe paratum recipere partem verè debitam, debitor non conſtituitur in mora quinimmò quòd magis eſt, poterit ipſe ſimpliciter negare totum in iudicio, quia habet iuſtam cauſam litigandi cum ab ipſo petatur plus debito, & ſequitur *Imol.* ibi dicens illum tex. eſſe ad hoc ſingularem, quòd vbi quis petit plus debito præbet debitori iuſtã cauſam litigandi, & negandi totum, niſi petens offerat ſe paratum recipere partem debitã, alias debitor non conſtituitur in mora, & reddit ratio nem, quia in dubio creditor petens totum non eſt veriſimile, quòd velit recipere particularem ſolutionem per *tex. in l. tutor § Lucius ff. de*
17 *vſur.* ex quibus ſubdit † quòd ſit cautus in practica, creditor petens totum ſi aduerſarius partem confiteatur, vt offerat ſe paratum partem illam recipere, quia tunc debitor illam non offerendo conſtituitur in mora, ſecus ſi ſe non offerat, quia tunc debitor cenſetur habere iuſtam cauſam litigandi ſuper toto, & dicit eſſe caſum notabilem, & meliorem, qui ſit in corpore iuris *in l. fideicommiſſo in prin. ff. de vſur. & cum opin. Bar. concurrunt omnes ibi Paul. de caſt. num. 3. Flor. num. 4. & 5 Dec. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. num. 2. & Cagnol. ibi num. 19. Alex. in l. properandum, § ſiue autem alterutra num. 24. C. de Iud. Aret. optimè in § tripli. num. 19. inſt. de act.* vbi dicit, quòd ſi aliquis petit plus debito
18 ſcienter, & doloſe cautela † eſt quòd debitor neget, nec per hoc incidet in aliquam pœnam, negando totum propter partem debitam, vel etiam confiteatur veram ſortem, & propter hoc non dicetur conſtitui in mora, ſi illam non ſoluerit, niſi creditor ex aduerſo dicat ſoluas mihi illam quantitatem, quæ ex tua confeſſione non eſt in controuerſia per *tex. & ibi Bar. in d. l. qui ſolidum*, & ſubdit quòd communiter tenetur id quòd dixit *Bar. in d. l. qui ſolidum*, & poſtea probando debitor, quòd creditor plus debito per dolum, & ſcienter petijt faciet quòd cadat à iure ſuo (hæc Aret.)

Et licet *Bart. in l. 1. § ſi ſtipulanti ff. de verb. oblig.* dicat, quòd ſi creditor petit totum cùm non ſit creditor niſi partis nihilominus conſtituit debitorem in mora pro illa parte verè debita, eſto enim qui petit totum non debeat petere niſi partem tamen in illa parte conſtituit debitorem
19 in mora quia † vbi ſit in iudicio interrogatio de toto intelligitur de qualibet eius parte *l. ſi quis cum totum ff de except. rei iud. l. pupillus § fin. vbi glo. ff de verb. ſignif. & l. quod ſolidum ff. de leg. 2.* & ibi deteſtatur calumniam Aduocatorum qui conſulunt debitori, quòd neget totum vbi petitur totum, & non debet niſi partem, & hanc
20 Bar. opinionem † communi conſenſu ſequuntur doct. & dicit ibi *Alex. & in l. properandum § ſiue autem alterutra C. de iud. & in l. ex facto §. item quæro ff. de vulg. & pup.* eſſe magis communem ſiquidem inſignis, & antiqui iuris interpretes contrarium ſenſerunt relati per doct. in dictis locis. Nihilominus communis opinio eſt
21 iſta, & communis opinio eſt illa † de qua in d. l. qui ſolidum, quæ duæ communes opiniones videntur ſibi inuicem aduerſari, & eſſet Bar. ſibi ipſi contrarius. Ideò doct. illas conciliauerunt, & declarauerunt communem opin. de qua *per Bar. & alios in d. §. ſi ſtipulanti* habere locum, vbi creditor offert ſe paratum recipere partem verè
22 debitam licèt petierit totum eo. enim caſu † cõſtituitur debitor in mora, & non poteſt negare totum, at vbi creditor non offert ſe paratum recipere partem, ſed inſiſtit ſuper toto procedat alia communis opinio de qua per *Bart. & doct. in l. qui ſolidum ita declarat ac tenet Alex. in d. §. ſi ſtipulanti num. 8. & dicit opin. Bar. in l. qui ſolidum eſſe magis communem Salyc. in l. mora num. 9. ff. de vſur. Paul. de Caſt. in d. §. ſi ſtipu-*

*ſtipulanti num.5.Lancell.Gal.in d.§.ſi ſtipulan-
ti num20.Alc num.41.Imol ante iſtos iam rela-
tus in d.l.qui ſolidum Alex.in d §.ſiue autem
alterutra num.* 24. & 25. concludit eſſe veram
opinionem prædictam relatam in l. qui ſolidum,
& idem,in d l. ex facto *Iaſ.in d §. ſi ſtipulanti
num.51.& ibi Alc.num.41.*dicens quòd inquan-
tum *Bar.in d. §. ſi ſtipulanti* dicit quod credi-
tor petendo totum conſtituit debitorem in mo-
ra reſpectu partis allegando *tex.in d.l.qui ſolidũ*
intellige prout ibi declarat , videlicet quando
23 † obtulit ſe partem recepturum , & dicit quòd
hæc eſt communis opinio, & declaratio *Coraſ.
ibidem in fin.col.& Buttigella fin.col.num.16.&
17 egregiè Aret.in §.is qui Inſt.de mand. num.*
7. dicens quòd licèt debitor à quo plus debito
petitur in iudicio *ſecundum com.opin.doct. in d.
§.ſi ſtipulanti*, non poſſit negare totum. Nihilo-
minus vbi creditor petit totum, & ſic plus debi-
to debitor videtur habere iuſtam cauſam litigã-
di, & non eſt in mora , alias ſecus quia in dubio
non videtur de mente creditoris recipere parti-
cularem ſolutionem *d. l. tutor. §.Lutius , & eſt
caſus in d l.qui ſolidum & ita vult Bar. ibi*, &
ita debet intelligi dictum ſuum in *d. §. ſi ſtipu-
lãti*,& cõſequenter non ſibi contrarius,& fœde-
re diſtinctionis conciliat opiniones , & explicat
materiam, ſubdens quòd aut debitor , qui debet
24 reſpondere ignorat † an ſit debitor,vel pro qua
quantitate,& tunc poteſt totum negare,& ratio-
ne partis debitæ nullo pacto conſtituitur in mo-
ra,per *tex.in l. non poteſt iudicari ff.de reg. iur.
& facit tex.in d.l. qui in alterius eo tit.*Aut ſcit
ſe in partem debitorem, & eo caſu recurrẽdum
eſt ad l.qui ſolidum , quòd aut creditor offert ſe
paratum recipere partem, tunc niſi debitor cõ-
fiteatur partem debitam conſtituitur in mora ,
ſecundùm caſum ibi in prin. aut creditor non
25 offert ſe paratum,& tunc quia præſumptio † eſt
quòd non velit recipere partem, ſeu particularẽ
ſolutionem,*vt in d.§.Lutius* poteſt debitor ne-
gare totum , & neceſſariò ſequitur quòd negan-
do totum non conſtituitur in mora,*vt in d.l.qui
ſolidum,vbi Bar.& idem Bar.in l. ſi quis cum
totum ff.de except. rei iud. Bal. & Salyc.in l.2.
§.ſed quod obſeruari C.de iur.cal.* quæ dicit eſ-
ſe notanda : in eandem ſententiam accedit *Oy-
not.in §.ſi quis agens verſ.ſeu §. plus autem nu.
9.inſt.de actionibus* , vbi teſtatur de communi,
dicit enim commuoiter concluditur reum nullã
pœnam Pati .

Dicebatur etiam communem opin.de qua per
Bar. in d. § ſi ſtipulanti limitari per doct.mul-
tis modis ibi, & inter cæteras limitationes , quæ
26 facit ad caſum eſt vt † non habeat locum in pæ-
nalibus,& odioſis,hoc pacto limitant *Socy.ibi n.
4.& Iaſ.num. 9 per tex. in c.cui de non Sacer-
dotali §.fin de prob.lib 6.& per tex.in cap.quã-
uis cum gloſa, & doctoribus ibi de prob. lib. 6.
& ſequitur Corraſ. in eod. §. ſi ſtipulanti num.
24. Alc.in eod.§.in rep.num.24.*

Et in tantum ſunt vera, quæ ſuperius dicta
27 ſunt, & adeo iura† communia tam antiqua quã
noua , ac iuris noſtri interpretes deteſtati ſunt
creditores plus debito petentes,vt firmauerit, &
ante alios notabiliter *Salyc.in d.l. properandum
§. ſiue autem alterutra num.* 4 licitum eſſe reo
negare totum, propter partem plus debito peti-
tam *arg.l.is qui ducenta §.vtrum ff.de reb.dub.
& not.in cap.præſentium de teſtib. lib.6.*& ideo
debitor non poteſt condemnari ad expenſas, ſed
28 debet condemnari † creditor qui inſtitit in plus
debito per *l.graccus C.ad l. Iul.de adult.* Quin-
immò licèt poſt probationes liqueat reo partem
debere non minus liquet actori partem ſibi non
deberi . Vnde cum non deſiſtat à toto , ſeu ab
alio amplius non tenetur reus partem offerre ,
nec deſiſtere ſciens quòd actor non tenetur illã
recipere,vt *in d §.Lutius*,& dicit pro hac parte
facere *text.& gloſam in d l.vn. C. de plus petit.
in verbo diſpendio , & glo. in l. cum quadam
puella ff. de Iuriſd. omn. Iud.*quæ dicit , quòd
actor ſi dolo petijt , debet in omnibus expenſis
condemnari , & idem tenet ipſemet *Salyc. in l.
principales* [illegible] *num.19. C. de Iur. Iur. propter
cal dando , & Salyc. ſequuntur doct. omnes ibi
Iaſ num 17 Alex.num. 24. & 25 Aret.in d.§.
is qui Iacob in d.§.ſiue autem alterutra nu. 17.*
29 Si ergo creditor petens plus debito † debet cõ-
demnari debitori in expenſis etiam , quòd debi-
tori debeat partem,quomodo eſt ferendũ, quod
ex vna parte teneator ad expenſas ex alia parte
poſſit exigere intereſſe ?

Et vltra pœnas iam relatas quibus petentes
plus debito plectuntur,quæ ſunt pecuniariæ;pu-
niuntur etiam criminaliter pœna corporis affli-
ctiua extra ordinem , quia iocidunt in crimen
30 † ſtellionatus teſte Iure conſulto *in d. l.ſi fide-
iuſſor,§. in omnibus, ff. mand. ita per hunc tex.
confirmat Iaſ.in d.§ ſi quis agens verſ ſed,§.ſed
hac quidem,num.12.& ante omnes Bar.in dicto
§.in omnibus,Coras.in d.§ ſi ſtipulanti num.26.
Didac.Perez.in l.1.lib.3.tit.4 ordinat. in verbo
poſitiones verſ. his tamen non obſtantibus , &
Oynot.in d.§.ſi quis agen, verſ.plus autem num.*
31 *7.& 9.Inſt.de act.*vbi declarat huiuſmodi † pœ-
nam in plebeis non excedere opus metalli in
alijs vero,qui in aliquo honore,& nobilitate ſunt
relegationem ad tempus , vel ordinis motionem
l.3.in fine ff.de crim. ſtell. hinc infertur, quòd ſi
petens plus debito committit delictum,& crimi-
naliter punitur,non eſt iuſtum, quòd ex ſuo de-
licto reportet commodum aliquod,quòd repor-
taret ſi poſſet prætendere intereſſe à debitore.

Omitto alias pænas inuentas,& præſcriptas in
iure noſtro contra petentes plus debito cumula-
tas per doct. in locis ſuprà citatis, quia rationes
ſuperius adductæ , & conſideratæ ſatis ſuperque
ſufficere videntur, vt omninò reijciendus ſit cre-
ditor , qui plus debito liquidauit, & puniendus
pæna amiſſionis crediti,refectionis expenſarum ,
32 & pœna corporali,quæ pœna † hodiè in Regno
noſtro per nouellam , ac iuſtiſſimam Regis ſan-
ctionem in parlamento generali obtentam reno-
uata eſt aduerſus huiuſmodi calumniatores te-
merarios , & doloſos creditores , qui ſanguinem
humanum ſitiunt abſque rubore ac Dei timore
debitum iam ſolutum,iterum petunt eorum de
bitores temerè vexando . Sed prædictis omni-
bus addebatur , & pro eorum confirmatione di-

cebatur adhuc certum ſeſe de iure nullum intereſſe deberi creditori per eius debitorem ſine
33 † mora, & interpellatione, vbi dies non interpellat pro homine *ex tex. in l. mora 32. ff. de vſur. & l ſi ex legati cauſa ff de verb. oblig. & ex latè tradditis per doct. in l. quod te ff. ſi cert. pet.* At vbi petitio plus debito facta eſt, ſpernitur interpellatio nulla mora committitur ex ſupradictis ergo ceſſat omne intereſſe. Debitor ſiquidem, qui ex iuſta cauſa differt ſolutionem non conſtituitur in mora, nec in aliqua culpa, ex *tex in l. ſciendum ff. de vſur.* & cum in contractu neceſſaria ſit fides vtriuſque contrahentis tam creditoris, quàm debitoris eſt enim vltrò citròque obligatorius vtique creditor petẽdo plus debito, & reſoluendo contractum indebitè † dicedit à
34 fide ex quo ſit, vt etiam debitori licitum ſit diſcedere, & non ſtare promiſſis ex *tex. in c fruſtra 75. de reg. iur. lib 6.* vbi bona gloſa, inquit, quod quando partes ad inuicem ſub pœna promittunt & vna pars frangit fidem, poterit etiam alt ra impunè contemnere promiſſa, & fiet hinc inde pœnarum mutua compenſatio, & facit optimus tex. quem gloſa prædicta allegat *in cap. prouenit lo ſecundo extra de iur. iur. ibi.* Nec tu etiam, ſi promiſſum tuum iuramento, vel fidei obligatione interpoſita conditione firmaſſes, aliquatenus teneris ſi conſtat eum conditioni minimè paruiſſe. non poterat creditor plus debito petere, & inquietare debitorem via criminali liquidando inſtrumentum, & ipſum hac via indebitè, & infidè reſoluere fecit, ſed doloſè, & iniuſtè ipſe pœnam ſuæ culpæ patiatur, quòd probat etiam *tex. in cap. cum olim 29. extra de cenſib.* in quo dicitur, quod videtur tacitè renunciare beneficio ſibi
35 † reſultanti ex contractu, qui contractum proprium impugnat, & quamuis vnum ſit impugnare aliud reſoluere, vt in caſu præſẽti tamen quoad finem conſequendi beneficium reſultans ex contractu magis eſt reſoluere, quàm impugnare, cùm alias quis poſſit impugnare in certis caſibus & non priuari in totum beneficio, & vtilitate contractus ex latè tradditis *per Butr. Abb. & alios in d. c. cum olim. Gabriel in ſuis com. opin. In tit. de reg. iur. & facit quòd dicit gloſa ibi in verbo beneficium,* quòd ſcilicèt nemo debet cõſequi fructum ex eo quòd nititur reprobare nõ dicit impugnare tantum: ſed reprobare, & magis in ſpecie gloſa in *cap. ex eo de reg. iur. lib. 6.* quæ notabiliter dicit, quòd quemadmodum nõ debet quis conſequi fructum ex eo quòd impugnat pari ratione, Et è conuerſo non debet impugnare, id ex quo fructum conſequitur allegat ad idem *tex. in l cum in fundo 51. ff. de iure dot, vbi optima gloſa in verbo ipſa lucrum,* quæ ad idem citat alia iura.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *LIquidantes inſtrumentum ad plus quod debent conſequi tenentur ad intereſſe.*

2 *Reus non condemnatur in expenſis ob petitionem plus factam.*

3 *Petens plus debito in expenſis eſt condemnandus.*

4 *Petens plus debito ad quod teneatur.*

5 *Sententia non declaratur nulla ex petitione plus debito facta.*

1 COlligitur ex abbundanti hac deciſ. materia, petentis plus debito dum apparet dubitatum ſi debitor debebat teneri ad intereſſe decurſum poſt liquidationem per hæredes creditoris factam tempore quo non erat locus liquidationis eo, quod de ſumma capitali fuerat certa ſumma ſoluta creditori, & illius hæredes pro tota ſumma liquidauerunt inſtrumentum, & ſic petendo plus debito, & ex ea cauſa contra creditoris prædicti hæredes concluſum quamuis non deciſum, vt in
2 ea † pro qua faciunt allegata per Doctiſſimum *D. R. Tappia in ſuo iure regni tit. de expenſ. num.* ... vbi ob petitionem plus factam reus
3 non condemnatus in expenſis † videns tñ *Gaball. reſol. 260. & Viu. deciſ. 340.* petentem plus debito eſſe condemnandum in expenſis, & Addas quæ copioſiſſimæ in prato meo, *ad l. vnicã, C. de plus petitionibus,* vbi ꝓpriè deſignatur locus petentium plus debito, & ipſorum
4 pœnarum ſecundum ius Regni, & ſi vis videre ad quod teneatur petens plus debito recurras ad ipſum, *Viu. cit. deciſ. 340. Ricc. coll. 437. & 1172. D. Rouit. in pragm 7. de falſis, & Farinac. in fragment. p. p. litt. C. num. 725. cum*
5 *ſequent.* † & non diſpliceat habere ſententiam non declarari nullam ex petitione plus debito latam *ſecundum Capic. deciſ. 51.*

Baldaxar de Angelis.

A R G V M E N T V M.

Beneficia reſtitutionis in integrum poſt cauſam introductam, an ſint deneganda.

S V M M A R I V M.

1 *BEneficia reſtitutionis in integrum hodie paſſim conceduntur in S. C. (licèt olim contrarium fuiſſet obſeruatum) & ſic deciſum, vt num. 8 & 11.*

2 *Minandois deciſ. 15. perpenditur, & Doctrin. Andr. in Conſt, obſcuritatem, & num. 4.*

3 *Minor etiam quòd repudiat beneficia reſtituitur, quia per talem renunciationem dicitur decipi, & lædi, vt num. 6.*

5 Intro-

5 *Introductio cauſa operatur tacitam renunciationem, quæ nõ poteſt operari plus quàm expreſſa.*

7 *Authoris origo à Ciuitate Tarenti.*

9 *Romana Ciuitas ſola habet reſtitutionem iure minoris, aliæ verò Vniuerſitates omnes reſtituuntur iure maioris ex clauſula generali quando ſunt paruæ: ſed quæ reguntur per Sindicos æquiparantur Reip. Romanæ.*

10 *Vniuerſitas qualibet eſt congregatio maiorum, ac minorum, & miſerabilium, & ex omnibus fit corpus miſticum.*

12 *Decreta quòd priuilegiatus petat beneficia, debent eſſe cum clauſula, aliàs fit præcluſa via, vt ipſos excludant poſt dicta decreta.*

DECISIO XXI.

PAſſim, & indifferenter obſeruamus, & Iudicamus in Sacro Conſilio, quòd etiã poſt cauſam introductam cõcedimus reſtitutiones quas forenſi vocabulo beneficia nũcupamus perſonis priuilegiatis in iudicio exiſtentibus,
1 & petentibus, & ſi contrarium † maiores noſtri obſeruauerunt, & decreto Sacri Conſilij extaret prouiſum, vt teſtatur *Minadous in eius deciſ. 15* in qua fatetur, quòd non obſtante dicto decreto etiam temporibus ſuis, Præſide tunc repugnante in tribus cauſis etiam poſt cauſam relatam fuerunt conceſſa beneficia petita per viam reſtitutionis in integrum, quia in non petendo perſonæ
2 priuilegiatæ fuerunt læſæ loquitur † verò Minad. in cauſa relata, non introducta decreto Sac. Conſ. in quo ſolet fieri introductio cauſarum grauium mediante decreto particulari introductionis, & fundat *Minad. deciſ. ex doctr. Andr. in Conſt. Obſcuritatem, quò loci dicit Andr. quòd poſt concluſum in cauſa minor reſtituitur ad pinguius probandum*: Quinimmò ſubdit, quòd ſi
3 minor ipſe † repudiet reſtitutiones, & beneficiũ, non obſtante renunciatione poterit reſtitui, quia hoc ipſo, quòd repudiat, dicitur deceptus *l. interdum 30 & l. ſi Iudex 41. ff. de minor. & Afflict. in ead Conſtit. num. 12. refert apoſtillam Bartol de Capua in §. quia verò Auth. de teſtib. teſtantis didiciſſe ab Andr. de Cap. eius patre*, quòd poſt concluſum in cauſa datur reſtitutio, licèt ipſe viderit practicari contrarium in Mag. Cur. Vic. ſed malè, dicit tamen *Affl. ibi num. 14.* tempore ſuo fuiſſe obſeruatum in Sac. Conſ. cõcedi beneficia, ſeu reſtitutionem poſt concluſum in cauſa, ſed ſi eſſet proceſſum ad citationem ad ſententiam, & cauſa relata eſſet, vel cæpta referri,
4 non concedi aliquo pacto, & huc † tendit illa obſeruantia, & decretum Sac. Conſ. de quo meminit Minad. Sed optima ratione obſeruamus etiam poſt cauſam introductam, nedum poſt cõcluſum concedere reſtitutiones, & beneficia: nam
5 decretum introductionis cauſæ † non poteſt operari, niſi tacitam renunciationem, & repudiationem reſtitutionis, & beneficij patiendo cauſam referri, & introduci, & non petendo beneficia, ſed tacita renunciatio non poteſt operari plus quàm expreſſa, & ſpecifica *ex reg. l. cum quid ff.*
6 *ſi certum pet.* Sed vbi minor expreſsè † & ſpecificè renunciat, non operatur talis renunciatio excluſionem reſtitutionis, vt per Andr. vbi ſuprà, quia ipſa renunciatio læſionem continet, & ideò debet concedi reſtitutio, ergo à fortiori, vbi non expreſsè, ſed tacitè per introductionẽ cauſæ ſumitur renunciatio non debet operari excluſionem à beneficijs, & reſtitutionibus.

Et ideò cùm in cauſa Vniuerſitatis Ciuitatis
7 Tarenti, à qua † originem traho, omnium Vrbiũ Italiæ famoſiſſima, præclariſſima, & antiquiſſima cum multis alijs Vniuerſitatibus de confinibus pugnantibus in Sac. Conſ. Mag. Io. Thomas Salamanca Commiſſarius cauſæ denegaſſet concedere benef. ex eo quia præceſſerat decretum introductionis, quo ſtante denegauit petita beneficia, per Conſiliarios duarum aularum, fuit eius
8 decretum reuocatum, & conceſſum † beneficiũ Licet enim fuerit alias controuerſum, an Vniuerſitates reſtituantur iure minoris, vel iure maioris ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. & inter cæteros *Ant de Butr. in cap. Auditis extra de reſtit. in integrum* dicit quòd ſola Ciuitas
9 Romana † habet reſtitutionem iure minoris per *text. in l. Reipubl. C. ex quib. cauſ. maior. & l. Reimpublicam C. de Iure Reſpub. lib. 11.* aliæ verò iure maioris vt ſuprà, quam opinionem tenuit *Guid. de Suz. & Odofr. teſte Io. Andr. ad Specul. in tit. de in integ reſtit. §. 1.* tamen prædicta opinio procedit in Vniuerſitate parua, & Caſtro, vel villa, in qua viuant ſex, vel octo perſonæ, quæ ſciunt facta ſua, & per ſe regunt, & non reguntur per alios, ſed Vniuerſitates, quæ reguntur per Sindicos, & alios ſunt in hoc æquiparatæ Reipub. Romanæ, quia regulariter Vniuerſitas
10 † quælibet eſt congregatio tàm maiorum, quàm minorum, pupillorum, orfanorum, pauperum, miſerabilium, & viduarum, & vt plurimum iſti faciunt maiorem partem, quorum omnium cauſa quæ communis eſt agere, & omnes tangit, & ideò à fortiori Vniuerſitates debent reſtitui iure minorum, & in omnibus militat eadem ratio, *text. in d. l. Reſpubl. & l. Rempubl. vt optimè declarat, & explicat Veronenſis in l. eum qui vectigal. 16 de verb. ſignif. à num. 11. vſque ad nu. 15. & abundè per Odum. in ſuo tract. de reſt. in integ. prima parte q. 3. art. 9. & 10. poſt Riminal. in conſ 73. num. 29. vol. 1. & in conſ. 85. num. 22. eod. vol. & Crotus conſ. 145. 1. vol. in princ.* &
11 hoc † iure vtimur, qua de re ſi quilibet minor litigans poteſt reſtitui poſt cauſam introductam à fortiori Vniuerſitas, quæ eſt corpus miſticum ex orfanis, minoribus, viduis, & alijs priuilegiatis perſonis compoſitum.

Et die 3. Iulij 1604. relata ſæpius cauſa in conſeſſu Conſiliariorum duarum aularum inter Violam

Digitized by Google

lam Faſolam,& Fabritium Dentice, & alios, &
exiſtente Sacr Conſ accinto ad votandum, pro
parte Violæ actricis, quæ inſteterat, & vehemen-
ter procurauerat cauſæ deciſionem ad cuius in-
ſtantiam ſæpius cauſa ſuit relata,ſed ob varia im-
pedimenta nunquam deciſa fuit petitum ſecun-
dum beneficium. Dubitauit Sac. Conſ. an eſſet
concedendum, quia præceſſerunt duo decreta
cauſæ Commiſſarij, quòd prædicta Viola pete-
ret 2.beneficium, & non petierat, & proinde vi-
debatur præcluſa via, & cauſa prædicta erat ſæ-
pius ipſa inſtante relata, quia tamen non aderat
12 decretum introductionis,& decreta † quòd pe-
teret ſecundum beneficium non erant cum clau-
ſula alias eſſet præcluſa via,& quia vidua, & mi-
ſerabilis,& præſentauerat quandam ſcripturam,
quæ indigebat coadiuuatione: nam alias pars di-
cebat non iuuare intentionem producentis, ideò
Sac.Conſ. conceſſit ſecundum beneficium relato
re mag.Marco Antonio de Ponte aliquibus con-
tradicentibus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia conceduntur etiam introducta cauſa,& ibi recenſentur deciſiones receptiſſimæ S C.pro veritate.*
2 *Beneficia poſt 30 dies à die concluſionis intimata non conceduntur.*
3 *Lites non debent eſſe immortales.*
4 *Actoris eſt cauſam ampliare rei autem fugere.*
5 *Actor vna via vtitur reus vero pluribus.*
6 *Beneficia ex cauſa conceduntur.*
7 *Beneficia quæ ſint quibus,& quando dentur, etſi poſt in ſufflationem ſpiritus dentur.*

DE Pane lucrando eſt preſens Deci-
ſio,quod Beneficia etiam concedan-
1 tur introducta cauſa iuxta *deciſ. D.
Noſtri Auth.*patet ex his, quæ cu-
mulauimus infra *in deciſ.41.& tenet Muſcatell.
in prax S.C.lib primo gloſ.priuilegiata n. 9. in
fine.& firmat prag.53.de off.S. C* de qua miror
quomodo doctiſſimus ipſe Auth.nō allegat di-
ſponens poſt appoſitam liſtam cauſarum in val-
uis aularum infra 24. horas tantum licere parti-
bus preſentare ſcripturas,& beneficia petere nō
autem poſt,& ita per S. C. votatum vt refert *D.
Ronit. ibi num.*a ex deciſ. Minadois, quam idē
Author meus allegat, & patet pariter per S.C.
deciſum in cauſa Marchionis Triuici cum credi
toribus in deciſ.adiuncta Auth. infra 78.Sed cō-
trarium fuit deciſum Referente D. Lanario iun-
tis aulis,vt obſeruaui pœnes Actuar. Roppulum
nunc de Simeone de anno 1979 in cauſa Dianę
caraſe cum multis creditoribus cum eſſet factū
decretum introductionis, & ſuperuenerat Ioan-
na Lanza pro eius intereſſe,& petierat beneficiū
nam fuit dictum procedendum eſſe ad expedi-
tionem cauſæ petito beneficio non obſtante, &
in cauſa Hæreduum Petri Criſconi cum Aloiſia
Sica die 2 Aprilis 1622.referente Conſiliario Sā-
cto Iacobo,vt *refert Thor. 2. p. compend. verbo
beneficium primum, vel ſecundum*, quod firma-
tur ex *deciſ.de Frauch.261.num.9.*& ibi poſt in-
troductam cauſam nec ſcripturæ præſentatę re-
cipiuntur nec beneficia petantur,& concedantur
& tales deciſiones, & opinionem hanc habes fir-
matum,quia poſt factam liſtam, & introductam
cauſam legislator eſſe præcluſam viam petendi
beneficia præſupponit, & ita obſeruabatur tem-
pore *Afflict.vt Carauit. rit. 71. num. 6. & ritu
296.num.13.vide Maſull.ad Capyc.deciſ.109.*
2 *num.12.*Hodie tamen de Huiuſmodi queſtione
diſputare eſt ſuperuacaneum cum verum ſit poſt
30.dies à die intimationis concluſionis horum
beneficiorum petitioni locum non eſſe *ex prag.
Cardinalis Zapattæ ſub die 27 Maij 1621.* quę
3 ſancta fuit cum imponat finem litibus alias eſ-
ſent immortales 6.tex.in cap.finem litibus de do
lo,& cōtumacia, & maxime cū peterētur ex par
4 te reorū quia actoris eſt cauſa ampliare,& apud
iudicem inſtare rei autem fugere *Specul. lib. 2.
de contum §.2.num.5 Rot.deciſ.2.num. 4. de ſe-
queſtr.poſſ.& fructum in nouiſ. hinc dixit Ioan.
de Deo in praxi Aduocatorum lib.primo cap. 8.*
5 † Actorem vna via vti reum vero pluribus, &
licet propterea eſſet,quis in termino petēdi be-
neficia tamen non ita faciliter iudex decernat ni-
ſi aliqua magna ex cauſa *vt Doctiſſ. noſter An-
th.infra deciſ 41 num.15.& 16 & Lelius Capu-
tus in proemio Caroli V. ſuper conſ Neap §. 3.
num.21.*vbi pariter ſic deciſum refert ibi de ter-
7 tio comparente,ſed quæ ſint beneficia quibus, &
quando conceduntur Troyſ.in pragm. curſu di-
lationum Ricc.coll.186.*Muſcatell.in prax gloſ.
competentes D. R.Tapp.de reſt. in integrum. &
imbrian.de primo,& ſecundo benef.*& in termi-
nis ſi poſt inſufflationē ſpiritus vitæ dentur bene-
ficia *Thor.2.p.comp.verba Beneficium parte 2.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Aeſtimatio donationis feudi factæ per patrem filio primò genito cum alijs bonis contemplatione matrimonij, ſub conditione, quòd in eis maſculi tantùm ſuccedāt,& non fœminæ,& quòd non poſſint pro quocunque crimine confiſcari cum clauſula nec aliter, nec alio modo, ac promiſſione impetrationis aſſenſus poſtea non impetrati,nùm debeatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 AEſtimatio feudi à patre filio primò genito donati contemplatione matrimonij cum alijs bonis ſub conditione, quòd in eis maſculi tantum ſuccedant, non autem fœminæ, & quòd non poſſint fiſco applicari pro quocunque crimine, cum clauſula nec aliter, nec alio modo, & promiſſione impetrationis aſſenſus poſtmodum non impetrati an debeatur, & num. 2.

3 Bal doctrina in c. 1. § fin. quæ fuit prim. cau. ben am. num. 5. allegatur, quòd donatio ex defectu aſſenſus ſic reſoluta nec teneat, & ob dictam clauſulam nec aliter, nec alio modo, quæ liberat à caducitate pater, vt ad aeſtimationem non teneatur, & num. 4.

5 Clauſula prædicta nec aliter, nec alio modo, ſecundùm Bart. inducit formam, & ſolemnitatem, importat neceſſitatem, & ſunt verba præciſa & taxatiua, & faciunt deficere conſenſum, & de veritate num. 33.

6 Faciens ſuum poſſe excuſatur, nec tenetur ad pœnam, nec ad intereſſe, nec ad euictionē num. 7 limitatur num 30 & 31.

8 Impoſſibilis reputatur actus dependens à voluntate vnius, & contractus annullatur ratione impoſſibilitatis, quia nec obligationem parit, neque actionem, & num. 9. præſertim in contractibus ſtrictis iuris, & ſub tali lege celebratis, & acceptatis, num. 10. & 11.

12 AEſtimatio an debeatur vbi donatio, vel legatum eſt gratuitum, eſt quæſtio controuerſa: ſed quando eſt ob cauſam, ceſſat omnis dubitatio quia deficiente aſſenſu adhuc remanet obligatio ad tantundem.

13 Venditio rei impoſſibilis, & ſi non teneat quoad ipſam rem: tenebit tamen quoad euictionem. Idem quando deducitur in ſtipulationem ex cauſa neceſſaria, vel promiſſor eſt in dolo, vel culpa, ſecus ſi ſtipulator, & num. 24.

14 Donatio patris in filium contemplatione matrimonij dicitur ex cauſa neceſſaria: quia vbi filius contrahit cum æquali, & honeſta compelli poteſt ad donandum, & num. 15. maximè ex vſu Capitulorum Regni, vt num. 16.

17 Donatio huiuſmodi ob matrimonium de iure communi vocatur Antipherna ideſt remuneratoria, ſiue antidoralis, quæ terminos, & naturam excedit ſimplicis donationis, & tranſubſtantiatur in contractum permutationis, & dationis in ſolutum, vt num. 18.

19 Donatio remuneratoria dicitur verecundia cauſa facta & ex cauſa neceſſaria, vt in iocalibus vxori donatis ſecundùm Ciuitatis morem, qui aliàs violaretur illa non tranſmittendo, nec poteſt ob ingratitudinē reuocari, nec poteſt dici contractus ſtricti iuris: ſed bonæ fidei, & propterea debetur euictio num. 20. 21. & 22.

23 Differentia contractus ſtricti iuris cum contractibus bonæ fidei, vel mixtis, & vltimis voluntatibus, nam primos impoſſibilitas vitiat, ſecus in ſecundis quando eſt adiecta circa accidentalia.

25 Donans ſub conditione alterante feudorum naturam, & tenorem inueſtituræ, & ob id aſſenſu carens, eſt in culpa, & ad aeſtimationem tenetur, & quoties rei præſtatio redditur impoſſibilis, ad quam quis tenetur, vt num. 26. & 28.

27 Conſiliarius Regius, vel familiarius, Marchio, Comes, & Dux promittens Regis aſſenſum in contractu, illum non impetrando cenſetur in dolo, & tenetur ad totale intereſſe quia præſumitur facilis, ac potens ad impetrandum.

28 Inueſtitura vniformis in Regno noſtro pro maſculis, & fœminis attenta ſexus & ætatis prærogatiua, & qui alia l. contrahit dicitur in dolo, & fraudem facere, diſpoſitio tamen non vitiatur: ſed conditio diſformis reijcitur, vt num. 29.

Vtile per inutile non vitiatur: ſed ſeparatur ibid.

30 Donator aſſenſum non impetrans contractui, tenorem inueſtituræ, & feudi qualitatem, non dicitur ſuum poſſe feciſſe quando alij ei pares conſimilem impetrauerunt.

31 Deciſio Afflic. 295. excuſans facientem ſuum poſſe non eſt ſine controuerſia, nec procedit vbi conſtat de voluntate promiſſoris ſe omnino obligantis ad intereſſe, ad euictionem, & ad indemnitatem de proprio.

32 Conditio quòd bona donata non poſſint confiſcari, velut turpiſſima inuitans ad delinquendum, & ad felloniam reijcienda, quemadmodum conditio inutilis.

33 Proteſtatio non aliter, nec alio modo quando de facto eſt cogitatum, & lædere poteſt alteram partem, proteſtantem non releuat, ſuſpitionem auget, & vt captioſa fraudem occultans nullius eſt momenti.

34 Camer. in cap. Imperialem ſecundo loco allegatus pro alia parte circa clauſulam non aliter, nec alio modo, an proſit ne debeatur aeſtimatio remittit ſtudioſis diſtinguendum.

35 Donatarij non cenſentur acceptaſſe conditiones inutiles in contractibus bonæ fidei,

Digitized by Google

fidei, & ex cauſa oneroſa.

36 *Inueſtitura feudum donantis ſub alia conditione cum ſit lex, & gratia particularis præſumitur ignota ſtipulantibus exteris, quos probabilis hæc ignorantia excuſat, ſi abſque illa conditione veriſimiliter non contraxiſſent.*

37 *Actio pro dolo expreſſo non datur: ſed pro celato.*

38 *Donator tacens difficultates ex cõditionibus donationum ſimilibus oriundas dicitur in culpa, velut venditor qui ſciens morbum rei venditæ conſultò reticuit tenetur enim mouere, & certiorare qualitatem, qua rei conditio ſit deterior.*

39 *Cauſa hæc deciſa, & æſtimatio feudi ſoluta filio primò geniti præmortui per patruum ſecundò genitum donantis illius ſcriptum hæredem per viam tranſactionis, & concordiæ.*

DECISIO XXII.

FVit in Sacro Conſilio diu controuerſum in cauſa maximi põderis. An æſtimatio deberetur, vbi pater
1 donat † filio primò genito feuda, & alia bona contemplatione matrimonij, cum conditione, quòd in donatione prædicta non ſuccedant fœminæ, ſed tantùm maſculi, non aliter, nec alio modo, & quòd bona donata non poſſint confiſcari ob crimen læſæ Maieſtatis diuinę, vel humanæ, vel ob aliud quodcunque crimen, ob quod venirent confiſcanda: ſed eo caſu per annum ante commiſſum delictum cenſeatur donatio reuocata, & poſſeſſores cadant à comodo, & beneficio illius ſaluo, & reſeruato regio aſſenſu ſuæ Maieſtatis, quem donator ipſe impetrare promiſit, repetita ſemper clauſula, & proteſtatione non aliter, nec alio modo.

Cumque aſſenſum à Regia Maieſtate obtinere
2 minimè † potuerit dicebat pater donator donationem eſſe nullam, & reſolutam ex defectu voluntatis, quia intantum voluit donare, inquantũ Rex aſſenſiſſet donationi prædictæ, & conditionibus in ea adiectis; non aliter, nec alio modo, qui cum aſſentire recuſauerit, donatio prædicta reſoluta eſt, & conſequenter nec ad eius æſtimationem tenetur ex defectu voluntatis.

Et videbatur, quòd hoc nullam habebat difficultatem *ex doctr. Bal. in ſpecie in cap. 1. § fin. quæ fuit prima cauſa benef. amit. num. 5.* dicen-
3 tis † quòd ſi quis vendit Caſtrum, quòd habet à Principe Achaiæ ſaluo iure domini Principis filiorum, & agnatorum ſuorum, & procedit ad traditionem caducatur feudum, ſecus eſſet ſi adijcerentur hæc verba, non aliter, nec alio modo; quia tunc nihil videtur actum ſeu non perderet feudum, nam conſtat, quòd non intendit alienare niſi poſſit, cum hac clauſula non aliter, nec alio modo: iuxta not. in ſimili in *l. ſiquidem C. de except. l. item labeo § 1. ff. fam. herciſc. & arg. l. ſi quis locuples, ff de manum. teſtam. & cũ hac Baldi opinione concurrunt Alnas. in cap. imperialem de proh. h. feud. alien. per Fed. in prin. num. 15. verſ Quæro quia ſi vaſſallus, Cur. ſen. in conſ. 8. Iacob in ſua inueſt. in verbo, & cũ pacto de non alienando num. 23. Capolla caut. 22. Incip conſil. nu, ſiue cautela Affl. in d. cap. imperialem in 24 q num. 25. Alex. in conſ. 3. nu. 4 vol. 1. Abb in cap. 2. num. 10 extra de fena. & in cap. inſinuante extra. que cler vel non & Curt. Inn. in tract. de fen. in 4. par. num. 112.* vbi, alios citat ex quorum authoritate illa videtur reſultare ſententia, & concluſio quòd clauſula non aliter, nec alio modo adiecta in feudi alienatione liberat à caducitate, & reſoluit contractũ, ex defectu voluntatis ac ſi non eſſet celebratus.

Accedit ſecundò loco opinio, & authoritas *Camer. in d. c. imperialem pag. 24. col. 4. litera S.* qui poſt diſputatum articulum. An feudo legato debeatur æſtimatio in quo concludit deberi, dubitat, & videtur limitare vbi quis ligaret feudum ſi dominus conſentiret, vel ſaluo aſſenſu do-
4 mini non † aliter, nec alio modo, vt ibi per eum, & faciunt dicta per *Menad. in eius decſ. 24.* de eo qui alienauit rem emphyteuticam cum proteſtatione, quòd non intendebat alienare, niſi ſaluo aſſenſu dicti domini non aliter, nec alio modo, & proceſſit ad traditionem fuit iudicatum non incidiſſe in commiſſum: ſed contractum nõ
5 valere. Et poſtremo dicta clauſula, † & verba inducunt formam, & ſollemnitatem ſecundùm *Bart. in l. fin. C de vend. reb. Ciuit. lib. 11 & in l. de his. ff. de tranſact. num. 3. Felyn. in cap. cum dilecta extra de reſcript.* & important neceſſitatem, quia negatiuè poſita ſunt, *vt in cap. 1. de reg. iur. lib. 6. vbi gloſa per illum tex. Bar. & alij in l. Gallus ff. de lib. & poſth.* vbi volũt, quod abnegent actum poſſe aliter ſortiri effectum, & sũt verba præciſa, & taxatiua, *vt in l. non aliter. ff de leg 3.* cum alijs, quæ ad id cumulat *Pariſius in conſ. 19. à num. 15. cum ſeq. vol 2. & Bertazzolus in tract. clauſ. clauſula 14. gloſa 6. & Dec. in conſ. 61. num. 2.* & faciunt deficere conſenſum partium *Cephal. in conſ. 118. nu. 14. & conſ. 296. num. 11. Rol. à Valle conſ. 63 num. 32. & ſeq. vol. 4.*

Sed circumſcripta prædicta clauſula donator ipſe non concedebat eſſe veram opinionẽ, quòd donato, vel legato feudo deberetur æſtimatio. Quinimmò contrariam opinionem veriorem ex frequentiori doct. Sententia recepta, ſed quia in præced. deciſ. ſatis ſcriptum eſt, & inferius nonnulla alia ad articulum æſtimationis pertinentia ſubijcientur, ideò hic non repeto, quæ in d. præced. deciſ. dicta ſunt.

Et quoad aſſenſum, quem impetrari promiſit, dicebat ſe porrexiſſe preces ſuæ Maieſtati, & fe-
6 ciſſe poſſe † ſuum: ſed S. Maieſtas noluit aſſentire, quo caſu ipſe excuſatus erat, & non tenebatur ad

tur ad

ad pœnam aliquã, nec ad intereſſe *ex Bar. opin.*
in conſ.236. qui loquitur in eo, qui promiſit ſe
facturum, & curaturum, quòd Berta contrahe-
ret matrimonium cum Titio ſub pœna: *Fed. de*
ſen. in conſ.122. Abb. egregiè in conſ. 90. vol. 1.
Butr. Abb. & alij in cap. Gemma extra de ſpon-
ſalib. Aret. in conſ.142. & ex alijs, quæ cumulat
Affl. in deciſ.295. vbi dicit fuiſſe per S. C. deciſũ
non eſſe moleſtandum Troilum de Abenauolo,
qui promiſit curare, & facere ſub pœna, quòd
eius vxor renunciaret fratri ſuo, qui ei dotem de-
dit, quia docuit feciſſe poſſe ſuum, ſic & in alio
caſu ſimili relato, & inquit *Gram. in deciſ. 102.*
num. 110. hanc eſſe communem opinionem, & in
promittente aſſenſum in proprijs terminis no-
ſtris tenet *Andr. in cap. imperialis, §. commerciũ*
num. 8. de prohib. feu. alien. per Lothar. dicens,
quòd ſi quis promiſerit ſe facturum, & curatu-
rum, quòd Rex conſentiat, talis promiſſio non
obligat, & non tenet.

Et ſi ex propria promiſſione non tenetur ad
pœnam, neque ad intereſſe minus tenebitur ra-
7 tione euictionis † ex natura contractus, qui cum
ſit purus gratuitæ, ac liberalis donationis certum
eſt donatorem de euictione non teneri, ex notiſ-
ſima deciſ. *tex. in l. Ariſto. §. labeo ait. vbi ſcri-*
bentes omnes ff. de donat.

Accedebat quòd iſte contractus eſt nullus ra-
tione impoſſibilitatis, cum etenim ipſius validi-
tas dependeat à volũtate vnius reputatur impoſ-
8 ſibilis, vt in præced. deciſ. dictum eſt, & impoſſi-
bilium nulla eſt obligatio, *l. ſi quis in graui in*
prin. ff. ad Sillan. vbi Bar. l. impoſſibilium, ff. de
reg. iur. cap. nemo poteſt de reg. iur. lib. 6. l. gene-
raliter, ff. de verb. oblig. & §. loca. inſt. & elegan-
tem rationem reddit *Beatus Anton. in ſua ſum-*
ma in 1. par. Tit. 20. cap. vn. de reg. iur. vbi ex-
plicat tex. in d. cap. nemo pag. mihi 295. col. 4. di-
cens, omnis obligatio actionem parit: ſed quòd
non eſt nec eſſe poteſt obligationem parere non
poteſt. & ſic nec actionem. Item actio eſt ius
perſequendi in iudicio, quòd nobis debetur, de-
bere autem eſt de alio habere, ſed quòd non eſt
nec eſſe poteſt de alio haberi non poteſt. ergo
ibi non eſt actio, & conſequenter nec obligatio.
9 Et in ſpecie, quòd conditio † impoſſibilis vitiet
contractum eſt caſus *in §. ſi impoſſibilis inſt. de*
inutilib. ſtipul. & communis doct. reſolutio in l.
apud Iulianum, ſed apud me, idem Iulianus 41.
§. conſtat, ff. de leg. 1. & in l. continuus, §. illud, ff.
de verb. oblig. vbi egregiè Alex. & Aret. & alij
in d. §. ſi impoſſibilis: & ex conditione impoſſi-
bili non naſcitur ciuilis, nec naturalis obligatio
l. ſi ſub impoſſibili vbi Bar. ff. de fideiuſſ. quæ cõ-
cluſio præſertim, & abſque ſcrupulo, & diſtin-
10 ctione procedit in contractibus † ſtricti iuris, vt
in dictis locis gregatim doct. fatentur: ſed dona-
tio eſt contractus ſtricti iuris, *l. enim qui, ff. de do-*
nat. per quem tex. ita affirmatiuè tenet *Andr. in*
cap. 1. §. huius autem generis num. 10. in fine ex
quib. cau. feu. am. ergo propter prædictas condi-
tiones impoſſibiles in dicta donatione adiectas,
quòd maſculi tantum ſuccedant, quæ reddiderũt
impoſſibilem aſſenſus impetrationem Regemq;
renuentem, contractus eſt nullus, reſolutus, &
conſequenter donator ad aliquid non tenetur.

Dicebatur poſtremo, quòd ipſe donator ea le-
ge voluit donare non alia, & donatarij ea lege re-
11 ceperunt, † & acceptauerunt quare non poſ-
ſunt conqueri non enim ipſis facta eſt iniuria,
fraus, neque dolus *ex reg. cap. ſcienti de reg. iur.*
lib. 6. & l. nemo fraudare videtur 187. ff. eo. cum
ſimilibus.

Ex aduerſo dicebatur donatorem, ſeu eius hæ-
redes, non ſolum teneri ad æſtimationem, & tan-
tundem, ſed ad totale intereſſe, & euictionem.
Siquidem poſſet controuerti, & diſputari articu-
12 lus, an deberetur æſtimatio vbi † donatio eſſet
gratuita, & mera donatio: ſic & legatum proce-
dens à mera liberalitate donantis, vel teſtatoris,
& hoc caſu dubitauerunt doct. an æſtimatio ſit
præſtanda, ſed vbi donatio, vel legatum non eſt
gratuitum, & ſimplex; ſed ob cauſam hoc caſu
ceſſat omnis ſcrupulus, & diſputatio, quia licèt
non teneat legatum, vel donatio ex deficientia
aſſenſus: tamen ſemper remanet cauſa, & obli-
gatio dandi tantundem quinimmò, & intereſſe,
nam cauſa neceſſaria ob quam donatio fit, vel
legatum non extinguitur, & hoc nemo ex docto-
ribus controuertit, & eſt puntualis deciſio *Bar.*
in l. liber homo 103. *ff. de verb. oblig.* vbi firmat,
13 quòd ſi res impoſſibilis † venditur licèt non te-
neat venditio quoad ipſam rem tenebit tamen
in præiudicium promiſſoris, vt teneatur de eui-
ctione, idem ſi deducitur in ſtipulationem ex
cauſa neceſſaria, vel promiſſor eſt in dolo, quam
opinionem dicit eſſe communiter receptam.
Aret. in §. 1. num. 2. in prin. inſt. de inutilib. ſtip.
& illam commendat extollit, & communem fa-
tetur *Hercul. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff.*
de verb. obligat. col. 2. num. 4 & tenet Rainer. de
forl. in l. Iulianus 131. §. qui fundum, ff. de verb.
obligat. num. 1. per tex. in l. idemque §. fin. & ibi
gloſa in verbo mandati, cum l. ſi vero non remu-
nerandi, ff. mand. & idem Bar. in d. §. qui fundum
num. 5 & 6. Ang in fine Alex. num. 8. & 9. & in
conſ. 47. vol. 3. Iaſ. & alij in d. §. qui fundum, &
dicebatur hunc eſſe caſum huius deciſionis, quia
donator donauit feuda, & alia bona burgenſati-
ca ex cauſa neceſſaria, nempè, contemplatione
14 † matrimonij contrahendi cum nobiliſſima mu-
liere extera, quæ opulentiſſimam dotem habebat
quo caſu, & ſi donatio facta fuit filio primò ge-
nito: tamen cenſetur facta præſertim contem-
platione nurus, & filiorum ex illo matrimonio
procreandorum ex ſingulari, & receptiſſima *de-*
ciſ. Guid. Papæ in deciſ. 145. & conſ. 12. in prin.
recepta, & canonizata ſæpius in Sacro Conſilio
teſtè *Domino de Franch. in deciſ. 205. & deciſ.*
436 *num. 40.* & ſine tali donatione matrimonium
non contraxiſſet, & ideò fuit neceſſarium cum
ipſa per nurum ſtipulari dictam donationem, vt
inferius dicetur, & præter nurum, & filios pro-
creandos dicitur etiam talis donatio facta con-
templatione, & fauore Reipublicæ cuius intereſt
matrimonia contrahi *l. 1. ff. ſol. matr. vt tenet Pa-*
latius Rub. in repet. rub. extra de donat. int. vir.
& vx. §. 23. num. 1. vbi ſubdit hac ratione poſſe
15 compeli promiſſorem de iure ad faciendum hu-
iuſmodi donationem vbi filius contrahit cum
æqualſ,

æquali,& honeſta, *ex doctr. Bart. in l. ſi cum dotem, ſ. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrimon.* & quod hæc eſt veritas. ergo iſta donatio dicitur neceſſaria, & ob cauſam non autem ſimplex, ac mera.

Quod autem antiquitus iſtæ donationes in Regno noſtro ob hunc finem fieri conſueuerint, & neceſſariè dicantur non erit extra rem recenſere hic verba ſupplicationis huius fideliſſimæ Ciuitatis, & totius Regni in Parlamento Generali celebrato in anno 1558. C. V. inter Capit. & Priuileg. Ciuit. Neap. quæ ſunt pag. mihi 160.

Item exponeno à V. M. che s'è coſtumato
16 † *quando li Baroni, & feudatarij del Regno tanto Titolati quanto non titolati hanno fatto pigliar moglie dal lor figlio primogenito donarli all'hora poi la morte loro, & in præambula hora mortis le Città, Terre, Caſtelli, & altri beni feudali, & tutto queſto è cauſato perche quelli che hanno trattato per parte della donna ſe hanno voluto aſſecurare, che li beni feudali del padre peruengano al figlio primogenito, & altrimente non hauriano contratto il matrimonio, & nè ſaria cauſato, che li padri non hauriano fatto pigliar moglie dalli loro figli con quelli conuenienti partiti, come ſi conueniua alla loro qualità*: & ſupplicant declarari, quod feuda ob hanc cauſam donata non cenſeantur feuda noua, ſed antiqua, prout in perſona acquirentis, & Rex annuit, & conſenſit, conſtat ergo huiuſmodi donationes eſſe omninò neceſſarias, & ob cauſam, & proinde non reſolui hanc cauſam, & obligationem vbi aſſenſus obtineri non poteſt.

Et de iure communi huiuſmodi donationes
17 antiphernas † nuncupat Imperator in *l. cum multæ, C. de donat. ante nup.* quod verbum antipherna declarat ibi *glo. & Napod. in rubr. de iure quarta num. 5.* ſcilicet remuneratoriam cui conueniunt *Prateius in ſuo Lexicon. in verbo antipherna, & Hotom. in eodem verbo de verbis iuris, clarius explicat Alc. lib. 1. prætermiſſ. in verbo Antidora*, eſſe donationem antidoralem, & remuneratoriam ex cauſa matrimonij, quod contrahitur, & dotis quæ recipi-
18 tur, & hæc donatio antidoralis, † & remuneratoria excedit términos, & naturam ſimplicis donationis, & tranſubſtãtiatur in contractum permutationis, & dationis in ſolutum, ex *Vlpiani* ſententia in *l. ſed & ſi lege, ſ. conſuluit in fine, ff. de pet. hæred.* ibi velut genus quodam hoc eſſe permutationis quem ad id commendat, & extollit *bald. ibi*, & ideo iura loquentia de donatione non habent locum in donatione antidorali, & remuneratoria, vt tenet *Iaſ. in d. l. Iulianus 131. ſ. qui fundum num. 11. & ſeq. per tex. in l. aquilius regulus, ff. de donat.* ibi, non meram donationem eſſe, vbi idem not. *Cum. & tenet Bart. in l. iuris gentium, ff. de pact. Abb. in cap. per tuas per illum tex. extra eo.* & quia eſt magis ſimilis donationi in ſolutum, ideo concludunt deberi euictionẽ, per *tex. in l. eleganter in princi. ff. de pignor. act. l. libera, C. de ſent. & interloc. omn. Iud. cum alijs per Iaſ. vbi ſupra adductis, & per audentes ad Alex. in d. ſ. qui fundum, & alios more ſolito congerit Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam in verbo donatione largitus num. 59. C. de reuoc. donat.* Et in tantum hoc eſt verum, quod etiam donationes, quæ
19 verecundiæ † cauſa fiunt non dicuntur ſimplices donationes, ſed remuneratoriæ, & ob cauſam exemplum ponit *Anchar. in conſ. 181.* in conſuetudine, & more, qui viget in aliqua Ciuitate, quod maritus priuſquam traducat vxorem mittat ei veſtes, & iocalia, quod hoc caſu non dicitur maritus liberaliter, ſed ex neceſſitate facere propter verecundiam, quia alias violaret morem Ciuitatis, & per conſequens veniret redarguendus apud probos viros, ſequitur *Afflict. in deciſ. 315. num. 9. Riminal. inſtit. de donat. in princip. num 73.* quia quod quis ob verecundiam facit dicitur facere neceſſariò non gratuito & liberaliter, *l. pecuniæ, ff. de alim. & cib. leg. & ibi Bart.* dicit quod non ſolum aſtringit nos obligatio naturalis, vel ciuilis: ſed etiam verecundia, quem ſequitur *Alex. conſ. 80. vol. 6. Corn. in conſ. 81. vol 1. Iaſ in l. ſi pœnam in 3. not. num. 4 ff. de verb. oblig.*

Hinc eſt, quod prædicta donatio non poteſt
20 reuocari vitio † ingratitudinis, quia cum ſit antidoralis obligationis perſolutio, ſeu in ſolutum datio eſt irreuocabilis per *tex. in l. pan ſ. 1. ff. de donat & ibi glo.* & eſt communis opinio, vno omnium ore recepta, quos coaceruat *Riminal. in repet. prin. inſtitut. de donation. num. 107. & communem fatetur Pinell. licet ipſe more ſuo ſemper contra communem nitatur in repet. l. pen in 3. par. C. de bon. mat. à num. 62 cum ſeq. diffuſe.*

Et ex his ſequitur, quod cum hæc donatio relinquat naturam ſimplicis, ac meræ donationis, & aſſumat naturam permutationis, & dationis in ſolutum non poteſt dici contractus ſtri-
21 cti iuris, ſed bonæ † fidei, quia permutatio, & datio in ſolutum inter contractus bonæ fidei aſcribitur, & numeratur in *ſ. actionum autem, inſtit. de act. vbi gloſ. & Doct. omnes, & ideo tex in l. cum qui in contrarium allegatur*, non procedit in donatione ob cauſam antidorali, & neceſſaria, quæ non eſt pura donatio.

Item ſequitur, quod donator omnino tenea-
22 tur de euictione † ex natura contractus, & ita limitatur, *tex. in l. Ariſto. vt firmat Aret. in d. ſ. qui fundum num. 6. Paul. de Caſtro ibidem in princ.* ſubdens poſſe compelli donatorem ad cauendum de euictione, & eſt communis omnium reſolutio in *d. ſ. qui fundum, & in d. l. Ariſto. ſ. labeo, vbi conſtant. Rogerius num. 23.* Sed in caſu præſenti dicebatur omnino deberi euictionem, quia ad illam iteratis cautelis ſe obligauit in ſpecie donator, quare tam ex iuris diſpoſitione, quam ex propria obligatione venit euictio.

Sequitur ſecundò, quod cum cõtractus prædictus, vt ſupra fundatum eſt, ſit bonæ fidei, vtique impoſſibilis conditio ipſum non vitiat: ſed remanet diſpoſitio, & donatio valida, ſolum conditio reijcitur, & hæc eſt differentia inter
23 contractus † ſtricti iuris, & contractus bonæ

fidei

ſidei,ſiue mixtos,& vltimæ voluntatis,quæ inſtar
bonæ ſidei habet,quia in contractibus ſtricti iu-
ris impoſſibilis conditio adiecta vitiat diſpoſitio-
nem,& totum contractum inficit,at in contracti-
bus bonæ ſidei mixtis,vel vltimæ voluntatis, mi-
nimè vt dictum eſt,& hæc eſt communis , & re-
ceptiſſima omnium doct. ſententia, & diſtinctio
in *l. ſi mihi , & tibi §. ſi quis ſeruos ff. de leg. 1.*
vbi Bart. quem omnes gregatim ſequuntur ,
& Bal. num. 2. 2. Paulus de Caſtro , & omnes
alij, intelligendo, prout ipſi intelligunt, quando
conditio impoſſibilis non eſt adiecta circa ſub-
ſtantiam contractus,ſed circa accidentalia,quòd
declarat ibi *Alex.num.4.*eſſe conditionem circa
accidentalia ſcilicet, quæ modum, tempus, exe-
quutionem,& alia pacta reſpicit, vel alias circũ-
ſtantias,& teſtatur hanc eſſe communem opinio-
nem,& optimè reaſſumit per concluſiones *Her*
cul.ibi col. 1. & 3.circa finem , & de communi
teſtatur,& accedit *Imol. num. 2. Seiſell.num.4.*
Iaſ.num.8. & 16. & alij , & idem firmat Bar.
etiam ab omnibus receptus, in d. l.continuus §.
illud,eandẽ opi firmat Bal. in tit.hic finitur lex.
§. ad hæc num. 4. vbi optimè diſtinguit contra-
ctus ſtricti iuris à contractibus bonæ ſidei mix-
tis,& vltimæ voluntatis, eandemque diſtinctionẽ
communi conſenſu ſequuti ſunt *doct. omnes in*
l.1.ff.de cond.inſt.vbi Bar.Bal & Ang per octo
concluſiones materiam explicat,& *Aret. in d.l.*
continuus §.illud num. 14.& in contractibus vl-
timæ voluntatis habemus *tex. expreſſum in l. ſi*
quis ſub conditione ff.de cond.Inſt.& contractus
vltimæ voluntatis ideò per inutilem,ſeu impoſſi-
bilem conditionem non vitiatur, quia habent ſe
ad inſtar bonæ ſidei *l.in minorum C.de in integr.*
reſt.min.declarant Bar.& alij cum eo in d.§.il-
lud,& Iaſ.in d.§.ſi quis ſeruos, & allegat Iaſ.
tex.in l.inſulam §.1. ff. loc. & declarat additio
*ad gloſam fin.in d.§.loca Inſt. de verb.oblig.*vbi
dicit quòd in contractibus bonæ ſidei, vel etiam
ſtricti iuris habentibus naturam bonæ ſidei im-
poſſibilis promiſſio non vitiat per *tex.in d. l. in-*
ſulam,& in d. §. ſi quis ſeruos . At conditiones
adiectæ per donatorem fuerunt circa accidenta-
lia donationis quibus feuda maſculina præten-
debat facere,& excludere fœminas, quòd ſi ſim-
pliciter donaſſet prouti ipſe poſſidebat pro ma-
ſculis,& fœminis , rectè proceſſiſſet donatio , &
non fuiſſet impoſſibilis,nec difficilis promiſſio.

Alia ratione prædicta impoſſibilitas reijcitur ,
quia vbi impoſſibilitas earum rerum,quæ dedu-
cuntur in ſtipulationem prouenit ex culpa † &
facto promiſſoris vtique hoc caſu indiſtinctè de-
betur æſtimatio *ex Bar. ſententia communi om-*
nium ore recepta in l.multum intereſt , in fine ff.
de verb.oblig.& hoc in ſpecie decidit ille tex. ſi
benè inſpiciatur : nam facit differentiam , an res
quæ deducitur in ſtipulationem non poſſit ha-
beri propter culpam ſtipulatoris , vel propter
culpam promiſſoris ; nam ſi propter culpam ſti-
pulatoris , quia non eſt capax . inquit Iureconſ.
inutilem eſſe ſtipulationem . Sed ſi ex culpa
promiſſoris inquit ibi,ſi quis promittat, cuius cõ
mercium non habet , ipſi nocere non mihi . At
donator ſi ſimpliciter donaſſet feuda , & non al-
teraſſet eorum naturam,vt dictum eſt, certum
eſt , quòd commercium habebat : quia donabat
ſilio primò genito,& contemplatione matrimo-
nij,& oculis clauſis (vt aiunt) hiſce donationi-
bus quando ſimpliciter , & abſque fraude pro-
cedunt Proreges aſſentiunt:ſed quia in caſu præ-
25 ſenti adiecit conditiones alterantes † feudorum
naturam , & mutantes inueſtituræ tenorem eius
culpa factum eſt . quòd fuerit denegatus aſſen-
ſus meritò ad æſtimationem tenetur .

Item vbi quis tenetur ad dandum , & conſi-
gnandum rem,vel ſpeciem aliquam , & redditur
26 impoſſibilis eius † præſtatio eo caſu deuenitur
ad æſtimationem *ex deciſ.ſi ſeruum §. fin vbi id*
notant glo.Bar.& communiter doct. ff. de verb.
oblig.explicat,& declarat optimè Curt.Iun.in
l.vn.C de ſent.quæ pro eo , quòd intereſt profer.
num. 60. vbi facit differentiam inter obligationẽ
faciendi , & obligationem dandi, & eleganti , ac
erudita theorica tandem ad propoſitum conclu-
dit,quòd vbi quis ſe obligauit tradere : ſi habet
facultatem tradendi poteſt præcisè cogi iuxta
not,in *l.1 ff de act.empti*: ſed ſi non habet facul-
tatem tradendi lex noluit illum obligare ad im-
poſſibile,ſicut dicimus in obligationibus dandi ,
quia quando dari non poteſt deuenitur ad æſti-
mationem ; per *deciſ. d. l. ſi ſeruum §.fin.cum*
gloſa, & hanc Curtij theoricam valde commen-
dat,& ſequitur *Riminal.in rep. §. primę inſt. de*
donat.num 49.

Rurſus tenetur non modò ad æſtimationem .
Sed ad totale intereſſe donator,quia ipſe promi-
ſit impetrare aſſenſum,quo caſu licèt vera ſit do-
ctrina *Andr.in d.ca.Imperialis §. commercium*
*num.8.*ſuprà citata : quòd talis promiſſio non
tenet, tamen idem Andr. limitat non habere lo-
cum ſi ille,qui promiſit eſſet Conſiliarius Re-
27 gis † Familiaris, Comes,vel Marchio, cuius pre-
ces veriſimile ſit Regem admittere ; nam tunc
non impetrando dicitur dolosè ſe geſſiſſe , &
contrahentes decepiſſe,& hanc limitationem ſe-
quuntur omnes ibi *Aff. Andr & alij*,& nos ſu-
mus in caſus limitationis, quia donator,qui pro-
miſit aſſenſum obtinere erat Regius Generalis
Theſaurarius Regni , & de Conſilio Collaterali
ſuæ Maieſtatis ideò de dolo actione tenetur, &
ad totale intereſſe .

Sed dato,& non conceſſo, quòd hæc aſſenſus
impetratio eſſet impoſſibilis , adhuc tenetur ad
æſtimationem, quia ſua culpa id euenit , donauit
28 enim alia † lege,quam ipſe poſſideret,alterauit ,
(inquam) naturam feudi,& inueſtituræ tenorẽ,
quæ cum vniformiter ſit in Regno noſtro pro
maſculis,& fœminis, ſexus,& ætatis prærogatiua
ſeruata : vtique donando ipſe pro maſculis tan-
tum fœminis pœnitus excluſis,non eſt dubium ,
quòd alia lege donauit, ac dedit, quam poſſide-
ret,quòd facere non potuit ex expreſſa *tex.deci.*
in c.1.§.profectò de lege corrad. & dando alia le-
ge dicitur eſſe in dolo , & in fraudem facere ſe-
cundùm *gloſ in rubr.de alien.feu fac.in fine* , &
non ob id vitiatur donatio,& diſpoſitio:ſed reij-
citur inutilis conditio,& remanet in cæteris con-
tractus validus doctrina eſt . *Andr. in proprijs*
terminis in d. §.profectò loquens in feudatario

poſſidente pro ſe, & filijs maſculis, quòd ſi alteri
dederit pro maſculis, & fœminis non tenebit
quoad fœminas: ſed quoad maſculos tantum,
quia quòad fœminas eſſet alterare naturam, &
alia lege dare, idemque tenet, & firmat in *cap. im
perialem §. præterea ducatus col. 2. num. 36. &
in cap. 1. de alien. feudi, & de feu. dato inuicem l.
commiſſ. num. 2. circa finem*; quibus in locis ſem-
29 per concludit quòd inutilis † adiectio reijcitur
& remanet vtilis, & vtile propter inutile in caſu
prædicto non vitiatur. Sed ſeparatur, & eum
ſequitur *Affl. in d. §. profectò & Lipar. in verba
alienatione feudi, Curt. iun. in tract. feud. in 2.
par. in 6. q. & eſt communis opinio omnium do-
ctorum in l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. oblig. vbi
Crot. in rep. n. 5. & ſeq & ibi Alc. & Iaſ. abun.
dè, & in proprijs terminis Aquilin. ibi. num. 32.
vbi alios citat, optimè Aret. in d l. continuus §.
illud num. 14. ex doctr. Baldi in tit. hic finit. lex.*
dicentis, quòd ſi in contractibus bonæ fidei adij-
citur ſtipulatio licèt ipſa vitietur propter impoſ-
ſibilitatem, orietur tam actio ex contractu bonæ
fidei, quoniam vtile per inutile non vitiatur.
quia eſt ſeparabile, & omnes concedunt hoc in
*cap. vtile de reg. iur. lib 6 & Io. Andr. & alij in
cap. ſi confirmationem in finalibus verbis de
elect. lib 6* & facit puntualis etiam *deciſio Baldi
in cap. 1. num 19. de his qui feu. dar. poſſ* (inquit
enim) quòd ſi Conſuetudo eſt, quòd prælatus
concedat feudum pro maſculis, & ipſe concedat
pro maſculis, & fœminis, non valebit quòad fœ-
minas: ſed remanebit valida quòad maſculos,
quia eſt ſecundùm leges, & hoc idem tenet *Ca-
net. in repet. cap. volentes pag. mihi 10 num. 24.
& Petrus Gregor in 3. par. ſui oper. q 6. num. 4.
& q. n num 9. vbi allegat Bal. in conſ 215. 2. vol.*
dicentem quòd ſi feudatarius renunciauerit, ſiue
reſutauerit feudum in perſonam ſucceſſoris, ad
hoc, vt mutet, ſeu alteret naturam, & formã con-
ceſſionis, puta de maſculis, & fœminis (vt eſt ca-
ſus noſter) ad maſculos tantum, non nocebit ta-
lis renunciatio, & non reſutatur niſi ipſi reſutan-
ti, & hanc eſſe veram opinionem teſtatur *Aqui-
linus vbi ſuprà d. num. 32.* & ſunt iſtę puntuales
deciſiones huius cauſæ, quæ non habent contra-
dictorem.

Nec deciſio *Affl. 295.* opitulatur, quia non
30 conſtat quòd donator † fecerit omne poſſe ſuũ,
& adhibuerit omnem diligentiam pro obtinen-
do aſſenſu. quòd ſi diligentiam adhibuiſſent
ſtante eius qualitate, & meritis vtique aſſenſum
obtinuiſſet, & gratiam conſequutus fuiſſet, vt
alij conſequuti fuerunt, quòd Dominus Loffre-
dus Regens collateralis Conſ. cuius ſucceſſores
fuerunt, & ſunt hodie Marchiones triuici, & no-
uiſſimè Illuſtriſſ. Card. Pinel. qui emit ſtatum Ci-
uitæ Sancti Angeli in perſonam domini Paridis
eius nepotis, & ſupplicauit ſuæ Maieſtati, & ob-
tinuit, vt in eo ſtatu ſuccedant maſculi, & defi-
ciente linea maſculina Paridis ſuccedant maſcu-
li proximiores de linea collaterali, quare quòd
alijs ſolitum eſt concedi non poteſt dici difficile,
& potuiſſet ipſe etiam obtinere.

31 Præterea deciſ. Affl. non eſt vndique † tuta
habet enim ſuas limitationes, & cæteruam doct.
numero pondere, & menſura grauiſſimorum, qui
dicunt contrariam eſſe magis veram, & magis cõ
munem: ſed nolo diſcedere ab authoritate, & de-
ciſione Sacri Conſ. tamen illa non procedit vbi
conſtat de voluntate contrahentium, quòd vol-
uerunt ſe omnino obligare ad intereſſe, & dici-
tur conſtare vbi quis promittit euictionem, ſol-
uere de proprio, & conſeruare indemnem ſtipu-
latorem, vt tenet *Aret. in l. ſi ita ſtipulatus la 3.
§. poſſum ff. de verb. oblig. Soc. conſ. 288. 2. vol.
cum conſilio 185. & 189. Dec. Conſ. 325. 345. 213.
423. 401. & optimè in l. impoſſibilium ff. de reg.
iur. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta in prin ff. de verb.
oblig. Bertr. conſ. 69 vol. 1. Gozad. in conſ. 27 Pa-
rie in conſ. 110. vol. 1. & teſtatur Cagnol. in d. l.
impoſſibilium* ita ſæpius vidiſſe iudicatum in ar-
duis cauſis, & allegat *Fulgoſ. in conſ. 160. Alex. in
conſ. 127. vol. 5.* & alios, & nos ſumus in caſu hu-
ius limitationis, quia donator iteratis cautelis, &
iureiurando ſe obligauit ad euictionem donatio-
nis in ampla forma.

32 Nec alia conditio, quòd bona † donata non poſ-
ſint confiſcari ob crimen læſæ diuinæ, vel huma-
næ Maieſtatis eſt alicuius conſiderationis, quia ſi
inutilis conditio reijcitur, à fortiori turpiſſima vt
eſt iſta quæ inuitaret ad delinquendum: eſt ve-
riſſima doctrina *Baldi in l. 1. in 2. lect. num. 43. ff.
de rer. diuiſ. ſequitur Iacob. in ſua inueſt. in ver-
bo, qui quidem vaſſalli num. 71. & annuit Spe-
cul. in tit. de donat. num. 5. & ibi Io. Andr.* quia
feudatarij non debent inuitari ad delinquendum
*idemque Bal. & poſt eum omnes in cap. 1. de
feudo guardie, Curt. Iun. in 1. par. in 7. q. princi-
pali, num. 5. qui dicit ita tenere etiam Mart.
laud. in cap. 1. in prin. 5. col de his qui feu. dar.
poſſ.* omnes enim reprobant pactum, quod ob
felloniam feudum non poſſit confiſcari.

Neque clauſula, non aliter, nec alio modo,
quemquam mouere debet ſiquidem non eſt ve-
rum, quòd reſoluat contractum ex defectu vo-
luntatis. Nam *Bal. in d. cap. 1. §. fin. quæ fuit
prima cauſ. benef. amitt.* non affirmatiuè, ſed du-
bitatiuè illam tenet opinionem per verbum for-
tè, & *Alex. in d. conſ.* neque eſt verum, quòd ſe-
quatur opinionem prædictam Baldi; quinimmò
dicit ſe dubitare, & quòd non ponit illam pro
conſtanti, & *Natta in addit. ad Alex.* refert, &
*Iaſonem tenere contrariam opinionem, in rubr.
ff. ſol matr.* Præterea idemmet Baldus more ſoli-
to parum ſibi conſtans, in *l. vn. C. de his, quæ pæn.
nom. num. 56.* non per verbum fortè: ſed affirma
tiuè contrariam firmat opinionem dicens talem
33 proteſtationem † non aliter, nec alio modo nihil
reuelare nec excuſare proteſtantem, quia quan-
do eſt de facto cogitatum huiuſmodi proteſta-
tio nullius momenti eſt, per *tex. in l. iubemus. 6.
ſanè. C. de Sacroſ. Eccleſ. & confirmat Affl. in
d. cap. imperialem in 13. not. num. 39. vbi allegat
Paul. de Caſtro in l. emptorem, §. idemque ff. de
act. empt.* ſecundùm cuius opinionem refert fuiſ-
ſe deciſum in Sac. Conſ. & limitant omnes doct.
non habere locum dictam clauſulam, etiam vbi
prodeſſe poſſet quando tenderet ad lædendum,
& circumueniendum alteram partem, vt in caſu
præſenti, & infra dicetur tunc enim in proprijs
termi-

terminis firmat ipſemet *Bal. in cap. 1 §. hoc quoque num. 19. de ſucceſſ. feudi*; nullius eſſe efficaciæ, & virtutis, quia iſtæ fictæ, & ſimulatæ proteſtationes, magis augent ſuſpitionem, & fraudem per *l. ſi libertus. ff. de iur. patr. & Baldum ſequitur Aluar. in d. cap. imperialem in princ. num. 15. Iacob. in d. inueſt. & verbo ſuprà citato, nu. 26. Cepolla in d. caut. 22. Curt. ſen. in d. conſ. 8. Afflict. in d.c. imperialem in 24. q. num. 25. Dec. in conſ. 159. num. 4. optimè Zabolus de canitellis in conſ. vltimo inter conſ. Ancarani num. 14* vbi ſunt ſubſcriptiones plurimorum, & magis præſtantium Iuris interpretum, & eſt tandem de mẽte *Andreæ in d. ca. imperialem in prin. in addit. num. 11.* quo loci verba captioſa in quibus poteſt latere fraus damnat, & optima ratione ne illaqueantur, & decipiantur contrahentes, & tandem contra opin. *Bal. in d. c. 1. § fin.* fuit in ſpecie deciſum in Sacro Conſ. teſte *Grammatico in deciſ. 49.* Et hæc opinio, quòd non proſit iſta clauſula, nec reſoluat contractum ex defectu voluntatis, tenet caterua doctorum, quos coaceruat *Bertazz. in d. clauſ. 14 gloſa 6.* & eſt communis opinio, vt ibi habetur.

Nec Camer. dicit hanc clauſulam prodeſſe
34 † nè debeatur æſtimatio; ſed remittit ingenio, & iudicio ſtudioſorum conſiderandum, an illa verba veniant ad reiectionem conditionis, quæ venit ad tollendum ſubſtantiam actus, vel conditionis, quæ non venit pro ſubſtantia actus, referens ſe ad *Papienſes in d. §. conſtat in 3. col. hoc Camer.* At in caſu præſenti conſilio, vt ſuperius oſtenſum eſt non eſt circa ſubſtantiam actus, ſed ſeparatur ab ipſa ſubſtantia tanquam inutilis, & remanet valida diſpoſitio in cæteris, ergo Camerarius non obſtat.

35 Minus prodeſt dicere, quòd donatarij † receperunt, & acceptauerunt donationem cum prædictis conditionibus, nam ſi verum eſt, quòd in contractibus bonæ fidei, & ex cauſa oneroſa cõditiones prædictæ tanquam inutiles reijciuntur, vt ſuprà fundatum eſt, ergo corruit hoc fundamentum.

Sed ex alio non tenet, quia ſupradicta donatio non fuit ſtipulata cum filio primò genito: ſed cum Nuru, & eius Balio in Regno Siciliæ, qui nolebant aliter matrimonium contrahere ideò, neceſſarium fuit mittere nuncium, & procuratorem particularem, qui ſtipulatus fuit nomine, donatoris prædictam donationem, qui cum eſſent penitus exteri, & magnantes, & de illa familia, inter proceres ſiquidem nõ præſumitur captio & dolus, ſed bonæ fidei exhuberantia veriſimiliter crediderunt, quòd donator poſſideret feuda pro maſculis tantum, prout donabat ſequuti fidem tanti viri, vt erat donator, & non credentes, quòd alia lege, quàm poſſideret, donaret, & quòd eſſet fraus, & deceptio aliqua in illa donatione. Nam cum poſſidere pro maſculis tantum vel pro maſculis, & fœminis pendeat ex lectura, & tenore inueſtituræ, quæ non eſt lex generalis, quæ potuerit ad eorum notitiam per-
36 uenire, ſed lex & gratia † particularis, quæ conſeruatur per feudatarium in eius ſcrinio vtique probabilem habuerunt cauſam credendi, quòd ea lege gratiam, & inueſtituram obtinuerit à Rege pro maſculis: ſicut ipſe donabat, nam ſi aliter credidiſſent, vel certiorati fuiſſent, quòd inueſtitura erat, ſecundùm communem formam pro filijs maſculis, & fœminis vtique nõ contraxiſſent matrimonium niſi donatio reformaretur, & non poſſet de eius validitate in futurum controuerti, & tenebatur donator certiorare, qui vſus fuit cautela non aliter, nec alio modo, in qua erat captioſita tenet *Aret. in d. l. multum intereſt n. 4.* vbi concludit, quòd ſi quis promittit rem quæ non eſt in eius commercio, non eſt quid poſſit imputari ſtipulatori, cur conſentit, & ſtipulatus fuit rem, quæ non erat in commercio promiſſoris, quando probabiliter ignorare poterat ſtipulator (puta) quia erat forenſis à fortiori exterus alterius Regni *l. fin ff. de decr. ab ord. fac. & quòd ibi not. plene Bar. & alij in l. 1. C. de ſum-*
37 *ma trin. & fide cath.* hinc eſt quòd † pro dolo expreſſo non datur actio, quia iam partes certioratæ ſcientes, & prudentes contraxerunt, & non fit illis iniuria, ſed vbi dolus eſt velatus partes agere poſſunt per tex. notab. & ibi *Bar. in l. non debet in fine, ff de dolo. quem ad idem citat, & inducit etiam Aret. in d. l. continuus §. illud,* dicens, quòd vbi verba ſunt velata, quia non exprimitur impoſſibilitas, ſubſtinetur contractus, vt ibi eleganter per eum, & facit *tex. optimus in l. ſi quis ſub conditione ff. de cond. inſt.* vbi conditio adiecta per teſtatorem, quòd hæredes caueant de ſoluendo legata per ipſum relicta reijcitur, quia poteſt continere fraudem latentem; poſſet enim teſtator relinquere incapacibus, & remanerent hæredes illaqueati ſi cauiſſent quare verba, & cautelæ captioſæ non admittuntur, & non cer-
38 tiorando † donator, difficultates, quæ ex his donationibus cum prædictis conditionibus oriri poterant dicitur eſſe in culpa per *tex. in l. quæritur 14. §. remittentibus ff. de edil. edic.* ibi, niſi ſciens venditor morbum conſultò reticuit per quem *tex. gloſa communiter recepta in l. pacisſcẽ 31. ff. de pactis,* tenet venditorem eſſe obligatum exprimere, & declarare defectus emptori ignotos, alias emptori ſuccurritur per *tex. in l. 1. §. fin ff. de act. empti. l. quæro, & l. quæritur ff. de ed. edi. & facit tex. in d. l. 1. §. fin.* ibi ſcire venditorem & celare ſic accipimus, non ſolum ſi non admonuit, etc. ergo tenetur admonere, & certiorare, & ibi Bar. firmat concluſionem communi voto receptam, quòd qui celat qualitatem ob quam rei conditio fit deterior tenebitur ad intereſſe, quia præſumitur dolo verſatus. nam potuiſſet pars de rei veritate certiorata ſe à contractu retrahere, vt egregiè tenet, & ſequitur *Beroius in conſ. 177. vol. 1. num. 41. cum ſeq. & tandem in proprijs terminis has clauſulas, & verba captioſa damnat Iſern. in cap. Imperialem in princip. in addit. num. 11.*

Hæc cauſa acri pugna inter patrem, & filium primogenitum multis annis controuerſa, diuerſis ipſarum partium impedimentis finem accipere non potuit ita vt defatigato ferè Sac. Conſ. finem prius acceperit vita ipſius primò geniti, quàm cauſa ipſa, quo patre præmortuo, illinc ad aliquos annos deceſſit, & pater ipſe donator, in-

ſtituto hærede filio ſecundogenito, adimendo nepoti, filio primogeniti, qui ſucceſſurus erat io feudalibus, quicquid potuit, onerando feuda. noua: ſed inſtante poſtmodom eodem nepote pro deciſione cauſę aduerſus patruum hæredem inſtitutum, & cum eſſet cauſa in limine expeditionis, & patefacta iura coram Conſiliarijs duarum aularum, viſis ſcopulis hinc inde, auditiſq; difficultatibus. ac rationibus, ſe partes concordauerunt, & tandem æſtimationem in effectu,
39 & † alia, quæ per ſententiam obtinere ſperabat primogeniti filius, qui cauſæ expeditionem vehemeoter affectabat, conſequutus fuit à patruo hærede inſtituto per viam concordiæ, & tranſactionis, & fuit extincta tam annoſa, & tedioſa lis, & renouata pax, & beneuolentia inter perſonas tanta conſanguinitate coniunctas, & tam benemeritas,& genere, & dignitate nobiliſſimas, & Illuſtres.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *A Eſtimatio an debeatur pro re donata, qua ex defectu aſſenſus præſtari non poteſt, cum ampliat. num. 2. vſque ad finem.*

1 IVxta caſum deciſionis venit materia ſi debeatur æſtimatio pro re donata, &c. & in terminis ipſius *Cardin. Mantica de coniecturis vltim. voluntat. lib. 9. tit. 11. cart. 417.* qui articulum diligenter examinat, & intrepide æſtimationem deberi affirmat, & in feudo donato contemplatione matrimonij, quod ex def ctu aſſenſus oon potuit deducere effectū, *Regens de Curte in diuerſ. iur. feudor. §. multoties concedens num. 48. & copioſe refert deciſum Thor omnino videndus compend. deciſ. verbo æſtimatio fol. 26. in prima parte, & vide Annam in alleg. 125. num 24. vbi per S. C.* fuit reiecta ſua opinio, & iudicatum æſtimationem deberi, vt ego in meis addit. ad eum poſui, & io 145. & facit in *conſtitutione conſtit. diuæ memoriæ ſub num. 147. verſ. & ſic videtur, & Guido Papa deciſ. 145. vt pariter author noſter in deciſ. 36.* infra diſertiſſimè licet vota fuerint tranſmiſſa ad ſuam Maieſtatem ob paritatem in cauſa D. Martini de Leyua cum Ill. Principe Aſculi, in qua omnia tribunalia vnita votarunt, & ibi meminit de deciſ. quam ipſe *Thor.* allegato loco cumulat, & vide deberi etiam æſtima-
2 tione † pro feudo promiſſo virtute albarani alicui à Barone attentis ſeruitijs, ſi feudum dari nequit ex defectu aſſenſus, vt refert deciſum in S. C. *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. 12. differ. & Petrus Garzia deciſ. 60. & optime ſcripſit Anna allegat. 125. & 126. vt ibi cumulaui, & in alleg. 140. num. 2.* qui refert, quod in hoc caſu conuentus non fuit condemnatus ad valorem feudi, ſed tantum ad certam ſummam compenſando, & æſtimando ſeruitia, & qua nam occaſione erat facta promiſſio in caſtri valore, vt *Reg. de Ponte conſ. 86. num. 37. & conſ. 147. num. 28. vol. 2. & vide Ricc. collect. deciſ. 888. Lanarius conſ. 80. col. 1. idem de Ponte conſ. 88. num. 51. ibi quid in feudo legato, & in rubr. de ſucceſſ. feudor. lect. 11. num. 58. licet Anna filius in addit. ad rubric. de vaſſall. decrepit. ætate ſub num. 139. & 179.* dicit bis fuit iudicatum contrarium, & cum hac opinione conſulendo pertranſierunt *Lanarius idē conſ 80. & Anna filius conſ. 87. & idem de Ponte in tract tit 6 §. 2. per totum num. 10. & ponit deciſ. factam per Reg. Cam. & S. C. in d. lect. 11. num. 38. Molfeſ. ad conſ. p. 29. 7. Ricc. coll. 1315. Amatus conſ. 7. num. 34. & conſ. 8. num. 25.* & vide de pluribus pro huius deciſionis materia per *Thor. in p. p. compendij verbo æſtimatio*, & termini extant æſtimationem deberi rei eius, quod dari nō poteſt, vt *Afflict. deciſ. 347. num. 2. & 3. Bolognett. in l. virum num. 48. ff. ſi cert. petat. & Caualc. deciſ. Fuizz 26. num. 4. libro 1. & de ead. tract. faciunt deciſ. D. Auth. infra 36. cum larga addit. noſtra.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Exulatus à propria patria, an cenſeatur exulatus ab eius territorio, & diſtrictu.

S V M M A R I V M.

1 *F Orma ſententia in infligenda pœna exilij.*
2 *Vrbs, ſiue Ciuitas ex continentibus ædificijs concluditur.*
3 *Extenſio non fit in pœnalibus, nec receditur à proprietate verborum.*
4 *Clauſula addita in præcedentibus cenſetur repetita in ſequentibus vnica oratione comprehenſis.*
5 *Territorium, ac diſtrictus patriæ ex generali conſuetudine veniunt appellatione patria.*
6 *Communis vſus loquendi attenditur quoties proprius ſenſus verborum contineret iniquitatem.*
7 *Scholares habitantes extra muros gaudent priuilegio in habitantium Ciuitatem, ſecus ſi in aliqua Abbatia, vel Eccleſia longè à ſuburbijs, vt fecit Bart. qui ſtuduit in Eccleſia Sancti Victoris extra Bononiam, & num 8.*
9 *Patria eſt verbum largius, & plus continens, quàm verbum Ciuitas, & ſui appellatio-*

ne

Digitized by Google

*ne continet etiam territorium, & diſtri-
ctum.*
10 *Extenſio in pœnalibus regulariter fit vbi
alias ſententia redderetur eluſoria.*
11 *Reipublica intereſt delicta puniri, & eius fa-
uore, ne delicta remaneant impunita fit ex-
tenſio.*
12 *Extenſio fit in pœnalibus à maioritate ratio-
nis, & ob abſurditatem vitandam.*
13 *Deciſio Sacri Conſilij, vt interdicta propria
Patria ob exilium cenſeantur quoque eſſe
interdictum eius territorium, & diſtri-
ctus.*

DECISIO XXIII.

PER Sacrum Conſi-
lium me referēte fuit
reformatum decretū
Magnæ Curiæ Vica-
riæ, quo Franciſcus
Antonius Biſāticcius
fuerat relegatus ad
Inſulam declarandā
per Illuſtriſſimum
Proregem per decē-
nium, & fuit inflicta
pœna exilij quinquennalis, ac formata ſententia
1 † in forma, quòd exulet à Ciuitate Neap. Terri-
torio, & diſtrictu, & à locis reſidentiæ Illuſtriſſi-
mi Proregis, & à propria Patria die 28. Iulij 1603.
Dicebat Inquiſitus, quòd poſtquam per ſenten-
tiam Sacri Conſilij: non erat ſibi interdicta, niſi
tantum Patria, poterat in territorio, & diſtrictu
propriæ patriæ non interdictis parere ſententiæ,
& commorando extra mœnia propriæ patriæ exi-
lio ſatisfacere, & ita inſtetit declarari in Sacro
Conſilio poſt latam ſententiam, & tranſactam in
rem iudicatam, & hoc per *tex. in l. 2. ff. de verb.*
2 *ſignif* vbi continentibus ædificijs, Vrbs, ſeu † Ci-
uitas finitur, & quòd ibi dicitur de vrbe, intelligi-
tur de qualibet Ciuitate, Caſtro, vel Villa, *vt ibi
per Veron. & Alb. & alior DD. & teſte Al-
phe m. Vrbs eſt Roma, quæ muris cingitur l. vt
Alphen. 87. ff. eod. iuncta l. qui in continentibus
147. & l. ædificia 139. ff. eod. & in pœnalibus*
3 *non fit extenſio ex reg. Tex. cum ſua materia
in c. odia de reg. iur. lib. 6. & non debemus rece-
dere à proprietate verborum l. 1. §. ſi is, qui na-
uem ff. de exerc. act. & l. non aliter, ff. de leg. 3.*
& ſententia poſtquam eſt publicata, non poteſt
impropriari, & ampliari, præſertim in criminali-
bus, & in perniciem inquiſitorum, pro quibus in
dubio fit benigna interpretatio *arg. l. non puto ff.
de iur. fiſci, & videbatur punctualis deciſio Io.
And. in c. felicis de pen. lib. 6. num. 13.* vbi tenet
quòd prohibitus in vrbe morare poterit manere
in pomerio, vel villis vrbis ſubiecti, *l. moris §. 1.
ff de pœn. l. relegator. §. conſtitutum, & §. ſoles ff.
de interd. & releg. l. 3 ff. de Senat. & l. cui pacto,
ff de ſeru. export.*

Contrarium tamen cēſuit Sacrum Conſilium
quia, & ſi non eſt dictum in ſententia, quòd exul
permaneat à propria patria, territorio, & diſtri-
ctu, ſed ſolum à propria patria, clauſula illa ſu-
perius addita à Ciuitate Neap. Territorio, & di-
4 ſtrictu, cenſetur † repetita etiam à propria patria,
& à locis reſidentiæ Illuſtriſſimi Proregis, quia
vnica oratione, & vnico conceptu verborum ex-
primuntur loca interdicta, & ſic territorium, &
diſtrictus cenſetur in omnibus interdictum, &
ex conſuetudine, & more, ac mente Sacr. Conſil.
vbi prohibetur propria patria cenſetur prohibi-
tum territorium, & diſtrictus, quia ex conſuetu-
6 dine † veniunt appellatione patriæ, vt in ſpecie
conſiderauit *tex. d. l. Alphenus*, ibi Romam, nō
muro tenus exiſtimaui ex conſuetudine quotidia-
na poſſe intelligi, cùm diceremus Romam nos
ire, etiam ſi extra vrbem habitaremus, *& dicit
Ale. in d. l. nu. 3.* quòd cum Iureconſ. conſuetu-
dinem loquendi in teſtimonium adducat, appa-
ret hinc ſecundum proprietatis originem, & iam
in pœnalibus, & odioſis receptum eſſe, & in diſ-
poſitionibus peritorum eorum vſus attenditur,
allegat *Bal. in c. 1. de iuram. fidel.* Sed voluit al-
legare *in c. 1. in priu. de noua form. fidel. n. 3 & 4
Dixit Bart. in l. non dubium num. 10 & 11 C. de
legib.* quòd licet regulariter debeamus ſtare pro-
priæ ſignificationi verborum *d. l. 1. §. ſi is qui na-
6 uem. & d. l. non aliter*, tamen † ſecus eſſet, ſi
ſenſus proprius continet iniquitatem, & ſi aliter
eſſet communis vſus loquendi, qui dicitur eſſe
mens ipſius, & præcipuus, qui attendi debet, *l. li-
brorum §. quod autem Caſſius, & ibi gloſ. &
Bart. ff. de leg 3. Capolla in d. l vt Alphenus*, qui
ſubdit num. 2. quòd tex. prædictus in verbo con-
ſuetudine, debet intelligi, etiam de conſuetudine
loquendi, qua attenta illi dicuntur habitare in
Ciuitate, vel Vrbe, & è contra qui habitant extra
muros, & ponit ibi exempla inferens, quòd ſcho-
7 lares, qui ſunt extra † muros Ciuitatis Bononiæ,
ſi ſtudeant gaudeant priuilegio ſcholarium, qui
dicuntur eſſe in Bononia, quòd firmauit etiam
in *l. eum qui vectigal ff. eod num 15.* ſecus ſi ſtu-
deret in Caſtris per *gloſ. in princ. decret. in verbo
commorantibus*, & idem ſi ſtuderent in aliqua
Eccleſia, vel Abbatia extra ſuburbia diſtante à
8 Ciuitate, *vt fecit † Bartol. qui ſtuduit in Eccleſia
Sancti Victoris extra portam Sanctæ Mammæ
de Bononia. Nam ipſe non debebat tunc potiri
priuilegio ſcholarium, quia diſtat dicta Eccleſia
tribus miliaribus.*

Præterea licèt Ciuitas, & patria in effectu idem
ſint, vt dicit *Bart. & Veron. ac Alc. in d. l. 2.
de verb. ſignif. per tex. in l. vn. C. ſi Curial. rel.
ciu. rus habit. mal. lib. 10* tamen in effectu ver-
9 bum † patria latius eſt, & plus continet, quàm
Ciuitas, & ideo comprehendit etiam territo-
rium, & diſtrictum, & continentia ædificia,
*l. vxorem §. legauerat ff. de leg. 3. & l. 3. C de na-
turalib. lib. 10. & optimè declarat Bart. vbi
ſupà num 2. & Bal. in auth. ſed omninò num.
35. C. ne vxor pro marito, & Ancar. in c feli-
cis num. 11. circa medium de pœn lib. 6.* quare,
& ſi non cenſerentur repetita illa verba ſententiæ
à territorio, & diſtrictu, vbi de propria patria lo-
quitur, ſufficeret interdicere propriam pattriam,

vt etiam territorium, & diſtrictum interdicta
cenſerentur.

Et licèt in pœnalibus non fit extenſio regula-
riter fallit, vbi ſententia redderetur eluſoria, &
10 † nullius momenti, quod eſſet ſi quis extra mæ-
nia propriç patriç complere poſſet per exilium,
& ibi commorari, nam non eſſet exilium, neque
pœna, ex vulgata, & validiſſima regula, *tex. in
c. ſi Ciuitas cum ſua materia de ſent. excomm.
lib. 6. & in proprÿs terminis Alciat. in d. l. 2.
de verb. ſignif. num. 1.* maximè, quia tendit ad
fauorem Reipublicæ, cuius intereſt delicta pu-
niri, & alias exilium eſſet deriſorium, quo caſu
11 † fauore Reipublicæ, ne delicta remaneant im-
punita fit extenſio, ex *Doctor Bart. frequentiori
Docto. calculo recepta in l. quemadmodum, C.
de agric. & cenſi. lib. 11. Rom. conſ. 105. Iaſ.
in l. qui ſe patris num. 56. C. vnde lib. Felyn. in
c. translato. num. extra de Conſtit. Barb.
in conſ. 48. vol. 2. Dec. conſ. 65. 72. 352. & 570.
& late Corſet. in ſingularibus ſuis in verbo ex-
tenſio lo. 3. vbi alios cogerit.*

Dicebatur etiam id à maioritate rationis con-
firmari, nam ſi in ſententia eſt interdicta Ciuitas
Neap. territorium, & diſtrictus ipſius, vbi quis
habet ſua commoda, ſua bona, ſuos lares, & aſ-
fectionem, ac amorem, iuxta illud *Virg. Dulcis
12 amor patriæ*, & in † pænalibus à maioritate
rationis fit extenſio, & ratione abſurditatis vitan-
dæ, *auth. quas actiones, vbi Bart. & alÿ com-
muni calculo, C. de Sacroſ. Eccleſ. l. præcipimus
in fine, C. de appell. l. ſancimus, C. de teſtam.
& Bart. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1.* & eſt vera
opinio, & eſſet res valdè abſurda, quod exteri,
dico eos, qui non ſunt Ciues Neapolitani, ſed
exempli gratia Calabri, Aprutini, vel Appuli, aut
ex alÿs Prouincijs Regni, & nihil commune ha-
bent cum Ciuitate Neapolitana, exulent ab hac
Ciuitate territorio, & diſtrictu, & à propria pa-
tria, & à locis reſidentiæ Illuſtriſſimi Proregis,
cui maior reuerentia debetur, ſolummodò quá-
tum mænia circuunt, ex quo illa verba in ſpecie
non ſunt repetita à propria patria, territorio, &
13 diſtrictu? & † ideo iudicauimus tam à propria
patria, quam eius territorio, & diſtrictu exilium
cenſeri tam dictum die 13. Octobris 1603. apud
Secretarium Sacri Conſ. Actuarius cauſæ Fabri-
tius Romanus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *EXulatus à propria patria an cenſeantur
à territorio, & diſtrictu exulatus, &
quid in exulato à Ciuitate cum deciſ. Coll.
Conſilÿ.*

2 *Ciuitate prohibita non cenſentur prohibita
ſuburbia, prout è contra patria prohibi-
ta.*

3 *Terra conceſſa, quæ veniant.*

4 *Diſtrictus à territorio in quo differant.*

5 *Bannitus à territorio, & diſtrictu an cen-
ſeatur bannitus à mari ibi adiacenti.*

6 *Bannitus vt incurrat in pænam banni, de-
bet eſſe captus in loco prohibito.*

7 *Exulatus ab aliquo loco, poteſt per illum
locum iter facere.*

8 *Patria prohibitionis materia enuntiatur re-
miſſiuè,*

1 QVod exulatus à propria patria cen-
ſeatur etiam à diſtrictu, & territo-
rio exulatus, vt ait deciſum D. Auth.
licet non fuerit dictum etiam à terri-
torio, & diſtrictu reaſſumit *Thor.
2. par. compend. deciſ. Neap. verbo exulatur*,
qui tamen in prima parte verbo ſuburbia refert
cuidam non fuiſſe prohibita ſuburbia, dum fuit
conceſſum guidaticum, vt non accederet ad Ci-
uitatem Neapolis, in controuerſo articulo per
2 M. C. vt ipſe cumulat, † & ſic prohibita Ciuitate
non cenſeri prohibita ſuburbia, prout prohibi-
ta patria, per ea, quæ ipſe D. Author, & fuit de-
ciſum in Collaterali Conſilio patrocinante D.
Genitore meo in cauſa Vincentij Magliuli de
Turri Octaua, vt patet in banca Groſſi Scriba
Cataranus, ad confirmationem decreti M. C.
3 cum duabus Aulis S. C. & ſic audiui deciſum in
cauſa Andreæ de Atterſana inquiſiti de ictu ſco-
pitti in perſonam Ioſeph de Rugerio de anno
1616. referente D. Iudice Maſtrillo hodie fiſci
patrono meritiſſimo, vt refert cum omnibus ad
materiam in quæſtione ipſa, ſi guidaticum con-
ceſſum alicui ſub prohibitione, quod non accedat
ad Ciuitatẽ, ſuff. ageretur, dũ fuit captus extra mę-
nia ciuitatis, ſm amicũ meum *Nouar. q. forenſ.
130. per totam*, & vide quid dicendum cum ali-
cui fuit conceſſa terra cum ſuis pertinentijs, an
veniant omnia etiam ſuburbia, & caſalia, per
*Capibl. de Baronibus pragm. 8 par. 2. num. 3.
4 & 5.* & quid † differat diſtrictus à territorio
num. 15. Sed an bannitus à territorio, & diſtri-
ctu alicuius Ciuitatis cenſeatur bannitus à mari
adiacente ipſi Ciuitati, & negat *D. Reg. Conſtan-
6 tius tit. de claſſicis num. 7.* & † dum quis fuerit
bãnitus ab aliquo loco debet eſſe captus ad hoc,
vt incurrat in pænam. *l. ſi barſatorem, C. de
fideiuſſ. Gomez in l. Thauri 45. num. 48. Clar.
quæſt. 82. Marta deciſ. 80. Ricc. deciſ. 257.
par. 2. Caualc. de bracch. Regio p. p. num. 112.
7* & † ad hoc diſcurſum aduertatur, quod exilia-
tus ab aliquo loco poteſt iter facere per illum
*Anchar. conſ. 4. Marſil. conſ. 122. num. 7. &
136. num. 16. Ceph. conſ. 204. vol. 2. Viu. deciſ.
105. Farinacc. quæſt. 107. artic. 20. num. 267.
p. 2. & Foll. in prag. de exulibus num. 45. &
Capibl. in prag. 7. num. 43. de Baronibus*, ſed
an bannitus à vaſſallo, vel eius officiali cenſea-
tur bannitus à toto territorio ſupremi Domini
à quo feudum nouetur *Theſaur. quæſt. forenſ. 10.
8 lib. 2.* de qua materia prohibitionis, & exilij pa-
triæ dixi ſupra in *deciſ. 11.* & adde alia multa
per Doctiſſimum Dominum meum Regentem
Va-

Valenzuela conſ. 36. num. 56. & ſequentibus, & vide *Giurbam omnino conſ.* 81. pro præallegatis.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Actorum magiſtro offenſo non intuitu officij: ſed ex particulari inimicitia tanquam perſona priuata, an M. C. iuxtà rituum diſpoſitionem, vel Baro, ſiue Iudex loci cognoſcat.

SVMMARIVM.

1 *Actorum magiſtri per S.C. paſſim habiti loco Officialium de quibus ſo. à M. C. cognoſcit iuxtà diſpoſitionem rituum eiuſdem M. C. contra opinionem D. Præſid. de Franch.*

2 *Magiſter actorum eſt perſona mediata actus iuriſdictionis & cognitionis, & exequutionis iuſtitiæ, & (ſicut Iudex) tenetur ſeruare ſecretum, & iurat fidelitatem in concernentibus eius officium.*

3 *Iudex ſine Actorum magiſtro eſſe non poteſt, qui ob id dicitur pars quotitatiua Iudicij.*

4 *Regina Ioanna Actuarios inter officiales numerat, item Accurſius gloſſator.*

5 *Actorum magiſtro læſo non ratione officij: ſed ex particulari inimicitia tanquam perſona priuata tunc non M. C. ſed Baro, ſiue Iudex loci cognoſcit, & ratio differentiæ aſſignatur, num. 6. 7. 8 & 9.*

8 *Diuerſum eſt offendere perſonam, vel officium.*

10 *Priuilegijs, & iuriſdictioni Baronum Regni quanto minus fieri poteſt derogandum, tamquam ſanguine eorum, vel pretiò acquiſita.*

11 *Ritus ipſimet, qui tribuunt iuriſdictionem M. C. circa Officiales declarant, & limitant circa priuatos, quorum delictum, vel offenſa non reſpicit officium.*

12 *Deciſio S. C. in cauſa Actuarij ex priuata inimicitia occiſi, & cognitione eius.*

13 *D. Iacobus de Franch. Regius Conſiliarius dignus, ac benemeritus filius D. Præſid. de Franch.*

DECISIO XXIV.

IN Magiſtro Actorum fuit alias dubitatum, an habeat locum diſpoſitio Rituum volentium de delictis Officialium ſolam Magnam Curiam cognoſcere, de quo ſcripſit elegantem deciſionem Dominus Præſes de Franchis in eius deciſ. 407. licet ille caſus non fuerit deciſus per Sac. Conſ. Tamen ipſe ibi videtur inclinare, quod Magiſter Actorum veniat propriè, & verè appellatione officialium, & proinde non compræhenditur ſub diſpoſitione dictorum Rituum, cuius ſcripta non recitabo, neque tranſcribam, quia ipſe ponit caſum, vbi Magiſter actorum deliquit in officio ipſius officij intuitu, & pro vtraque parte affert rationes, de quibus in d. deciſ & inclinat pro Barone, cui hoc caſu remiſſionem faciendam eſſe annuit tanquam perſona Magiſtri Actorum non comprahenſa in Rituum prædictorum diſpoſi-
1 tione. Sed tamen † in Sacro Conſilio ſemper paſſim, & abſque controuerſia iudicauimus etiam ipſo Præſide adhuc viuo, Magiſtros actorum eſſe comprehenſos, & venire officialium nomine, & appellatione, & proinde vbi delinquit intuitu officij, vel eſt offenſus ratione, & intuitu officij, & ſic de offenſa tàm actiuè, quàm paſſiuè remiſimus cauſam ad Magnam Curiam, etiam Barone reluctante, qui prætendebat cognitionem ad ipſum ſpectare, vbi caſus accidit, & optima ratione, nam licet non exerceat Magiſter actorum immediatè iuriſdictionem, eſt tamen officialis, & illam exercet mediatè, quia ipſe
2 eſt perſona † mediata, per quam peruenitur ad actum iuriſdictionis, & iuſtitiæ cognitionem, & exequutionem, eſt enim patrator, & conſeruator actorum, & proceſſuum, per quos fit, & perficitur iudicium, & iuſtitia miniſtratur, & ideo tenetur ſeruare ſecretum ſicut Iudex, iurat fidelitatem ſicut Iudex in concernentibus eius officium exercere quodammodo iuriſdictionem circa ordinatoria Iudicij, nam capit fideiuſſiones, obligationes exhibet partibus iuramentum reſpectu dictarum fideiuſſionum, & obligationum, recipit teſtes, quibus etiam iuramentum exhibet, obligationes ipſas, & fideiuſſiones incuſat quæ omnia ſunt actus iuriſdictionis, & in effectu ſunt pars iſtius corporis miſtici, quo mediante exercetur ipſa iuriſdictio, & iudicium perficitur, quòd ex tribus conſtare debet ſcilicet
3 actore, Reo, & Iudice, at Iudex † regulariter, & per neceſſe ſine Magiſtro Actorum eſſe non poteſt, ergo pars quotitatiua Iudicij eſt, quòd ſine actis, & proceſſu conſtare non poteſt, & eſt Magiſter actorum quodammodo depoſitarius iuſtitiæ, quam Iudices partibus miniſtrant eorum miniſterio indigentes, proinde non mirum ſi Re-
4 gina † Ioanna ipſos numerat inter officiales, vt

in d.

in d.deciſ recenſetur, vt inter officiales numerat *Accurſ.in l.1.in prin.ff.ad l.corn.de falſ.in gloſa in verbo ob renunciandum ibi: officiales puta notarius retulit iudici, &c.* quam gloſam ad id notabilem dicit, & eam ſequitur Modernus commentator Rituum Magnæ Curiæ Vicariæ *in Ritu. Item ſi contingat num. 2.* Quare optima ratione ſtatutum, & deciſum eſt abſque vllo ſcrupulo eos comprehendi ſub diſpoſitione dictorũ Rituum, & ita ſemper practicatum eſt, & obſeruatum.

Sed dubium eſt ſi magiſter actorum offendi-
5 tur ab aliquo, non intuitu officij, ſed ex † cauſa,
& inimicitia particulari non attinente ad officiũ
quòd exercent, an hoc caſu Magna Curia cogno
ſcat, vel Baro, quo caſu à fortiori faciunt, & conueniunt dicta per *Innoc.& alios in d. cap. dilectus de pœn.* & rationes adductæ per D.Præſidẽ. Nam ſi ibi delinquendò in officio dubitatum fuit, an Baro deberet cognoſcere, & inclinabatur
6 pro Barone, ergo vbi non † ratione officij offenditur à fortiori, inquam, & abſque ſcrupulo debet cognoſcere Baro non Magna Curia, dico debere cognoſcere Baronem, ſeu Iudicem illius loci, in quo eſt offenſus, Nam licet *Inn.in d.ca. dilectus*, & alij poſt eum dicant Iudicem offenſum non poſſe cognoſcere de eius offenſa, quia eſſet Iudex in cauſa propria, quòd lex improbat *l.1.C nequis in ſua cauſa* loquitur Inn. in Iudice exercente iuriſdictionem, & habente poteſtatem coercendi vere, & per ſe ipſum, & ideò ſuperior hoc caſu eſt adeũdus, & hoc credo, quod
7 conſiderauit Ritus, ſed † vbi officialis ſubalternus, vt eſt magiſter Actorum, qui non habet facultatem, & iuriſdictionem coercendi, & puniẽdi per ſe ipſum offenditur ceſſat ratio prædicta præſertim, vbi offenſio eſt facta perſonæ, & non
8 officio, ſeu intuitu officij quia † diuerſum eſt offendere perſonam, vel officium, vt declarat *Anchar.in d.cap.dilectus nu.2.& in conſ.* 173. *n.*8. & ideo vbi offenſa in officiales, vt officiales, ſiuè ſint Capitanei cum miniſterio Iuſtitię, ſiuè Iudices, ſiuè magiſtri Actorum facta eſt, cognoſcit Magna Curia, non ipſe Baro loci, ratio eſt, quia
9 in caſu prædicto dicitur † offenſio facta ipſi Baroni, qui per has perſonas iuriſdictionem exercet ex regula, qui per alium facit. &c. ergo conueniẽs eſt, quòd ipſe non ſit iudex in cauſa propria, ſed cognoſcat ſuperior, qui eſt Magna Curia. Verum vbi prędictæ perſonæ offenduntur ex cauſa, & inimicitia particulari ſeparata pœnitus ab officio & dignitate, & non intuitu officij, tunc ceſſat ratio prædicta, & inconueniens, & debet cognoſcere ipſe Baro, quia eius officiales ſunt offenſi, vt pœnitus priuati, & vt quilibet, & ſicut de cæteris vaſſallis, & priuatis cognoſcit ipſe Baro, ita & de his offenſis in perſonam officialium à ceſſan-
10 te ratione, nam cum Barones Regni † paratam, ac quæſitam teneant iuriſdictionem pretio, vel ſanguine quantum minus fieri poteſt derogandum eſt eorum priuilegijs *ex reg.l.fin.ff. de conſtit.Princip.* & iuriſdictio infeudata, & conceſſa non cenſetur adempta, niſi in caſibus expreſſis, & niſi ſpecialiter adimatur, nec Ritus prædicti his caſibus adimunt iuriſdictionem Baronibus, quia loquuntur de delictis officialium, vt officialium, non vt priuatorum, vt patet in *Ritu 49. & Ritu 61.* Dicentes expreſsè Magnam Curiam cognoſcere de delictis officialium aliorum in eorum
11 officijs, & in exercitio, & non aliter, † ergo ijdẽ
Ritus, qui præbent Magnæ Curiæ Iuriſdictionẽ cognoſcendi de delictis officialium, declarant, & limitant non habere locum vbi delicta non reſpiciunt officium, nec eius intuitu committuntur, & ideò habemus tex. clarum, in quo fundatur vtriuſque Iuriſdictio ſcilicet Magnæ Curiæ, & Baronis, & in caſu ſuo vnuſquiſque procedit, & cùm caſus accidiſſet, quia fuit interfectus magi-
12 ſter Actorum † Terræ Roccæ Aſpidis ex inimicitia particulari, & vellet Magna Curia cognoſcere, & Spectab. Comes petijſſet remiſſionem, ac Magna Curia decreuiſſet, quòd cauſa in ipſa Magna Curia remaneret deuoluta cauſa per viam appellationis ad Sac.Conſ. de menſe Decembris 1603. deciſum fuit cauſam prædictam eſſe remictendam ad dictum Comitem ex ſupradictis,
13 Relator fuit Dominus † Iacobus de Franchis
Regius Conſiliarius benemeritus dignus D. Præſidis, & tanti Patris filius.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *OCcidens magiſtrum actorum ex particulari inimicitia remictitur, ad iudicem loci delicti.*

2 *Ritus M. C loquentes, quod de delictis officialium ſola M. C. cognoſcat intelliguntur de officialibus iuriſdictionem habentibus.*

3 *Actorum magiſter eſt officialis.*

4 *Actorum magiſter eſt annalis, & ſtare debet ſindicatui.*

5 *M C. non cognoſcit de delictis tam actiuè, quàm paſſiuè actorum magiſtri num. 8. declaratur.*

6 *M. C. cognoſcit de delictis officialium, & baronalium cum ampliat, & declarat n. 10.*

7 *Actuarius non habet iuriſdictionẽ, ſed tantùm officium dictandi, vel ſcribendi.*

8 *Actuary non conueniuntur in ſindicatu de geſtis non intuitu officij.*

11 *Offenſio ob officium quando dicatur facta.*

VT concludit Author remittendum ad Curiam Baronis occidentem ma-
1 giſtrum Actorum alicuius terræ Ba-
ronalis ex particulari inimicitia nõ
2 tamen intuitu officij firmatur communiter, quia
RitusM.C. loquuntur in officialibus Iuriſdictionem habentibus *Baſard. ad clar. §. fin. q.* 15. *num.*10. *Capibl. de Baron. prag.* 5. *nu.* 30 *d. R. Tapp.in Conſt. magiſter Iuſtitiarius num.* 8. & 13. qui ait tamen caſum prædictum non fuiſſe
3 deciſum vnde licet officialis ſit Actor. Magiſter

vt

improprie tamen, & *Giurba conſ. 88. num. 5. vt Carauit. poſt alios rit. q. num* 3. quia debet eſſe annalis, vt ceteri officiales Viſconte ad deciſ. de Franch. 419. & ſtare debet ſindicatui *vt id Cara-*
5 *bit. rit. 293. num* 19. tamen ſi attiuè, vel paſſiuè in officio delinquant de eius delicto non cognoſcit M.C.V. prout de delictis officialium *de Franch.*
6 *deciſ. 274.* etiam baronalium cognoſcit adhuc ſi-
bato haberet priuilegiũ cum clauſula cõtra omnes perſonas, *vt Thor. p. p. Comp. verbo delicta, & patet in rit. 49. quia ritus ipſe ſecundùm Carauit. num. 23.* fuit interpretatus in officiali habẽte iuriſdictionem in proprio ſignificatu *de Frãc. deciſ. 505. num. 20. & 22. vltra deciſ.* quam alle-
7 gat Auth. noſter† Actuarius enim non habet iuriſdictionem, vel magiſtratum, ſed tantum officium dictandi, vel ſcribendi *Carauit. ibi num. 4. Viſconte in concluſ. actuarius in fine*, & recepta
8 opinione *D. Ron. in prag. de official. ſup. rub.* qui teſtatur M.C. cognoſcere de delictis actuariorũ, & aliorum ſeruientium intelligenda eſt intuitù vel exercitio officij commiſſi, et ita ſeruatur in Tribunalibus *Viſconte loco cit. & facit deciſ. de Franch. 406. & rationem ponit ipſe Ronit. num. 8. Capic. deciſ. 27 & Capibl. in prag. 5. de Baronibus num 66. Franch. deciſ. 326. & Aſcia in terminis terminantibus determ. 107. q. in de-*
9 *term. 92.* non conueniri in ſindicatu de geſtis non intuitu officij. & de hoc videantur *deciſiones nouiſſimè congeſtæ per eundem Thorum in 2. par. compendij verbo actuarius.*

10 Et amplia procedere deciſionem noſtram, etiam in officialibus in Capite quando non ſunt offenſi intuitu officijs *vide Franch. deciſ. 274. prout d. Roni. loc. cit. n. 5.* quia tunc remittuntur ad locum offenſionis nec conueniunt, & conueniũtur in M.C.V. ex regula allegata, &c. & ſic tam attiuè, & paſſiuè, *& num. 6 & vide concordantes per Georg. alleg. 40. nu. 36. D. R. Tapp. in Conſt. magiſter Iuſtitiarius num. 20. & 15. & in prag. p. num 39. vbi de crim. agi oporteat Ricc. Coll. 433. Maſtrill de indultu cap. 36 num. 21. de Aaulterio* per officiales commiſſo, & nota quando dicatur facta offenſio ob officium *per Farinacc quæſt. 19. num. 41 & ſeq.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Percutiens aliquem ictu ſcoppictæ non ſequuta morte vulnerati; vtrũ incidat in pęnam mortis ex diſpoſitione Regię Pragmaticæ.

SVMMARIVM.

1 *PErcutiens ictu ſcoppicta etiam non ſequuta morte vulnerati, incurrit in pænam mortis ex diſpoſitione Regia Pragmatica incip. Ad reſtringendum ſub titulo de ictu ſcoppictæ tam intra, quàm extra loca habitata.*

2 *Attentatum regulariter mitius puniri debet, & iudex in pænis ſanguinis ſemper debet eſſe mitior, quia ſtatuta diſponunt de actu ſecundùm effectum, non ſecundùm affectum.*

3 *Statutum loquens per verba ſignificantia actum ex toto perfectum, vt eius pæna locus ſit requirit actum conſumatum, ſecus ſi vtrumque perfectum ſcilicet, & imperfectum, vt num 4.*

5 *Volens occidere non ſequuta morte percuſſi punietur de vulnere.*

6 *Pæna ſtatuti ipſo facto ipſoque iure ſemper requirit actum conſumatum niſi puniat attentatum expreſſè, & num. 9.*

7 *Statuto punienti conatum tanquam delictũ conſumatum derogatum eſt per generalem mundi conſuetudinem (excepto conatu leſæ Maieſtatis vel proditionis patriæ) tanquam iniuſto penes Deum, & homines, & num 8.*

10 *Pragmatica ad reſtringendum, vt locum habeat eius pæna requirit delinquentem, aliàs facinoroſum, & animum appenſatum.*

11 *Facinoroſi ſemper delinquunt ex propoſito.*

12 *Deciſio S. C. rigorem dictæ Pragmaticæ temperantis, vt ſuprà num. 10.*

13 *Fabritius Sãmarcus Aduocatus primarius Domini authoris auunculus.*

14 *Felicis de Rubeis, Nicolai Franciſci Conſtantij & Fuluij eius filij nunc Marchionis, & collateralis ſupremi Conſiliarij laudes, & num. 15.*

DECISIO XXV.

NIcolaus Barone de Ciuitate Regij fuit condemnatus per Magnam Curiam Vicariæ ad pœnam vltimi ſupplicij, ex quo ictu ſcopittæ percuſſerat quemdam Commiſſariũ per Magnam Curiam Vicariæ deputatum ad eius inſtantiam ad imponendum collectas in Terra Sanctę Agatæ. Qui illinc ad octo menſes deceſſerat. Cumque appellaſſet ad Sac. Conſ. fuit dubitatum, an decretum M. Curiæ poſſet confirmari.

Dubium faciebat prahmatica in antiquis, quæ incipit, ad reſtringendum, ſituata in nouis ſub *rubr. de ictu ſcopittæ*, per quam ſtatuitur, quod
1 ſi quis † cum armis prohibitis, vulgariter dictis

ſco-

ſco pittis, & Archibuſcis, & Baliſtis quempiam
piam offendere cupierit etiam, quod non ſit ſe-
quutus effectus, in pœnam mortis naturalis in-
cidat ipſo facto, ſiue intra Ciuitates, vel Terras,
ſeu extra dictum delictum perpetrauerit, quo
caſu propter atrocitatem delicti affectum dedu-
ctum ad actum proximum pro effectu conſuma-
to haberi præcipit, & licet non poſſit dici dictũ
hominem eſſe mortuum ex prædicto ictu, eſto
fuerit percuſſus poſt terga, & in ſpatulis, tum
quia non ſolum erant elapſi quadraginta dies,
ſed menſes octo, quo caſu non præſumitur ex
illo vulnere mortuus, ſecundum *Andr. egregiè
in conſt. terminum vitæ*. Etiam quia conſtat ex
medicorum teſtimonio illum infra dies octo ſa-
num redditum fuiſſe, & per fidem Sindicorum
Turris maioris ſuæ Patriæ ſebri deceſſiſſe poſt
tot menſes, tamen Magna Curia habuit cona-
tum,& affectum deductum ad actum proximum
pro effectu, & ideo virtute dictæ Regiæ Prag-
maticæ illum vltimo ſupplicio adijci iudicauit,
2 etiam quia licet attentatum † mitius puniri de-
beat, *l. 1. §. fin. ff. extr. ord. crim.* & in pœna
ſanguinis ſemper iudex debet eſſe mitior, vt in
l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fug. quod dicit *Bald.
ibi num.* 3. facere pro pœnis ſtatutorum, quia
ſtatuta diſponunt de actu ſecundum effectum,
non ſecundum affectum, vt per *Specul. in tit.
de accuſ. §. 1.* & ita ſe habet generalis conſue-
tudo ſubdit tamen num. 5. eſſe conſideranda
verba ſtatuti, quia aut ſtatuta loquuntur per ver-
3 ba † ſignificantia actum ex toto perfectum, vt
puta dicit ſtatutum, ſi quis extraxerit, & tunc
non habebit locum pœna ſtatuti, niſi actu con-
ſumato, ſed bene punietur delinquens extra or-
dinem, quia non eſt omnino abſque delicto, qui
incoauit, & ideo pœna Iudicis arbitrio punie-
tur, cum non ſit determinata certa pœna, *l. ho-
die, ff. de pœnis, & l. 4. §. expilatores, ff. de
effract. & expilat.* Aut ſtatutum loquitur per
verba, quæ important vtrumque tempus delicti,
4 ſcilicet tam præteritum imperfectũ, quam perfe-
ctũ, vt puta ſi quis extraheret, *l. cedere, § ſubſe-
care, ff. arb. furt. caeſ. l. ſi quis id quod, §. dũ pro-
ponitur, ff. de iuriſd. omn. iud. & not. in gloſ. in l.
arboribus, ff. de vſufructu*, quæ dicit, lupus exit
ſyluam, nun tamen exiuit, & hoc caſu, ſi delin-
quens habet animum conſumandi delictum, quod
poteſt eſſe certum per ipſius torturam, tunc de-
bet puniri pœna ſtatuti, nec debet eſſe Iudex
clementior lege, quia alias Iudex faceret litem
ſuam, dixit tamen idem *Bald. in l. data opera,
C. de his, qui accuſ. non poſſ. num. 55.* quod ſi
5 quis percuſſit volens occidere, tamen mors non
eſt ſequuta, delictum vulneris eſt perfectum, ſed
homicidium non eſt conſumatum, & ideo pu-
niri debet de vulnere, quia vulnus eſt delictum
conſumatum, ſed non punitur ſecundum ſtatu-
ta loci de homicidio; Quia talis titulus criminis
non eſt ſequutus, & hoc tenuit *Cyn. in l. ii qui
cum telo, C. ad l. Cor. de ſic. num. 15.* Tamen
prædicta ſunt intelligenda, prout ipſe declarat
in *l. ſi quis non dicam rapere num. 9. C. de
6 Epiſc. & Cler.* quod vbi † ſtatutum, vel lex im-
ponit pœnam ipſo facto, ipſoq; iure ſemper re-
quiritur actus conſumatus, vt tenet *Io. Andr.
in cap. perpetuæ de elect. lib. 6 in Nouell. &
in cap. pœnis de reg. iur. in mercur.* niſi ſtatutũ,
vel conſtitutio puniat attentatum, vt *l. 1. §. be-
ſtias, ff de poſtul.* vbi eſt caſus, quare cum hic
pragmatica expreſſe puniat attentatum, ceſſat
prædicta diſputatio, de qua per eundem ſupe-
rius, an in ſtatutis cauſa remoti delicti operetur
delictum, ſiue requiratur factum conſumatum,
ſiue non, de quo etiam per *Bart. & alios in l. 1.
ff. de extra ord. crim.* vbi qui peruenit ad baſia,
dicit peruenire ad perfectionem delicti adulte-
rij reſpectu pœnæ infligendæ.

Dicit tamen *Angel. in l. 1. §. fin. quod quiſ-
que iuris num.* 3. quod licet conatus debeat pu-
niri ſicut effectus, vbi in conſtitutione de cona-
tu debeat puniri ſicut effectus, vbi in conſtitu-
tione de conatu ſit mentio, *l. 2. ff. ad l Corn.* de
ſic alias minimè, ſed extraordinariè, *l. 1. ff. de
extra ord. crim. & l. aut facta, ff. de pœn.* Ta-
men *Specul. in tit. de accuſatore §. 1. num. 7.*
dicit vnum valdè notabile, ſcilicet quod omni-
7 bus † iuribus dicentibus conatum puniri eo mo-
do quo delictum conſumatum eſt derogatum
per generalem conſuetudinem mundi, & dicit
Angel eſſe verum, preterquam in crimine læſæ
Maieſtatis, & Patriæ oppugnatore, & hæc Spe-
cul. opinio eſt recepta frequentiſſimo Docto-
rum numero nemine (quos viderim) diſcrepan-
te, nam Bald. in locis ſupra allegatis eandem am-
plectitur, vt teſtatur etiam *Bart. in l. 1. § diuus
num. 1. ff. de ſicar. & in d. l. ii qui cum telo*,
vbi Bal. dicit illum tex. punientem conatum pro
effectu non ſeruari de conſuetudine, & idem
*Cart. in d. l. 1. de extraord. crim. Paul. de
Caſtr. in d. l. 1 §. fin. quod quiſque iur. nu. 2.*
dicens eſſe perpetuo menti tenendum, idemque
*Iacob. ibi num. 11. & Alex. num. 7. qui alios
citat, vt ibi per eum, & idem Iaſ. num. 17. al-
legat Alex. conſ. 45. viſo proceſſu inquiſitionis
formato per Poteſtatem Parmæ, & in conſ. 232.
incip. Videtur in caſu propoſito idem Angel. in
conſ. 14 & Alex. in conſ. 15. 1. vol. late Hipp.
de Marſ. in d. l. ii qui cum telo num. 14. cum
8 ſeq.* vbi dicit, quod iniuſtum eſt apud † Deum,
& homines, quod quis puniatur pro homicidio,
ſi homicidium non commiſit, & quod puniatur
de delicto, quod non fecit, ac ſi feciſſet, & ibi
ponit alios caſus, quibus punitur conatus, non
obſtante generali conſuetudine prædicta, qui
ſunt caſus particulares, & ideo ſi iuribus, & con-
ſtitutionibus volẽtibus puniri conatum pro effe-
ctu per generalem conſuetudinem eſt derogatũ
videbatur, quod pragmatica non poterat ita ri-
gidè practicari in conatu, ſicut in effectu ſequu-
to eadem ratione, etiam quod dicat puniri co-
natum, ſicut delictum conſumatum.

Etiam quia pragmatica prædicta imponit pœ-
9 nam ipſo † facto, quo caſu requiritur delictum
conſumatum, & non ſufficit conatus, vt tenet
*Bal. in d. l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur. Iacob.
ibi num. 13. & Alex. ibi, & latius Marſil. in
d. l. ii qui cum telo num. 26.* vbi alios citat, quos
non tranſcribo, ſed prædicta forſan procederẽt,
vbi ſimpliciter conſtitutio imponeret pœnam
ipſo

ipſo facto, & vlterius non procedere puniendo conatum, vt hic.

Sacrum Conſilium cenſuit pragmaticam prędictam eſſe rigidam, & quod non vendicet ſibi
10 locum, niſi duobus † concurrentibus. Primò, quod delinquentes ſint alias facinoroſi, patet ibi in princ. ad reſtringendum maleſactorum, & facinoroſum audaciam, qui ruptis totius timoris habenis &c. & ſic homines alias facinoroſi dederunt cauſam Pragmaticæ, & contra illos emanauit, & iure merito, quia multis graſſantibus opus eſt exemplo, *l. aut facta, §. fin. ff. de pæn.* Secundo, quod appenſatè quis huiuſmodi armorum generę inſiliat, & aggrediatur, etiam ſi mors & homicidium non ſequatur ibi cum armis prohibitis vulgariter dictis, ſcoppectis, & archibuſcis, & baliſtis impetere, quos offendere cupiũt, per quæ verba, animus deliberatus exigitur, & conſilium ad offendendum, & impetendum, & agrediendum, & ponderatum fuit verbum cupierit, quod ſignificet deliberationem pro præterito, & appenſamentum, vt dicut Doct. & fa-
11 cinoroſi † ſemper delinquunt ex propoſito, *l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pæn.* & in homicidio ſemper dolus attẽdi debet, alias quis de homicidio non tenetur, *l. in lege, ff. ad l. Corn. de ſicar. Andr. in d. conſtit. terminum vitæ 1. col.* at in caſu, de quo agitur ceſſabant iſtæ qualitates, quia inquiſitus non facinoroſus, non animo deliberato, ſed orta rixa, & inquiſitus poterat deferre id genus armorum, & idem percuſſus tam declarauit in actu remiſſionis, & exculpationis, non appenſatè, ſed caſualiter fuiſſe percuſſum. Quare ex his cenſuit Sacrum Conſi-
12 lium † non eſſe locum rigoroſæ diſpoſitioni dictæ pragmaticæ, ſed quia fuit in effectu offenſus Commiſſarius Magnæ Curiæ, & idem inquiſitus dederat etiam cauſam rixæ, & delictum fuit alioquin imperioſum, cenſuit ipſum relegandum in inſulam per decẽnium me referente die 26 Septembris 1603. apud Florillum Actorum Magiſtrum cauſarum criminalium Magnæ Curiæ.
13 Poſtea reperi Apoſtillam manu Fabritij † Sammarci Auunculi mei Aduocati ſuo tempore primarij, & qui in cauſis criminalibus excelluit, qui in dicta pragmatica teſtatur bis habuiſſe in facto & nunquam pragmaticam prædictam practicatam in conatu, & cum in partibus Calabrię fuiſſet quidam condemnatus ad pœnam vltimi ſupplicij pro conatu, ipſo patrono in cauſa appellationis fuit reuocata ſententia relatore Felice de
14 Rubeis † tunc Iudice Magnæ Curiæ eximio Iureconſulto, qui poſtmodum è Regio Conſiliario fuit Epiſcopus Tropeanus, & in cauſa Laurentij de Buccerijs idem Magna Curia iudicauit relatore eruditiſſimo illo viro Nicolao Franciſco
15 Conſtantio † patre digniſſimi filij Fuluij, qui ſua virtute meruit Marchionatus titulo decorari, ac in Supremo Italiæ Conſilio, Demum olim apud Proreges in hoc Regno in Collaterali Cõſilio maxima omnium admiratione mirificè fuit.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica ad reſtringendum de ictù ſcopicti fuit condita per D. Raymondũ de Cardona Proregem huius Regni.*

2 *Emictentes ictum ſcopicti non ſequta morte incidunt in pœnam mortis, & 7.*

3 *Iudex ex cauſa poteſt minorare pœnam, & num 4. reijcitur opinio contraria, & num. 9. remiſſiuè de caſibus in quibus iudices tenentur minorare penas.*

4 *Pena ordinaria non datur emictenti ictum contra occidente ſempronium dum voluit occidere Caium ex ratione.*

5 *Emictens ictum ſcopicti ad ſe defendendum non tenetur pæna pragmat.*

6 *Vulnera cum non interuenerunt ex ictù ſcopicti non punitur quis pœna ordinaria.*

8 *Animus nocendi quomodo probatus dicitur.*

10 *Proijciens ictum ſcopicti quando non teneatur pæna vltimi ſupplicij & num. 12.*

11 *Conatus expreſsè punitur licet non fuerit ſequutus effectus.*

13 *Pragmat. ad reſtringendum an comprehendat opem dantes cum caſu euento in facto.*

14 *Auxilium præſtans delicto, vel homicidio an ſit plectendus pœna delicti.*

Recurrat cariſſimus Lector pro confirmatione caſus deciſi in hoc loco de-
1 clarantis pragmaticã conditã per d. Raymundum de Cardona tũc Proregem, & generalem Locumtenentem huius Regni, *vt ſcripſit Gram. deciſ. 36. n. 12.* circa emittentes ictum ſcopitti non ſequta morte vulnerati, quod incidant in pœnam mortis, &c. ad termino ſillos, quod Iudex ex cauſa poſſit minorare pœ-
3 nam, vt in punto ipſius *Foll. ibi num. 62. per tex. in l. aut facta §. euentus ff. de pœnis Muſcatell. in praxi tit. de icta ſcopitti num. final* licet con-
4 cludat contrarium, vt neque cum iuſtiſſima cauſa, &c. & cum eo concordat *Maſtrill. quẽ omninò videas in deciſ. 155. num. 29. prima parte,* cum in caſu ipſo fuit rixa quę operat vt d. prag. non vindicet vt *dicis Burg. de modo proced. ex abrupto q. 27. num. 180.* & reaſſumit *Thor. 2. p. comp. verbo pœna mortis* hinc facit, quod ſi quis
5 emiſit ictum, vt occideret Sempronium, & occidit Caium nõ punitur pœna ordinaria, ſed mitius ex quo ad caium ab fuit dolus, & animus occidendi *Plat. Epitom. delict. cap. 27. num. 9. Theſaur. deciſ. 243. per totum Caball. reſol. Crim. caſ. 32. num. 11. & ſeq. & Farinacc. de homicid. q. 125. num. 139. cum ſequentibus Paſcal de*
5 *Patria poteſtate cap. 6. p. 3. n. 35.* prout quando ad ſe defendendum quis emiſerit ictum Scopittæ ex eodem *Cabal. reſol. Crim. caſu 88.* quia vim vi re-

Digitized by Google

vi repellere licet, vt ex *deciſ. Parlam. delphin.*
8 *apud Marc. deciſ. 769. p. p.* & conſuetum fuit etiam recedi à pœna ipſius pragmaticæ cũ vulnera non interuenerunt ex tali ictu Scopicti *Anton. de Ballis, & Foll. loc. cit. quos citat ipſe Maſtrill. loc. cit. num. 28.* licet in ipſo caſu veniat diſcuſſio illa clara, quod ſufficiat fuiſſe emiſſum ictum ad nocendum licet non percuſſerit, vt latiſſimè *Muſcatell, loco cit.* cum ictus recto trami-
7 te fuiſſet emiſſus, vbi erat ille cui fuit emiſſus, & parum errauit puta, quia dedit in capite, vel prope eius perſonam, quia tunc probatus animus nocendi *dicitur Cabel. reſol. 152.* vltra quod poſſemus dicere non tanta conſiderari, ſed ſufficiat quem proijcere ictum, quia ſi poſtea contrarium dicit non emiſiſſe ad nocendum ipſe probet *Fol. loco citato num. 13.* pœnes quem vere reſolutio-
9 nes de hac materia Enucleantur, & ſuis videre in quibus Iudices teneantur minorare pœnas, vel augere *Melch. Iun. polit. p. 3. q. 91. & q. 104. & Farinacc. de delict. & pœn. q. 18.* quando pu-
10 niatur pœna vltimi ſupplicij proijciens ictum licet mors non fuerit ſequuta *gram. deciſ. 36. num. 12 & addas Foll. in Commento ipſius prag. num. 40. Afflict. in Conſtitutione ſi quis aliquem num. 26. Clar. in pract. §. aſſaſſinium num. 6. Franch. deciſ. 333. & Maſcar. de probationibus*
11 *in concl. 1140.* cùm conatus expreſſè puniatur licet non ſequatur effectus, *vt ex Carauit. ritu 293. num. 22. ipſe Maſtrill. citato loco num. 3. & 4.* dum fecit, quis id quod in ſe erat licet mors ſequuta non fuit vt termini ſunt in *cap. vnico de homicidio in 6. & tunc ſit locus pœnæ ordinariæ, & vide Canter. q. crim. cap. 6. num. 25. ab ipſo Maſtrill.* relatũ cum pro parte proijcientis nil vltra agendum remanebat, vt deueniret ad effectum intentione opere, & facto, & ſi non occidit
12 fuit ex iudicio Dei, & ita eſſe ordinationem etiã in Luſitania *dixit Gamma deci. 170.* & in Regno Siciliæ *vltra Pharum intriglsol ſingul. 236. li. p. & vide Ricc. Coll. deciſ. 1363.* ad cõfirmationem ipſius pragm. ad reſtringendum, quam dicit D. Rouit. fuiſſe renouatam ex alia pragmatica, vt
13 per eum, ſed an ſub tali concluſione ipſius pragmaticæ comprehendãtur opem dantes *& roſſ. in rit. 276. vt Maſtrill loco citato num. 29. & vide ſi facit Theſ. 9. Forenſ. 46. lib. primo*, inde habuimus in facto ſi pragmatica de ictu Scopicti in nouis ſub tit. de ſentent. foriudicat. Excellentiſſimi Comitis Lemenſium diſponens contra Comittentes delicta cum Scopictis, vt poſſit procedi ad abbreuiationem foriudicationis 15. dierum anni circulo non expectato, vt exquirebatur ſecundùm *de Franch. deciſ. 515. num. 4. & 5.* à die forbanni, &c. & Viſconte concluſ. foriudicatus in fine comprehendat aſſiſtentes in delictis commiſſis non tamen ſcoplo exparato, ſed per alios ſocios, vt in Collaterali Conſilio cum adiunctis in cauſa Regij Fiſci cum Saluatore Milone vno ex inquiſitis de homicidijs commiſſis in perſonam Marci Antonij Palmerij, Cæſaris Palmerij, & Alexandri de Martijs, vt refert Thorus in Compend. 2. parte verbo pragmatica de ictu Scopicti, & de quæſtione ſi auxilium præ-
14 ſtans Hom. vel aliquo modo ferens opẽ pena delicti ſit plectendus per Theſ. d. q. forenſ. 46. lib. per totum & non omittas pro materia elegãtem Conſilium Ceſal. de faciente inſultum cum Archibuſio. 204. lib. 2.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Cœcus à natiuitate, num pro delicto poſſit torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Cœcus non poteſt delinquere, quia neſcit quid faciat ſicut infans, cui mutus æquiparatur, ſicut æquiparantur cœcus, mutus, & ſurdus, quibus ex quo ſenſu carent datur curator, & num. 2.*

3 *Cœcus quamuis velit, neſcit offendere, quia non videt, & multò minus cœcus à natiuitate, cuius infirmitas eſt inſanabilis.*

4 *Cœci vtriuſque oculi excuſantur à muneribus publicis, & perſonalibus*

5 *Senſus viſus eſt generalis, & cœco qui eo caret perſuaderi facilè poteſt aliud pro alio, & decipi.*

6 *Mutus, ſurdus, & cœcus non poſſunt torquere ob naturæ impedimentum.*

7 *Cœcus, & furioſus de iure omnino, & ſimpliciter excuſantur à delicto nulla exceptione data, quamuis audiat, intelligat, & corpore valeat, & num. 11.*

8 *Mutus, & ſurdus quando dicantur capaces delicti, & ex eo teneantur, & num. 9.*

10 *Mutus excuſatur à delicto ex quo non clamauit: ſed alias tenetur.*

12 *Mutus ſurdus & cœcus, quia carent ſenſu, & intellectu non poſſunt accuſare, ergo nec accuſari.*

DECISIO XXVI.

DVbitauimus vehemẽter in Sacro Conſilio, an cœcus à natiuitate pro delicto poſſet torqueri, in quodam cœco inquiſito cum alijs de tonſione monetæ, eo quod tondentibus alijs monetam ipſe lima circum circa adequabat.

Et dubium faciebat, quia cœcus caret ſenſu præci-

præcipuo, & potiſſimè neceſſariò ad delinquen-
1 dum, ſcilicet viſu, neſcit enim cœcus † quid fa-
ciat, & ideò non poteſt delinquere, ſiquidem cę-
eus mutus, & ſurdus ſunt æquiparati, *cap. 1. an
mutus, vel aliàs imperf. & l. fin. ff. de bon. poſſ.
fur. oſ. infants &c. & mutus æquiperatur infan-
ti, l. ſeruo inuito, §. ſi pupillo. ff. ad Trebell.* & in-
fans non delinquit, quia ſenſu caret, & intellectu
vt eſt notiſſimum, ergo neque coecus, mutus, &
ſurdus, & ideo ſingulariter dixit *Bart. in tract.
quem ei aſcribunt de teſtib. num 97.* Quòd ideo
2 ſurdo, & muto dantur † curatóres, quia non poſ-
ſunt eſſe prudentes, ex quo carent ſenſu, & in-
tellectu, & proinde Curatorum Conſilio egent.
Idemque quód de muto, & ſurdo concludit in
cęco, vel quouis alio morbo oppreſſo propter
ſenſus defectum, quia in eo non poteſt cadere
prudentia eorum. quæ apud prudentes requirũ-
tur, ergo neq; verſutia animus, & malitia ad de-
3 linquendum, quia cęcus, & † ſi velit offendere
neſcit, quia non videt, & à maioritate rationis
procedit prædicta opinio in cęco à natiuitate,
qui non poteſt ſanus fieri, niſi miraculosè, vt le-
gitur de cęco nato in Euangelio, & eſt infirmitas
inſanabilis, ſicuti non eſt ſurditas, & fatuitas, &
mutitas, nam & furioſi quandoque ſani facti ſũt,
& lucida haben interualla; ſic & muti loquelam
4 quandoq; adepti ſunt, hinc cęci vtriuſque † ocu-
li luce carentes excuſationem merentur à mune-
ribus publicis, & perſonalibus *l. 1. C. qui morbo ſe
excuſ. lib. 10.* quem tex. extendit ibi Ioann. de
Plat. ad ſurdum, & mutum, & quando ad perfe-
ctionem actus requiruntur plures ſenſus, vt puta
viſus, guſtus, tactus, & ſimiles non ſufficit vnus,
vt tenet *Paul. de Caſtr. in l. 1. ff. de verb. oblig. nu.*
5 3. vbi etiam dicit, quòd ſenſus viſus eſt generalis,
quare cùm in tonſione monetæ requiratur præ-
cipuè ſenſus viſus ad finem perpetrandi, & con-
ſumandi delictam. Nam cęcus non cognoſcit
monetam, & ſi quòd ei præbetur ad limandum,
eſt moneta, vel alia ſpecies auri, & argenti, aut
ænea, & ferrea, & in hoc nihil operatur tactus, er-
go non poteſt dici peccare, & delinquere, etiam
ſi talia faceret, cui facilè perſuaderi poteſt id a-
liud genus eris eſſe, & ob alium finem, præſertim
in caſu de quò agitur, quia frater coeci erat auri
faber, & vt talis in eius domo poterat exercere
eius artem, quia non eſt de genere prohibitórum
& frater coeco poterat perſuadere, quòd non
dabant operam rei illicitæ, & ideò *Paul. Grill in
tract. de quæſt. & tort. in 6. q. num. 7.* in ſpecie di-
6 cit, quòd mutus, ſurdus, & cęcus † propter im-
pedimentum naturæ non poſſunt torqueri per
tex. expreſſ. in *l. 3. §. ſurdus quoque ff. ad Syllan.*
vbi tex. parcit ſurdo, parcit cęco, parcit muto
eſto ſub eodem tecto fuerint, & domino opem
non tulerint, & ſtatuit non poſſe torqueri, per
quem tex. etiam cœcus, mutus, & ſurdus æqui-
perantur quoad hoc, ſed faciliùs indulget cęco,
quia cœcus furioſo æquiperatur, ſurdus autem,
& mutus minimè & ideo faciliùs excuſatur cœ-
cus, quàm mutus, & ſurdus, vt optimè aduertit
ibi *igneus in §. ignoſcitur num. 71.* ponderato,
7 tex. qui † cęcum, & furioſum ſimpliciter abſol-
uit nulla moderatione data, ſurdum verò ſi diſtãs
fuerit, mutum vbi pro domini defenſione ſolùm
vocis miniſterio opus fuiſſet, ſecus ſi facto, & vi-
ribus, & ideo cœcus excuſatur omnino à deli-
cto, nulla data exceptione, cęcus enim quamuis
audiat, & intelligat, & corpore valeat, tamẽ, quia
cęcus veniam ſperare debet, eadem ratione dixit
Brun. in tract. de indit. & tort. 2. part. q. 4. nu. 25.
8 quòd ſurdus, & mutus † à natura pro delicto tor-
queri non poſſunt, & allegat Bald. in quadam
apoſtilla in *l. 1. C. de confeſſ.* id tenentem, quia ta-
les non poſſunt damnari, niſi ex dictis teſtium, &
idem tenet *Carrer. in ſua Pract. num. 180. 6. col.
verſ Itẽ mutus, & ſurdus, ſed Ant. Gomez var.
reſol. tomo 3. cap. 1. de delictis num. 96.* loquens
in muto, & ſurdo, diſputat articulum ad partes,
& aliter diſtinguit, quod ſi apparet talem mutum
nullum habere, intellectum, quia ſignis non po-
teſt illum exprimere, vel demonſtrare, vera ſit
opinio ipſum æquiperari infanti, vel furioſo, &
debet ſibi dari Curator in quacunque ætate ſit
conſtiturus, & ita procedunt iura, & authorita-
tes pro hac parte allegata, & non punitur ex de-
9 licto. Si verò apparet, quòd talis † mutus, & ſur-
dus habet intellectum, quem poteſt ſaltim ex-
primere, & demonſtrare ſignis, tunc reputetur
habilis ad delinquendum, & contrahendum, &
alios actus exercendum, & tenebitur ex delicto
etſi eſt legitimæ ætatis non dabitur curator, &
ita procedunt iura, & authoritates pro contraria
parte allegata, præſertim *Io. de Imol. in d. l. 1. de
verb. oblig. num. 11. verſ & ibi Rom. n. 16. Alex.
num. 6. & in l. mutum ff de acquir. hæred. & ibi
ante omnes Cum. in d. l. 1. ff. de verb. oblig. & pon-*
derat tex. in §. mutum l. penu. ff. ad Silla. vbi mu
10 tus † excuſatur à delicto ex quo non clamauit,
ergo alias tenetur, & ſubdit, quòd ita fuit aliàs iu
dicatum, & fuit quidam mutus ſuſpenſus, qui fu-
it ſocius cum alio in homicidio, & in muto, &
ſurdo à natiuitate, quòd torqueri non poſſint, ſe-
quitur *Farinac. in ſua Pract. crimi. q. 14. in 11.
limit. num. 89* etſi in muto, & ſurdo ſtatutum eſt
hoc, ergo à fortiori, & abſq; ſcrupulo debet ſer-
11 uari in † cęco, qui omnino excuſatur à delicto, à
quo non ita ſimpliciter mutus, & ſurdus vt ſuprà
dictum eſt, & ſi vera eſt opinio, quam veram pu-
tat, & tenet *Aug. in tract. maleſ. in verbo & ad
12 querelam Tityi num. 30.* quòd † mutus, ſurdus, &
cœcus non poſſunt accuſare, & repelluntur ab
accuſando, quia carent ſenſu, & intellectu, cui
opinioni conſentit, ſed ſub diſtinctione *Tib. De-
cian. in ſuo tract. crim. tomo 1. lib. 3. cap. 11.* ergo
pari ratione non debent & poſſunt accuſari, & de
delicto teneri, & per conſequens torqueri.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M:

1 *COeci muti, & ſurdi à natiuitate torque-
ri non poſſunt ex ratione, & decl. nu.*
2. *& 4.*
2 *Cœci, muti, & ſurdi damnari nequeunt niſi*

ex dictis teſtium.

5 *Perſonarum genera quæ torqueri nõ poſſunt enuntiantur.*

6 *Quartenarij non poſſunt torqueri.*

7 *Mulier in puerperio exiſtens non poteſt torqueri.*

8 *Qualitas perſonæ conſideratur in tortura, & num. 9.*

10 *Muti, ſurdi, &c. an ligentur ſtatutis, & pragmaticis.*

11 *Surdi, muti an dicantur perſonæ miſerabiles.*

12 *Surdi, muti, &c. an gaudeant fori priuilegio, & an poſſint retinere feudum.*

ACris Doctorum pugna reſoluitur ex
hac deciſione dum dictat quod cęci,
1 muti, & ſurdi à natiuitate torqueri
nõ poſsũt quãdo ſunt taliter inhabi-
les, quod carent intellectu, & ſenſu adde omni-
nò *Brun. in tract. de indit. & tortur. in 9 quæſt.*
2. part. num. 25. Franciſc. Caſſon. de tormentis
cap. 10. num. 5. Baiard. ad Clar. in quæſt. 64. nu.
74 & Ghirland. in 6. quæſt. num. 7 ibi vt con-
fiteantur delictum torqueri non poſſunt cum nõ
poſſint damnari niſi ex dictis teſtiũ, *vt D. Auth.*
meus hic ponit nu. 8. cum quo concordant *Bald.*
in l. p. num. 27. C. de confeſſis Rom. in l. p. num.
16. & ibi Alexand. nu. 13. ff. de verb. oblig. Petr.
à placha epitome delictor. lib. 1. cap. 32. num. 18.
in medio verſ. quibus obiter, & Flamin Cartar.
de exequtione ſententiæ cap. 2. num. 51. qui num.
47. & ſeq. non abſolute tranſit cum iſta conclu-
3 ſione reſpectu muti, & ſurdi ſi ſciunt ſcribere, &
legitima contra eos præceſſerint inditia, quia
tunc poſſunt cogi per Iudicem ad reſpondendũ
per ſcripturam etiam mediante tortura, & ſi fa-
terentur, & inſcriptis eorum redigerint confeſ-
ſionem poſſent condemnari teſtibus *Ferrat. cau-*
tel. 57. Bonacoſſa in tract. cautelar. litera M. cau-
4 *tel. 36. prout in teſte* muto, & ſurdo indubitanter
tenuerunt *Farinac. in tract. de teſtib. q. 61. num.*
52. & ſeq. ex Igneo in l. 3. §. ignoſcitur nu. 66. ff.
ad Syllanian. & idem Cartar. loco cit. c. 2. nu.
48. & ſequentibus. Ad quam tractationem dari
5 alia in iure genera perſonarum, quæ torqueri nõ
poſſunt *teſtatur Baiard. loco ſup. cit. per plur. nu-*
6 *meros,* & de quartanario ſi valet torqueri *Giurba*
conſil. crimin. 88 num. 16. & de muliere in puer
7 perio *Siſtente Tuſc. litera T. concluſ. 328. num.*
31. quia in tortura conſideranda eſt perſonæ qua
8 litas an robuſtus ſit reus, vel debilis iuuenis, vel
ſenex plebeius, vel nobilis, & morbum aliquod
9 patiens *Peregr. conſ. 2. num. 108. Guazz. in tract.*
reorum defenſ. ca. 20. n. 2. qui aduertit, quod in
criminibus exceptis torqueri poſſunt *ex Con-*
9 *rado in tit. denegation. crimin. num. 37. fol. 302.*
& ſi ligentur ſtatuto, & prag. muti, ſurdi, & cœ-
10 ci *D. Rouit. in prag. 8. de extractione animaliũ*
num. 26. & quod dicantur perſonæ miſerabi
11 les *per Mart. de iuriſd. p. 2. cap. 21. num. 5. Ca-*
ſtill. quotidianar. controuerſiar. iur. lib. 3. cap. 25.
& proinde, quod fori priuilegio gaudeant *Affl.*
in conſtit. ſtatuimus num. 15. 19. & 25. Carauit.
rit. 233. Viu. deciſ. 65. num. 5. & Antonin. Theſ.
deciſ. pedem 177. ſed an valeant ceci, ſurdi, & mu-
ti retinere feudum vide *addit. ad deciſ. 79. adiũ-*
cta infra & per totam ipſam, & ſuper in dec. 43.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Teſtium receptio, in cauſa repulſæ, an ſit commictenda.

SVMMARIVM.

1 *AVdientia teſtium reprobandorum ex diſpoſitione Ritus M. C. non committitur etiam ſenum, & valetudinariorum, & quod hoc fuerit antea obſeruatum, & num. 3.*

2 *Aſſuetis limitatio, vt commictatur examen teſtium reprobandorum, quando cauſa non eſt ardua, nunquam practicata.*

4 *Gloſ. Caramanici fuit ante Andr. de Iſer. & ſuo commento ditauit Regni Conſtitutiones.*

5 *Sacri Conſ. examinatores, quibus hodie commictitur audientia repulſæ ſunt Curiales, & pars corporis, & commiſſio eis facta, eſt ac ſi teſtes reciperentur in Curia ipſa, & num. 9.*

6 *Carauita Fiſci Patronus in Audientia Principatus citra, malè teſtatur de obſeruantia Sac. Conſ. & M. C. vbi neque vti Iudex, nec vti Aduocatus vnquam interfuit.*

7 *Teſtium receptio etiam in cauſa criminali poteſt delegari de iure communi.*

8 *Cauſarum vis tota conſiſtit in probationibus recipiendis, vbi bona conſuetudo attenditur.*

10 *Teſtes ſi cogerentur venire ad Sac. Conſ. vel M. C. eſſet nimis grauare partes, quæ illis tenentur ad expenſas, & ad intereſſe itineris, ſeu damna, quæ paterentur.*

11 *Conſtitutio Regni in pecuniarijs diſponens examen in cauſis feudalibus, & criminalibus non commicti ſemper practicata (ſicut Rit. M. C.) illud commictendo examinatoribus Curiæ, vel S. C.*

12 *Obſeruantia tam M. C. quam Collateralis Conſilij committendi examen in cauſis criminalibus alicui Doctori, vel ſcribæ M. C. per eiuſdem Ritus comprobata.*

13 *Teſtes examinati per Aduocatos, vel literatos*

ratos Curia videntur per ipſam Curiam examinati.

14 *Pragmatica Regis Ferdinandi Primi relinquit arbitrio Conſiliary commiſſionem audientia teſtium, an ſit facienda actorum notario, vel ordinarys. locorum.*

15 *Dux de Alcala Regni Prorex prudentiſſimus, ordinauit electionem examinatorum.*

16 *Deciſio S. C. ad relationem meritiſſimi, & eruditi Dom. Regentis Caroli Tappia collega D. Authoris.*

DECISIO XXVII.

FVit hæſitatum in Sacro Conſilio, vtrum in cauſa repulſæ poſſit committi audientia teſtiū; & ratio dubitandi oriebatur ex Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 146. qui dicit, quod Curia ipſa nòn committit † audientiam teſtium reprobandorum, etiam ſenum,
1 & valetudinariorum, & Carauita, qui doctè Ritus prædictos gloſauit: dicit, quod licet *Afflict. in Conſtit. animalia*, limitet dictum Ritum nō
2 ſeruari, vbi † cauſa non eſſet ardua, quia tunc benè poſſet committi, quia facilius teſtes examinarentur in loco, vbi reperiuntur, quam in Curia, vt parcatur ſumptibus, & expenſis, iuxta mentem dictæ conſtit. tamen numquam vidit practicatam Afflicti limitationem, ſed ſemper teſtes veniſſe ad Curiam: de hoc Ritu, & obſeruantia mentionem fecit *gloſa Caramanici in Conſtit. Regni in pecuniarys*, qui dicit in ver-
3 bo quo quidem caſu, quod ſuper articulis, & exceptionibus oblatis ad repulſam teſtium hinc inde productorum, numquam committitur audientia teſtium, & ita ſeruant Iudices Magnæ Curiæ, nam eius tempore Ritus non erant compilati, & redapti in ſcriptis in volumine conſtit. Quod factum fuit tempore Reginæ Ioannę Secundæ longè poſt Caramanicum, qui fuit illuſtris Doctor tempore Roberti, & ante † Andream de Iſernia, & ſuo docto commento, ac gloſemmate noſtras conſtitut. ditauit, & Afflict. in d. conſtit. num. 7. tenet idem, & in d. conſt. animalia, ſequutus eſt etiam gloſam Caramanici, licet de iure communi ſit, ſecus, vt ibi per eum vetum limitat dictum Ritum in cauſa non ardua, vt ſupra dictum eſt, ſed nos cenſuimus ſatis Ritui ſatisfactum eſſe, committendo recep-
5 tionem teſtium alicui † ex examinatoribus Sacri Conſilij, qui ſunt Curiales, & pars corporis Sac. Conſ. quia eſt, ac ſi in Curia reciperentur, & ita ſemper practicauimus dictum Ritum, quod etiā fieri poſſe, tenet Troiſius in d. Ritu, & licet Carauita ipſum reprehendat, dicens eius opinionē non poſſe de iure ſubſiſtere, nec in practica receptam, decipitur: ſiquidem Carauita non poteſt teſtari de practica Sacri Conſilij, & Magnæ Curiæ, cum numquam neque vt Aduocatus, neque vt Iudex Neapol. & noſtris in Tribunalibus aſſiterit, ſed ſemper, vel in Ebolitana Ciuitate ſua patria, vel in Ciuitate Salernitana fiſci
6 patronus Audientiæ Principatus citra; & ideo ei atteſtanti de practica Magnæ Curiæ, vel Sacri Conſ. parum credi poteſt, cum neceſſe ſit, vt ſteterit relationi alterius, qui facilè eum decipere potuit, neque aliena eſt hæc practica, & conſuetudo à iure communi, ſiquidem in receptio-
7 ne teſtium etiam in † cauſa criminali poteſt Iudex ex cauſa delegare receptionem teſtium, & ita ſeruat conſuetudo, vt teſtatur *Bal. in l. apud eloquentiſſimum, C. de fide inſtrum. Iacobinus in l. 3. §. item diui num. 3. ff. de teſtib. & licet dixerit Ioan. Andr. in addit. ad gloſam in verbo interrogatoria in cap. 2. de teſtibus lib. 6. & Abb. in cap. cum cauſam extra de teſtibus*, quod Iudex non debet eſſe multum facilis in cōmittendo examinationem teſtium, quia tota vis
8 † cauſarum conſiſtit in probationibus, de quo etiam mentionem facit *Iacobinus in d. l. 3. §. teſtes num. 7.* tamen vt idem Iacob. ibi num. 5. concludit in huiuſmodi receptionibus teſtium attendi conſuetudinem, & quando ſunt teſtes intra eandem Prouinciam erit etiam in facultate Iudicis, vel euocare teſtes ad ſe, vel committere receptionem Iudici illius loci, vbi ſunt teſtes, vt vice ſua recipiat, & eorum dicta clauſa, & ſigillata tranſmittat, vt docet *Speculator in tit. de teſtibus, §. qualiter, verſ. ſcribit autem Iudex*. Sed in Sacro Conſ. vt dixi, non practi-
9 cauimus † committere ordinarijs locorum, ſed mittere examinatorem Curialem noſtrum, quia ideo deputantur, & creantur examinatores in Sac. Conſ. vt per totum Regnum, vbi opus fuerit accedant ad recipiendum teſtes in cauſis, quę in eodem Sacro Conſilio agitantur, & de hac practica, & conſuetudine teſtatur etiam *M. Anton. Pulverinus in addit. ad gloſam in dicto verbo quo quidem caſu in d. conſtit. in pecuniarys*, etiā quia ſi in cauſa repulſæ cogendi eſſent
10 † teſtes venire ad Curiam, & ſic ad Sacr. Conſ. eſſet profecto nimis grauare partes, ſi à remotis, & longinquis partibus Regni teſtes vocarentur, quibus partes non ſolum tenentur ſubminiſtrare expenſas, & ſoluere dietas, ſed etiam reficere damna, quæ forſan paterentur, vt per Iacobin. ibi ſupra, & conſequenter contingeret ſæpe, & vt plurimum, quod magis impenderent partes in repulſa, quam valeat tota cauſa, & ideo non ſine ratione fuerunt electi, & deputati examinatores in Sacro Conſilio Curiales noſtri, niſi vt vbi receptio teſtium ſit facienda extra Curiam ipſi accedant ad recipiendum, & non committatur ordinarijs locorum, & hoc modo etiam ſemper
11 practicata fuit dicta conſtit. in pecuniarijs, quæ ſtatuit in cauſis feudalibus, & criminalibus non committi audientiam teſtium, & nihilominus conſtitutionem prædictam practicauerunt maiores noſtri, & paſſim in dies practicamus, quod receptio teſtium in cauſis feudalibus committitur examinatoribus ad loca, vbi degunt, & reci-

piunt, & etiam in cauſis criminalibus commicti-
12 tur tam per Magnam Curiam, quam per Colla-
teralem Conſilium receptio teſtium alicui Do-
ctori, vel ſcribæ Magnæ Curiæ, & non dicitur
contrauentum conſtitutioni, quia ſemper ita
practicata, & obſeruata, quia vt dicit Andr. in
d. conſtitut. qui per alium recipit per ſe ipſum
recipere videtur, & hoc dictat Ritus 157. per
quem traditur hæc practica, & obſeruantia, quod
Aduocatis, & literatis Curiæ poteſt committi
examinatio teſtium in criminali, & eſt ratio, quia
tunc non videtur commiſſum, ſed ipſa Curia vi-
13 detur † examinare, & ſi in cauſis criminalibus
inoleuit hæc practica à fortiori in cauſis ciuili-
bus, & poſtremò Rex Ferdinandus Primus edit
pragmaticam ſub tit. de off. Sacri Regij Conſi-
lij pragm. 15. quæ arbitrio Conſiliarij reliquit
14 † teſtium receptionem faciendam, vt valeat illã
committere ordinarijs locorum, vel mittere a-
ctorum notarium, ſiue alium quemuis partibus
non ſuſpectum, in quorum locum ſucceſſere
poſtmodum examinatores numero quatraginta
deſtinati ad id præſertim in Sacro Conſilio tem-
pore illius prudentiſſimi Proregis Ducis Alca-
15 la, † vt patet illico poſt dictam pragmaticam 15
vbi ordo dicti Proregis circa electionem dicto-
rum examinatorum, & de eorum qualitate, pro-
bitate, & ſufficientia, ita vt ex his ceſſet omnis
ſcrupulus, & cum D. Reg. Carolus Tappia no-
16 ſter collega meritiſſimus, & eruditus decreuiſ-
ſet in cauſa repulſæ petitę per Ioannem Dona-
tum Turbolum contra alios de Turbolo in bã-
ca Figliolæ, quod committeretur examinatori
Sacri Conſilij. fuit ex his per Sacrum Conſilium
confirmatum eius decretum, licet pars aduerſa
valde inſtaret in contrarium. Decretum fuit de
menſe Iunij 1603. apud Secretarium, & in dicto
proceſſu.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *AVdientiam teſtium commicti arbitrio iudicis, & ibi de laudibus Baldi.*
2 *Audientiam dari in repulſa.*
3 *Qualitates per quas conceditur audientia remiſſiue enuntiantur.*
4 *Audientia cõmiſſa Capitaneo ſi alteri poſſit ſubdelegari.*
5 *Examinatorum officium in quibus conſiſtat, & de praxi circa dationem examinatorum hodie num. 6.*
7 *Suſpicio omnium examinatorum hodie non admictitur.*
8 *Audientia teſtium commictitur ad inſtantiã Neapolitanorum ordinarijs locorum non examinatorum; extra ciuitatem, cum declaratione num. 9.*

QVam ſit frequens in foro materia iſtius de-
ciſionis nemo eſt, qui neſciat, proinde ad
eius ornatum, quod Audientia teſtium
arbitrio iudicis tam in criminalibus, quã
1 in ciuilibus poſſit commicti ordinarijs locorum
Scribis, vel alicui non ſuſpecto, & per S. C. vel
examinatori eiuſdem; vt ſatis abundè pro limi-
tatione conſtitut. in pecuniarijs, & aliorum iu-
rium contrarium diſponentium, patet ex ipſa
2 attenta opinione præcipuè *Baldi*, de cuius lau-
dibus eſt videre *Paulum Iouium in elogijs, Bor-
rell. in præfat. ad ſuum conſiliorum cent. ſub
num. 2. & in ſumm. tit. 36. num. 229. & in
tit. 30. num. 382. 3. p.* ibi, *quod nihil Bald. ipſe
ignorauit, & tit. 11. num. 17. 18. & 19. vt fir-
mauit Capic. deciſ. 90. D. Ronit. in pragmat. 8.
de ord. iudic. & num. 31. Bellam. deciſ. 43. Ga-
briel. concl. lib. 7. tit. de maleſic. & idem Bor-
rellus conſil. 21. centur. 1. Barz. deciſio. Bo-
non. 88. num. 7 & 12. & vide ſi facit Mina-
dois deciſ. 7 Pulnerin. in addit. ad dictam con-
ſtitut. incip. nota quod per hanc gloſam, & Gal-
lupp. in prax. S. C. par. 2 cap. 13. num. 4. &
ſequentibus. licet nu. 6. in fine,* rem ſtruc, & quod
in ipſa repulſa commictatur Audientia, &c. vt
*D. meus Reg. Tappia in Rit. 146. & in cit. con-
ſtitut. in pecuniarijs, & Thor. in p. p. compend.
verbo audientia teſtium, & vltra ipſos idem
D. Ronit. in pragm. 55. de ordine iudiciorum,
quem citat idem Thor. 2. p. compend. verbo te-
ſtium audientia, vbi & Vrſill. deciſ. 351. num. 3.
pariter allegat. ſed vide quæ dicit Caputaquenſ.
deciſ. 54. par 3 quem notat Ricc. coll. 208. verſ.
quinto quando, & idem Thor. d. p. 2. verbo re-
3 pulſa teſtium,* & ſi vis notare qualitates per quas
conceditur Audientia prædicta, addas *Muſca-
tell. in prax. gloſ. ſuſpectorum num. 28. & ibi
4 num. 44.* ſi Audientia commiſſa Capitaneo poſſit
alteri ſubdelegari, & commicti, &c. & per totam
gloſ. ipſam; plura de ipſis examinatoribus ad
5 nauſeam, *Schrader. de feudis par 10. ſect. 16.
verſ. examinator.* & in quibus conſiſtat eorum
officium per *Franciſc. de Amicis conſil. 94. Me-
6 noch. præſumpt. 56. lib 2.* & quod hodie practi-
cetur dari liſtam examinatorum nõ ſuſpectorum
pro examine faciendo, obſeruauit *Anna ſingul.
274.* vbi addidi, qui in *ſingul. 276.* dicit omnium
7 prædictorum examinatorum ſuſpictionem alle-
gatam non eſſe admictendam, prout extrã ciui-
8 tatem ad inſtantiam Neapolitanorum non depu-
tatur examinator, ſed commictitur Audientia
teſtium ordinario loci, ſeu viciniori, non ſuſpe-
9 cto, exceptis cauſis criminalibus, & feudalibus,
*vt inter priuilegia Neap. cap 36. fol. mihi 36.
& cap. 69. fol. 48. & meminit Afflict. in ipſa
conſtitut. in pecuniarijs primo notabili, & D.
Ronit. in pragmat. 10. de ordine iudiciorum
num. 11.* quæ nota.

Baldaxar de Angelis.

A R-

ARGVMENTVM.

Succedens in feudo præter, vel contra defuncti voluntatem, qui extraneum ſcripſit hæredem, an ad onera hæreditaria teneatur.

SVMMARIVM.

1 *SVcceſſor in feudo præter, vel contra ordinationem defuncti, qui extraneum hæredem inſtituit tenetur ad onera hæreditaria, & ita pluries per Sac. Conſ. deciſum, vt num. 58.*

2 *Succeſſor de iure inſtituendus à defuncto non inſtitutus feudum habebit non à teſtatore: ſed iuris beneficio, & num. 5. & cogitur ad onera contra regulam quem non honoro.*

3 *Feudum ex pacto, & prouidentia nouum in omnibus, & per omnia ſubſtinet vim feudi hæreditarij.*

4 *Duo requiſita, vt quis conſequatur feudum, primum quod ſit de ſanguine, ſecundum quod ſit hæres tam primi acquirentis, quã cuiuslibet vltimi decedentis.*

6 *Hæredem dari in feudo introductum eſt in beneficium illius, qui feudum tenet.*

7 *Lanarij ratio in conſ. 80 quod ſi ſuccedens præter, vel contra defuncti voluntatem non teneretur ad onera, eſſet in poteſtate defuncti, feudi qualitatem mutare maximum argumentum affirmatiuè, & num. 45. & 48.*

8 *Succeſſor contra, vel præter defuncti ordinationem, qui inſtituit extraneum, ſi ad onera non teneretur eſſet occaſio cuique decedenti fraudãdi creditores præcipuum fundamentum affirmatiuè & num. 51. 52. 53 & 54.*

9 *Feudum tenens cum qualitate hæreditaria, & de eo diſponens inter viuos, vel in vltima voluntate ſine aſſenſu ſucceſſor illud capiet iure proprio, & per conſtitutionem diuæ memoriæ poterit diſpoſitionem reuocare.*

10 *Conſtitutio Regni vt de ſucceſſionibus reſtringit ius commune feudorum, quo omnia feuda erant diuiſibilia, & in eis omnes filij æqualiter ſuccedebant & induxit in hoc Regno ius ſpeciale circa ſucceſſionem.*

11 *Conſtitutio prædicta vocat filios, & deſcendentes, & ex latere venientes ad ſucceſſionem non vt hæredes: ſed vt filios, & proximiores.*

12 *Feuda vigore dictæ Conſtitut. deferebantur in hoc Regno ex munificentia, & prouidentia Principis, & beneficio dictæ Conſtitut.*

13 *Verbum hæres vbi feudum defertur non inueſtitura, ſed lege, prout in dicta conſtit. vt de ſucceſſionibus capitur ꝓ illis perſonis quæ ab ipſa lege, ſiue conſtit. vocantur, & num. 19.*

14 *Gloſ. d. conſtitut. vt de ſucceſſionibus in verbo ex vtroque, format quæſtionem de inſtituente non vocatum, vt dicta conſtitut declaret, quod ab eo vocati non hæredes veniant: ſed iure proprio ex prouidentia Principis, & beneficio ipſius conſtitut. & num. 15.*

16 *Succeſſor in feudo attenta diſpoſitione dictæ conſtitut. eo tempore non tenebatur ad honera dum illud capiebat quaſi iure proprio & beneficio conſtitut. prædictæ.*

17 *Proximè ſucceſſuri per aliam legem Regni poſt d. conſtit. & ſi non inſtituantur non poſſunt venire ad feuda, niſi vt hæredes, & cum qualitate hæreditaria.*

18 *Marinus de Garamanico author dictæ gloſ. in verbo ex vtroque, qui d. conſtit. vt de ſucceſſionibus, & alias gloſſauit, floruit tempore Caroli Primi, quo feudum hæreditarium non erat introductum, nec cognitũ & num. 22.*

20 *Nomen hæredis in conceſſione facta ab homine intelligitur cum qualitate hæreditaria.*

21 *Qualitas hæreditaria fuit introducta per Carolum ſecundum in cap. Regni conſiderantes in titul prorogat. ſucceſſ. duratu. Vnde fuit ſumpta communis forma inueſtituræ pro te, hæredibus, & ſucceſſ. Qua attenta hodie in Regno omnia feuda ſunt hæreditaria etiam ea, quæ capimus contra, vel præter defuncti voluntatem, num. 23.*

24 *Afflict. in deciſ. 140. & 240. cum omnibus Regnicolis ſequitur opinionem Neapodani ſecundùm quam paſſim iudicatur, ipſamque canonizat, & in deciſ. 293. fatetur per dictum cap. conſiderantes fratrem admitti ad ſucceſſionem fratris in feudis antiquis.*

25 *Antonius de Alex opinioni Neapodani multum defert, quem vocat authorem opinionis prædictæ.*

26 *Conceſſio Principis tibi, & hæredibus tuis id importat ſi filij tui tibi ſint hæredes, & ſic ex Domini inueſtitura ex tunc ſunt*

hæredes, ita vt amplius euremus ſi inſtituantur, vel ne, & nu. 27.

28 *In feudo ſactum hæreditario quis tenetur habere tantum prædeceſſoris, quia ſanguis, & qualitas hæreditaria concurrunt.*

29 *Feudum prima natura non hæreditaria attēta datur ſucceſſione; conſiderata ſecunda hæreditaria debetur tranſmiſſione, vt non ſuccedamus primo, donec à moriente transferatur ſanguis, & qualitas hæreditaria ſimul.*

30 *Forma hæc in Regno Pro te, & hæredibus facit proximè ſucceſſurum hæredem in feudo etiam ſi defunctus alium faciat hæredem in patrimonio.*

31 *Minadoi opinio pro negatiua allegati rectè ponderata concludit pro affirmatiua.*

32 *Ius commune Rom. in deciſ. cauſarum feudalium non attenditur quando per ius feuda terminantur (prout in caſu, vbi quis acquirit pro ſe, & hæredibus, vt veniant hæredes ſanguinis) ſed in defectu iuris feud. vt num. 43.*

33 *Loffredi doctr. in conſ. 10. num. 14. fundantis textum in l. cum à matre, C. de rei vendic. non procedere in his, quæ legis beneficio capimus eſt intelligenda (ſecundum Camerar.) quando lege datur ſine qualitate hæreditaria adiecta ab homine,*

34 *Hæredem vocatum ad hoc vt ſit hæres cum qualitate hæreditaria eſſe neceſſariò inſtituendum, nulla lege cauetur, & numer. 45.*

35 *Inueſtituræ formas, quarum aliquæ ſunt merè hæreditariæ, aliquæ mixtæ, & aliquæ meræ ex pacto, & prouidentia diligenter eſſe inſpiciendas, quia ex primis duabus Agnatus non ſuccedit extra ius, & nomen hæredis.*

36 *Iacobi de Beluis. opinio communiter recepta in feudo ex pacto: non autem in hæreditario illius tempore incognitum, & num. 37. Item eius opinio non eſt neceſſaria: ſed probabilis, dum ratione, vel l. non fundatur, & num. 39.*

39 *Filius eſt deterioris conditionis alijs agnatis in ſucceſſione feudi quòd habere non poteſt niſi ſit hæres patris, & agnoſcat onera ſaluo beneficio inuentarij.*

40 *Iura allegata per Iacobum de Beluis. pro fundamento ſuæ opinionis non probant, & loquuntur in diuerſis caſibus, & num. 41. & text. in §. aliud quoque, & in §. ſiue in Auth. vt cum de app. copiosè fundat opinionem affirmatiuam, vt numer. 42.*

43 *Filius ſicut iure Rom. per dictos §. aliud quoque, & ſiue, & per Auth. ex cauſa, C. de liber. præter. ſuccedit patri ab inteſtato quoad inſtitutionem, & ex teſtamento quoad legata, & fideicommiſſa. Ita ſuccedens in feudo contra, vel præter defuncti voluntatem tenetur ſeruare factum illius, & onera ſubire.*

46 *Feuda non à vaſallo feudatario: ſed à publico ſunt introducta, & ſunt proprium patrimonium Regis, qui ſolus poteſt formam, & qualitates conceſſioni præſcribere, & cuius deſtinatione fiunt, vt nu. 47.*

49 *Rex ſicut non poteſt poſt factam conceſſionem, & ius feudatario quæſitum abſque illius conſenſu mutare formam inueſtituræ, eò minus poteſt vaſallus mutare in domini contemptum, aliàs ridiculum eſſet.*

50 *Forma originalis conceſſionis feudi parit ius irreuocabile perſonis in ea comprehenſis per ſtipulationem primi acquirentis.*

52 *Contradictiones, & repugnantia tenentium opinionem negatiuam, quod vocatus non ſcriptus hæres non teneatur ad onera, & nu. 54.*

55 *Iſern. doctr. in c. Imperialem num. 24. in additione pro negatiua allegati concludendentis feudatario contrahentes, & ante aſſenſum decedente non poſſe aſſenſum impetrari, contractum eſſe nullum, & ob id hæredem ad nihil teneri facit pro opinione affirmatiua, & nu 56 & 57.*

58 *Doctores omnes, & Regni ſapientes (etiam pro negatiua perperam allegatos) pro affirmatiua concludere, quam S C. cauſas iudicans, & non perſonas, pluries deciſione firmauit.*

DECISIO XXVIII.

PRouocatus atq; laceſſitus (quod non cogitaueram) quæſtionem diu controuerſam, ac ſæpius per Sac. Conſ. deciſam (An ſcilicet ille, qui ſuccedit in feudis præter, vel contra voluntatem defuncti, qui extraneũ reliquit hæredem, teneatur ad onera hæreditaria reaſſumere neceſſarium mihi duxi, ſententiam & opinionem Sac. Con. aduerſus moderniſſimorum venenoſos, & inuidos morſus defenſurus, qui ægrè ferentes ſententiam iuſtiſſimè per Sac. Conſ. latam contra eorum affines, pro quibus in illa cauſa patrocinati fuerunt, & contra ſuam opinionem pronunciatum, in opere quod diuerſ. feud. nuncupant, ab ipſis poſtea in lucem ædito aduerſus Sacr. Conſ. obloqui, & inuectiuam ſcribere

bere non erubuere, dicentes nullam eſſe habendam rationem deciſ. prædictæ, quia non cauſæ, ſed perſonæ per Sac.Conſ. fuerint iudicatæ, & aliàs à maioribus noſtris iudicatum contrarium, qui de feudalibus terminis aliquantò plus inſtructi, quàm nos moderniores rectius ſenſere, & iudicauere: quæ verba arguunt Sac.Conſ. per gratiam, vel per ſordes; & non per terminos iuris & regulas artis iudicaſſe. Ego verò omnium, qui in illa iudicauimus minimus, particeps tamen iniuriæ, modeſtius agens modeſtiſſimam vindictam ſumpſiſſe videbor, ſi rationes per dictos moderniſſimos adductas aduerſus Sacri Conſilij deciſionem vanas, erroneas, & à feudalium terminorum cognitione longè alienas, & viro alioquin mediocriter docto indignas eſſe indicauero.

Deciſio fuit in iudicio, & cauſa mota per Laudoniam comam aduerſus Lucretiam eius ſororem ſecundò genitam quæ fuit inſtituta hæres in feudalibus à quondam Io. Franciſco Como earũ fratre ſine liberis defuncto, ſed quia teſtamentũ caruit aſſenſu: Laudonia in linea collaterali primò genita, ſeu proximior auocauit feuda à Lucretia, & inſtante in illo iudicio Aſcanio Como creditore pro cõſequutione ducatorum treſdecim millium, dicebat Laudonia ſe non teneri ad onera hæreditaria, & contracta per Io. Franciſcum fratrem: quia dedignatus eſſet ipſam hæredem inſtituere ſucceſſit enim contra eius voluntatem iure proprio tanquam vocata per ſucceſſorium edictum Iuris feudorum, non vt hæres Io. Franciſci. Et pro Aſcanio Como ſcripſit *D. Io. Franc. de Ponte conſultiſſimè, & eſt inter eius conſilia conſ.* 13.

Sac.Conſilium poſt multas vigilias reque benè conſiderata, & diſcuſſa in ſeſſione duarum au-
1 larum pronunciauit † contra Laudoniam, & non fuit noua deciſio, nam aliàs paſſim, & pluries ſecundum hanc affirmatiuam opinionem Sac.Cõſ. iudicauerat in alijs cauſis relatis per D. de Ponte dicto conſ. 13. num. 19. & 26. & nouiſſimè in cauſa Beatricis Pignatellæ cum Sacr. Hoſpitali Nunciatæ ſuper qua luculentam, & doctam primam deciſ. edidit Dom. Præſes de Franchis meũ autem inſtitutum erit non repetere quæ ſuper hac materia aliàs à noſtratibus doctè conſiderata, & dicta ſunt, niſi quatenus pro confutatione ſequentium rationum per prædictos moderniſſimos congeſtarum neceſſaria videbuntur.

Fundant in primis ſe in deciſ. & authoritate *Glo. in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, quam inducunt quòd † quando defunctus non inſtituit in feudo quem de Iure debet inſtituere, habebit ille feudum non à teſtatore, ſed beneficio Iuris ex opinione *Io. Vincentij de Anna in allegat.* 126 qui dicit illam eſſe Gloſam in terminis decidentem hunc articulum ſubduntque peſſimè ſentire, & errare eos, qui conantur dare gloſæ prædictæ inſtantiam, & reſponſum, quòd licèt ſit verũ quòd in caſu prædicto quis ſuccedat iure proprio, non tamen dicit, quòd nõ teneatur ad onera hæreditaria, quia ſumus in feudo hæreditario, & dicunt hoc efficere propriæ paſſionis, quòd facit nos contra certiſſimas regulas loqui, nam ſi Gl. dicit, quod habet Iure proprio beneficio illius Conſtit. etiam non vocatus, quòd eſt dicere, quòd teneatur ad onera niſi loquantur contra regulam, quæ diſponit, quòd quem non honoro grauare non poſſum? Quid eſt aliud quam totã feudi hæreditarij, & feudi ex pacto, & prouidentia machinam deſtruere? illa ſiquidem ratione ſucceſſor in feudo ex pacto, & prouidentia non tenetur ad onera, & non poteſt in feudo grauari quia illud feudum non habet Iudicio defuncti, ſed ex prouidentia legis, cum igitur Gl. dicat quòd feudum habetur Iure proprio, quòd habetur beneficio Conſtit. prędictæ conſequentia alia deduci non poteſt niſi, quòd in eo caſu ad onera non teneatur.

Secundò ſe fundant *in deciſ. Iac. de Beluiſo in cap. 1. An agnatus*, qui tenet opinionem negatiuam, & parum refert, quòd loquatur in feudo ex pacto, & prouidentia, vt aliqui dicunt, vel in feudo hæreditario, quia ſi admittitur, quòd loquatur in feudo ex pacto, & prouidẽtia loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia nouo, quòd
3 † in omnibus & per omnia ſubſtinet vim hæreditarij vt declarat *Camer. in ca. imperialem pag. 95. & Freccia in 29. author.* in tantum, quod nõ tuuat in feudo ex pacto, & prouidentia nouo facere inuentarium, quia tenetur filius vſque ad valorem integri feudi, vt per *Pernum in primis notabilibus*.

Tertiò dicunt, quòd ad finem, vt quis poſſit conſequi feudum duo copulatiuè requiruntur
4 primum, quòd † ſit de ſanguine, & hoc reſpicit pactum, alterum vt ſit hæres non tantum primi, ſed cuiuſlibet vltimi decedentis. Hoc enim quòd feudum ſit hæreditarium ſtipulatus fuit primus acquirens pro omnibus ſucceſſoribus ſecundùm *Frecciam lib. 3. de ſubfeudis in tit. de differ. inter feud. hære. & ex pacto in 10. different.* & hoc introductum eſt in beneficium ſucceſſorum omnium, vt ſcilicet illum inſtituant in feudo hæredem, à lege vocatum, qui ſi non inſtituatur, habebit feudum, etiam quòd non ſit hæres, & remanebit ſola qualitas ſanguinis. Et ſubdunt neſcire quomodo poſſit concurrere, quòd quis ſit hæres contra voluntatem defuncti, in hoc caſu ad finẽ, vt poſſit dici quòd hæres non poſſit venire contra factum prædeceſſoris, nam aut lex facit hoc, & ſi facit, ergo non defunctus, ergo non hæres
5 defuncti, & ſic non ex iudicio † defuncti, qui aliũ inſtituit hæredem, ſed à lege habebit, qui ab illa vocatus fuit contra voluntatem defuncti. impoſſibile enim ſibi videtur, & ſenſui repugnat, quòd quis ſit hæres alterius ſine eius voluntate, nam ſi conſideramus hæredem ex teſtamento requiritur expreſſa voluntas teſtatoris, qui non faciendo teſtamentum illos, qui ab inteſtato ſuccedere poſſunt vocaſſe videtur iuxta regulam *legis conficiuntur ff. de iur. codicillorum*, ſed vbi de contraria voluntate appatet impoſſibile eſt, quòd ſit hæres illius, quia contra illius diſpoſitionem non conſideratur ſucceſſio.

6 Quartò adiuuant quia ad hoc vt quis † ſit hæres in feudo, introductum eſt in beneficium illius qui tenet feudum; imputet ergo ſibi ſi hoc beneficio vti noluit, dum alium fecit hæredem. Si ergo duæ qualitates in ſucceſſione feudi hæreditarij,

tarij concurrũt vnã, quòd ſit hæres ſanguinis,
altera quòd ſit hæres morientis,& vnam ex facto
ſuo adimplere non poteſt,quia alius eſt inſtitutus
hæres,& impoſſibile eſt ei de iure, quòd ſit hæ-
res contra voluntatem teſtatoris, nõ per hoc ſu-
blata eſt altera qualitas ſanguinis, & dicunt non
obſtare *text. in l. cum à matre*, quia poteſt dari
caſus quo ſit hæreditarium,& tamen ſi ad aliquẽ
peruenit,in eo grauari non poſſit, quia cõtra vo-
luntatem teſtatoris ex legis miniſterio habet, vt
in *l. qui fundum* §. *qui filios, ff. ad l. falcid. quem
text. allegat Anna in ſua repet.*

Quintò prætendunt fortificare opinionem
ſuam reſpondendo rationi per *D. Lanarium
7 conſideratæ in eius conſ.* 80. qui dicit quod † ſi
opinio negatiua admitteretur ſequeretur vtique,
quòd eſſet in facultate feudatarij mutare quali-
tatem feudi, & de hæreditario facere ex proui-
dentia non inſtituendo quem lex vocat ad feu-
dorum ſucceſſionem. Dicunt dicti moderniſ-
ſimi,quòd eſt verum,quòd hæc qualitas non po-
teſt mutari,niſi ambo conſentiant concedens, &
conceſſionarius: ſed hoc in feudo hæreditario
non autem in feudo ex prouidẽtia,in quo vtriuſ-
que conſenſus hoc in præiudicium ſucceſſorum
attentari non poſſit (refero verba formalia, vt
iacent impreſſa,quæ indigent conſtructione, ſed
illa conſtruant grammatici) & ita procedunt
doctrinæ per Lanarium allegatæ, at hic nulla ſit
mutatio,ſed feudum remanet prout erat conceſ-
ſum,& in quibuſcumque alijs ſucceſſoribus, qui
vti volunt beneficio eis conceſſo, vt ſuccedentes
ſint hæredes & illo potientur ſi de eo diſponunt
in illum,qui à lege vocatus eſt hic, qui alium in-
ſtituit,noluit ipſe beneficio in ſui perſonam con-
ceſſo vti; & poteſt quis renunciare beneficio pro
ſe introducto, ſed non ſequitur inde, quòd fiat
mutatio qualitatis ab initio dum fuit erectum
feudum,& ſic hæreditarium erectum fuit cum
hac conditione ſi tenens feudum ſucceſſorem,&
hæredem illum feciſſet quem lex vocabat, aliàs
lex voluit,vt cauſa ſanguinis præualeret qualitati
hæreditariæ.

Sextò reſpondendo alteri rationi pro affirma-
tiua conſideratæ, quòd vtique eſſet præbere oc-
8 caſionem tenentibus feudum fraudandi † credi-
tores non inſtituendo vocatum à lege, vt is po-
ſtea feudum abſque onere conſequatur, dicunt
illam nullius momenti eſſe, quia ſibi imputent
creditores,qui cum poſſeſſore contraxerunt in-
cautè, poterant enim impetrare aſſenſum ſuper
obligatione feudalium, & ſic vndique tuti fuiſ-
ſent.

Dicunt etiam, quòd vbi actus fieret in fraudẽ
detecta fraude, non deficiunt remedia iuris re-
ſcindentia actus fraudulentos,& machinationes.

Septimò dicunt hanc eorum opinionem fir-
mari validiſſima ratione, nam ſi poſſidens feudũ
9 de illo † diſponat per actum inter viuos, vel in
vltima voluntate abſque aſſenſu, & feudum ſit
cum qualitate hæreditaria, vtique ſucceſſor ca-
piet feudum iure proprio. ita tenet *Io. And. in
cap. Imperialem col.* 11. qui loquitur in feudo
hæreditario,& capiet tunc filius iure proprio,&
ad aliquid non tenebitur, quinimmo ſicut tenens
feudum potuiſſet illam diſpoſitionem factam ſine
aſſenſu reuocare, & authorit. Conſt. Regni diuæ
memoriæ,pari ratione permittetur ſucceſſori;do-
ctrina eſt *Andr. in cap. 1.* §. *donare qualiter olim.
& Afflict. deciſ.* 240.

Octauò dicunt, quòd maior pars Doct. quos
ibi citant tenent hanc opinionem negatiuã,quin-
immò multi allegati pro affirmatiua parum ſibi
conſtantes poſtea opinionem negatiuam ſequuti
ſunt: itaque negatiua opinio eſt verior magis à
doctoribus recepta, & ſecundùm illam referunt
fuiſſe alias iudicatum à maioribus noſtris.

Hæc in effectu ſunt ſua fundamenta, & longa
ſua congerie verborum excerpta, & collecta,
quibus deciſionem Sacri Conſilij impugnare, &
deturpare nitũtur tanta cum libertate authorita-
ti Regiorum Conſiliariorum, qui in illa cauſa in-
terfuere,detrahere non erubeſcentes.

Sed totum eius ædificium tam leuibus, & fu-
tilibus fundamentis conſtructum facilè corruit, ſi
quidem *Gl. in Conſtit. vt de ſucceſſionibus*, quam
ipſi,& ante ipſos Io. Vincent. de Anna columnã
firmiſſimam opinionis eorum eſſe contendunt
eſt malè intellecta,& peſſimè ponderata,& con-
ſiderata,ſiquidem non ſolum non concludit id,
quod ipſi dicunt, ſed loquitur in differentibus
terminis nil enim aliud voluit ibi Caramanicus,
quam declarare terminos dictæ Conſtit. quam
10 comminabatur. Quæ † Conſtitutio venit ad
reſtrictionem, & limitationem iuris communis
feudorum, quo iure omnia feuda erãt diuiſibilia,
& omnes filij æqualiter ſuccedebãt,vt in 1. *Rub.
de his, qui feu. dare poſſ. & in cap. imperialem,*
§. *præterea ducatus, de probib. feud. alien. per
Feder. & ibi doct. & aduertit idem Caraman. in
d. Conſtit. in princ. & Andr. ibid.* poſt eum ſu-
peruenit autem dicta Conſtitutio, quæ ſtatuit in
viuentibus Iure Francorum, quòd eſt ius ſpecia-
le, id eſt ius peculiare in hoc Regno, vt primò
genitùs tantum ſuccederet.vocauitque ex deſcẽ-
denti linea deſcendentes cuiuſcunque ſexus ſint
ſeruata tamen ſexus,& ætatis prærogatiua,vt ſci-
licet mulieri maſculus,& maior natu alijs præfe-
ratur,& idem in linea collaterali. Sed prædicta
11 Conſtitutio † vocauit ad ſucceſſionem filios, &
deſcendentes,& venientes ex linea collaterali,nõ
vt hæredes,ſed vt filios,& proximiores, nam nec
verbum quidem in *d. Conſtit.* de hæredibus:qua-
12 re ſeruata diſpoſitione dictæ † Conſtit. feuda
deferebantur ex munificentia, & prouidentia
Principis, & beneficio dictæ Conſtit. & proinde
omnia feuda in hoc Regno erant ex prouidentia
virtute dictæ Conſtit. vt ſenſit ibi etiam *Andr. in
ca. 1.* §. *& olim num. 8. de ſucceſſ. feud. & ibi ex-
preſsè declarat Afflict. num. 34. & in cap. 1.* §.
notandum num. 10. *de his; qui feud. dare poſſ.
Pern. in conſ. 2. col. 3. optimè explicat Cannet. in
repet. cap. ſi aliquem in cap. ſeu* §. *incipient. eſt
præterea annotandum num.* 11. *&* 12. *pagin. mibi*
13 216. quòd vbi feudum defertur † non inueſtitu-
ra,ſed à lege,vt in *Conſt. de ſucceſſ.* tunc verbum
hæres capitur pro illis perſonis vocatis ex ipſa le-
ge, & ponderat ad hoc, & ita declarat dictam
Gl. in dicto verbo ex vtroque parente, quia per-
ſonæ vocatæ erant hæredes beneficio dictæ Con-
ſtit,

ſtit. non inueſtitura, vel pacto, & allegat ad idē
*Anton. de Alex. in conſ. vlt. inter conſ. Loffre-
di*, & latius hanc opinionem defendit ex pro-
feſſo in *rep. cap. volentes, in cap. incip. Sed
magna fuit olim dubitatio pag. mihi 54. per to-
tum illud cap.* & hoc eſt, quod noluit declarare
14 Gloſ. prædicta † vt præfati Doct. intelligunt:
nam recentis terminis d. conſtitut. ſumpſit occa-
ſionem dubitandi ſi feudatarius habens fratrem
ex vtroque, vel altero parente inſtituat extraneū
hæredem in bonis ſuis omnibus frater ſuperſtes
proximior vult vendicare feudum ab extraneo
inſtituto ex beneficio d. conſtitut. an poſſit: &
concludit, quod poſſit, quia conſtitut. prædicta
vocat perſonas certas ad ſucceſſionem feudorū
alijs excluſis, non poſſunt aliæ perſonæ inſtitui
in ipſo feudo, illæ enim perſonæ in d. conſtitut.
enumeratæ, habent potius à ſeipſis, & ſic non
poteſt eis adimi, *argumento ff. de hæred. inſtit.
l. ſed ſi in conditione, §. fin.* Item defunctus ha-
buit feudum quaſi ære alieno debito, videlicet
his perſonis, & ſic ab eis non poteſt auferri, *l.
pater cum ſimil. ibi not. ff. ad l. falcid.* ſubditq;
tandem, quod iſtis perſonis nominatis in d. con-
ſtitut. debetur feudum ex beneficio dictæ con-
ſtitut. non beneficio teſtatoris. hæc Gloſa.

Quis non videt, aut quis non intelligit, quod
15 Gloſa prædicta † nil aliud fecit, nil aliud voluit
quam declarare, & explicare, quod vocati ad
ſucceſſionem feudorum per d. conſtit. non ſunt
vocati, vt hæredes, ſed ex prouidentia Principis
qui fecit d. conſtitut. in qua vocauit certas per-
ſonas ibi non vt hæredes, ſed vt proximiores à
linea deſcendenti, vel collaterali deſcendentes,
qui cum ſuccedant iure proprio non iuuat alios
extraneos inſtituere in teſtamento, & hoc pacto
declarat terminos d. conſtit. & ſoluit eius quæ-
ſtionem, & hæc non alia fuit intentio Gloſæ,
quam ita intelligunt, & exponunt etiam *Pernus,
Ant. de Alex. Cannet. & Afflict. ſupra citati*,
& attenta diſpoſitione d. conſtitut. ſimpliciter
16 eo tempore non eſt dubium ſucceſſorem † in
feudo non teneri ad onera, quia feudum capie-
bat ex prouidentia d. conſtit. & iure quodam-
modo proprio, ſed in feudo hæreditario, de
quo non loquitur glo. prædicta, ſecus eſt, nam
17 licet proximè † ſucceſſuri non inſtituantur, ta-
men ad illud non poſſunt venire niſi vt hæredes,
& cum qualitate hæreditaria per aliam legem
Regni poſt dictam conſtitut. introductam, vt
inferius dicemus, & ideo & ſi veniant vocati à
lege, quia tamen veniunt vocati cum prædicta
qualitate, & non aliter, ideo tenentur agnoſce-
re, & perſoluere onera defuncti ſuper feudo.

Et verum eſt dicere, quod non potuit gloſa
prædicta loqui de feudo hæreditario ſiquidem
18 de iure communi † feudorum, non erat cogni-
tum feudum hæreditarium, nam eo iure omnia
feuda erant ex pacto, & prouidentia, & licet in
multis locis fiat mentio hæredis, *vt in rubr. &
nigro de eo qui ſibi, & hæred. ſuis*, & alibi, ta-
19 men verbum illud † hæredis, eo iure pro libe-
ris, & hærede hæreditatis, vt declarat *tex. in
cap. 1. §. ſimiliter de lege Corr.* ibi ſuiſque hæ-
redibus, quod (inquit) intelligi debet de ſolis
maſculis, & idem in *cap. 1. §. & ſi clientulus &
ibi Andr. tam in princ. quam in fine de alienat.
feud. Cannet. in repet. cap. ſi aliquem in cap. in-
cipien. eſt præterea annotandum num. 8. pag.
216. Petrus de Gregorio de conceſſ. feudi par. 3.
quæſt. 3. à princip. vſque ad num. 9. & num. 8.*
tempore Andr. verbum hæredibus intelligeba-
tur ſecundum ſubiectam materiam, de iure cō-
muni feudorum pro filio maſculo, & ſic de hæ-
rede ſanguinis tantum, *Paris de Puteo de rein-
tegr. in cap. an ſi quis ſtipuletur num. 13. pag.
mihi 69. & poſt Bald. tenent omnes in d. cap. 1.
de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis. Pernus optimè in
conſ. 6. col. 9. & in quarto notabili in princip.
& in conſ. 8. col. 2. & 3.* niſi in conceſſione facta
ab homine ſit expreſſum nomen hæredis. nam
20 tunc erit † hæreditarium, ſecus vbi lex expri-
mit, quia tunc erit ex prouidentia, vt per *Can-
net. in loco ſupra cit. num. 11. vt declarat, ac
explicat Camer. in repet. cap. Imperialem, §.
præterea ducatus pag. 96. littera D, cum alijs
ſequentib.* & tempore Caramanici, qui gloſſa-
uit conſtitut. Regni, nondum erat introducta
qualitas hæreditaria in ſucceſſione feudorum in
21 hoc Regno: ſiquidem illa † fuit introducta tē-
pore Caroli Secundi, per cap. conſiderantes de
prorogat. ſucceſſ. duratura, à quo tempore ſum-
pta eſt communis forma inueſtituræ in hoc Re-
gno pro te, hæredibus, & ſucceſſoribus, & fuit
conſequenter cognita qualitas hæreditaria, vt
teſtatur *Neapod. in conſuet. & ſi teſtator, in
verbo diſponere num. 8.* & illud cap. conſide-
rantes fuit obtentum in parlamento generali
Neapoli celebrato per Carolum Secundum, vt
teſtatur *Andr. in d. conſtitut. vt de ſucceſſioni-
bus, in verbo filij autem fratrum in 3 col.* quare
ad petitionem Baronum, & totius Regni fuit
introducta prædicta qualitas hæreditaria in feu-
dorum ſucceſſione, ergo antea non erat dare
feudum hæreditarium, & Caramanicus floruit
22 tempore † Caroli Primi, vt dixi in deciſ. 2. er-
go ſuo tempore non erat cognitum, nec intro-
ductum feudum hæreditarium, quia ſeruabatur
diſpoſitio d. conſtit. & ius commune feudorum
quo iure, vt diximus, omnia feuda erant ex pro-
uidentia.

Quod autem omnia feuda hodie ſint hære-
ditaria, etiam ea, quæ capimus præter, vel con-
23 tra voluntatem defuncti controuerti non poteſt
attenta diſpoſitione dicti cap. conſiderantes, à
quo ſumpta fuit communis forma inueſtituræ
pro te, hæredibus, & ſucceſſoribus, quia omnes
Regnicolæ communi conſenſu ſequuntur Nea-
24 pod. & eius † opinio in iudicijs ſemper recepta,
& ſecundum illam paſſim iudicatum eſt, *vt te-
ſtatur Afflict. qui in lecturis licet aliter ſenſerit
tamen in deciſ. 140.* fatetur bis illo anno fuiſſe
iudicatum, quod data communi forma inueſti-
turæ, tibi, & hæredibus tuis, ex tuo corpore le-
gitimè deſcendentibus, feudum eſt hæreditariū
in perſona deſcendentium, ex doctrina, & au-
thoritate Neapod. vbi ſupra, ſubdens, quod do-
minus Ant. de Alex. dicebat maiores noſtros,
videlicet *Io. Antonium Carafam, & D. Goffre-
dum de Gaeta ita tenuiſſe, & in deciſ. 240. nu.*
10 ite-

10, iterum canonizat authoritatem, & opinio-
nem Neapod. & ad diem allegat *Andr. in cap.*
1. de alien. feud. fact. & in cap. 1. ex quib. cau.
feud. & amitt. & in cap. 1. de capit. qui cur.
vend. & in cap. 1. an agnati, & in deciſ. 293.
fatetur d. cap. conſiderantes, fuiſſe ſemper in-
terpretatum, quod frater ſuccedat fratri in feu-
dis antiquis, ex prædicta communi forma inue-
ſtituræ, tibi, & hæredibus ex tuo corpore, quia
eſt de deſcendentibus primi acquirentis. Idem
25 firmat *D. Antonius* † *de Alex. in conſ. vltimo*
poſt conſ. Loffredi num. 52. deferens multum
authoritati Neapodani, quem etiam authorem
huius opinionis facit, & ſequitur *Paris de Puteo*
de reintegr. in tit. de verb. ſignific. in ver. hæ-
res pag. mihi 180. & *Capy. in ſua inueſtitura*
in verbo hæreditarium in 1. concluſ. col. 1. pag.
mihi 235. & in verbo & hæredibus, fatetur etiã
quod hæc eſt communis forma introducta per
d. cap. conſiderantes factum in parlamento ge-
26 nerali. Quod eo caſu quo feudum eſt hæredi-
tarium, quia conceditur tibi, & hæredibus, id
quod dicit Princeps eſt, quod filij tui ſint hære-
des, tunc ex ipſa conceſſione principis, & ſic ex
tunc ipſa lege fiunt hæredes.

Vnde amplius non curamus, an inſtituetur
filius hæres, vel non, quia ad id ſemper eſt hæ-
res, & venit vt hæres conſtitutus ab inteſtato ab
ipſa origine conceſſionis, & ſic non poteſt aliter
venire, cum ſit ſibi conceſſum, & ſic non eſt
tractandum, vel curandum, inſtituat pater, vel
non ad huiuſmodi feudum. quid clarius? & põ-
derat, & allegat ad hoc *Andr. in cap. 1. de in-*
ueſt. de re alien. facta in 5. col. verſ. ſunt enim
quædam feuda hæreditaria, & ante Pernum,
& alios id firmauit Bald. in conſ. 170. *vol.* 2.
27 dicens non eſſe faciendam vim † quòd quis in-
ſtituat, vel non inſtituat in feudo filium, vel alium
proximè ſucceſſurum: quia non eſt curandum
de teſtamento vaſſalli, nõ autem diſponit in per-
ſonam ſuccedentem in feudo, & nil refert, quia
relinquit quòd ſuum eſt poſt mortem ipſius te-
ſtatoris, nam tunc capit vires teſtamentum, *l. pro-*
prium C. de leg. l. mea res, ff. de cond. & demon.
aut relinquit alijs, & tunc aut prorſus extraneo,
& non valet, vt in *cap. 1. §. donare qualiter olim*
feud. pot. alien. & in cap. 1. de alien. feud. & l.
vxor patrui, C. de leg. aut relinquit agnato, & tũc
aut agnato remotiori, & non valet in præiudiciũ
proximiorum etiam domino conſentiente, alle-
gat ſe ipſum in *cap 1. de alien. feud pat.* aut pro-
ximiori, & tunc fruſtratorium eſt, & non tenet,
cum ſine ipſo eſſet ſucceſſurus, etiam quia lega-
tum nullam affert vtilitatẽ, dicit enim lex, quòd
legatum, quòd non affert vtilitatem non valet in
l. hæreditatem, ff. mandat, & l. 1. § penult. C. com.
de legat. hæc Bal. ſed non omittamus Camer. qui
more ſolito hos terminos etiam magiſtraliter ex-
plicat in repet. *cap. Imperialem. §. præterea du-*
catus, pag. 26. littera L & ſequentibus ſtant nã-
que ſimul (inquit) vt feudum hæreditarium de-
beatur nobis ex pacto, & prouidentia, & ſimul ſit
28 hæreditarium, & hoc caſu † ſanguis, & qualitas
hæreditaria concurrunt, ſed ſanguis regulatur à
qualitate hæreditaria ſecundum *Aret. Iaſ. &*
alios in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. quia ſi
ſanguis regulatur à pacto, *vt in cap. 1. de feu.*
non hab. propr. feu nat. Pactum quoque eſt per
quod qualitas hæreditaria additur, inde ſubdit,
quòd in feudo hęreditario tenetur quis eſſe hæ-
res propter pactum ab initio generationis feudi
expreſſum, & non reuocabit, quòd à prædeceſ-
ſore factum eſt *d. l. cum à matre* pro quo eſt ca-
ſus in *l. ius ſepulch. C. de relig. & ſump fun. à ſolo*
Perno doctore eximio ſiculo ponderato, & ratio
rationis eſt quia ex hac diuerſitate ſtipulãdi pro-
29 uenit, vt attenta prima natura † non hæreditaria
detur feudum ſucceſſione, *vt in ca. 1. de ſucceſſ.*
feu. ſed conſiderata hac ſecunda natura hæredi-
taria per ſtipulationem feudo data feudum de-
beatur nobis tranſmiſſione ad hæredes, vt nondũ
ſuccedamus primo, ſed quod à moriente ad nos
transferatur ſanguis, & qualitas hæreditaria ſi-
mul, & idem firmat in *d cap. an agnatus in loco*
ſuprà citato. dicens quòd vbi in conceſſione, &
inueſtitura de hæredibus facta eſt mentio, prima
natura non hęreditarij, in naturam hæreditarij
transfunditur *d. cap. 1. de feu. non hab. propr. feu.*
nat. & ſtatim quòd dixit hæredibus, hæreditariũ
eſt effectum ſecundum *Andr. in cap. 1. §. hoc*
quoque de ſucceſſ feu. & in cap. an agnat. & in
cap. 1. §. huius autem generis, in quibus can. feu.
amitt. & Bar. in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff.
de oper. libert. in eandem opinionem accedit Ma-
rin. Freccia in 16. differ. feud. hæred. & ex pa-
cto, & prouidentia, quem moderniſſimi prædicti
allegant pro contraria opinione, & miror vehe-
menter, quia vbi illum allegant minimè conclu-
dit id, ad quod prædicti moderniſſimi allegant.
at hoc in loco aſſerit contrarium, & opinionem
affirmatiuam amplectitur; ſed illum forſitan non
viderunt, vel non aduerterunt, vel ſtudioſe omi-
ſerunt. Inquit enim, quod cùm communis for-
ma inueſtituræ in hoc Regno ſit pro te, & hære-
30 dibus, forma † hæc facit proximè ſucceſſurum
hæredem in feudo ſecundùm interpætationem
prudentum, etiam ſi defunctus alium faciat hæ-
redem in patrimonio, vt poſſit habere feudum,
etiam non hæres bonorum, & hæreditatis Iudi-
cio morientis. nam feudum habebit proximior
filius, vt hæres feudi ex ipſa conceſſione ne ex-
cludatur à feudo in quo ipſe eſt hæres iuxta do-
ctrinam ſiculorum *in repet. cap. volentes, & di-*
cit quòd ſequitur ibi D. And. dictus lo Petrao,
qui refert ſic fuiſſe iudicatum. Hanc eandem
opinionem in indiuiduo tenet *Minad. in conſ.* 10.
quo loci prædicti moderniſſimi illum allegant
etiam pro eorum opinione, & in eandem opinio
nem labuntur, & prorinus allucinantur ibi enim
31 num. 21. inquit † quòd ſi hæreditas ſine aſſenſu
ſit alteri delata ex teſtamento poſſet hoc caſu
peti feudum hæreditarium abſque hæreditate, &
ſubdit. Non tamen dum dicetur hæreditarium
feudum ſtante alio hęrede, in allodijs, quia non
eſt inconueniens, vt vnus ſit hæres vniuerſalis, &
alter particularis, *vt in l. 1. ff. ſi pars hæred. pet.*
& ideo non benè dicunt, qui hoc caſu dicunt nõ
hæredem habere ſimpliciter feudum hæredita-
rium, & ſubdit non eſſe admittendam opinionẽ
Iac. de Belniſo in cap. Titius ſi de feud. def. con-
ſuet.

fuer. quo loci Iac. de Beluiſo tenet idem, quòd in cap an agnatus; quinimmò in cap. 1. an agnat. remictit ſe ad dicta per ipſum in d. cap. Titius, & vtroque in loco tenet non inſtitutum, qui non ſucceſſit in hæreditate, ſed tantum in feudo poſſe reuocare diſpoſita per defunctum, & non teneri ad pretij reſtitutionem, & habere ratum eius factum. Itaque reprobat opinionem Iacobi vt poteſt dicere, qui illum benè legerit: & ratioñe reddit, quia cum feudum ſit hæreditarium, obſtabit non inſtituto *text. in d l. cum à matre, & allegat ad idem tex. in l. venditrici, C. de reb. alien. l. vnum ex familia, §. ſed ſi vitio, ff. de leg. 2. quia quoad ea quæ ſunt hæreditaria neque prodeſt inuentarium vt per And. in cap. an agnat. & in cap. Imperialem in addit. Imol. in cap. ex parte extra de fen.* quod ego intelligo non prodeſſe inuentarium quo minus feudum hæreditarium non vendatur propter onera creditoribus inſtantibus, ſed benè prodeſſe, non vltra vires teneatur ſucceſſor in tali feudo *iuxta l. fin. cum ſua mat. C. de iur. delib.* Itaque Minad. affirmatiuam tenet opinionem non negatiuam, & miror, quòd pro negatiua adduxerint, ac ſi eius doctrina non eſſet ab alijs conſideranda, & videnda.

Nec refragatur ſi quis diceret quod qualitas hæreditatia tempore Caramanici erat cognita de Iure communi Romanorum quo quis in dubio acquirit pro ſe, & hæredibus ſuis, *l. ſi pactum, ff. de probat. cum concord. ibi in Gl. cap. 1. de duob. fratr. à cap. inueſt.* ſunt Iura quæ ad hoc propoſitum ſæpiſſimè allegat And. nam in deciſionibus
32 cauſarum feudalium ius commune Rom. nil valet niſi in ſubſidium, & defectum vbi ius feudale deficit, at vbi caſus à Iure communi feudorum eſt prouiſus, & deciſus, ſtamus eius diſpoſitioni, & ceſſat ius comm. Rom. *vt in cap. 1. de feud. cognit. Doct. omnes in prælud. & Cannet. in repet. cap. volentes pag. mihi 24. num. 11.* ſed caſus vbi quis acquirit feudum etiã expreſſè pro ſe, & hæredibus, eſt determinatus à iure comm. feud. quod intelligatur pro liberis, & hæredibus ſanguinis, vt ſuperius docuimus, ergo non poterat acquiri feudum ſecundum ius commune Rom. cum qualitate hæreditaria, & omnia alia iura ceſſant vbi ius feudale loquitur: vt in ſimili docet *Andr. in cap. ſancimus lo ſecondo num. 6. quo tempore mil.* etiam quia feudum non erat agnitum de iure commun. Rom. vt dixi in mea ſecunda deciſ. & firmat *Blancur in ſuo epit. feud. cap. 1. num. 22.*

Et licet *Loffredus in conſ. 10. num. 24.* dixerit non habere locum diſpoſitionem *tex. l. cum*
33 *à matre, C. de rei vendic.* in his † quæ legis beneficio capimus, & habemus per ea, quæ habẽtur in *l. defuncto, & ibi glo. Bart. & Salyc. C. ſi in fraud. patr.* extendens ad feuda, quæ prouidentia, & beneficio legis capimus, tamen vel malè loquitur, vel ſanè intelligendus eſt, vt aduertit *Camer. in d. repet. cap. Imperialem pag. 90. lit. P.* vt ſcilicet dictum Loffredi intelligatur quando lex dat ſine qualitate hæreditaria appoſita ab homine, quia vbi qualitas hæreditaria eſt adiecta habebit locum, *tex. l. cum à matre*, etiam quod iure proprio, ſeu beneficio l. quis capiat, & hæc ſufficerent ad deſtruenda omnia fundamenta in quibus prædicti moderniſſimi fundant opinionem negatiuam.

Et ex prædictis etiam reſoluta remanet tertia & quarta ratio, ſeu conſideratio, & exaggeratio prædictorum moderniſſimorum, ſuiſmet enim armis necantur: nam fatentur duo copulatiua requiri, vt quis poſſit conſequi feudum, quod ſcilicet ſit de ſanguine, & quod ſit hæres. Ergo non habebit feudum, niſi vt hæres, dicere quod
34 eſt neceſſe, quod inſtituatur, hoc nulla lege cauetur, & quod ſi non inſtituitur remanet ſola qualitas ſanguinis, iſtud eſt errare in terminis, vt ſuperius abundè probatum eſt, quia euelli nõ poteſt qualitas hæreditaria infixa oſſibus ab origine inueſtituræ, ne hic iterum repetamus ſuperius dicta.

Dicere quod ex quo non inſtituitur, venit tanquam vocatus à lege, & iure proprio, non vt hæres teſtatoris, & iudicio teſtatoris mera chimera, & truffa eſt, vt ſupra abundè docuimus. Et præter dicta, & ex abundanti, iſtud procederet in feudo merè ex pacto, & prouidentia, ſecus in feudo hæreditario, vel mixto, ex pacto, & prouidentia, & hæreditario ſimul, vt firmat *Petr. de Gregorio de conceſſion. feud. par. 2. quæſt. 10. num. 29. vbi ad hoc allegat Pern. in conſ. 6. qui col. mihi 10. id explicat egregie*, ſed vbi filius ex forma inueſtituræ non poteſt venire niſi, vt hæres vocatus ex forma conceſſionis feudi, hoc caſu non habet neceſſe, quod ſit hæres niſi in ipſo feudo cum oneribus ſuis, allegat *Bald. ad id in conſ. 82. incip. proponitur in*
35 *2. col. verſ. ſi dicat volum 1.* hinc formas † inueſtituræ inſpiciendas rectè aduertit *Cannet. in repet. cap. ſi aliquem in cap. incip. eſt præterea annotandum pag. mihi 216. num. 9.* quia aliquæ ſunt merè hæreditariæ, aliquæ mixtæ, & aliquæ merè ex pacto, & prouidentia, & in primis duabus non poteſt etiam agnatus ſuccedere citra ius, & nomen hæredis, *ex Andr. in d. cap. an agnat. & in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. & latè per Loffred. in conſ. 1. & Pariſ. in conſ. 23. volum. 1. & egregiè Alex. in conſ. 44. vol. 1. num. 1. vbi Natta in addition.* congerit ad id cateruam Doctorum, quos laborioſum potius quam neceſſarium eſſet tranſcribere, qui termini noti ſunt lippis, & tonſoribus (vt eſt in prouerbio) & illos ignorare reprehenſibile, & dãnabile eſt his præſertim, qui iuridicendo præſunt, & feudalem ſcientiam aliquando alios publicè docere profeſſi ſunt, de quibus poſſet dici, quod de minutis feudiſtis dicit *Camerar. in rep. cap. an agnat. in prima oppoſit. num. 33.* quod ſunt potius apti ad poſſidendum, quam interpretandum feuda.

Nec authoritas, & doctrina Iacobi de Beluiſo quemquam mouere debet, (& ſum in ſecunda ratione ordine retrogrado) quia ſatis ſuper ſuffi-
36 cere deberet, eius opinionem † communi noſtrorum interpretum ſententia eſſe receptam in iudicijs, in feudo ex pacto, & prouidentia, non autem in feudo hæreditario, *vt in d. 1. deciſ. Domini de Franchis, & per d. Lanar. in eius conſ.*

conſ. 80. *& D. de Ponte in d. conſ.* 13. & per
alios per me ſupra relatos.

Quinimmò dico, quod non poteſt eius do-
ctrina aliter intelligi, niſi quod loquatur in feu-
do ex pacto, & prouidentia: nam Iacobus de
Beluiſo floruit tempore Durandi Speculatoris,
vt in proœmio ſui operis habetur. *At Duran-
dus floruit ſub Hadriano V. Pontifice maximo
anno Domini 1271. & deceſſit annum nondum
attingens trigeſimum primum, quo tempore
etiam floruit Accurſius, qui obijt anno Domini
1279. vt de vtroque teſtatur Genebrard. lib. 4.
ſua Chronographiæ in tertiodecimo ſæculo pag.
mihi* 641. & 657. & ſi qualitas hæreditaria non
erat cognita, nec introducta, vt ſuperius dixi-
mus tempore Caramanici, qui fuit poſt Iacobũ,
tanto minus poterat eſſe cognita tempore Ia-
37 cobi, niſi eo modo, quo verbum hæres de iur.
comm. feud. ſumebatur pro filio maſculo, ergo
Iacobus de Beluiſo non potuit loqui de feudo
hæreditario, nondum cognito, nec introducto,
ſed de feudo ex pacto, & prouidentia, de quo
erat ſermo, & loquitur *tex. in d. tit. an agnat.*
& merito dubitauit in filio, quem pater non in-
ſtituit, ſed reliquit legitimam alio inſtituto, &
non dubitauit in alijs agnatis proximioribus,
quia in ſucceſſione feudi ex pacto, & prouiden-
38 tia filius eſt deterioris † conditionis alijs agna-
tis, nam agnati ſuccedunt etiam, quod non ſint
hæredes, & non tenentur ad onera, quia non ab
vltimo moriente, ſed à primo acquirente ex
prouidentia concedentis capiunt. At filius non
poteſt habere feudum niſi ſit hæres patris, &
conſequenter tenetur agnoſcere debita, & onera
ſaluo beneficio inuentarij, *vt per Andr. in d.
cap. 1. quem ibi omnes ſequuntur*, & ideo diffi-
cultas poterat cadere in filio non inſtituto, nam
licet ſit feudum ex pacto, & prouidẽtia, & illud
filius recognoſcat à Principe, qui ſic dedit filio,
ſicut patri, nihilominus filius non poteſt aſpira-
re, & venire ad huiuſmodi feudi ſucceſſionem,
& renunciare hæreditati paternæ, quod peruer-
tit Perni iudicium in ſuis primis notabilibus col.
mihi 5. in fine, qui neſciens reperire huius rei
veram differentiam, & rationem inter filium, &
agnatos, dicit aut beſtialiter eſt conſtitutum, aut
ſoluat Apollo.

Præterea opinio Iacobi de Beluiſo non eſt ne-
39 ceſſaria, † ſed probabilis, quia legis tantum eſt
neceſſaria, non gloſæ, vel Doctorum, ſecundum
*gloſ. & Doctor. in l. 1. C. de legibus, & in
l. 1. ff. ſi certum petatur*, & tantum valet opinio
Doctoris quantum aliqua lege, vel ratione fulci-
tur, vt de Oberto, & Gherardo feudalium con-
ſuetudinum compilatoribus, dicit *And. in præ-
ludijs primo quæſt. num. 24. & ſeq.* & poſt eum
omnes ibi. Sed opinio Iacobi de Beluiſo non
fundatur ratione, vel lege aliqua, ergo non at-
tendenda, quinimmo iura, quæ ipſe allegat, ad
fundandam eius opinionem, vel non probant,
vel fundant contrariam, & affirmatiuam ſiqui-
dem quatuor ſunt iura, quæ ipſe allegat, *tex. in
l. ſi quis priore, ff. ad Trebell. text. in l. quo-
ties, C. de hæred. inſtit. tex. in §. aliud quoque
cap. iuncto, §. fine, Auth. vt cum de appellat,
cognoſ. & tex. in l. 1. §. ſi ex fundo, ff. de hæ-
red. inſtit.* At *tex. in l. ſi quis priore*, loquitur
in caſu diuerſo, ſcilicet in diſpoſitione teſtatoris
valida, qui potuit ita diſponere, & pro ſuæ vo-
luntatis arbitrio dare, & adimere hæreditatem,
nemini faciens iniuriam, & præiudicium, quod
non eſt in caſu de quo agimus, in quo diſpoſitio
de feudis in extraneum eſt etiam prohibita, &
non tenet, nec parat præiudicium legitimo ſuc-
ceſſori à lege vocato, quare diuerſi ſunt caſus,
& termini valde differentes, & proinde de illo
tex. non poteſt fieri illatio ad feudum, vulgata
l. Papinianus exuli, ff. de minorib. Eodem pa-
cto reſoluitur † *tex. in l. quoties, C. de hæred.
inſtit.* ibi enim præſupponitur vnum inſtitutum
in re certa, vel pro certis rebus pro ſua inſtitu-
tione contentum eſſe, alijs vniuerſaliter in
vniuerſa hæreditate inſtitutis, decidit ibi Impe-
rator inſtitutum in re certa legatarij loco habe-
ri, & proinde non poſſe conueniri hæreditarijs
actionibus, ſed eſſe conueniendos alios vniuer-
ſaliter inſtitutos, & conſequenter ibi omnia de-
pendent à voluntate teſtatoris, quæ valida eſt,
& parat præiudicium inſtituto in re certa. At in
caſu noſtro diſpoſitio teſtatoris eſt nulla, & in-
ualida, & parat præiudicium non inſtituto, quo-
minus auocet feudum ab inſtituto, & ibi ratio
redditur quare inſtitutus in re certa non tenetur
ſubire onera, quia habetur loco legatarij, &
conſequenter caſus eſt omnino diuerſus: quin-
immo ratio ibi à contrario ſenſu annuit, quod ſi
inſtitutus in re certa auocaſſet hæreditatem ab
alijs vniuerſaliter inſtitutis vtique nõ haberetur
loco legatarij, ſed hæredis, & conſequenter te-
neretur ad onera, *tex. in l. 1. §. ſi ex fundo, ff.
de hæredib. inſtit.* nihil penitus ad rem facit, vt
42 ex eo eſt videre, & tandem † *tex. in §. aliud
quoque cap. iuncto, §. fine, à quo ſumpta eſt
Auth. ex cauſa, C. de lib. præter.* fundat opi-
nionem affirmatiuam directè contra opinionem
negatiuam quam tenet Iacobus de Beluiſo, nam
in §. aliud quoque enumerantur cauſæ, quibus
poteſt pater filium exhæredare, ſubſequitur *tex.
in §. fine*, in quo ſtatuitur, quod ſi pater exhæ-
redauerit filium abſque cauſa legitima, irritum
erit teſtamentum quoad inſtitutiones tantum, &
filius ab inteſtato ad hæreditatem patris perue-
nit. Cætera vero in teſtamento diſpoſita firma
remaneãt, vt puta, legata, fideicommiſſa, liber-
tates, tutorum dationes, & alia ſimilia. Ecce ibi
filius ſuccedit patri contra voluntatem, & ſuc-
cedit ab inteſtato, & nihilominus tenetur ſubi-
re onera in teſtamento relicta, & *gloſ. in d. auth.
ex cauſa*, miratur, quod filius ſuccedit patri ab
43 inteſtato ſecundum quid, & quoad quid, vt hæ-
res ex teſtamento, quia peti poſſunt legata, &
fideicommiſſa in eo relicta, ergo idem dicendũ
in ſuccedente in feudo contra voluntatem te-
ſtatoris, vt non ob id poſſit excuſari quin tenea-
tur ad onera, etiam quod ſuccedat ab inteſtato,
quia cum caſus iſte in feudorum ſucceſſione
contra voluntatem defuncti non reperiatur ali-
qua conſuetudine, vel lege feudali deciſus ad
deciſionem iuris comm. Rom. recurrendum eſt
quo attento filius ſuccedens contra voluntatem

patris

patris tenetur agnoſcere onera, vt in d. tex.
Nec quintò loco poteſt controuerti. quòd ſi
concederemus, quòd non inſtituendo quis à le-
ge vocatum, & debentem ſuccedere, feudum,
44 quod eſt † hæreditarium conuertatur in feudũ
ex pacto, & prouidentia, quòd in conſequentiam
neceſſe eſſet concedere, quòd ſit in facultate feu
datarij, & vaſſalli mutare tenorem, & formam
inueſtituræ, conculcare Iuriſdictionem Regis, &
ſupremam ipſius directi dominij authoritatem
vſurpare, ipſumque penitus contemnere nõ paſ-
ſim vnus poſt alium in perpetuum non inſtituẽ-
do filium, vel agnatum proximè ſucceſſurum,
vtique feudum, quòd eſt hæreditarium, conuer-
teretur in feudum ex prouidentia, & ceſſaret pe-
nitus qualitas hæreditaria, & præualeret qualitas
ſanguinis tantum, & tenor inueſtituræ in totum
ſubuerteretur opera, & verſutia feudatarij vaſalli
quod quantum ſit obſcænum, & abſurdum non
opus eſt dicere res ipſa indicat, & ex ſuperius
dictis facile dignoſcitur.
Præterea dicant moderniſſimi, qui tantũ huic
45 erroneæ opinioni adhærent qua lege, † qua ra-
tione, quo iure ſe fundant, vt feudum hæredita-
rium ab initio cenſeatur erectum cum hac con-
ditione, quòd poſſidens feudum teneatur nomi-
nare, & inſtituere ſucceſſorem illum, quem lex
vocat: aliàs qualitas hæreditaria non præualeat,
ſed qualitas ſanguinis, Nam quòd debeat ſuc-
cedere vocatus à lege non eſt dubium, & conce-
dimus omnes: ſed quod teneatur teſtator præci-
ſa neceſſitate, & obligatione iuris illum inſtitue-
re, aliàs qualitas hæreditaria depereat, hoc nulla
lege nullaque ratione reperitur cautum: Eſt ve-
rum, quod extraneum inſtituendo non tenet in-
ſtitutio quoad feudi ſucceſſionem in quo proxi-
mior eſt vocatus, ſed quòd ob id mutetur qua-
litas hæreditaria hoc profectò ridiculum ſom-
46 nium eſt. Siquidem feuda † non ſunt introdu-
cta à feudatario vaſallo, ſed à publico, & ſunt pro
prium patrimonium Regis, vt dixit *gloſ. in con-*
ſtit. Vt de ſucceſſionibus in princip. colu. 2. &
Iſern. in prælud. in 4. quæſt. Et ſolus Rex poteſt
præſcribere formam, & qualitates conceſſioni
feudorum, quia rei ſuæ eſt moderator, & arbiter,
vt fatetur *Andr. in cap. 1. num. 11. de controuerſ.*
feud. apud par. Quia feuda ſunt deſtinatione
Regis *argumento legis, quod in rerum, ff de leg.*
1. & l. ſi is qui duas ff. com. præd. & optimè idem
And. in cap. 1. de cap qui cur. vend. vbi num. 22.
allegat eadem iura, & in terminis noſtris conclu-
dit, quòd priuatus non poteſt à forma ſtatuta re-
cedere per *l. conſtitutionibus ff. ad municip.* nam
modum, & finem imponere feudo eius eſt, qui
beneficium tribuit, vt inquit *gloſ. prædicta in*
conſtit. Vt de ſucceſſionibus quam ad id de quo
agimus expendit, & extendit *Pern. in cap. volen-*
tes in 4. col. in princip. & firmat Cannet. in repe-
tit. eiuſdem cap. in cap. incip. at non erit inutile
47 *pag. mihi 127. num. 33.* Quare ſolus Rex † po-
teſt mutare, & alterare formam, vt nouiſſimè ad-
uertit *Lipar. in addit. ad And. in cap. 1. § profe-*
cto de leg. Corr. in verbo legem allegat Pernum
in conſil 10. in fine. Et omnis res per quaſcun-
que cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *ca. 1.*
eod. & lib. 6. de reg iur. l. nihil tam naturale, ff
eod. & ibi Doctores Auth. contra ſi filij, & ibi
Bar. C. de repud. At feuda, vt diximus à Rege de-
riuarunt & naſcuntur, & conceduntur, & tenor
48 inueſtituræ † à ſolo Rege conſtituitur, & quali-
tas hæreditaria à ſolo Rege præſcribitur in ipſa
conceſſione, quomodo ergo poterit feudatarius
vaſſallus tenorem inueſtituræ peruertere quali-
tatem hæreditariam mutare abſque domini dire-
cti conſenſu ex eo ſolo, quia ſibi non placeat in-
ſtituere proximè ſucceſſurum à lege vocatum
ad feudi ſucceſſionem? Et verè ridicula res eſ-
49 ſet, quòd non liceat Regi † poſt factam conceſ-
ſionem, & ius feudatario quæſitum abſque ipſius
feudatarij conſenſu mutare formam inueſtituræ,
& liceat feudatario, & vaſallo mutare in contem-
ptum domini. Quòd enim Rex in præiudicium
feudatarij non poſſit mutare tenorem inueſtiturę
clarum eſt, & tenet *Andr. in conſtitut. Regni ho-*
norem in princ. & in conſtit. vt de ſucceſſionibus,
& in cap. 1. col. 2. num. 3. de feudo dato inuicem
legis commiſſ. & in cap ſancimus quo tempore
Mil. Iac. de ſanto Georgio in ſua inueſt. in ver-
bo qui quidem inueſtitis num. 28. Curt. iun. in
conſ. 1. nu. 14. & ſeq. illaque redditur ratio, quia
per originalem formam † conceſſionis feudi, fuit
irreuocabiliter ius quæſitum perſonis in illa no-
minatis, & comprehenſis per ſtipulationem pri-
mi acquirentis, vt latè habetur *per Andr. in*
ca. 1 §. & olim de ſucceſſ. feu in d. cap. 1 de cap.
qui cur vend. in § ſimiliter in addit. num. 24. in
fine, & num. 25. & ſeq. vbi optimè per duas col.
Bart. in l. quod dicitur, ff de verb. oblig. & alios
citat Petrus de Gregor. in 3. par. ſui oper. quæſt.
4. & ibi D. Garſia Maſtrillus meritiſſimus eius
pronepos, qui citat ad id in terminis Soc. Iun.
conſ. 77. num 124. vol. 2. & Cum. in rep. 1. ſi ali-
quem, in verbo, antiquis, quem iam videram nu.
123. & 284.
Nec ratio fraudis à D. de Franchis, Lanario, &
ab omnibus conſiderata, quæ eſt vnum ex præci-
51 puis † fundamentis affirmatiuæ opinionis cor-
ruit, vt facile ſibi perſuadent prædicti moderniſ-
ſimi in 6 eorum conſideratione, Nam dicere, vt
dicunt, quod ſibi imputent creditores, qui cum
poſſeſſore contraxerunt incautè, poterant enim
impetrare aſſenſum, & tunc vndique tuti fuiſ-
ſent, ergo eorum ratione attenta fatentur, quòd
ſi creditores contraxerunt cum aſſenſu, erit eis
conſultum, & ſuccedens contra voluntatem de-
functi tenebitur eorum credita perſoluere, &
52 hoc eſt implicare † contradictionem de ſe ipſis
ad ſeipſos, nam eorum præſuppoſitum eſt quòd
hoc caſu feudum hæreditarium conuertatur, in
feudum ex pacto, & prouidentia, & agnatus non
tenetur ad onera contracta cum aſſenſu in feudo
ex pacto, & prouidentia, *vt in d ca. 1. an agnat,*
quia non poteſt dominus præiudicare agnatis,
qui non ſuccedunt, vt hæredes, vt ibi habetur
per omnes; ergo ad quid proderit creditoribus
contraxiſſe cum aſſenſu hinc eſt videre, quam
vacillantes ſint eorum rationes, & parum ſibi cõ-
ſtantes, nam durum eſt contra veritatem, & con-
tra ſtimulum calcitrare dicere etiam, vt dicunt,
quod reſpectu fraudis ſunt prodita à iure multa

remedia reſciſſoria,& annullatiua,& ideo vbi in
fraudem id factum eſſe detegeretur, poterunt
creditores his remedijs vti, & conſequi eorum
credita: iſtud eſt ac ſi iſta fraus exigeret extrin-
53 ſecam probationem,& ac ſi non eſſet fraus† ma-
nifeſta & in excuſabilis inſtituere extraneum, &
præterire filium vel proximiorem à lege vocatū,
vt is poſtea ſuccedendo contra voluntatem de-
functi, conſequatur feudum pingue,& opulen-
tum,ac liberum ab omni nexu, & onere, & cre-
ditores remaneant deluſi; quæ clarior fraus, re,
& conſilio vera fraus, nam actus ipſe in ſe conti-
net,& detegit fraudem ad excludendum credi-
tores,qui bona fide cum poſſeſſore contraxerūt
& quis non videt,aut quis non videat,quod non
inſtituere proxime ſucceſſurum, ſed extraneum,
vt poſtea proxime ſucceſſurus auocet feudum li-
berum ab oneribus,eſt ipſamet & fraus. Et poſt
quam moderniſſimi concedunt, & negare non
54 poſſunt, quod † data fraude verior eſt opinio
affirmatiua, ergo nunquam opinio negatiua po-
terit ſibi locum vindicare,etiam quia opinio per-
nicioſa eſt & iniquitatem manifeſtam continet;
quare reiciendæ ſunt huiuſmodi opiniones, *cap.
1. de diſtint. 9. & firmat And. in prælu.dijs in 1.
q. num. 25.*

Nec *Andr. 7. loco in cap. Imperialem* dicit id,
ad quod allegant ibi ſiquidem *Andr. num. 16.* in
addit. concludit, quòd ſi defunctus contraxerit,
55 & obligauit feuda, & aſſenſu adhuc non impe-
trato per contrahentem deceſſerit non poterit
poſt ipſius mortem impetrari, nec hæres in feu-
do hæreditario tenebitur ad aliquid: quia con-
tractus eſt nullus, & ſine nouo conſenſu hæredis
non poteſt impetrari aſſenſus,quia defunctus nō
obligauit hæredem per illum actum nullum, &
inualidum abſque aſſenſu,& hæres eſt perſona
diuerſa in qua feudum reintegra trāſijt liberum,
quo caſu non tenetur habere ratum factum de-
functi,quia eſt nullum, & non dependet à ſim-
plici voluntate defuncti, ſed à voluntate Princi-
pis aſſentientis,quæ cum deficiat,non tenet obli-
gatio; ergo ſi eſſet legitimè alienatum cum aſ-
ſenſu,hæres teneretur habere ratum factum de-
56 functi,vt clarius explicat *in cap. 1. §. donare nu.
8. qualiter olim feu. pot. alien. Circa medium* lo-
quens in marito relinquēte vxori ſuæ dotarium
ſine aſſenſu, quia filius non tenetur adimplere li-
cèt ſit hæres patris, & feudum ſit hæreditarium,
quia eſt inualidum legatum ratione rei, quia non
eſt legantis,& legauit,quod nō potuit ſine aſſen-
ſu Regis, & poſt mortem defuncti Rex non po-
teſt conſentire, poſtquam alijs delata eſt hæredi-
tas,& oportet,vt quòd percipiatur legitimum ſit
vt hæres teneatur adimplere,quòd defunctus de-
buit,& allegat *tex. in §. his ergo à nobis, Auth.
de hæred. & falcid. Auth hoc amplius, C de fidei-
com. & l. non dubium, §. illud, C. de edendo.*
57 Quare † vndique Andr. tenet contrarium in
feudo hæreditario, vbi eſt obligatum cum aſſen-
ſu,nec verbum quidem ibi quòd filius ſuccedat,
& capiat feudum iure proprio,capit enim vt hæ-
res, ſed quia non reperit feudum legitimè obli-
gatum ob deficientiam aſſenſus,ideo non tenetur
habere ratum factum defuncti. Nec vltimò lo-
co facienda eſt vis in caterua doctorum quos ci-
tant tenentes opinionem negatiuam, nam licet
Afflict. in lecturis tenuerit cōtrariam ſcilicet ne-
gatiuam;tamen in deciſionibus ſe emendat,vt ſu-
pra diximus, *Freccia, & Minad.* quòd ipſi pro
negatiua citant expreſſè firmat opinionem affir-
matiuam,& falsò allegantur pro negatiua *Capyc.
in deciſ. 99.* teſtatur in Sac. Conſ. non fuiſſe habi-
tam rationem Iacobi de Beluiſio in feudo hære-
ditario, & opinio quòd fiat executio in ſubſi-
dium non eſt hodie recepta, vt teſtatur *D. de
Franchis in d. 1. deciſ. num. 24. Paris de Puteo de
reintegrand. in cap. incip.* An ſi quis ſtipuletur nō
loquitur in feudo hæreditario, nam ſimpliciter,
& obiter ſequitur Iac. de Beluiſo cuius opinio,
vt diximus eſt recepta in feudo ex pacto,& pro-
58 uidentia. Itaque omnes Regni prudentes, &
ſapientes,tam antiqui, quam moderni opinionē
affirmatiuam tam conſulendo, quam iudicando
ſequuti ſunt, & in Regno noſtro ſufficit toties
eſſe iudicatum ſecundum opinionem affirmati-
uam,vt amplius in dubium refricari non debeat,
& ſileant inuidi,& pertinaces; ex his enim patet
quàm rectiſſimè,& iuſtiſſimè,& per regulas artis
Sac. Conſ. in illa cauſa, cauſam ipſam iudicauerit
non perſonas. Quæ cauſa fuit deciſa die 2 Oc-
tobris 1593. apud felicem magiſtrum actorum.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *SI feudatarius ſuccedit in feudo præter
defuncti voluntatem teneatur ad onera
hereditaria.*

2 *D. Camillus de Medicis laudatur.*

1 DE feudatario ſuccedente in feudo
præter,& contra voluntatem defun-
cti,qui extraneum heredem inſtitue-
rat ſi teneatur ad hereditaria onera
iuxta deciſ. doctiſſimi Authoris vide copioſiſſi-
2 mum conſil Camilli de Medicis 55. per totum
viri eminentiſſimi ac nunquam ſatis laudati cui
nil ſuperaddendum cenſui ne dum, quia rei iam
demoſtratæ fruſtra demoſtratio adijcitur, ad *l. ſi
l. p. in fine ff. de dot prælegat* ſed etiam, vt teme-
ritatis notam effugerem.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Species empta ex pecunia ad id obnoxia
loco pecuniæ ſuccedit, & ipſa pecunia
cenſetur; & an hoc caſu poſſit reſtitui
aliud pro alio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contractu reſciſſo, vel reſoluto venditor tenetur reſtituere pretium cum vſuris, & emptor rem cum fructibus.*

2 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, res enim non ſuccedit loco pretij, nec è contra & num. 3.*

4 *Diſpoſitio l. 2 C. de pign. ceſſat, vbi adeſt clauſula ita quòd ſpecialitas generalitati non derogat, nec è contra*

5 *Venditor reuocans venditionem feudi virtute conſtit. conſtit. Diuæ memoriæ licèt faciat iure permittente, & ſuo iure vtatur nullique facit iniuriam, niſi lædat bonam fidem, quæ in contractibus exuberare debet.*

6 *Themiſtoclis conſilium ab Athenienſibus reprobatum, & ſi vtile: non tamen honeſtum.*

7 *Contrahentibus licet inuicem ſe decipere: dũ modo non vltra dimidiam.*

8 *Exceptio non numeratæ pecuniæ de iure Ciuili intra biennium opponenda.*

Elapſo biennio de iure canonico opponi poteſt, ne veritate inſpecta debitor ſit in damno.

9 *Statutum tollens exceptiones non ſeruandũ cum quis lucratur cum damno alterius, & poteſt iudicis officium implorare, quis etiã pro priuatorum vtilitate hoc debit inſpicere, & num. 10.*

11 *Statutum tollens officium iudicis cenſetur tollere à parte imploratum: non illud, quod ex ſe iudex interponit.*

12 *Venditor qui ex pacto non poteſt recipere pecuniam liberam, ſed ſeruam dicitur eſſe ſatis in damno, eſt enim contra naturam contractus emptionis.*

13 *Contractus illius gratia dicitur celebratus, in cuius vtilitatem, & ſecuritatem tendit.*

14 *Iure communi non licet ex contrahentibus altero inuito à contractu recedere: immò contra bonos mores, & ſtatuto permittente.*

15 *Damnum dicitur tam illud, quod patrimonium lædit, quam voluntatem, & affectionem.*

16 *Res ſuccedit loco pretij, & è contra vbicumque venditor tractat de lucro captando, & emptor de damno vitando.*

17 *Res æſtimata in dotem data reſtitui debet nuptijs non ſequutis non pretium, ſiuè æſtimatio, licèt aliàs æſtimatio reddenda ſit cũ non ſimplex venditio fiat: ſed dotis cauſa, vt n. 18.*

19 *Species empta ex pecunia vinculata, deinde pactis non ſeruatis loco pecuniæ ſuccedit, & ipſa pecunia cenſetur neque hoc caſu reſtitui dicitur aliud pro alio, vt num. 20. 21. & 26. vbi ponitur deciſio cauſæ per S. C. facta.*

22 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui poteſt ratione inhumanitatis vitandæ.*

23 *Lex odit impugnantes proprium contractum, & punit etiam ſi impugnans ſit minor, vt num. 24.*

25 *Emptor, & venditor etiam in reuocatione virtute conſtit. D. memoriæ ad paria iudicantur.*

DECISIO XXIX.

ANtonia Piſanella nũc
Marchioniſſa Cluſani emit à D. Flaminio
Vrſino terram Sorbi
reſeruato Regio aſ-
ſenſu pro certo pre-
tio inter eos conuen
to, ſed pacto parti-
culari per Marchio-
niſſam adiecto, quòd
pretium conuertere
tur in emptionem tot ann. introituum data eſt
notitia pro ſecuritate euictionis, & diminutionis
dictæ Terræ, qui remaneant ſpecialiter obligati,
& hypothecati cum priuilegio prælationis in
forma in caſu prædicto pro cuius pacti exequu-
tione Don Flaminius ducatos ſexmille receptos
in partem pretij prædicti implicauit in emptionẽ
tot ann. introituum cum Principiſſa Scillæ, data
dictæ Marchioniſſæ notitia, vt ſuprà, deinde aſ-
ſenſu adhuc non impetrato, & re integra Mar-
chioniſſa reuocauit contractum vigore conſtit.
conſtit. diuæ memoriæ. Qua reuocatione ſtan-
te, inſtetit in Sacro Conſ. condemnari Don Fla-
minium ad reſtituẽdum pretium receptum vnà
cum intereſſe Don Flaminius pro quantitate
prædictorum duc. ſexmillium, vt ſuprà recepto-
rum, obtulit reſtituere idem corpus, & ann. in-
troitus emptos à prædicta Principiſſa Scillæ:
Contradicebat Marchioniſſa dicens ipſam eſſe
creditricem pretij in pecunia, & quantitate non
in ſpecie, & in corporibus ex eo emptis, nam re-
1 ſciſſo, ſeu † reſoluto contractu, venditor tenetur
reſtituere pretium cum vſuris, & emptor rem
cum fructibus *l. ſi fundus 13. §. 1. ff. de reb. eorũ
cum concord. latè per Doct. in l. 2. & l. ſi quos C.
de reſcind. vend.* & ipſa inuita non tenetur reci-
2 pere ſpeciem pro quantitate, quia † aliud pro
alio inuito creditore ſolui non poteſt, *l. 2. §. mu-
tui datio cum concord. ibi per gloſ. & Doct. ff. ſi
3 cert. pet.* & res non ſuccedit loco † pretij, nec è
contra, *l. venditor 21 ff. de hæred. vel act. vend. l.
ſi quis vxori 53. §. ſi titius, & l. qui vas 49. §. fin.
ff. de furt.* Item quia dominium dictorum an-
nuorum introituum emptorum, vt ſuprà repe-
ritur à principio radicatum in perſonam Don

Flaminij, & ſolum remanent obligati D.Marchio
niſſæ in caſu euictionis, & diminutionis Terræ
prædictæ, qui caſus non ſequutus, ſed tantum
reſolutus contractus propter eius diſplicentiam
iure permictente, quare non poteſt cogi exerce-
re ſuam ſpecialem obligationem, & illam recipe-
4 re *ex reg.l.2.C.de pignoribus*, quia † etiam in
contractu adeſt clauſula, quòd ſpecialitas gene-
ralitati non derogei, nec è cõtra, quo caſu ceſſat
diſpoſitio *d.l 2.ex dictis abundè per Cacher. in
deciſ.Pedem 159.& Caſſan.in Catalogo glor.mũ-
di par.12.limit.99.verſ.vigeſimo quinto limito,*
& ideò etiam actione perſonali tenetur D.Flami
nius reſtituere pretium in quantitate.

Hæc quæſtio à nemine ex Regnicolis in mate-
ria *Conſt.Conſtit.diuæ memoriæ, & à nemine ex
Doctoribus*, quos viderim reperitur tacta, ideo
neceſſe fuit Sacro Conſilio illam decidere per
regulas artis.

Ex aduerſo enim conſiderabatur, quòd non
erat iuſtum, quòd ex culpa Marchioniſſæ, quæ
reuocauit, & noluit ſtare contractui, modo D.
Flaminius ſentiret damnum, retinendo ſpeciem
emptam contra ſuam voluntatem, & reſtituendo
pecuniam numeratam, & conſequenter Marchio
niſſa ex ſua culpa reportaret commodum, licet
5 enim videatur poſſe dici, quod † Marchioniſſa
non fuerit in culpa, quia iure permittente fecit
l.gracchus, C.ad l.Iul.de adult cum ſimilibus, &
ideo nemini facit iniuriam, vtendo iure ſuo, tamẽ
non poteſt negari quin reuocando non ſit læſa,
quodammodo bona fides, quæ in contractibus
exuberare debet, *l bona fides, ff. depoſ.* & multa
licent, quæ tamen honeſta non ſunt, *l. non omne
157.ff.de reg.iur.* hinc teſte *Gribaldo lib. 1 de
ratione ſtudendi pag.mihi* 375. ab Atheníenſibus
6 reprobatum † fuit Conſilium Themiſtoclis, quia
& ſi vtile: non tamen erat honeſtum, & ſenten-
tia Demoſthenis, & dicit *tex. in l ſemper in con-
iunctionibus 158.ff.de reg.iur.* quòd in contracti
bus ſemper inſpiciendum eſt non ſolum, quòd
licet, ſed quod honeſtum eſt, & ibi gloſa dicit ad
7 propoſitum. quòd licet permictatur, † contra-
hentibus inter ſe decipi, *l.in cauſa 17.l a 2.§.pen.
ff.de minor.dummodo non vltra dimidiam, ad-
diman nos per l.2.C.de reſcind.vend.* non tamen
hoc honeſtum eſt, & conuenit bono viro,
quam *gloſ.notab.dicit Bal.in auth. ad hæc C. de
vſur. & in cap. quanto extra de iur. iur. & in
cap.pro ponente extra de reſcrip.& Io de Ana.
ex ea ſumit cautelã*, vt bonus vir poſſit cogi ad
ſupplendum iuſtum pretium, ſi interrogatus non
negauit ſe eſſe bonum virum, in *cap. in quanti-
tate extra de vſur. licet* hanc cautelam repro-
bent *Doct.vt per Dec.in d.l. ſemper in contra-
ctibus num.8.* faciunt optimè dicta per *Dyn. in
cap.locupletari de reg.iur.lib.6. in fine*, quòd li-
8 cèt verum ſit de iure, quòd exceptio † non nu-
meratæ pecuniæ debeat opponi infrà biennium,
quo elapſo, & non oppoſita de iuris rigore, debi-
tor remanet efficaciter obligatus, & non debeat
poſtea audiri, & creditor valeat exigere debitũ,
quia iure permictente exigit, & debitori non fit
iniuria, quia legum authoritate id fit, tamen ne-
gari non poteſt, quin veritate inſpecta hoc non

fiat cum damno debitoris, & ideo de æquitate
canonica inſpecta veritate rei, & damno proxi-
mi etiam elapſo biennio poterit opponi, & ad-
micti, & hanc opinionem tenent communiter
*Doct. & abunde ibi in addit. ad Dynum, &
ſequitur Dec.in l.quodquis ff.de reg.iur.num.4.*
& ibi in additione dicitur, quòd eſt magis com-
munis opinio tantum debet præualere veritas, &
æquitas his caſibus ne alter ex contrahentibus ſit
in damno, & hoc voluit *Bart.in l. planè in fine,
ff.de petit.hæred.* quòd ſi ſtatutum tollit excep-
9 tiones, non erit † ſeruandum vbi quis lucrare-
tur cum damno alterius, quia tali caſu poterit
implorari officium iudicis, & proponi exceptio,
& idem dicit *Bald.in tract.de ſtatut. poſt tracta
tum Alber.in verbo excipere num.9.* Quia actor
non debet facere iniquam extorſionem, & ini-
quum lucrum, allegat *tex. in l. plane, &
ibi Bar.* quem ſequuntur omnes, præcipuè
*Canoniſtæ in cap. ex parte el 2. de offi. de
leg.& Dec. in d. l. quod quis num.3.* iudex enim
10 etiam † pro priuatorum vtilitate debet inſpice-
re ne quis cum damno alterius lucretur *vt per
Abb.& alios in cap ad noſtram ex de iur.iur.&
dixit notabiliter, & elegan.ter Cæpolla in l. ver-
bum oportebit, 8. §. actionis in fine, ff.de verb.
ſignif.* quod ſi ſtatuta tollunt actiones non tamen
cenſentur tollere officium iudicis, quod poterit
11 implorari quinimmò ſi expreſsè † ſtatutum offi-
cium iudicis auferret intelligetur de officio iudi
cis, quod à parte imploratur non de eo, quod iu-
dex ex ſe ipſo poteſt interponere, quia nunquam
cenſetur excluſum ſecundum *Roman. in conſ.
42.Barb.q 80.num.3.vol 1.& conſ.7.vol.2.Dec.*
12 *conſ.4.num.10.* At modo D. Flaminius eſſet in
damno, & Marchioniſſa in lucro euidenter, quia
ſatis eſſe dicitur in damno venditor, qui non po-
tuit recipere pecuniam liberam: ſed ſeruam ex
pacto, & voluntate emptricis, & illa vti non po-
tuit ad eius libitum, quòd eſt contra naturam
contractus emptionis, vt optimè, & notabiliter
*gl.in l.excepto in verb.facere cogitur, & ibi Bar.
& alij ff de act.empt. Alex.conſ.117. vol. 3.&
per Fabianum de Monte in tract. de empt. &
vendit.in 5 q.principali num.83.* & nunc cogere
tur reſtituere in quantitate, & remanere præter
eius voluntatem cum ſpecie empta: Siquidem il-
lud pactum, quòd pecunia conuerteretur in em-
ptionem, fuit adiectum, & adimpletum non gra-
tia vtriusque, ſed gratia Marchioniſſæ emptricis
13 tantum, quia † gratia illius dicitur celebratus cõ
tractus, in cuius vtilitatem, & ſecuritatem tendit,
*l ſi ignorantiam, §.ſi margaritas ff.de præſcrip.
verb latè Tiraq.in trac.conſanguin.§.30 gloſ.1.
num.7.* & non eſt modicæ conſiderationis, quòd
14 de iure communi non licet altero † inuito ex
contrahentibus diſcedere à contractu, & illum
reuocare toto *tit. C. quando liceat ab empt. di-
ſced.& l.ab emptione, ff.de pactis*, & ideo non
poteſt negari, quòd vbi quis diſcedit non ſit in
aliquali culpa, & faciat contra bonos mores, etiã
ſtatuto permictente ex dictis per *Dynum in cap.
contractus de reg.iur.lib.6.* cùm contractus em-
ptionis, & venditionis ſit bonæ fidei, vt declarat
benè *Paul.de Caſt.in l.bona fides ff.de act. emp.*

conſide-

conſiderabatur etiam, quod damnum non ſolum
15 eſt illud, quod tendit in diminutionem bonorum,
& patrimonij, ſed etiam illud, quod tendit
in diminutionem voluntatis, & affectionis, cum
aliquid contra noſtram voluntatem facere cogimur
etiam quod bona non tangat, tamen damno
nos afficere dicitur, & eſt maximum intereſſe, &
damnum à lege conſideratum, quia voluntas noſtra
offenditur, quæ non debet eſſe ſerua, ſed
libera, *ex regul. l. final. ff. de vſu, & habit.
quam tex. extollit, & expendit optimè Andr.
in l. imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.
num. 4. & multis in locis, & Camerar.
ibidem pag.* & dixit *Bald. in l. 1. in rep.
num. 15. in fine, ff. de leg. 2.* quod grauare dicitur
omnis, qui me cogit facere actum contra
meam voluntatem, licet damnum non inferat,
alia ad idem congerit *Tiraquell. de retract. conſang.
in proh & num. 25.* quare non poteſt negari
quin D. Flaminius ſit in damno, & lucraretur
cum eius iactura Marchioniſſa, quia ipſe ſi
pecuniam potuiſſet pro eius arbitrio voluntatis
conuertere in vſus proprios, vtique non emiſſet
prædictos introitus, & proinde ſi cogeretur illos
ſibi retinere, & reſtituere pretium in quantitate
eſſet contra, & præter eius voluntatem, &
hoc damnum, & intereſſe.

Dicebatur etiam, quod vbicumque vendi-
16 tor † tractat de lucro captando, & emptor
de damno vitando, quod hoc caſu res ſuccedit
loco pretij, & è contra ex doctrina *Soccini in
regul. 302. incip. pretium ne emptor locupletetur
cum aliena iactura per tex. in l. labeo, &
Sabinus 14. §. item ſi dominus, & ibi gloſ. ff.
de verb. ſign. vbi etiam Cepolla.*

Item dicebatur eſſe caſum in argumentum
17 *in l. in rebus 18. de iur. dot.* vbi ſi res † æſtimata
fuerit in dotem data, & nuptiæ non ſunt
ſequutæ, dicit tex. quod non poteſt repeti pretium,
ſed etiam res, quia id actum eſſe videtur,
vt ita demum æſtimatio rata ſit nuptiæ ſequantur,
quia nec alia cauſa contrahendi fuerit, &
alias vbi res æſtimata datur, non eadem res, ſed
pretium reſtituitur, *l. plerumque, ff. eodem cum
concord.* ſed quia ex cauſa nuptiarum fuit data,
& alias non fuiſſet præſtita, igitur nuptijs non
ſequutis, non pretium, quod alias repeteretur,
ſed eadem res, ſic ad propoſitum, poſtquam D.
Flaminius conſenſijt pretium eſſe conuertendũ
in emptionem annuorum introituum, quia credebat
contractum venditionis Marchioniſſam
firmum, & ratum habituram, non autem reuocaturam,
quia non alia cauſa contrahendi, &
conſentiendi fuit, quod venditione non ſequuta,
reſtituatur Marchioniſſæ eadem res empta
ex pretio prædicto, non autem pecunia numerata,
facit etiam *tex. in ratione ſui benè ponderatur
in l. quoties, ff. eodem tit. de iur. dot. ibi,
quæ ſententia habet æquitatem*, quia non ſim-
18 plex † venditio fit, ſed dotis cauſa, nec debet
maritus lucrari ex damno mulieris, ſufficit maritum
indemnem præſtari non etiam lucrum
ſentire, per quæ iura, & alia *Cepolla in d. l. Sabinus,
§. item ſi dominus, ff. de verb. ſignific.
quam ſequitur Soccini in d. regul. 302. in 5. fall.*
dicit, quod pretium ſuccedit loco rei, ſic dicimus
nos è conuerſo, quod res ſuccedat loco
pretij ex partium conuentione, quia vt latè *Cepolla*
ibi examinat hæc regula conuertitur.

Et iſto caſu ſatis videtur ex partium conuentione
rem loco pretij ſuccedere, quia ita voluit,
& pacto particulari ſibi proſpexit Marchioniſſa,
quia voluit ſuum pretium, & pecuniam conſeruare,
& cautum ſibi facere in illis corporibus,
& annuis introitibus emendis cum ſua notitia,
& poſtea emptis, qua ratione attenta dicebatur
quod offerendo Don Flaminius reſtituere eoſdem
annuos introitus offerebat, & reſtituebat
idem pretium in ſpecie, quod ipſe recepit, nam
pretium ſibi ſolutum non fuit verè in pecunia
numerata ad ſciendum quantum ſoluebatur,
non ad transferendum dominium, quia fuit
19 vinculata, & obnoxia, † pacto, quod ex ea fieret
emptio, & ſic quod ex ea emeretur ſpecies,
quæ loco pretij ſtaret, ergo illa ſpecies emptæ
illi annui introitus fuerunt pretium, ſeu pars
pretij, & ideo D. Flaminius reſtituendo eandem
ſpeciem eoſdem introitus liberatur, quia reſtituit
pretium ſibi ſolutum illo modo, & hoc non
eſt reſtituere, & ſoluere aliud pro alio, ſed idem,
& ceſſat obiectum, *d. l. 2. §. mutui datio*, &
hoc eſt, quod in indiuiduo voluit *Bart. ibi in
fine communiter receptus*, vbi dicit, quod quan-
20 do debitor † tenetur ad aliquam quantitatem
reſpectu certè ſpeciei, eo caſu liberatur ſoluendo
ſpeciem illam, per *tex. in l miliste 6 §. 1.
ff. de re iud. l. ſi vero 65. §. fin. ff. ſolut. matrim.
l. ſi fundum per fideicommiſſum 94. in
princ. ff. de leg. 1. & l. fideiuſſor is recte intelligendo,
ff. de doli except.* & per hanc doctrinam
*Bart. dicit Ludouic. Roman. in l. rogaſti, ff. ſi
cert. pet.* ſe obtinuiſſe in Ciuitate Bononiæ, q
21 rogatus mutuare decem, qui non habens † pecuniam
dedit amico ſuo librum, vt venderet, &
reciperet decem, quod ſi poſtea ille amicus reddat,
& reſtituat librum, & non pecuniam, quod
creditor tenetur recipere librum pro illis decẽ,
& ſic ſpeciem pro quantitate, quia erat ille debitor
reſpectu certæ ſpeciei, & dicit ſe ita obtinuiſſe
per ſententiam, & regula quod aliud pro
alio inuito creditore ſolui non poſſit, limitatur
eleganter per *Port. inſtit. quib. mod. toll. oblig.
§. 5. num. 19.* vbi ex hoc reſultaret humanitas
22 nam ratione † inhumanitatis vitandæ aliud pro
alio inuito creditore ſolui poteſt, per *tex. in l. ſi
domus, §. qui confitetur, ff. de leg. 1.* & quæ
maior inhumanitas in caſu præmiſſo, quam
cogere D. Flaminium ad accipiendum pecuniã
ſub fœnore, & vſuris cum eius incommodo, vt
reſtituat pecuniam pro ſpecie quam ipſe recepit
† Præterea eſſet valde iniquum, quod Marchioniſſa
reportaret commodum ex contractu,
quem impugnat contra regulam *tex. in cap. ex
eo, de reg. iur. lib. 6. Bald. in l. 1. C. de repu-
23 tat* odit enim lex, ac punit † impugnantes actus
proprios. Hinc impugnantibus tranſactiones in
pœnam denegat audientiam non reſtitutis prius
acceptis, *l. ſi diuerſa, & l ſi quis maior, C. de
tranſact.* quia ille, contra quem impugnatur
actus, & reſciſſionem patitur in priſtinum ſtatũ

L 3 reponi

reponi debet, in quo erat ante geſtum contractum, ita vt omnino ſeruetur indemnis, ac pœnitus ſine damno, vt probant iura prædicta reſpectu omnium, quæ ad impugnautem pertine-
24 re poſſunt, & ideo, etiam minor † impugnans contractum ex beneficio minoris ætatis, tenetur partem aduerſam reponere in priſtinum ſtatum tam reſpectu eorum, quæ ad ipſum minorem peruenerunt, quam eorum, quæ ex illo contractu forſan peruenerunt ad extraneum, *l. alterius, vbi Dyn. & Bald. ff. de tut. & rat. diſtrah. l. 1. & 2. & ibi Bald. C. ſi adue. tranſ. l. quod ſi minor 25. §. reſtitutio, ff. de minoribus, & l. tutor 49. §. curator, verſ. item quæro, & l. intra vtile 40 §. vendentibus, ff. eod. tit. alia ad idem cumulat Tiraquel. de retract. co'ſanguin. §. 29 glo. 2 num. 4 & Odus optimè in ſuo tract. de reſtitut. in integrum, quæſt. 47 artic. 1. & artic. 12. num. 55.* & non poteſt habere plus iuris Marchioniſſa, quæ impugnauit contractum, & reuocauit virtute dictæ conſtitut. quam minor, qui ex beneficio minoris ætatis, & ideo debent omnia reduci ad priſtinum, hoc etiam dixit in proprijs terminis *Diomedes Mariconda in d. conſtit. conſt tut. diuæ memoriæ pag mihi in nouis* 217. loquens in venditore reuocante, quod qui contractum reuocat, videtur habere intentionem, quod omnia reducantur ad priſtinum, idem debet dici quan-
25 do reuocat emptor, quia ad paria † iudicantur etiam quoad reuocationem, vt dixi in deciſione Marij Carrafæ, & debent reduci ad priſtinum omnia ex illo contractu impugnato, & reuocato venditore reuocante, vt nullum commodum ſentiat, ergo idem reuocante emptore, vbi allegat *Bald. in l. fin. in 3 q. C. de contrah. empt. & alios.*

Sacrum Conſilium ex his votauit pro Don
26 Flaminio, & iudicauit non poſſe † Marchioniſſam ipſam compellere Don Flaminium venditorem ad reſtitutionem pretij in pecunia, & quantitate. ſed in eiſdem corporibus, ſeu ſpeciebus, & annuis introitibus, quos retrocedendo Don Flaminius liberaretur, relator fuit peritiſſimus Conſiliarius Carolus Tappia, ad præſens Collat. Conſ. Reg. Actuarius

ADDITIO.

Non indiget Summario.

HÆC Deciſio eſt admodum ſingularis vna ex melioribus huius libri magis diligenter enucleata, quam alia, & ex medijs poſitis, (attende eam cum pleniſſime fundet deciſum, ita & taliter vt ſit ſuperuacaneum aliquid addi,) vltra quod à nemine ex Doctoribus reperitur tacta, vt ipſe D. Auth. teſtatur) poſſet dici, & pariter ratione conſenſus taciti dati ob notitiam, &c. de quo vide, *Martam voto 181. Sur d. de alim. tit. 1. quæſt. 37. num. 4. & Frecc. de ſubfeud. quæſt. 4. nu. 3. fol. 181. in nouis.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Præſes à Prouincia ſibi commiſſa diſcedens abſque principis licentia capitali pœna punitur, quę ex cauſis aliquando remitti poteſt.

SVMMARIVM.

1 *ADminiſtrator Prouinciam ſua ſponte deſerens abſque Principis licentia, ac ſucceſſore non expectato capitali crimine tenetur exemplari pœna digno.*

2 *Iuſtinianus Imperator hoc facinus deteſtatus particularem edidit legem contra huiuſmodi Præſides.*

3 *Prouinciam deſerens Principe inſcio reus eſt maieſtatis, idem in Officiali, qui ab officio recedit ante tempus ſindicatus, quod pœna capitis plectatur, idem in Duce exercitus, & num. 4. & 5.*

6 *Principem contemnit, qui ſine iuſſu Principis facit, quod ſine iuſſu Principis facere non poteſt.*

7 *Principis contemptus talis, ac tantus eſſe poteſt, vt talis inobediens ad mortem ſit damnandus, vt eſt prouinciam deſerere, quaſi Princeps non adſit, quaſi deſerens ipſe ſit Princeps, & Superiorem non recognoſcat.*

8 *Prouinciales Calabriæ vltra faciles ad delinquendum, & faciliter ſunt præda pyratorum.*

9 *Bannitus, qui pyratis peiores ſunt exiſtentibus prouincia deſtra augetur.*

10 *Præſidis incumbit officio omnibus Prouinciæ periculis occurrere, quæ eius aſcribentur culpæ.*

11 *Præſes in Prouincia quam regit eſſe Dux belli, eiuſque militiæ poteſt, ita vt ipſam deſerens quaſi militiæ deſertor ſit puniendus maximè imminente neceſſitate occurrendi latronibus, & pyratis, & num. 12. & 13.*

13 *Quatuor delicta capitalia committit præſes, qui ſine licentia prouinciam deſerit.*

14 *Capitalis pœna numquam ad mortem naturalem extendenda, damno aliquo ex diſceſſu non ſequuto. ſed ad ciuitatis amiſſionem, & alij ſupplicij gradus reducenda, & num. 15.*

16 *Pœna capitis mortem non continet, niſi*

verbis expreſſis, aut mortē importantibus exprimatur.

17 Reus, iuris ordine ſeruato prius, quam condemnetur audiendus, & eius excuſationes perpendendæ ſunt.

18 Cauſæ legitimæ excuſationis diſceſſus impuniti, vel minus puniendi, & num. 19. & 20. & inquiſiti venia num. 21.

20 Inuitus ad officium aſſumptus excuſatur aliquando à negligentijs.

22 Principis ira ſemper ab initio temperanda, nec (illis placendo, diſplicendum Deo.

23 Inimicorum domini Authoris perſequutio contra ipſum, & eius virtus erga ſuos.

DECISIO XXX.

FVit demandata adminiſtratio Prouinciæ Calabriæ vltra, tempore Illuſtriſsimi, & Excellentiſſimi Proregis Comitis Mirandæ cuidam Equiti Neapolitano Sedilis Montanæ viro profectò optimæ opinionis, & benemerito, quem iam mortuum non nomino ex cauſis, & cum adminiſtrationē,
1 & prouinciam † ſua ſponte deſeruiſſet, non obtenta prius licentia ab Excellentiſſimo Prorege diſcedendi, & illam relinquendi, vt opus erat vehementer Prorex illum in carcere conijci mādauit, & grauiſſima pœna feriendum deliberauerat, & mihi cauſam delegauit, & ſcire voluit, qua pœna plectendus veniebat talis miniſter, & prouinciæ præfectus, qui illam ſucceſſore non expectato, nec præuia Principis licentia deſeruerit, egrè ſiquidem ferebat hunc caſum, & magnum delictum exemplari pœna dignum exiſtimabat. Reſpondi exceſſum ex omni ſui parte eſſe grauiſſimum, & propter circumſtantias, & conſequentias continere plura delicta, & omnia capitali pœna digna.

Siquidem in omni Officiali deſerente officiū abſque Principis, & Superioris licentia, crimen capitale eſt, à fortiori in Præſide Prouinciæ, & dixi Iuſtinianum Imperatorem † valdè dete-
2 ſtatum † fuiſſe hoc facinus, & ædidiſſe legem particularem, & ſingularem aduerſus hos Præſides, & Præfectos prouinciæ, vel militiæ, *in authent. de adminiſtratoribus per totum, & propriè in §. ſi quis autem, hæc verba. Si quis autem (adminiſtrationem adminiſtrans aliquam militarem, vel ciuilem; aut etiam remotus ab ea relinquat Prouinciam adminiſtrans quidem adhuc eam; Dum relinquit citra noſtram iuſſionem, ipſe quidem Maieſtatis reus ſit. ergo in*
3 *crimen † læſæ Maieſtatis incidit, qui Prouinciam deſerit Principe inſcio, per quem ſingularem tex. Bartol. de Capua in cap. Regni, quod incipit Carolus nouas formas*; pœna capitis plectendos huiuſmodi officiales aſſerit. inquit enim nota etiam, & tenemini pro declaratione, quod officialis, qui recedit ante tempus ſindicationis, quod reus Maieſtatis efficitur, & ſic pœna capitis punitur, *vt not. in l. 1. C. vt omnes cauſæ tam ciuil. quam criminal. ſed voluit allegare, C. vt omnes iudices*, & ſubdit. Sed nunquid
4 Officialis, qui recedit ab officio propria authoritate, & voluntate ſine Regis licentia, puniatur pœna capitis, dic quod ſic, vt in *authent de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. §. quod ſicut, col. 5.* quod alibi non inuenitur, ſed voluit allegare *tex. prædictum de adminiſtration. quia in vol aut. non habetur talis rubr. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. ſed ſimpliciter de adminiſtrat.* eandem opinionem tenet Gloſator capitulorum Regni in capitulo, quod incipit, item quod tam Iuſtitiar. in verbo quatraginta, aſſerens. quod quando Officialis recedit de officio ſuo ſine licentia Principis tenetur pœna capitis.
5 Eadem † pœna ſtatuta eſt aduerſus ducem exercitus, qui Imperium, exercitumuè dereliquerit, de qua *in l. 3. in fin. ff. ad l. Iul. Maieſtatis per quem tex. arguit Luc. de Penna in l. ſi quos nu. 11. C. de decur. lib. 10* contra eoſdem Officiales, qui abſque Principis licentia officia deſerūt, vt acriter pœna capitis puniri debeant.

Dicebant etiam adeſſe magnum in Principem contemptum. Nam qui ſua ſponte facit, quod facere non poteſt ſine iuſſu Principis proculdubio Principem contemnere dicitur, & hoc crimen inter grauiſſima numeratur, & capitalia, etiam ſecundum canonicas ſanctiones, quibus ſancitum eſt. Vt qui non obediret Principi moriatur, de quo in *cap. 2. ext. de maior. & obed.* quem *tex.* quicquid Gloſatores, & interpretes, ibi dicunt, inducit ad noſtrum propoſitum *Belluga in ſua ſpec. rubr. 12. §. quædam, nu. 44.*
7 *& 45.* quod tantus poteſt eſſe contemptus † iāta inobedientia, & in tanto negotio, quod poſſit contemnens, & inobediens Principem, damnari pœna mortis, allegat etiam *arg. tex. in l. final. ff. de rer. diuiſ.* & qui maior contemptus, quā deſerere, quia prouinciam vniuerſam Principe inconſulto, ac ſi non eſſet Princeps, ac ſi ipſe eſſet Princeps & Superiorem non recognoſceret, & quod maius negotium, & maiori animaduerſione dignum, quod deſerere prouinciam, cuius prouinciales procliues ſunt ad delinquendū,
8 & † ad fugiendum, & euadendum faciles, & prompti propter vicinitatem Inſulæ Siciliæ, ad quam illico illinc ad paucas horas ſe recipere, & confugere poſſunt, quam delinquendi procliuitatem, atque licentiam faciliorem reddit Pręſidis diſceſſus quem iam digreſſum, & abſentē, & eos non perſequentem timere non poſſunt. Aut quod maius negotium, vel maiori conſideratione dignum, quam deſerere eo præſertim tempore quo pyratarum incurſus dari ſolet frequenter: maritima ſiquidem illius prouinciæ Orani ſumma vigilia quot annis cuſtodiantur facile præda ſunt pyratarum, quæ res quanti ponderis ſit, quantum ad Regis, & Proregis æſtimationem, & Reipublicæ, ac animarū ſalutē, & quietem pertineat, non opus eſt exagerare,

res

Digitized by Google

9 reſipſa docet: accedebat, quod eo † tempore
illa prouincia erat bannitis, & latronibus vndiq;
referta obſeſſa, & oppreſſa, qui pyratis peiores
illam infeſtabant, & deuaſtabant, adeo vt illam
latronibus deprædandam pænitus relinquere
fuerit. Omitto alia multa inconuenientia, ac
10 ſcandala, quæ vitare, & præuidere, † & remedia
adhibere ad officium Præſidis ſpectat, quæ iam
ſatis nota ſunt, & hic recenſere ſuperflua carneum
eſſet, quæ circumſtantiæ reddebant facinus,
ac crimen grauiſſimum, dignumque, vt pro
aliorum exemplo exemplari pœna animaduerteretur,
quia omnia damna, inconuenientia, &
ſcandala, quæ ſucceſſiſſent, culpæ Præſidis ſine
dubio; aſcribi potuiſſent.

Cumulabam etiam (non iniuria, & extra rem
vt arbitror) deſertionis crimen in hoc caſu concurrere,
ſiquidem Præſes prouinciæ in ea pro-
11 uincia quam adminiſtrat eſt Dux † belli, & vt
inquiunt, Capitaneus ad guerram, habet enim
vnaquæque prouincia ſuas comitiuas, ſeu turmes
militum peditum, & æquitum, quæ noua
militia appellatur, quæ Præſidi prouinciæ tamquam
Duci, vbi caſus occurrerit, obedire tenentur,
& his militibus præeſt, quibus à pyratarum
incurſibus à latronum deuaſtationibus, & aliorum
facinoroſum tumultibus prouinciam, prouinciales
omnes, & miſerabiles perſonas tutari,
& defendere debet, & prouinciam ſuam pacatam,
& tranquillam reddere, & licet bellum
formatum, & imminens neſcio immineat. Nihilominus
ſatis eſt Præſidem ſuo tempore gubernare
prouinciam, & militiam, vbi ergo deſerit
prouinciam, deſerit etiam militiam, quare
pœna, *l. Iul. Maieſtatis*, de qua in *d. l. 3.* merito
hic ſibi locum vendicare poteſt.

12 Et ſi deſertionis † crimen in quolibet priuato
milite capitale eſt, vt in *l. non omnes per totum,
& ferè per tot. tit. ff. de re milit. & ad ſatietatem
vſque Petr. Greg par. 2. ſuorum ſintag. lib. 29 cap. 10. & de rep. lib. 11. cap. 7.
tomo 1.* quibus in locis abunde deſertionis materiam
explicat à fortiori in Duce, & Præſide, &
illius prouinciç præfecto, in qua tot latrones vagabantur,
& ſemper incurſus pyratarum timendus,
& præuidendus: vt diximus videbatur poſſe
dici verè deſeruiſſe militiam, & exercitum
tempore imminentis neceſſitatis?

Ex his concludebam quatuor in præſenti ca-
13 ſu concurrere delicta, & omnia † capitalia
Principis deſertio adminiſtrationis prouinciæ,
abſque Principis licentia capitale, vt *d. aut. de
adminiſtrat.* ſecundum diſceſſus non expectato
ſucceſſore, & non reddita ratione ſuæ adminiſtrationis
capitale, *vt d. l. 2. vt omnes Iudices*,
tertium contemptus principis cum illis circumſtantijs
capitale, quartum deſertio etiam militiæ
illius prouinciæ capitale, *vt d. l. 3. ad l. Iul.
Maieſtatis*.

Verumtamen dixi in præſenti caſu pœnam
capitalem non eſſe intelligendam de morte na-
14 turali præſertim † cum nihil eorum, quæ inconuenientia
ſuperius adnotauimus, fuerit propter
eius diſceſſum admiſſum, ſiquidem pœna
capitalis licet mortem comprębendat, nihilominus,
& verificatur in ciuitatis amiſſione, &
ſeruitute, & alijs gradibus ſupplicij, de quibus
in *l. 2. & l. capitalium 28. ff. de pœn.* nihilominus
Doct. communi voto humanitati adhęrentes
pęnam capitalem in dubio in mitiorem interpretati
ſunt, vt fuit *Accurſ. in l. hoc accuſare,
§. omnibus, in verbo, quæ circa finem, ff.
de accuſat.* qui de deportatione intelligit, & in
*l. 1. C. ne Chriſtian. mancip. in verb. capitali
exponit gloſ. l. perpetuo exilio*, nam illa eſt capitalis
pœna, *vt l. rei capitalis, ff. de pœn. &
l. 2. ff. de publ. iudicijs, cum l. fin. C. de Epiſc.
15 & cler.* pœnam † capitalem non intelligi de
pœna vltimi ſupplicij, tenuit *Ioan. Andr. in
cap. quanto extr. de iur. iur. num. 14.* quæ opinio
communi voto Canoniſtarum ibi eſt recepta
inferentes ad ſtatutum, loquentē de pœna capitali,
non intelligi de pæna mortis naturalis.
*Imol. in d. l. 2. de publ. iud. Cyn. in l. 1. C. ad
l. Corn. de falſis num. 2. Salic. in l. 2. C. de falſa
mon. num. 4. Felin. in cap. ex literis num. 22.
extr. de conſt. vbi alios cumulat, quos non tranſcribo,
Petr. Rau. in ſuo alphabeto aureo, in
verſ. pœna, & ego ad id ponaero, & affero tex.
in l. raptores, C. de epiſc. & cler.* vbi raptores
virginum, viduarum, & aliarum Deo dicatarum
16 capitis ſupplicio affici iubet Imperator. † &
quia poterat dubitari, quæ nam eſſet iſta pœna
capitis illam inferius declarat Imperator ſcilicet
pœnam mortis ibi duriſſimis pœnis affirmant,
& mortis condemnent ſupplicio, ergo in dubio
mors naturalis non venit ſub pęna capitali, quia
non fuiſſet opus ſpecifica declaratione.

His auditis Dom. Prorex prætendebat pęnã
præter mortem naturalem, omnem aliam grauiſſimam
infligere, cui vt iram tunc compeſcerem
reſpondidi, neque hoc fieri poſſe reo inau-
17 dito, quem † iuris ordine ſeruato, prius audire
neceſſe erat, niſi vt Vicerex, & tanquam Capitaneus
Generalis vellet pro ſuo arbitrio ex proceſſu
informatiuo pœnam de facto infligere;
Dixi etenim, quod tantas, ac tales poſſet afferre
excuſationes, & ſui diſceſſus rationes, quod vel
non talis, vel minima, aut nulla pęna poſſet irrogari,
& ipſum excuſaret, meo voto, & ſententiæ
annuit Excellentiſſimus Prorex, & ſuperſedendum
cenſuit, interim multos ille adhibuit
excuſatores, & interceſſores, qui ſui diſceſſus
18 rationem reddiderunt, ob grauiſſimę † vxoris
infirmitatis repentinum nuntium acceptum: timebat
enim rerum ſuarum familiarium iacturã,
& periculum erat in mora. Si Principem pro licentia
obtinenda literis adijſſet, & reſponſum
expectaſſet, ideo eius clementia confiſus, pro
cauſa tam vrgenti diſceſſit. Item etiam, quia in
19 illa ꝓuincia & ipſe † grauiſſimo morbo affectus
fuit, & medicorum conſilio prouinciæ illius cęlum
aduerſarium erat ſuæ ſaluti, & repentinam
mortem minabatur, niſi diſcederet. Item quia
in illa prouincia propter eius diſceſſum, & abſentiam
nullum ſucceſſerat inconueniens; illam
enim reliquerat ſub optimorum Auditorum
cuſtodia, & fide, qui prouidè gubernarunt. His
omnibus ççcedebat, quod huius prouinciæ ad-
20 miniſtratio fuit ipſi nolenti, & recuſanti † data
non

non affectata, & procurata, vt hodie faciunt fe-
re omnes quinimmo ab initio ſui ingreſſus Do-
mino Proregi multis literis ſupplicauit, vt ipſum
ab illa cura, & munere liberaret, & alium Præ-
ſidem mitteret, quę res penes Proregem maxi-
mum candidi animi integritatis, & manuum mũ-
darum argumentum fuit, & ideo ipſum inuitum
ibi detinebat. Conſideratiſque verè illius viri
qualitatibus, quæ nihil ab ipſo dolo, malitia, aut
per contemptum commiſſum fuiſſe perſuade-
21 bant † Dominus Prorex ſedata ira illi ex gratia
pepercit, & dimictendum cenſuit, & actum fuiſ-
ſet de illo ſi ab initio iratæ Principis deliberatio-
22 ni annuiſſem † (vt multi annuunt,) qui ſemper
recitant coram Principe pſalmum. Placebo Do-
mino, & diſplicent Deo, & prætendunt illa via
progredi, & gratiam Principis nanciſci, & non
vident miſeri, quod eadem via retrogrediuntur
in infernum, & amictunt gratiam Principis cæ-
leſtis propter momentaneum Principis terreni.
23 Huic freti me perſequuti fuerunt inimici † mei,
ſed miſericors, & iuſtiſſimus Deus, qui non re-
linquit virgam peccatorum ſuper ſortem iuſto-
rum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem ma-
nus ſuas, ab eorum malis conſilijs, & inſidijs me
eripuit; quare viro adhuc, pro tribulatione, &
perſequutione quam paſſus ſum, immortales
Deo gratias agens, eorum autem multi mortui
ſunt, & ego rogaui pro illis, & etiam pro viuẽ-
tibus me perſequentibus, quibus ignoſcat Deus
ipſe omnipotens, & eorum corda illuminet, vt
reſipiſcant, & conuertantur ad ipſum.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Officiales non poſſunt deſerere officiũ etiam per breue tempus. & animo redeundi abſque licentia baronis cum declaratione.*

2 *Officiales debent expectare ſucceſſoris aduentum adhuc quod officium fuerit finitum, cum ampliatio num. 3.*

4 *Licentia eſt requirenda dum officialis vult diſcedere.*

5 *Author ſequitur ordinem prati ſui ſuper codicem.*

6 *Officialis diſcedenda non poteſt relinquere locumtenentes.*

7 *Officialis quando in officio poſſit ſubſtituere alium.*

8 *Cardinales tenentur reſidentiam facere.*

DEciſio hec magni eſt momenti, & de
ea meminit *D. Rouit. in prag. 2. de
officio iud.* ad corroboratione͂, quod
durante officio, quicumque officiales
1 non poſſunt deſerere officium etiam per breue
tempus, & animo redeundi nec recedere à loco
administrationis abſque licentia Baronis, aut al-
terius Domini iuriſdictionis niſi ſuperuenerit
iuſta, aut neceſſaria cauſa, puta ob infirmitatem
propriam, aut filij, ſeu maioris rei familiaris fa-
mæque periculi *arg. l. neque infantes in princi-
pio ff. de fidei commiſſ. libertatibus inde regui l.
cautum fuit, vt ex prag. 7. de off. iud.* officiales
expectare debere aduentum ſucceſſoris ſub pœ-
na in ea contenta adhuc quod officium fuerit fi-
nitum niſi cum licentia diſceſſerint, vt latè orna-
uimus in noſtro Prato, ſuper *primo lib. Codicis
in §. adminiſtrationem leg. 1. C. vt omnes iud.*
pro quorum additamento Paris de ſindicatu
verbo licentia *Carauit. rit. 7. Capibl. de Baroni-
bus in prag. 5. num. 9. & 10. Vin. deciſ. 356. Auen
dan. de exeq. mandat. C. p. & p. p. cap. 3. num. 3.
Molin. de Primog. Hiſpan. lib. primo cap. 23. nu.
5. cum ſeq. Carocc. de loc. & conduct. num. 50 fol.
22. Auil cap 5 præter Gloſ. p. num. 6. & 7. Guid.
pap. q 501. Caldas conſ. 8. num 7. & ſeq.* & in tali
propoſito aduertas in officiali Baronis, qui adhuc
ſi Baro, & ipſe officialis eſſent co͂ſentientes indi-
ſceſſu vniuerſitate tamen reluctante nequis per-
mittitur ex ratione de *Franch. deciſ. 400. D. Re-
gent. Tapp. in conſt. volumus num. primo.* Inde
4 dum officialis eris, vel Præſes licentiam requiras,
& ſi regius Domini Proregis, vt præter poſitos
addas *Cancer. var. reſol. lib. 3 cap 14. num. 10. de
Ponte deciſ. 28. num. primo Maſtrill. de Ma-
giſtr. lib. 1. cap. 24. num. 14. in cap. 19. num. 6. vt
in ipſo Præſide Afflict. in conſt. ſtatuimus de of-
ficio mag. Iuſt. num 6. etiam id Maſtrill. lib. 5. c.
8. num. 24.* ibi non poſſe recedere ſine expreſſa li-
5 centia Principis, vt in §. ſi quis autem Auth. de
Adminiſt. dicam ſequendo annuente Deo ordi-
nem Prati mei ſuper Codice nec permictitur eis
6 reliquere locumten. Vin. cit. deciſ. & vide ſollem
ne Conſil. Giurbæ doctiſſimi viri 36. vbi more
eius ſolito omnia ponit quando officialis ſubſti-
7 tuere alium ſine ſuperioris mandato poſſit, &
quando, & D. Camill. de Medicis conſ. 32. & ex-
tende deciſ. noſtri Auth. etiam in Cardinalibus,
8 vt teneantur reſidentiam facere *cap. 2. de Cler.
non reſidet Vin. cit. d. num. 3. & in epiſcopis cap.
ca. Pontifices 17. q. prima ſub pœnis Concil. Tri-
dentini ſeſſ. 23. de reform. cap. primo,* & motus
Pij IV. ſuper reſidentia Epiſcopali, & motus
143. eiuſdem Pij IV. ſuper exequutione Conci-
lij ex ratione per ipſum *Vinum cit. deciſ. nu. 4.*

Baldaxar de Angelis.

A R G V M E N T V M.

Vaſſalli Burgenſes ad quid teneantur Ba
roni, & periculum Aerarij nominati
non Idonei an ſpectet ad Vni-
uerſitatem, & quid in
alijs adminiſtra-
toribus.

SVM

SVMMARIVM.

1 *VAſſalli Burgenſes tenētur ſeruitia præſtare tam de iure communi quam conſtitutionum, capitulorum, & Pragmaticarum Regni, & de forma inueſtituræ, & ex præſcripta conſuetudine.*

2 *Bartholomei de Capua notabilia verba in capitulo Regni Terterij pro Barone.*

3 *Vaſſallus tenetur ad obſequiū, & ſeruitium Camerarij ad inſtar liberti.*

4 *Periculum Erarij nominati ſpectat ad nominantes ſi idoneus repertus non fuerit, & declara, vt num. 5. & procedit in nominante quēmuis adminiſtratorem num. 6. & 8.*

7 *Electio mala imputatur eligenti.*

9 *Decifio S.C. contra Vniuerſitatem nominantem Erarium minus idoneum.*

DECISIO XXXI.

1 NOn eſt dubium in Regno noſtro Vaſſallos Burgenſes eſſe obnoxios eorum operas, & ſeruitia perſonalia præſtare Baronibus pro ſeruitio feudi in multis caſibus, ſiue id ſit de *iure comm. feud ſiue de iure Conſt. Capitulorum, & Pragmaticarum Regni, ſiue ex forma inueſtituræ, quæ fit cū angarijs, & perangarijs, ſiue ex antiquata, & præſcripta conſuetudine non eſt præſentis ſpeculationis*, ideo conſul·ò omicto, ſed non omicto *Andr. & ibi Liparul in tit. quæ ſint regalia, in ver. angariæ, & eod. loco All. Parid. in tract. de exceſſibus Bar. erga ſubditos, Caſind. in tit. de exceſſibus Bar. erga ſubditoe, Capic. decif.* 118. & 168. *Frecciam de ſubfeud. lib.* 2. *in* 15. & 37 *auth Iacob. de Aiello in tract. de iure adohæ. Campagnam in cap. Regni Grauamina ſub tit. de grauaminibus vaſſall. Grammat. conſ. ciuil* 147. & *quæ tangit D Præſes de Franchis in decif.* 301. quibus in locis abundè de hac re, & ſtudioſus fame non peribit, & nos alibi forſan Deo dante dicemus. Et ideo dixit *Bartholom. de Capua ante omnes in cap. Regni Terrerij per illum tex.* quod poteſt Baro eligere in Erarium ſuum vnū ex vaſſallis, per hæc verba, & poteſt commictere procurationem bonorū ſuorum feudalium vaſſallo ſuo, qui eſt ſub illo feudo in credentiam, quia ſicut libertus tenetur patrono ſuo naturaliter ad præſtationem operarum, *l. ſi non ſortem §. libertus ff. de cond. in deb.* ſic vaſſallus tenetur Domino ſuo ad huius obſequium procurationis in credentiam, & à Bartholomeo credo, quod didicerint, *Capyc. & Frezza vbi ſupra*, qui dicunt quamlibet vniuerſitatem huius Regni eſſe obligatam dare ſuo Baroni anno quolibet Camerarium, & Baiulum, &c.

Ex his cùm Vniuerſitas Foroli (ſicut multæ Vniuerſitates huius Regni) habeat facultatem, & ius, (à conſuetudine, vel priuilegio quæſitum non refert, quia de hoc non controuertitur) nominandi ex Ciuibus tres, quorum poſtea Baro vnum elegit in Camerlinghum, qui inter alia tenetur exigere quoſdam introitus Baronales, & victualia in anno 1599. nominauit iuxtà morem, ſed inſtante Barone, qui elegit vnum ex nominatis, in Sacro Conſilio practicauimus *tex. in l.* 1. *C. de peric. nominat. lib.* 11. per quod periculū no-
4 minatorum ad nominantes ſpectat ſi tempore depoſitæ adminiſtrationis nō fuerint reperti idonei, & fideiuſſores ab eis non exegerint, quo loci dicunt *Bart. & Platea*, quod non ſufficit probare, quod è veſtigio depoſiti officij fuerint ſoluendo, ſed debet nominator probare, quod nomina-
5 tus fuit ſoluendo per tantum tempus poſt depoſitum officium, quo potuiſſet exigi, per *text. in l. diuortio ff. de neg. geſt.* quæ neceſſitas probationis incumbat nominatoribus, & dicit *Luc. de Penn. in l. agentes num.* 10. *C. de agentib. in reb. lib.* 12. quod is qui nominat aliquem ad munus publicum, ſuo periculo nominat, & licet text. prædictus loquatur in nominantibus officiales
6 publicos eadem ratione idem dicendum eſt in nominantibus quoſuis adminiſtratores etiam rei priuatæ, quia diuerſitatis ratio reddi non poteſt, & eſt expreſſum per *tex in l.* 1. *§. magiſtrum ſecōdo uncto* 9. 1. *ff. de exerc. act.* vbi qui magiſtrū naui præpoſuit, & nominauit, tenetur præſtare omnia facta magiſtri, alioquin inquit tex. contrahentes deciperentur, ſic de inſtitore ab alio nominato, & prepoſito dicitur *toto tit. ff. de inſtit. act. vbi in l. quicunque §. fin.* obligatur hæres defuncti, qui inſtituit . . . etiam quod contraxit ipſe ante aditam hæreditatem ignorans illum inſtitutum, & alia iura allegat Luc. licet non iſta in loco ſupra citato, & *Inn. in cap.* 2. *extra de ætat. & qual.* dicentem quod delinquunt ſuffraganei, qui præficiunt adminiſtratores non idoneos, & tenentur pro eis exemplum ibi de adminiſtratione puerorum, & inhabilium quem ſequuntur ibi omnes Canoniſtæ, *Butr. num* 5. *Abb. in final. verbis, & ante alios Hoſt. ibi etiam in final. verbis, & Io. Andr. num.* 6. & *omnes alij nemine diſcrepante, arg. tex. in l.* 2. *ff. de magiſtr. conuen.*

7 Fuit etiam dictum, quod mala electio, eligenti eſt imputanda, *§. præterea inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* & qui eligit minus idoneū, eſt in culpa *l. quod ſi nolit §. culpa ff. de ædil. ed. l. vtiq; §. culpa ff. de rei vend. l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir, vbi notant omnes ff. ſol. matr. l. eum quod ff. de auro leg.* 3. *§. fin ff. de minor. & l. ſi. qui,* . . . *pro empt.*

8 Sic etiam dicimus de Sindicis, qui eliguntur ab Vniuerſitate pro ſeruitio Regis, qui alio vocabulo, collatores appellantur, quia conſeruant, & exigunt tributa, & collectas, quæ Regi debentur periculo Vniuerſitatis eligentis adminiſtrant, vt dictat *Capitulum Regis Caroli primi, quod incipit, item Collatores ſub tit. quod Iuſtitiarius nō amoueat perſonas electas ab Vniuerſitatibus*, de

quo

quo mentionem facit ad hoc propoſitum *Capic. in d.deciſ. 118. num. 3 aicens illud cap.* habere locum tam in Camerarijs, & Collectoribus electis pro ſeruitio Regiæ Curiæ, quam pro ſeruitio Baronis.

9 Et ideo cum Baro coram me inſtetiſſet prouideri, quod nominatio facta per dictam Vniuerſitatem cederet eius damno, ita decreui die 19. menſis Decembris 1598. Et cum à decreto per me interpoſito Vniuerſitas reclamaſſet, facta per me relatione in Aula, fuit per Sacrum Conſilium confirmatum decretum meum die 6. Februarij 1599. apud Actuarium de filiola, Deinde cum nominatus, & electus in Camerlingum eſſet repertus non ſoluendo, & debitor in certis quantitatibus, fuit Vniuerſitas Foroli condemnata ad reficiendum, & ſoluendum Baroni quantitates per illum debitas, & ita exequutum.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *ELectio in perſonam alicuius pro ærario ab vniuerſitate facta ſi idonea non apparuerit cedit in præiudicium ipſius vniuerſitatis in ſubſidium.*

2 *Nominans quando teneatur de culpis, & defectibus nominati remiſſiuè.*

3 *Officialis ſubſtituens alium quando teneatur de ipſo ſubſtituto, & quomodo & ſi per exhibitionem liberetur num.4.*

5 *Nominator quibus modis ſumatur.*

6 *Nominantes ad officium aliquem quomodo teneantur.*

7 *Eligere, & nominare in quo differant.*

8 *Approbator fideiuſſionis vicem ipſius gerit, & ibi num.9. quomodo ſi lucri non gratia; aut non doloſè approbauerit, & de laudante fideiuſſores.*

1 ELectionem factam in perſonam alicuius pro ærario inſtante Barone à vniuerſitate, ſi compertum fuit non eſſe idoneam cedi in præiudicium ipſius vniuerſitatis *iux. dec. S.C. firmat Capi. de Baronibus in prag. 16. num. 97.* in ſubſidium. & in ſingu. 124. nominans, vbi ponit declarationem, & rationem, & de *tract. ex Rouit. in pragm. de adminiſtratione vniuerſitat.* vbi quando nominans teneatur de culpis, & defectibus nominati, & de officiali alium ſubſtituente quando teneatur, &c. *Giurba in conſ.* 38 prout denominante miniſtros, & ſubofficiales, & ſi per exhibitionem liberetur *Maur. iuri alleg. 93. num.4.* & ibi quot
5 modis ſumatur nominator, & latiſſimè *Camill. de Medicis conſ. 31. num. 27. fol. 145.* quomodo teneantur nominatores officialiū, & facit de no-
6 minante aliquem ad officium, quod ex ſola nominationē confertur, vt pro eo teneatur *R. de Ponte in tract. tit. 2. ſ. p. num. 16. & ibi latiſſimè*
7 *num. 7.* in quo differat eligere, & nominare, vt de *Franch. deciſ. 210. num 5. & Montan. in prag. 2. num. 358* de adminiſtratione vniuerſit. & id de Ponte latiſſimè de talibus nominantibus eligentibus, & approbantibus in *tract. eodem tit. 3 ſ. 5.*
8 *n. 17.* & induce in approbator, qui vicē fideiuſſoris, gerit *Angel. in l. ſi vero ſ. 1. ff. qui ſatisd. co-*
9 *gantur Aſcia de terminationē. 63.* vbi etiā an teneatur creditori cui fideiuſſorem approbauit, ſiue laudauit ſi non doloſè, & ſcientercum vti idoneum approbauit atque affirmauit, aut lucri cauſa approbator id fecerit *l. quod ſi ff. eodem tit. Bellug. in ſpeculo principium num. 31. & ſequentibus Borell. conſ. 47. num. 74. & 76. Gratian. deciſ. 69. num. 14. Surd. de alimentis tit. 2. q. 11. num. 4. & Gamma deciſ. 300.* vt delaudāte fideiuſſorem *Afflict. & Foll. in conſt. poſt mūdi machinam*, & Aſcia determinat. 63 & Viſconte latiſſimè in concl. fideiuſſoris approbator.

Baldaxar de Angelis.

A R G V M E N T V M.

An fabrica Caſtri Terrarum Baronalium ſit Burgenſatica, vel feudalis.

S V M M A R I V M.

CAſtrum ædificatum in Villis & Terris Baronum eſt feudale & vendita, vel conceſſa Villa venit Caſtrum in illa exiſtens num. 1. 7.

Munitiones vt puta
Trabucchi
Manganella
Baliſta & ſimilia
} *Poſitæ pro defenſione Caſtri perpetua Domini deſtinatione veniunt in venditione Terræ n. 2. 9.*

Funda vendito veniunt dolia ſunas cauſa empta, & Rota per quam aqua trahitur num. 3.

Item Caſtella plumbea putealia epiſtemia fiſtula applumbata, & quæ terra continentur quamuis non affixa. num. 6.

AEdibus venditis, vel legatis accedunt ea quæ pars ædium, vel propter edes habentur vt puta.

Funes labra ſalientes
Putealia
Fiſtula
Sera
Claui
}

Clauſtra, & omnia quæ perpetui vſus cauſa in ædificijs ſunt num 4. 5.

Mobilia deputata ad perpetuum vſum Caſtri ſunt pars feudi, num. 8.

Bones

Boues aratorij, & alia ad feudi inſtructionem, & culturam parata, & deſtinata veniunt in ipſius conceſſione, vel venditione num 10.

Fundo inſtructo legato veniunt inſtrumenta fundi, & etiam patris fam. quantumcunq; nobilia, & exceſſiui pretij. vt ſunt ſuppellectilia aurea, argentea, perlarum, canes venatorij, Aues rapaces, retia piſcatoria, baliſta, & alia huiuſmodi num. 11.

Differt legare fundum ſimpliciter, vel legare fundum inſtructum, num. 12.

Feudo vendito, vel conceſſo, cenſetur venditum, vel conceſſum eo modo, vt erat penes concedentem, vel vendentem inſtructum, & optimum num. 13.

Caſtrum non eſt quid ſeparatum à feudo, & terra ſed faciunt vnum corpus num. 15.

Deciſ. Sacri Conſil.

DECISIO XXXII.

MOrtuo D. Fabritio Ruffo Principe Scillæ die 23. Februarij 1587 orta fuit contentio inter D. Mariam filiam primogenitam hæredem vniuerſalem in feudalibus, & pro tertia parte in Burgenſaticis, & ſecundo genitam hæredem in Burgenſaticis pro duabus partibus, nũc Duciſſam Andriæ ſuper materia contributi faciendi pro ſatisfaciendis oneribus hæreditarijs, deciſa tandem per Sacrum Conſilium, & Regiã Cameram adiunctam in deciſione prædictæ cauſæ, vt vtraque contribuat pro rata iam bonorum feudalium, quam burgenſaticorum iuxtà liquidationem faciendam per Sacrum Conſilium.

In qua liquidatione, cum ageretur de liquidatione redditiuum, & introytuum Terræ Scillæ, & eius valoris, fuit controuerſum, an Fabrica Caſtri dictæ Terræ deberet appretiari ſeparatim, & diuiſim ab appretio facto dictæ Terræ, & eius redditiuum, prætendente Duciſſa fabricam prædictam eſſe burgenſaticam, & non feudalem, & proinde non fuiſſe confuſam, nec potuiſſe confundi in appretio dicti feudi, & Terræ Scillæ; Sed eſſe ſeparatim, & diſtinctim æſtimandam, & eius æſtimationem augere pretium, & valorem bonorum remanſorum in portione dictæ D. Mariæ Principiſſæ hæredis.

Sacrum Conſilium cenſuit vanam eſſe prætenſionem Duciſſæ ſecundo genitæ nam Terra Scillæ vnicum feudum eſt, in quo eſt ſitum, & fabri-
1 catumCaſtrum pro ipſius cuſtodia, quo caſu feudale eſt Caſtrum, & proinde vendita Terra, venit Caſtrum in eo ædificatum ex Bald. ſententia *in l. 1. in 8. quaſt. num. 7. ff. de rer. diuiſ.* ſi quidem ipſumCaſtrum, ſeu fabrica Caſtri, eſt acceſſio cõcreta *l. 2. C. de iur. emphit.* & idem venit in ipſa Terræ, & feudi conceſſione, vel venditione, quia etiam appellatione Terræ venit Secundum Alexand. in conſil. 114. num. volum. 4. & hoc ca-
2 ſu veniunt etiam munitiones, quæ ſunt ad defenſionem Caſtri ibi poſitæ perpetua deſtinatione Domini, quamuis non ſint affixæ, vt Trabucchi, Manganellæ, Baliſtæ, & ſimilia ex eodem *Bald. in capit. 1. §. ſi quis de manſu num. 4. de controuerſ. inueſt.* & de iure communi, vendito fundo accedere etiam dolia, quæ fundi cauſa eſſent etiã ea quæ ſeruus, qui fundum coluerat emiſſet, & Rotam itidem, per quam aqua trahitur, voluit *Paul. de Iure Conſul. in l. qui fundum 40. § fin. ff. de contrah. empt. & in l. Iulianus 14. § fin. reſpõ-*
4 *det* Vulp. ædibus diſtractis, vel legatis accedere ea, quæ Pars ædium, vel propter ædes habentur, vt puta putealia, declarat Pomp. in l. ſeq. in quo puteus operitur, & in *l. immediate ſeq. 16.* Vulp. addit funes labra ſalientes, fiſtulæ quoque, quæ ſalientibus iungantur quamuis longè excurrant extra ædificium, & *in l. fundi 18. cod. tit.* idem
5 Vulp. diſtracto fundo, vel ædibus venire feras,
6 claues, ac clauſtra inquit, & in verſ labeo, omnia, quæ perpetui vſus cauſa in ædificijs, ſunt ædificij eſſe ſtatuit, vt puta caſtella, plumbea, putealia, epiſtomia, fiſtulæ, applumbata, aut quæ Terra continentur, quamuis non ſint affixa, & alia, de quibus ibi ea omnia veniunt in ipſo pretio fundi,
7 & ædium confuſim. Et ideo vendita terra, venit Caſtrum, ſeu ædificium Caſtri, quia ratione feudi ipſum conſtructum ad perpetuam feudi vtilitatem, & ei ſtodiam, & vnicum eſt corpus, & inſeparabile Caſtrum ipſum à feudo, accipiendo Caſtrum pro vt hic pro ipſa fabrica, & fortelicio non pro Caſtro, vt eſt Terra cum iuriſdictione, de quo *per Capic. in ſua inueſt. in verò Caſtris,*
8 *& fortellicijs, & eſt hoc de mente Andr. in ca. 1 §. ſi vero num. 4 de pace. ten verſ. quid de mobilibus* dicentis, quod mobilia etiam deputata
9 ad perpetuum vſum Caſtri, ſunt pars feudi, & ideo veniunt muniriones, & fornimenta omnia, quæ ſunt in fortelicio in ipſius conceſſione *ſecundum Bald. in l beneſ ff. de conſt. princ. & Iaſ. ibi num. & Fælin. in cap. cauſamque num. extra de reſcript. quæ reaſſumit Capic. in ſua inueſt. in princ. 1. pag. in verb feudorum acceſſoria, & Laud in tract. de caſtell. in 4 quæſt. vbi dicit, quod veniunt arma, quæ in Caſtro ſunt ad illius defenſionem ex Oldrad. conſil. 132. & volent idem Butr. Anchar. & Imol. in cap.*
10 *dilecti extra de donat. qua ratione etiam Boues aratorios, & alia ad feudi inſtructionem, & culturam parata, & deſtinata venire cenſuit, Aluar. in cap. 1. in princ. 2. col de Capit. qui cur. vend. & Capic. vbi ſupra in verbo, & vendito*
11 *Caſtro, & optimè declarat Angel. in l. 2. C. de verbor ſignif. in fundo inſtructo legato,* quo caſu dicit non ſolum venire inſtrumenta fundi, ſed etiam patrisfam. quantumque nobilia, & pretij exceſſiui, vt puta ſupellectilia, aurea, vel argentea, aut perlarum, canes venatorios, aues rapaces, & cantantes rhetia piſcatoria, baliſtas, medicamenta. ſaggittaria, vinum, & frumentum, & omnes fruges

Digitized by Google

ges, dummodò non fuerint ibi repoſitæ, vt venderentur, aut vt tantiſper eſſent, vt *in d. l. 2 iuncta l. quæſitum 12. § Sed ſi fundus huſque in finem ff de fund inſtr.* ſecus fundo ſimpliciter le-
12 gato, vel vendito, ſic in vinea, horto, vel oliueto, nam tunc veniunt inſtrumenta affixa, quia dicuntur pars ædificij, aut fundi, *d. l. fundi ff. de act. empti. cum ſimilibus*, Sed lecticæ, vegetes exiſtentes in domo, & ſimilia ſuppellectilia, Tinea Vineæ, aut torcularia, Boues fundi, ligones falces,
13 aut ſimilia non veniunt, ſed vbi venditur, vel cōceditur feudum cenſetur venditum eo modo, prout erat penes concedentem, & vendentem inſtructum, & optimum, & proinde non ſolum venit Caſtrum conſtructum ad eius defenſionem, ſed venit cum omnibus inſtrumentis, vt ſupra, & non eſt quid ſeparatum, neque ſeparabile ab ipſo feudo, ſed vaſſalli, Terra iurisdictiones redditus, prouentus, & ipſum Caſtrum faciunt vnum corpus, & non eſt dubium, quod ſub nomine Terræ Scillæ venit Caſtrum in ea ædificatum, quia coniunctum, & ſub vna Terræ appellatione cenſetur arg. eorum, quæ decidit *Scæuola Iur. Conſ. in l ſeia 20. §. Tirannæ in fine ff de fundo inſtr. & inſtrum. leg. ibi ſi prata fundo græciano ita coniunxiſſet, vt ſub vna fundi appellatione haberentur ea quoque deberi, & Vlp. in l. quæſitum 12. in princ. ff. eo inquit*, fundo relicto venire inſtrumenta, & inſtrumentum eſſe apparatum rerum diutius manſurarum, ſine quibus exerceri poſſeſſio nequiret, at Caſtrum inſtrumentum eſt terræ, & feudi, quinimmò pars terræ, & feudi non diutius manſurum, ſed perpetuum daturū ad ipſius feudi conſeruationem, & cuſtodiam, quia forſan non eſſent vaſſalli, non eſſent redditus, neque fructus, vel ſaltim non tot, neque tanti, niſi eſſet caſtrum, quod pyratarum, ac latronum inuaſiones, & incurſiones inhiberet, & cohiberet, & caſtrum prædictum, non ſolum feudum, & terram Scillæ vaſſallos, ac fructus, & redditus conſeruat, cuſtodit, & auget, ſed maritimas circumuicinas oras protegit, vt eſt notiſſimum, adſunt enim ibi milites, & tormenta, quę procul arcent pyratas, ita vt ad illas oras accede-
14 re non audeant, & ideo non ſeparatur à terra, & feudo, ſed confuſim cum terra, & feudo, & redditus æſtimatur, ex *Vlp. in d. l. quæſitum, §. conſeruandi*, vbi conſeruandi fructus cauſa, veluti granaria, quia in his fructus cuſtodiuntur Vrceos, Capſellas, in quibus fructus componuntur, ſed & ea, quæ exportandorum fructuum cauſa parantur inſtrumentum eſſe ſtatuit, Ergo à fortiori erit caſtrum inſeparabile ab ipſo feudo, quod deſeruit non tantum ad cuſtodiam, & conſeruationem, ſed ad omnia ſupradicta, & ad ipſiuſmet terræ, & feudi exiſtentiam; Et quia introitus Terræ Scillæ fuerunt appretiati ad ratio-
15 nem ducatorum trium cum dimidio pro quolibet centenario. Cenſuit Sacrum Conſilium in eo appretio confundi caſtrum, & eius fabricam, tamquam feudalem ex cauſis prędictis, & non debere ſeparatim, & diſtinctim æſtimari die 17. Nouembris 1603. apud Actuarium Fabritium Romanum.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *VEndito feudo venire caſtrum.*
2 *Vendito feudo veniunt hoſpitia deſtinata pro habitatione Baronis, & alia, vt ibi num. 3. & declaratur, num. 4. & alio caſu.*
5 *Augumenta, quæ accreſcant feudo.*
6 *Caſtrum quomodo ſit ſub comitatu.*
7 *Vendens caſtrum cum iuriſdictione cenſetur vendidiſſe omnia pertinentia ad caſtrum.*
8 *Vendita domo veniunt omnia ibi affixa cum diſtinctione ſi ad tempus, vel in perpetuum erant.*
9 *Vendita domo veniunt geloſia.*
10 *Vaſa vinaria, ſeu dolia an veniant vendito fundo, & ibi quid in ſtatuit.*
11 *Lectus, & neceſſaria ſupelectilia an veniant in generali conceſſione, & ſi veniant capelia.*
12 *Aequo vendito an veniant ornamenta.*
13 *Æqua vendita an veniat pullum.*
14 *Appellatione ſupelectilis, quæ veniant.*
15 *Ædificium intra fines feudi factum an ſit feudale.*
16 *Aedium vſufructu legato, quæ veniant.*

ILlud, quod reaſſumitur ex copioſa hac de-
ciſione, quæ paruam, aut nullam dubita-
1 tionem de iure habet, eſt quod vendito
feudo venit caſtrum, (ſeu ædificium caſtri)
patet ex ratione enuntiata in ipſa, quia conceſſo
feudo cum iuribus, & pertinentijs ſuis veniunt
omnia adiacentia connexa, & ſolita, *arg. eorum,
quæ Cranetta conſ. 105. de Ponte conſ. 63. &
Capiblanc. de Baronibus pragmat. 8. part. 2.*
2 *num. 3. cū ſeq.* vbi non dubitat venire hoſpitia
deſtinata pro habitatione Baronis, & fortalitia
3 caſtri, &c. & arma bombardæ, & marga-
nellæ, baliſtæ, & ſimilia deſtinata in fortalitio, vt
Doctiſſimus Author ponit, & vide à contrario
ſenſu ſi conceſſio amplis verbis non fuerit facta,
4 quod non compræhendat, quæ non adiacent
propriè feudo vt burgenſatica, quæ mixtim cum
feudo tenentur functiones fiſcales meliorationes
factæ, ita vt aperto feudo Regi per genera-
tionem finitam, vel aliam cauſam ea non aperian-
tur domino directo, *Capic. in inueſtitur. verſ.
feudorum augumenta, de Ponte conſ. 57. Franch. deciſ. 192.* & idem, quod etiam palatium de
nouo ædificatum in terra non cedat feudo, licet
ſit neceſſarium, *vide Tiraquell. de retract. §.*
5 *23. num 35.* & quæ augumenta accreſcant feu-
do *Anna allegat. 29. vbi addidi Peregrin. de
fideicommiſſ. articulo 50. Reg. de Curte fol. 83.*

M *in ſug*

in ſuo tract. diſcurrens de incremento proce-
6 dente ex cauſa feudi, vel alio, & ſi vis videre
quando caſtrum ſit ſub comitatu, & quæ requi-
runtur, latiſſime per *Dom. Rouit. in pragm.
1. de abbuſ. in ſcrib. ſublato numer. 99.* & ad
7 propoſitum noſtræ deciſionis de concedente, vel
vendente caſtrum cum iuriſdictione, & perti-
nentijs, quod cenſeatur etiam conceſſiſſe res
pertinentes ad caſtrum, *Borrell. abbunde in tit.
41. par. prima num. 299. per plures*, cum ven-
dita re, iuxta *cit. Crauett. conſil.* cenſentur ven-
ditum omne deſtinatum ad vſum rei venditæ, &
ex hoc ad ornatum *l. Iulianus, §. fin. cũ ll. ſeq.
8 ff. de act. empt.* vendita domo veniunt omnia
ipſi affixa, & quæ ſunt ibi ad perpetuum vſum
domus, ſecus in his, quæ ad tempus, & vendito
fundo veniunt omnia, quæ ſunt intra fundum
ad perpetuam vtilitatem fundi, ſed ſecundum
Surdi deciſ. 134. vendita domo veniunt geloſiæ,
9 & vitriatæ, *& Marilian. deciſ.* 71. & quid di-
10 cendum de dolijs, ſeu vaſis vinarijs, *Theſaurus
quæſt. forenſ. 84 lib. 1. cum diſtinctione, &
Rot. deciſ 822 par. 3. & quid in ſtatuis, per Mo-
thedan. deciſ. 2. de empt. & vendit. quos citat
Ricc. collect. deciſ.* 212 omnino obſeruandus in
hac tractatione, vbi recſet alios caſus pulchros,
11 & quid ſi veniant in generali conceſſione lectus,
& neceſſaria ſuppellectilis, *per Iaffred. deciſ. 91.
& eundem Ricc. collect. 594 in fine, & plura
12 in collect. 649.* ſi veniant cappellæ, &c. & nota,
an æquo vendito veniant ornamenta, &c. *per
Iaſ. de actionibus in §. actionum num. 59. Ma-
rant. in ſpec. diſt. 4. tit. an ſit iudicium ciuile,
vel criminale num. 77. Bart. in l. 5. §. vſque,
ff. comodati. & ibi idem Iaſ. num. 71.* ſcribit
13 equa vendita venire pullum, *& Amanel. de
Clares ſingul. 162. & Bart. in d. l. 5. §. vſque*,
& ſi vis videre de legato fundi inſtructi, quæ
contineat, *vide tex. in l quæſitum 12. §. Cel-
ſus quoque §. ſi inſtrumentum, ff. de fundo in-
structo. & Anton. Fabr. lib. 1. coniectur. cap. 6.
Treutl. diſp. ſelect. par. 2. diſput. 13. theſi 4.* &
14 cum fuerit legata ſuppellectilis, quæ veniant eius
appellatione, & quæ contineantur, *Paulus in
l. ſuppellectili 3. ff. de ſuppellectili legata*, dum
dicit, quod ſunt menſæ, trapę, zophora, delphi-
cę, ſubſeliæ, ſcanna, lecti, etiam inargentati, cul-
citræ, toralia, mappæ, viloſa, vaſa aquaria, pel-
ues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ,
vaſa ænea, vulgaria, ideſt, quæ non proprio eſ-
ſent loco tributa, capſæ, & armaria, dum tamen
non ſint capſæ, & armaria pro libris, veſtibus, &
armis conſeruandis, quæ in ſuppellectili non
enumerantur, vitrea, eſcaria, & potoria in ſup-
pellectili ſunt, ſicut fictilia, non ſolum vulgaria,
ſed etiam, quæ in pretio ſunt magno, nam & pel-
ues argenteas, & aquiminaria argentea, & menſæ,
& gemmati in ſuppellectili eſſe non dubitatur
vſque adeo, vt idem iuris ſint, & ſi tota argen-
tea, vel aurea ſint ad quam materiam ſuppelle-
ctilium *Plin. lib. 34. cap. 3. Valer. Maximus
lib. 4. tit. 1. Celſius Rhodiginus lectiou. antiqu.
lib. 4. cap. 12. Andr. Alciat. lib. prætermiſſor.
primo, in verbo Ranca Anton. Nebrixenſ. in
15 verbo mappa*, & ſi nolis prætermittere quando
ædificium intra fines feudi factum ſit feudale, ad-
das *Annam alleg. 6.* vbi copioſe addidi, & non
ommiſſas *Surd. deciſ. 294.* pro abbundanti ma-
teria iſtius loci, *& D. noſtrum Auth. in deciſ.
15 34. num. 2.* ibi adium vſufructu legato, quid
veniat, &c.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Mortuo feudatario à quo die ſit com-
putandus annus reſpectu fructuum,
qui inter hæredes veniunt diuidendi,
& æſtimandi.

SVMMARIVM.

1 *AEſtimatio bonorum facienda eſt attentis fructibus illius anni quo quis deceſſerit.*

2 *Annus poteſt ſumi ab indictione, quæ incipit in menſe Septembris.*

3 *Annus computari poteſt iuxta conſuetudinem regionis, quæ attendi debet.*

4 *Aegiptij primi omnium annum comperierunt illum diſtinguentes in 12. temporum menſes.*

5 *Feudatario decedente ante Kalend. Martij, vel poſt Kalend. quomodo, & a quo tempore fructus diuidantur inter hæredes feudatarij. & Dominum ad quem feudum reuertitur.*

6 *Vindemia, quæ percipitur in menſe Septembris, & oliua, quæ colliguntur in menſe Decembris cenſentur fructus anni præcedentis.*

Decis. Sac. Conſ.

8 *Erarij Baronum formant libros redditüum & introituum de indictione ad indictionem pro maiori facilitate reddende rationis, & quia ſic placet.*

9 *Regia Camera Summaria in exactione relíuij debiti poſt mortem Baronis computat annum à die obitus non ab indictione.*

10 *Tex in §. his conſequenter hic finitur lex declaratur, & eſt ſine ratione.*

11 *Iure feudali deficiente recurritur ad ius commune.*

12 *Annus aut naturalis, & legalis, aut induſtrialis.*

D E-

Digitized by Google

DECISIO XXXIII.

DVbium inſurrexit in eadem cauſa, à quo caperit annus mortis dicti Illuſtriſſimi Principis, quem certum, eſt obijſſe die 27. Februarij 1587. Anſam præbuit faciendi per vtramque partem,
1 iuxta valorem bonorum remanſorum tempore obitus, quod appretium, & æſtimatio erat facienda attentis fructibus eo anno perceptis, ex *regula l. pretia rerum 63. ff. ad l. falcid. & Iuliani ſententia in l. ſi fundum per fideicommiſſum 49 ff. de leg. 1. in l. ſi quos 16 C. de reſciud. vend. Alex. in d. l. pretia rerum, num. 6. & ibi Hercul Partal. in rep. l. 2. C. de reſcinden. vend. num 228. cum ſeq. & ibi Cagn. nu. 254. Pinell. 3 par. cap. vltim. num 7. & ſeq. & alios congeſtos per Ioannem Baptiſtam Lupum Gemin. in l. 2. §. 5. num. 120. C. de pact. inter empt. & vendit.* quod etiam partium conuentione cautum erat.

Verum dicebatur pro parte Duciſſæ Adriæ, quod licet obierit de menſe Februarij Princeps pater, & eſſet conuentum appretium eſſe faciẽdum habita ratione ad fructus eo anno perceptos, quod nihilominus annus erat ſumendus à menſe Septembris præcedentis, vſque ad menſem Septembris illius anni quo obijt, & conſequenter erat habenda ratio fructuum perceptorum in vita dicti Principis à dicto die primo Septembris duplici ratione.

Prima, quia ex libris Erarij apparebat annum in computatione, & actione fructuum incipere à die primo Septembris cuiuslibet, & conſequẽter ab indictione ſumptum ſemper annum, &
2 non eſt dubium annum poſſe ſumi ab indictione, quæ incipit in menſe Septembris, *vt in l. 1. §. fin. C. de Iuſtin. C. de confirm. late Alc. lib. 8 Parerg. cap. 1.* quare cum ex libris Erarij cõſtet de conſuetudine Principis patrisfam. computaſſe annum in recollectione introituum, &
3 fructuum à Kalen. Septemb. quia in annorum computatione, & conſuetudines attenduntur, & vnaquæque Prouincia ſuo ſenſu abundat, vt ex-
5 plicat *Andr. in §. his conſequenter hic finitur lex, & eleganter Alexand. ab Alexand. lib. 3. gen. dier. cap. 24. quem ornauit, & gloſauit ibi Tiraquell. multa addens, & perbelle Couarr. vt alios omittam lib. 1. variar. cap. 12. & reſolut. lib. 4. cap. 18.* quibus in locis curioſis ſatis factum eſſe poterit. Sed quicquid alij dicant om-
4 nium hominum primo Ægyptios annum comperiſſe diſtinguentes eum in duodecim temporum menſes, & hæc comperiſſe ex aſtris: teſtis eſt *Hiſtoriarum pater Herodotus lib. 2. hiſtoriarum cap. 1.*

Alia, & ſecunda ratio fundata in dicto *tex. §. his conſequenter in vſibus feud. Hic finitur lex*
5 qui tex. eſt capitalis, & formalis pro hac re, cum in ea decidatur, quod decente feudatario ſine legitimo hærede ante Kalend. Martij omnes fructus illius anni ad Dominum, ad quem feudum reuertitur pertinebunt, decedente vero poſt Kalend. Martij, vſque ad Auguſtum ad hæredes decedentis poſt Auguſtum ad Dominum, & Iſern. comendat ibi hanc diſtinctionem, ſeu diuiſionem anni, quia ſi rectè conſideretur annus in d. text. incipit ab indictione à principio Septembris, à quo tempore numerando, vſque ad Kalend. Martij ſunt ſex menſes, & ideo ſi decedat ante kalend. Martij feudatarius, quia nondũ medietas anni defluxerat, fructus ſunt domini, ſi poſt kalend. Martij per totum Auguſtum, quia decurrunt alij ſex menſes ſunt feudatarij. ex quo tex. videtur fundari opinio, quod annus incipit, vt ſupra, ab indictione, & ab illo die fit diſtinctio, & diuiſio fructuum, ergo in caſu premiſſo pro facienda æſtimatione feudorum, & bonorum remanſorum in hæreditate prædicta, erat habenda ratio fructuum perceptorum à dicto die primo Septembris.

In contrarium dicebatur obſtare pactum, & ius, pactum inquam, quia partes pepigerunt, & conuenerunt æſtimationem eſſe faciendam habito reſpectu ad tempus mortis Principis, qui cum deceſſerit in menſe Februarij, nullo modo poterat computari annus à menſe Septembris præcedentis, quo erat viuus.

Secundo dicebatur obſtare ius ex doctrina eiuſdem *Andr. in d. cap. his conſequenter num.*
9 19. vbi quærit de vindemia, quæ percipitur in menſe Septembris, & Octobris, & oliuis, quæ percipiuntur in menſe Decembris, an ſint illius indictionis, & anni, quo recolliguntur, & concludit, quod ſunt fructus anni præcedentis, & vt tales habendi ſunt, & ideo retentis terminis d. text. ad hæredes feudatarij pertinebunt, & retentis terminis quæſtionis noſtræ, vbi quis decedit in menſe Februarij non poſſunt clauſulari fructus percepti à menſe Septembris, quia illi ſunt fructus anni præcedentis, non illius Septembris, & anni quo moritur feudatarius, & æſtimatio eſt facienda actentis fructibus eius anni, quo moritur, ergo nullo pacto annus poteſt ſumi ab indictione quo ad hunc effectum.

7 Sacrum Conſilium vna cum adiunctis cenſuit annum eſſe ſumendum a die obitus dicti Principis, & iuxtà quantitatem, & valorem fructuum, & introituum perceptorum à die obitus per anni circulum eſſe faciendam bonorum æſtimationem.

8 Nam libri Erarij computantis fructuum recollectionem ab indictione nõ mouit Sacrum Conſilium, quod idem mos, & ſtilus eſſet ſeruandus in æſtimatione facienda, quia id faciunt omnes Erarij huius Regni pro maiori facilitate rationis reddendæ fructuum, & introituum recollectorum de indictione ad indictionem, vel quia ſic ipſis placitum eſt, & non tenetur Sacrum Conſilium ſequi exemplum Erariorum, ſicut nec Re-
9 gia Camera in exactione releuij fecit, nec con-

ſueta eſt facere, quæ mortuo Principe informationem cæpit de fraudibus illius anni à die obitus, & juxta informationem prædictam exegit releuium, quod eſt medietas fructuum illius anni, quo feudatarius decedit, & cum Regia Camera in exactione releuij, ita ſemper obſeruet, & interpretata ſit annum, non ab indictione, ſed à die obitus initium ſumere, ita iudicauimus in caſu præmiſſo eſſe ſumendum, cum nulla diuerſitatis ratio poſſit reddi, quinimmò ſi contrariũ ſeruaretur eſſet abſurdum, & contra ius, quia ſi pro ſciendo valore bonorum remanſorum in hæreditate fructus eius anni quo quis moritur, ſunt æſtimandi, & inſpicerentur, vt in initio diximus, ſi modo inſpicerentur fructus percepti in vita, non eſſent fructus tempore mortis, & quia nos agimus de contributo faciendo inter cohæredes de bonis remanſis in hæreditate, non dicitur hæreditas niſi à morte teſtatoris, ergo non ante, vt eſt notiſſimum.

10 Et de text. in §. his conſequenter, nulla fuit habita ratio, quia, vt inquit Bald. ibi nullam ille tex. continet in ſe rationem, nam dicere, quod maritus, vel Auguſtus habeat diuidere fructus, nulla eſt ratio, niſi beneplaciti, inquit Baldus, & ille text. loquitur in caſu ſatis diuerſo à noſtro, nam ibi loquitur vbi feudatarius decedit ſine legitimo ſucceſſore, & feudum ad Dominum reuertitur, quid de fructibus faciendum ſit, & deciditur, vt ibi ſecundum vſum, qui vigebat in feudis, quia ſic placitum fuit, caſus noſter eſt penitus diuerſus; nam non agimus de diuiſione fructuum, nec feudum ad dominum reuertitur, ſed ad hæredes decedentis tranſmittitur, & agimus de contributo faciendo, quo caſu attenden-

11 dum eſt ius commune, ex quo ius feudale nihil ſtatuit, ex latè traditis, per *Aluar. poſt Andr. in cap. 1. in princip. de feud. cognit. & optimè, ac latè Ioannem Baptiſtam Caccial. in repet. dicti cap. in quarta parte principali, & Euerardum in ſua Topica loco à contrario ſenſu num.* 13.

Et verè talis conſuetudo, quæ decedente feudatario ante Kalend. Martij refert fructus illius anni ad dominum, decedente vero poſt Kalend. illos ad hæredes decedentis deſert, irrationabilis dici poteſt, vt in ſimili caſu teſtatum reperi in *Lateranenſi Concilio ſub Alexandro Tertio Romæ celebrato, in vol 4. conc. ſub rubr. de alien. rer. eccleſ. cap.* 6. vbi dicitur, quod conſuetudo quæ in Diœceſi Salernitana vigebat, ſecundum quam clericus ſi à Kalend. Martij, vſque ad Kalend. Nouembris deceſſerit fructus illius anni ſuos facit, non ſit rationabilis, quia tamen in multis Eccleſijs toleratur reſcribitur Archiepiſcopo Salernitano, qui illam toleret.

Et de iure communi (annus, & ſi multipliciter ſumitur ſecundum varios regionis mores, vt per ſupra citatos Doct. abundè habetur) tamen veritas eſt, quod regulariter in duobus modis diſtinguitur, ac ſumitur, Aut. enim eſt naturalis, & legalis, aut induſtrialis, ſeu communis, induſtrialis eſt, qui conſtat duodecim menſibus à quocumque menſe ſumatur, ſiuè ab incarnatione, ſiue à natiuitate, ſiue à Martio, ſiue Septembris menſibus; induſtrialis dicitur, quia ſeruandus eſt mos cuiuſque regionis in eo ſumendo, licet communiter à Natiuitate Domini ſumatur, naturalis vero eſt, qui conſtat indifferenter tercentum ſexaginta quinque diebus, & ſex horis, & iſte appellatur annus legalis, & de eo loquitur *Paul. in l. cum hæres 4. §. ſtitus, ff. de ſtat. lib.* vbi verus annus tercentum ſexaginta diebus conſtare debet, & ibi *Bart. facit hanc diſtinctionem, & in l. libellorum, ff. de accuſat. num.* 15. quo loci hunc annum legalem appellat, alterum verò, qui incipit à Natiuitate Domini, appellat annum communem, & vulgarem, & hanc frequentiorem, & magis receptam diſtinctionem, ſequitur *Caſſan. in conſuetud. Burg. in tit des Iuſtices, & Droictz Dicell. Rubr.* 1 *§.8. in vero dedens l. an. per totum*, & de hoc legali ſenſit Sacrum Conſilium in caſu præmiſſo habendam eſſe rationem ſumendo initium à die mortis Principis.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Annus à quo die die actendatur pro diuiſione fructuum.*
2 *Annus qualiter computetur.*
3 *Fructuum diſtinctio enuntiatur.*
4 *Fructus maturi non exacti ad quem pertineant, cum alijs quæſtionibus curioſis.*
5 *Releuium à quo die debeatur.*
6 *Tempus ſoluendi releuium à quo die currat.*
7 *Releuium an duplex debeatur ſi vno eodē q; anno pater. & filius moriantur.*
8 *Releuium quantum ſit.*

1 PRo curioſa inſtanti deciſione, quod annus actendatur à die obitus feudatarij pro diuiſione fructuum inter hæredes (adde præter alios *Capiblanc. de Baronibus pragm. 5. num.* 36. & per totam, quaſi) vbi recentiſſimas authoritates adducit, & quaſi meliorem omnium, iudicio meo, omnes caſus recenſet in materia fructuum diuidendorum, &

2 de anno qualiter computetur, & à quo die, & qualiter initium habeat in Regno, & de diſtin-

3 ctione fructuum, prout etiam ponit *Paſchal. de viribus patr. poteſtat. parte prima cap. 3. num.* 119. & *num.* 118. de fructibus rei vendite infra annum ad quem pertineant, & *num.* 118. de fructibus maturis, & non exactis tempore mortis hæredis ſi pertineant ad ſubſtitutum, & *nu.* 120,

4 de fructibus nō maturis perceptis per vſumfructuarium ſi debeant reſtitui ab eius hærede proprietario, & de fructibus feudi vaſſallo mortuo poſt Kalendas Martij ad quem ſpectent, &c. *de Franch. deciſ. 29. vbi Viſconte in addit. infinitos allegat, & Surdus de alim. tit. 7. quæſt. 13. num. 34. de Ponte deciſ. 12. & de feud. lect. 130. & ſeq. num. 39. Gratian diſceptat. forenſ 812. num. 16. & 20. tomo 5. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 49. Auna conſ. 20. de Ponte conſ. 55. num. 35.*

num. 35. *vol.* 1. & quid de fructibus Clerici beneficiati decedentis à dictis Kalendis Martij, vſq; ad kalendas Septembris ad quem ſpectent, & quomodo de iure communi diuidi debeant inter hæredes beneficiati mortui, & notium beneficiatum, *per Viſcontem in concluſione fructus feudi vaſſallo mortuo*, per plures, cum alijs curioſis notabilibus ad materiam.

5 Et releuium deberi à die mortis diximus ſupra in additione ad deciſ. 8 & vide *D. Rouitum in pragmat. 2. de officio procurator. Cæſar. num. 5. ibi*, annus, & dies ad ſoluendum rele-
6 uium, quod currat à die mortis, & vide in ipſa materia ſi releuium duplex debeatur, ſi pater, &
7 filius vno, eodemque anno, vnus poſt alium mortui fuerint, per *Nonarium quæſt. forenſ.* 10.
8 cum releuium ſit medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur, *vt D. Camillus de Medicis conſ. 18. num. 3. & conſ. 55. num. 5.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An nix ſit in fructu, & augeat fructus feudi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dicitur quicquid ex re, vel propter rem ad nos peruenit. & num. 32.*
2 *Aedium vſufructu legato venit omnis redditus, & omnes obuentiones ex ædibus, & areis peruenientes.*
3 *Commoditas, & intereſſe fructus loco habetur, & num. 13.*
4 *Inductum ad hominum vſum in fructu eſt, & num. 12.*
5 *Facultas pignorandi fructus eſt.*

Piſcationes)
Venationes (Sunt in fructus num. 6.
Aucupia)

Syluæ cedua
Arundines
Dolia, &
Rota per quam trahitur aqua } *Sunt in fructu nu. 7.*

Oliua etiam immatura, item
Fenum immature cæſum in fructu eſt num. 8.

Horti.
Poma
Olea
Flores
Aqua, &
Stamenta } *Sunt in fructu num. 9.*

10 *Palea in fructu eſt.*
11 *Vtilitas, & quæuis commoditas ex re, vel propter rem perueniens fructus eſt.*
12 *Fructus appellatione venit omne, quod ad vſum hominis inductum eſt, ſiue naturalis, ſiue induſtrialis.*
14 *Libellus in quo quis petit rem cum intereſſe comprahendit fructus.*
15 *Munera, honores, & dignitates ſunt in fructu.*
16 *Præſentatio iuris patronatus in fructu eſt.*
17 *Poteſtas eligendi, & conferendi inter fructus Sacerdotiorum numeratur.*
18 *Fructus appellatione continentur, quod vis lucrum, quod vis emolumentum, & omnes comoditates ex re noſtra ad nos pertinentes.*
19 *Nix non eſt fructus, ſed parit fructum.*
20 *Differentia eſt intereſſe fructuum, & haberi loco fructus.*
21 *Homo non eſt fructus, nec in fructu tamen quicquid ex eius opera peruenit eſt fructus & num. 32.*
22 *Lac, pilus, & lana pecudum in fructu eſt.*
23 *Veſtimenta, & ſcyphus non ſunt fructus, ſed in fructu.*
24 *Iter, & actus non ſunt fructus, ſed in fructu.*
25 *Nix ſiue ſit in fructu, ſiue ſit redditus reddit feudum vtilius, & pretioſius.*
26 *Fructus appellatione, quæ non veniunt, reditus appellatione veniunt, vt partus ancillæ, quæ non eſt in fructu, ſed in reditu, num. 29. & 30.*
27 *Partus non eſt in fructu.*
27 *Homo non eſt in fructu hominis.*
28 *Pecudum fœtus in fructu eſt.*
31 *Differentia inter fructus redditus prouentus, & penſiones.*
32 *Nauium vectura, & opera ſeruorum ſunt in fructu.*
33 *Fructus eſt, qui terra coaleſcit naſcitur, & renaſcitur.*

Lapidicina)
Argenti fodina (Non ſunt fructus, neque in
Auri fodina) fructu num. 34.

35 *Protbocolla, & quod ex eorum exemplatione percipitur, non ſunt in fructu.*

Arbores, quæ non renaſcuntur (Non ſunt in fructu nu. 36.
Theſaurus.)

37 *Pœna pecuniariæ, & multæ reſultantes ex bannis ratione feudi, ſunt in fructu.*
38 *Fructus nunquam renaſcitur idem numero ſed idem in genere.*
39 *Commoda omnia ſunt fructus iuriſdictionis.*

40 *Nix non ineſt feudo, neque in genere, neque aptitudine.*

41 *Fructus ſunt in triplici differentia.*

Glandes
Caſtaneæ
Poma
Nuces, & ſimilia
} *Sunt fructus naturales nu. 42.*

42 *Frumentum, & alia ſegetes ſunt fructus induſtriales.*

43 *Fructus ciuiles dicuntur impropriè fructus, & accedunt magis naturalibus.*

44 *Nix non naſcitur ex terra, & ſolo, ſed à cælo defluit.*

45 *Redditus proueniens ex propria induſtria non venit æſtimandus, & num. 47.*

46 *Feudatarij, & emphyteotæ, qui eorum induſtria vberiores fundos reddiderunt, non tenentur ad maiorem canonem.*

48 *Nix non eſt fructus, quia non eſt ad vſum neceſſarium hominum, ſed ad delectationẽ, & guſtum.*

49 *Nix non alit, quinimmò eius vſus immoderatus interficit.*

50 *Niuis redditus non certus, non perpetuus, non ſecurus, non naſcitur ex feudo, neque ex cauſa feudi.*

52 *Niuem augere fructus feudi eſt res maximæ conſequentiæ, & præiudicij.*

53 *Deciſ. Sac Conſ. niuem augere fructus feudi.*

DECISIO XXXIV.

IN eadem cauſa fuit vehementer dubitatum, an nix è cœlo cadens ſit in fructu, ſeu redditu, & augeat redditus feudi, & qa hic articulus non reperitur ab aliquo tactus, & deciſus, neceſſariũ fuit illũ decidere per regulas artis.

Et quòd ſit in fructu, & augeat fructus, & redditus feudi, dicebatur eſſe iudicatum per Regiam Cameram quæ tempore mortis Principia exegit releuium ex redditibus, & compendio niuis appretiatis in annuis ducatis octingentum, & ſic tamquam caſus deciſus, & iudicatus videbatur quod amplius de eo non eſſet hæſitandum.

1 Secundò dicebatur, quod quicquid ex re, vel propter rem ad nos peruenit fructus dicitur, & loco fructus habetur, vt reſpondit, *Celſus in l. item ſi fundi 10 ff. de vſufr.* vbi fundi vſufructu legato, quicquid in fundo naſcitur, & quicquid inde percipitur, aut percipi poteſt fructus eſt, & ad fructuarium pertinet ſic, & ædium vſufructu legato quicumque redditus eſt ad vſufructuariũ pertinet, quæcumq; obuentiones ſunt ex ædificijs, ex areis, & cæteris quæcumque ædium ſunt, ex Vlpiani ſententia in *l. vſufructu legato 7. ff. eo. facit tex. in l. vxori meæ 47. ff de vſufr. leg. & text. in l. loci corpus 4. §. in confeſſoria ff. ſi ſeruit. vindic.* vbi commoditas, & intereſſe fructus loco habetur, vt puta ſi quid intereſt ſeruitutem non prohiberi, & id notat ibi *Accurſ. in verſ. non prohiberi, & allegat id idem text. in l. videamus la prima 19. ff. de vſufr. in fine* vbi ſtatuit Caius, commoditatem quam quis ex re ſentire poteſt fructus loco eſſe, & quod ad hominum vſum inductum eſt, in fructu eſſe, *Iabolenus Iure Cons. ſtatuit in l. in fructu 42. ff. de vſu, & vſufr. leg.* qua re etiam fructus immaturi colligi poſſunt, vt ibi. Itidem facultas pignorandi fructus eſt, *l. fin ff. de vſur. duplicata*

2 *in l. fructus 72. ff. de reg. iur.* immo etiam venationes, piſcationes, & aucupia in fructu eſſe, *Caſſius ait lib. 8. iuris ciuilis*, vt refert *Celſus in l. item ſi fundi §. aucupiorum ff. de vſufr.* vbi Celſus arguit à ſimili, & à paritate rationis, nam cum ex Caſſij ſententia aucupiorum, & venationum redditum in fructu eſſet, inquit Celſus, ergo, & piſcationes, & ſeminarij, ex quo text. in caſu noſtro docemur etiam à ſimili, & à paritate rationis arguere quod nix ſit in fructu, ex quo ex ea percipitur redditus, ſicut ex alijs fructibus feudi, præmiſſa tamen Caſſij, & Celſi opinio vera eſt, vbi fructus fundi ex venationibus aucupijs, vel piſcationibus conſtat, vt declarat *Iul. Iure Conſ. in l. venationem 26. ff. de vſur. & ibi gloſella* ita admonet, & probat etiam *text. in l. vſufructuarium 68. ff. de vſufr.* & adeo

3 verum eſt, quod commoditates, quæ ex aliqua re percipiuntur, ſunt in fructu, vt & ſyluas, & arundines, ceducos, & dolia, & rotam per quam trahitur aqua, in fructu eſſe, voluerit *Paul. in l. qui fundũ 40 §. fin ff de contrah. empt. & idem Paul. in l ſi abſente 54 in fine ff. de vſufr.* etiam oliuam, etſi immaturè lecta ſit, item fœnum, etſi immaturè cæſum ſit, in fructu eſſe ſtatuit, & in

4 *l. plenum 12 ff de vſu, & habit.* Vlp. hortos poma, olera. flores, aquam, & ſtramenta in fructu eſſe decreuit, à quo tex. credo vocabulum naturæ vulgari lingua vſitatum ſtrame .ſ. ſtantie, ſtrame, & letto, quæ gratis militibus danda ſunt, licet malè ab ipſia obſeruetur, ex quibus etiam paleam in fructu computari dixit *Rom. in ſing. 555. incip. palea, & ante ipſum Specul. in tit. de decim. §. 1. num. 12. circa finem, & Bald. in l. fin. 3. col. C. de cond: inſert. per text. in l. ſi vſufructuarius meſſem 13. ff. quib. mod. vſufr. amit.* qui text. ſecundũ Bologninũ ibi non probat, ſed probat tex. in *l. fin. §. fin. C. de ſeruit. & aquæ vt per addentes ad Rom. in d. ſing.* & eſt com-

5 munis opinio, & recepta. Non ab re igitur *Oldrad. in conſil. 24.* quamuis commoditatem, & vtilitatem ex re, vel propter rem quomodocumque peruenientem fructum eſſe exiſtimauit, & idem *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de locato, ſeu emphit. in §. nunc aliqua nu. 116. in verſ. incip. qui tabernas, & Anchar. in conſ. 3. num. 1.* dicens venire fructus, etiam eos qui impropriè percipiuntur; & *practica Pap. in forma libelli in actione reali, verſ. ſimul cum fru-*

ſtibus num. 6. dicens, quod omne id, quod ad
vſum hominis inductum eſt, venit appellatione
fructus, ſiue ſint fructus naturales, vt poma, ſiue
induſtriales, vt frumentum, vua, & ſimilia, & idē
explicat *Ful. Bened. in repe. c. Raynutius in*
ver. cætera bona, num. 24. ext. de teſtam. &
Caſſan. in conſuet. Burgundiæ rubric. 4. ſ. 17.
7 *ver. & farie le fruitz ſiens, num. 13. & ſub no-*
mine intereſſe venire fructus, tenet Bal. in d. l.
loci corpus ſ. in confeſſoria, & in l. ſi quid nu.
3. C. de ſeruit. & aq. concludens, in libello, in
quo quis petit rem cum intereſſe, venire, & com-
prehendi fructus, licet ſpecificè non petatur, qua-
re videbatur non poſſe dubitari ex his quin nix
ſit in fructu, cum ex ea compendium percipiatur
7 in ipſo feudo, ſiquidem etiam munera, honores,
& dignitates in fructu eſſe, vt puta actuarij, &
tabellionis ſalaria cenſuit, *Bar. in l. quædam ſ.*
8 *nihil ff. de ede.* præſentationem quoque iuriſpa-
tronatus in fructu eſſe reſpondit, *Alex. Pontif.*
in c. ex literis 7. vbi not. ext. de iurepatr. Inn.
in c. conſultationibus ext. de iurepat. & ibi Abb.
ac reliqui, Belluga in ſuo ſpeculo rubr. 23. verſ.
ſed pone in princ. quemadmodum & poteſtas
conferendi, eligendique inter fructus ſacerdo-
tiorum annumeratur, vt ibi, ac denique non tan-
tum fundi, ſed omnium rerum mobilium, immo-
bilium, corporalium, incorporalium aliquos fru-
ctus eſſe ad vſum hominis procreatos docet
Cic. lib. 2. de nat. Deorum, relatus de verbo ad
verbum, lectu dignus, per *Io. Copum in tract. de*
fructib. lib. 1. c. 4. nu. 5. Quare quoduis lucrum,
quoduis emolumentum, omnes denique com-
moditates ex re noſtra ad nos peruenientes, ap-
pellatione fructus contineri, idem *Copus cenſuit*
9 *vbi ſupra c. 2.* & conſiderabatur etiam, quod li-
cet nix verè non ſit fructus, tamen parit fructum,
10 & ideo loco fructus eſt, nam differentia eſt in-
ter eſſe fructum, & habere loco fructuum, ſeu
parere fructus, nam multa non ſunt fructus, &
11 tamen pariunt fructus, ſicut homo, qui non eſt
fructus, nec in fructu, vt infra dicemus. & tamen
quicquid ex opera hominis peruenit, eſt fructus,
quia illa opera fructum parit, vt puta mercedes
colonorum, opera ſeruorum, & alia, quæ explicat
Vlp. in l. mercedes 32. ff de petit. hæred. ſic &
pecudum lac, pilum, lana in fructu eſt, ex Caio in
l. pecudum ff. de vſur. & Iuſtin. in ſ. pecudum
12 *Inſt. de rer. diuiſ.* vt infra dicetur. Item veſti-
menta, & ſcyphus fructus non ſunt, iter, & actus
fructus non ſunt, & tamen ſunt in fructu. quia
locatis veſtimentis, & ſcypho mercedis nomine
aliquid ex eis capi poterit, & quia ex itinere, &
actu etiam fructus quis percipere potuiſſet, vt
ex Galli Aleij ſententia reſpondit Caius in *l. vi-*
deamus 19. ff. de vſur. Sic de niue, licet ipſa in
ſe non ſit fructus, quia tamen coaceruata, & con-
ſeruata, ex ea compendium redigitur, non poteſt
negari ex ſupradictis quin fructus loco habeatur,
ergo æſtimanda.

Et à ſufficienti partium numeratione conſide-
rabatur, quod aut volumus, quod ſit fructus, ſeu
in fructu, aut quod ſit redditus; ſi fructus, vt ſu-
pra fundatum eſt, ergo reddit feudum pretioſius,
& vtilius; ſi redditus, idem, quia redditus magis
13 eſt, & plus continet, quam fructus, & ideo quę
non veniunt fructus appellatione, poſſunt venire
appellatione reddiius, quia verbum generalius
eſt, nam partus ancillæ non eſt in fructu, tamen
eſt in reddítu, ex Caio in *l. pecudum 28 ſ. partus*
ff. de vſur. & ſ. in pecudum Inſtit. de rer. di-
uiſ. declarat glo. in c. licet generalis, in verb. red-
ditus de elect. lib. 6. & Vlp. optimè in l. vetus
14 *fuit q. 74. ff. de vſufr.* vbi ex bruti ſententia
partum non eſſe in fructu decidit, quia ſicut in
fructu hominis homo eſſe non poteſt, eodem
pacto nec in eo vſufructum, vſufructuarius po-
terit habere, niſi à teſtatore ſpecialiter fuerit par-
tus vſufructus relictus, ſed pecorum fœtus in
fructu eſſe conſtat, ſi gregis, vel armenti ſit vſuſ-
fructus legatus, quare differētia eſt inter fructus,
& redditus, vt per *pract. Papienſ. in loco ſupra*
citato in ver. & redditus in princ. & Boer. de-
ciſ. 224. num. 10. quia quod non eſt in fructu,
poteſt eſſe in redditu, & in redditu eſt omnis fru-
ctus, non è contra, vt reſpnodit *Paulus in l. Pau-*
lus 14. ff. de vſur. & exponit Specul. in tit. de
locato ſ. 1. in fi. dicens, quod appellatio reddi-
tus eſt generalior, quam fructus & *Card. in clem.*
1. in princ. de exceſſ. Prael. dicit, quod redditus
includit omnem prouentum promiſcuè, quia in-
ter fructus, redditus, & prouentus, & penſiones,
differentia eſt, vt congerit *Caſſan. in loco ſupra*
citato numer. 20. cum ſeq. quare ſiue redditus,
ſiue fructus. Ergo hoc niuis compendium, & vti-
litas omnino æſtimari debet, quia pluris valet
feudum.

15 Et accedat tandem, quod non refert, quod
immediatè ex re capiatur aliquid, ſed ſufficit,
quod propter rem comprehendatur, vt fructus
nomine veniat, *l. diuortio 8. ſ. non ſolum ff ſol.*
matr. & l. fructus 7. ff. eo. & probat Vulp. in l. Iu-
lianus 14. ſ. ſi fructibus ver. item ſi quid ff. de
act. empt. vbi ſi quid ex operis ſeruorum, vel iu-
mentorum, aut auium vecturis quæſitum fuerit
in fructu eſt, *Aret. in conſ. 159. n. 14. & Schra-*
derus in tract. de feudis 9. part. princ. 2. partis
ſect. 3. num. 58. 59. & ſeq.

Ex aduerſo dicebatur, nulla ratione fundari
poſſe niuem eſſe fructum, ſiue in fructu, & red-
ditu, nam fructus eſt, qui terra coaleſcit naſcitur,
& renaſcitur, vt voluit *Paul. Iure Conſ in l. ar-*
bores 65. ſ. quicquid ff de vſufr. & melior tex.
in l. diuortio 8. ſ. ſi vir. ff ſol. matr. vbi ea,
quæ non renaſcuntur non ſunt fructus, neq; in
16 fructu, & ideo lapidicinæ argenti fodinæ, auri fo-
dinæ, creti fodinæ, quæ non renaſcuntur non di-
cuntur eſſe fructus, nec eius loco habentur, *vt in*
l. fin. ff. de fundo dot. & Doct. omnes in ſ. ſi vir,
& in l. fructus 34. ff. de re iudic.

Hinc dixit *Bar. in d. ſ. ſi vir*, quod ſi mari-
tus legauerit vxori vſumfructum omnium bono-
17 rum, non venit illud, quod percipitur ex exem-
platione prothocollorum, quia non naſcitur
neq; renaſcitur, & proinde non eſt in fructu, li-
cet aliter diſunxerit *Bal. in l. 1. C. de fructib. &*
lit. expens.

18 Quam opinionem tenent etiam Doct. in arbo-
ribus, qui non renaſcuntur, & in Theſauro vt d.
l. diuortio ſ. ſi fundum, Boer. dec. 51. nu. 1.

19 Et licet aliter ſenſerit *Bart. in l. fin ff. ſol. matr.*
in pœnis pecuniarijs reſultantibus ex bannis, &
maleficijs ratione feudi, ſeu Caſtri, quod vxor
dedit in dotem viro, quæ non renaſcuntur, eſſe
nihilominus in fructu, & redditu, *Bart. ſequun-
tur communiter Doctor. & Franciſcus Tigrini
idem voluit en d. l. final. relatus per Mart.
Laud. in tract. de Caſtell. quæſt. 24. & Camer.
in ſua repet. l. Imperialem pag. 72. col. 3. Iacob.
in ſua inueſt. in ver. de Caſtro num. 31. & Ca-
pit. deciſ. 185. num. 3.* illud eſt, quia ſunt fru-
ctus iuriſdictionis, *l. mulctæ, C. de modo multa-
rum, vbi Cyn.* & licet non renaſcuntur, eſt quia
nunquam ex eadem re illud idem numero, quod
20 ſemel naſcitur, poſtea renaſcitur, ſed aliud eiuſ-
dem generis, & ita ſæpè contingit in iuriſdictio-
ne, quia committuntur delicta propter quę con-
demnationes mulctæ, & bonorum publicatio-
nes dicuntur renaſci, licet non eorundem bono-
rum numero, & *Bartol. ſequuntur Doct. omnes
ibi, & Bald dixit Bartolum ſubtiliter fuiſſe
loquutum*, quia fructus numquam renaſcitur
idem numero, ſed idem in genere, ita in ſupra-
dictis, quæ habent naturam renaſcendi, ideſt,
quotidie naſcendi aptitudinę, & in fine conclu-
dit, quod omnia commoda ſunt fructus iuriſdi-
ctionis, per *d. l. loci corpus, §. 1.* ſed non poteſt
dici idem in niue, quia pœnæ mulctæ, banna, &
confiſcationes, de quibus loquitur Bart. & Doct.
prædicti inſunt ipſi iuriſdictioni, & ex ea naſcun-
tur ipſa aptitudine, vel in genere, & verè ex cau-
21 ſa iuriſdictionis proueniunt. At nix non ineſt
feudo, neque in genere, neque aptitudine, & eſt
quid penitus ſeparatum à feudo, quia non ex ip-
ſo feudo, neque propter ipſum, neque ex cauſa
ipſius prouenit, & in ipſo feudo non naſcitur,
ſed à cælo defluit, & conſeruatur, tamen feuda-
tarij induſtria, & labore in ipſo feudo, prout ei
libuerit, vel aliunde, & quando ei libuerit, &
non neceſſario, ſed voluntariè, ergo de vno caſu
ad alium non poteſt fieri illatio tamquam ex di-
uerſis, vulg. *l. Papinianus exuli, ff. de minori-
bus.*

Dicebatur etiam, quod nix non eſt fructus, nec
inter fructus numerari poteſt à ſufficienti partiũ
22 numeratione, Nam fructus reperiũtur in triplici
differentia, Aut ſunt naturales, Aut induſtriales,
aut ciuiles, vt per *Bartol. Doct. in d. l. fructus C.
de rei vendic. declarat Aret. in conſ. 159. & Ale
xand. in conſ. 181. 2. vol. num. 6. & Io. Pet. de
Ferrar. in ſua pract. pap. in loco ideſt citato n. 7.*
Naturales ſunt ex terra, & ſolo naſcentes, quos
natura producit abſque facto, & induſtria homi-
nis, vt ſunt glandes, Caſtaneæ, poma, nuces, &
alia ſimilia induſtriales ſunt in quibus producen-
dis, plurimum induſtria hominis præualet, & o-
peratur, vt ſunt frumentum, & aliæ ſegetes, & nõ
deſunt exempla, vt per Doctor. ſ. citatos; Ciuiles
vero ſunt ſatis diuerſi à naturalibus, & induſtria-
libus, quia dicuntur improprie fructus, ſed ma-
gis accedunt naturalibus, vt per *Alex. in conſ.
181.* vt ſunt penſiones, redditus, & obuentiones,
23 ſed nix non naſcitur ex terra, & ſolo, ſed è celo
defluit, ergo non poteſt dici fructus naturalis,
neque induſtrialis, cum in ipſius productione, &
creatione nihil poſſit pœnitus hominis pruden-
tia factum, & induſtria, quia prudentia Dei ma-
nat, tantum in ipſius conſeruatione hominis in-
duſtria, & ingenium operatur minime poteſt di-
ci fructus ciuilis, vt patet lippis, & tonſoribus, er-
go non eſt fructus, nec inter fructus numerari de-
bet, & proinde non poteſt dici, quod numera-
tur inter redditus feudi, eo magis, quia conſer-
uatio non facit, quod ſit fructus, & redditus ne-
ceſſariò, & perpetuò manens, quia eſt in arbitrio
feudatarij illam conſeruare aut omittere, & com-
pelli non poteſt ad cogendum, & conſeruandũ,
quia nemo poteſt compelli induſtriam exercere,
vbi non tenetur præcise facere, & non eſt certus
redditus, quia poteſt decedere, & deeſſe iuxtà
24 Dei optimi maximi prouidentiam, & ideo red-
ditus proueniens ex propria induſtria non venit
æſtimandus, vt in ſpecie tenet *Bal. in l. pen. C. de
ſolut.* vbi dicit illam legem proficere feudata-
rijs, & emphyteutis, qui ſi eorum ſolicitudine, &
cura vberiores fundos reddiderunt, & cariores
non poſſit ob hoc canon augeri, vel auferri feu-
dum, quia quod contingit proſperitate fortunæ,
aut induſtria ipſorum, ad eorum commodum
debet cedere, arg. à ſimili in *l. ſi hæres ff. ad l. fal-
cid. l. 2. C. de præd. nauic. lib. 11. & tot. tit. C. de
alluuion. & Baldum ſequitur Ang. in d. l. pen. &
repetit idem Bal. in l. fin. C. de alluuion.* vbi eſt
25 caſus, quod induſtria non æſtimatur, ſed ne do-
leant diligentes operam ſuam agri dediſſe cultu-
ræ, nec diligentiam ſuam ſibi non notam iudicã-
tes intelligant, & idem tenet *Bartol. in d. l. 2. &
ibi Luc. de Pen. ac alij, & decidit iure conſ. in l.
ſi fundus 13. ff. de reb. cor.* ibi cum vtique pro
fructuum modo pretium inventurus ſit, & ſic
fructus naſcentes non induſtriam attendendam
eſſe voluit. Item non ad vſum neceſſarium ho-
minis, ſed ad delectationem, & guſtum, & ideo
non ad ſuſtentationem vitæ humanæ, quo caſu
etiam fructus dici non poteſt ex *pract. pap. in lo-
co ſupra citato num. 3.* vbi dicit fructuum appel-
latione venire omne, id quod ad vſum, & ſub-
26 ſtentationem hominis inductum eſt, & nix non
alit, quinimmò eius vſus immoderatus interficit,
& potius cauſa infirmitatis eſt, ergo non po-
teſt dici fructus, nec redditus, cum vt diximus
ab eo poſſit recedere feudatarius, vel voluntarie,
vel quia temporis curriculo inanis reddatur in-
duſtria, vel maior ſit impenſa, quam compendiũ,
quia vnuſquiſque poteſt illam conſeruare in ſua
regione, & ſolo, & perconſequens diſtractus non
detur, neque compendium amplius prout antea
quare cum ex omni ſui parte redditus ſit incer-
tus, non perpetuus, non ſecurus non naſcens ex
feudo, neque ex cauſa feudi, neque propter feu-
dum, ſed tantum ex quadam cura, & induſtria, ac
curioſitate feudatarij, & illam conſeruando prop
ter eius delectamentum, & guſtum, & ſi compẽ-
dium ex illa quærit poteſt etiam eſſe, quod non
quærat non debet haberi in conſideratione, vt
ſaltim ponatur pro redditu certo, & perpetuo,
quia faciliimè poteſt decreſcere, & deperire ad
cuius conſeruationem neceſſariò feudatarius nõ
tenetur, & per conſequens æſtimatio facta com-
pendij, & redditus niuis in caſu noſtro tam ex-
ceſſiua

Digitized by Google

ceſſiua in ann. dictis octingentium dicebatur, quod erat ex his iniuſta, & iniqua, & omnino moderanda in totum.

Dicebatur, etiam quod contraria non obſtabant, nam illa procedunt in his fructibus commoditatibus, & intereſſe, quæ ex re, vel rei cauſa, aut propter rem proueniunt, vt iure adducta, & authoritates fundant, ſed nix, non eſt ex feudo, nec ex cauſa feudi neque propter feudum ergo.

Præterea eadem iura adducta quæ dicunt piſcationes, venationes, & aucupia eſſe in fructu, retorquentur in contrarium, & pro hac opinione nam illa procedunt vbi ex feudo in quo vena-
17 tiones, aucupia, & piſcationes ſuſpiciuntur. nil aliud percipitur, & fundus deſtinatus eſt ſpecialiter ad vſum venationis, piſcationis, & aucupij, & nullus alius fructus ex eo percipitur. Ergo vbi percipitur alius fructus vtique non ſunt in fructu, *vt in d. l. venationem. 26. ff. de vſur. & ibi gloſella, cum alijs ſecundum allegatis, & per Caſſan. in loco ſupra citato num 9*, quare tum ex vniuerſo feudo percipiatur redditus iux. quorũ perceptionem, & Vaſſallagium erat iam facta æſtimatio, & appretium valoris feudi, circumſcripto compendio Niuis, vtique de dicta Niue nulla debeat haberi ratio nec eius compendium æſtimari tamquam feudale.

Præſertim, quia articulus iſte trahit, ſecum cõſequentiam, & exemplum in perniciem omnium Baronum Regni, qui tenentur computare inter eius redditus niuem, quæ è celo cadit in eorum terras, & feuda, quod eſt maximè conſiderationis in hoc regno, vbi ſunt infiniti Barones, & pauciſſimi poſſident Caſtra in quibus nix non cadat, & articulus tantæ conſequentiæ, & exempli in re, etiam de ſui natura incerta, & indifferenti non erat decidendus in perniciem ipſorum.

Nec de releuio exacto per Regiam Cameram habito reſpectu ad annuum redditum ducatorũ octingentum peruenientem ex niue erat habenda ratio aliqua, nam illud proceſſit de facto, non de iure, & parte audita, Quinimmò Principe hærede poſtmodum conquerente, ac prætendente reſtitutionem exactorum fuit dictum, quod fieret relatio in eadem Regia Camera in banca, ad finem decernendi an eſſet numerandus inter introitus feudi redditus prædictus ex niue perceptus, quare Regia Camera, non cauſa cognita, ſed de facto vt aſſolet in ſimilibus caſibus exegit, & percepit releuium pro rata redditτuum niuis, quinimmò dubitauit poſtea, & mandauit eſſe decidendum articulum cum interuentu omnium parium curiæ, & ad huc non deciſus, & ſub Iudice ibi lis eſt, & ideo articulus iſte non poteſt aliquo pacto dici, quod fuerit iudicatus per Regiam Cameram prout verè non eſt deciſus.

28 In hoc conflictu articulus iſte fuit viſus valdè dubium, & proinde maxima fuit inter Dominos altercatio, maior pars tandem tenuit redditus peruenientes ex niue eſſe computandos inter redditus feudi, & in caſu præmiſſo æſtimatus redditus, in ann, prædictis octingentum vniformiter, quia nix percipitur in feudo, & in eo conſeruatur, & ex eius diſtractu in inſula Siciliæ deductis expenſis conſtitit ex libris Erarij fuiſſe perceptos ducatos octingentum, & in totidem fuit facta vniformis æſtimatio ſinguliis annis, & dicebãt aliqui ex Dominis redditum prædictum longe maiorem eſſe nunc, & auctum ita vt excedat lõge maiorem quantitatem, quia in effectu non poteſt negari quin iſte redditus augeat valorẽ feudi, quod negabant, qui pro Principe poſſeſſore, & hærede votabant, quia ſi feudum eſſet vendendum, vtique non veniunt induſtriæ, vt ſupra dictum eſt ad finem augendi valorem, & pretium feudi, ſed tamen ij redditus, qui inſunt feudo, & à feudo inſeparabiles ſunt, non quos fortuna defert, & voluntas noſtra, non neceſſitas congerit, & qui facilè poſſunt dimitti omitti, & amitti. Deciſio fuit die 17. Nouembris 1603. Relator fuit Commiſſarius Quiros Apud Actuarium Fabritium Romanum, interfuimus D. Salamanca, Ego D. Riccardus, D. Tappia, D. Arreuolus Sedenno D. Cæſar Friccia, D. Ioannes Baptiſta de Leouardis tamen, quia D. Io. Miſtances, D. Montoya de Cardona, & D. Montaluus Præſidentes Regiæ Camere adiuncti, eo die non venerunt, & non votauerunt, & fuit hæc cauſa deciſa noſtris vigilijs, & ſudoribus, quia nihil pœnitus in hoc articulo ſcripſerunt Aduocati, qui difficiles articulos, & abſtruſos quandoque effugiunt fingentes longius ire, relinquentes Victoriam cauſæ Iudicum ſtudijs, & laboribus, & multoties fortunæ arbitrio.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 Nix eſt in fructu, & num. 4.
2 *Moderni debent eſſe breues.*
3 *Docti viri, & ſenſati ſemper commendanti.*
5 *Fructus ſunt in tripitei differentia.*
6 *Fructuum appellatione qui veniant cum omnibus quaeſt. curioſis.*
7 *Male fidei, vel bone fidei poſſeſſor quos fructus teneatur reſtituere.*
8 *Prouentuum appellatione, qua veniant cum alijs curioſis quaeſtionibus.*

1 IVxta caſũ ipſius deciſ. quod nix ſit in fructu, non diſpliceat plura habere collocata & abbundanter licet non deſint aliqui dicentes debere eſſe breuem vti modernum,
2 quos, vel inuidos, vel inſcios dici poſſumus cum alienos labores deſpiciunt nam vbi materia exigit illa tangemus quæ pro neceſſaria ipſius explicatione videbuntur iuxta morem Doctiſſimi noſtri *Auth. vt in dec. 36. n. 7. & ſeq.* vbi exclamãdo
3 aduerſus tales dicit, & ibi viros doctos, & ſenſatos ſemper cõmendare vſq; ad n. 10. & eadẽ cauſa pariter parcãt lectores ſi additionatoris modũ traſgredimur licet ex induſtria, & labore appa-
4 reat peruentam, & vti talem non eſſe in conſide-

ratio-

rationem fructuum *Freec. Auth. 3. in fine de Franch. deciſ. 216. Anna in cap. primo de vaſſalli decrepit. ætate num. 223. & Capibl. de baronibus pragm. 5. num. 116.* vbi omnes allegat) inde
5 noſcas materiam fructuum eſſe in multiplici differentia ſecundum *Menoc. caſu 210. & Paſchal. de patr. poteſt parte prima cap 3. num 115. Bor-*
6 *rell. conſ. 56. num. 72.* & quæ veniãt appellatione fructuum per *Riec. coll. 1451. 4. parte* & ſi veniant emolumenta, quę percipiuntur ex ſcripturarum exemplatione à prothocollo Notarij mortui, vt *Alex. in l. diuortio. §. ſi vir num. 5. ff. ſolut. matrim. Guid. Papa deeiſ. 541. num. 4. Boer. deciſ. 19. num. 5. & 224. num. 4.* quæ omnia debent eſſe nota, vt in illo articulo cognoſcatur, qui fructus ſpectent ad uſufructuarium, &c. & adde *Camillum de Medecis conſ. 145. nu. 11.* vbi latiſſimè, & ſi fętus ſint in fructu per *Annam conſ. 29. Pinell de reſcind. vendit. l. 2. 3. p. c. 4. num. 52. Boer. deciſ. 224.* vt poſſumus dicere pecorum fetum, vel ancillarum *Menoch. caſu 49. num. 9. & ſeq.* & ſi vecturæ beſtiarum, vel nauium *Vincent. Carot. tract. de locato, & conducto 5. parte tract. de verb. ſignif. q. 10. poſt Afflict. deciſ. 44. num. 6. & Couarr. lib. 1. var.*
7 *reſolut. c. 3 num. 6.* & obſerua tamquam neceſſaria cum poteſt euenire reſtitutio fructuum, & ſcire eſt neceſſe qui debent reſtitui. Hinc quos fructus teneatur reſtituere malefidei, vel bonefidei poſſeſſor, *Couarr. lib. 1. var. reſol. c. 3. num. 6. Afflict. & Vrſill. deciſ. 240. Ruin. conſ. 29. num. 12. & Artus Pinell. in d. l. 2. parte ſecunda cap. 4. per totum*, & ſi omnia vis actendere addas Menoch. conſ. 66. & quæ veniãt appellat prouentuum emolumentorum, & fructuum,
8 *Anna ſingul. 421. Theſ. deciſ. 25. Borrell. conſ. 1. num. 61. cum ſeq. & Viſconte concluſ. fructus iuriſdictionis preter Maſtrill. deciſ. 145. cum aliijs, &c.* & vide aliqua de nucibus, caſtaneis, pineis, piſtacchijs, & auellanis per eund. *Borrell. p. 3. ſumme deeiſ. tit. 1. nu. 516. & ſequentibus.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An legato fæudo ſine aſſenſu debeatur extimatio.

SVMMARIVM.

1 *Legato fæudo ſine aſſenſu deberi æſtimationem paſſim, & ſæpius iudicatum, per Sacrum Conſilium, & nu. 2.*

3 *Bartolomeus de Capua laudatur, et eius virtutes recenſentur.*

4 *Obligatio rerum, quæ obligari non poſſunt proficit, vt debeatur illarum æſtimatio.*

5 *Vxor habebit æſtimationem quartæ conſtitutæ per maritum ſuper bonis emphiteuticis Eccleſiaſticis.*

6 *Doctores Regnicolæ tenentes opin. deberi æſtimationem feudi legati recenſentur, & vide vſque ad num. 19.*

7 *Marinus de Caromanico conſtit. Regni gloſator floruit tempore Caroli primi, & fuit iudex cap Neap.*

20 *Bal. qui pro vtraq; opin. allegatur declaratur, & conciliatur.*

21 *Feuda in Regno noſtro non poſſunt habere, niſi qui ſint hæredes, & extra ius, & nomen hæredis non poſſunt capere, & num. 41.*

22 *Rationes adductæ per Annam, & alios, quod non debeatur æſtimatio retorquentur in contrarium.*

23 *Feuda ſunt in commercio noſtro, quia alienabilia iuſſu Principis, & num. 29. 41. & 42.*

24 *Feuda inter patrimonia priuatorum numerantur.*

25 *Feuda quæ non ſunt de perpetuo prohibitis alienantur nu. 27.*

26 *Rem eſſe in commercio noſtro tripliciter dignoſcitur.*

28 *Feudatarius in multis caſibus poteſt alienare, & Rex tenetur aſſentire.*

30 *Declaratur tex. in l. idem Iulianus §. conſtat ff. de l. 1. & num. 34. 35. 36. & 39.*

31 *Ratio differentiæ redditur cur. qui de rebus alienis diſponit obligat hæredes ad illarum æſtimationem ſecus diſponendo de campo Martio, & ſimilibus.*

32 *Campus Martius Baſilica, forus ſimilia neq; ſunt in commercio Principis, quia de illis diſponere non poteſt.*

33 *Iuramentum non validat contractum earũ rerum, quarum commercium eſt prohibitum ratione rei, & materia.*

34 *Voluntas, & poteſtas perficiunt actus humanos.*

37 *Furioſus eſt, qui diſponit de rebus pœnitus impoſſibilibus, & indiſcretè.*

38 *Furioſus non poteſt diſponere ex defectu voluntatis, & intellectus.*

40 *Feuda non ſunt de omnino impoſſibilibus ad diſponendum.*

41 *Proreges in Regno noſtro paſſim abſq; difficultate aſſentiunt alienationibus feudorum.*

42 *Impoſſibilia non cenſentur, ea quæ pendent à poteſtate Principis ſi conſueuit concedere, & veriſimile ſit faciliter eſſe conceſſurum.*

44 *Qualitas ſanguinis hodie in Regno noſtro in feudorum ſucceſſione, & alienatione non attenditur, ſed qualitas hæreditaria.*

45 *Ioann. Vincentij de Anna rationes refelluntur, qui tenuit non deberi æſtimationem.*

46 *Ius*

46 *Ius in ſpe, quod non dum eſt in hæreditate teſtatoris poteſt legari.*

DECISIO XXXV.

NOn eſt minor, quam præcedens apud feudiſtas, & peritos Regni fuit, & eſt contentio, an legato, vel donato feudo debeatur æſtimatio, vbi feudũ ipſum ob deficientiam aſſenſus præſtari nõ poteſt, vel denegatur.

Incidit huius articuli diſputatio in cauſa D. Martini de Leyua cum Principe Aſculi, pro cuius deciſione ſua Maieſtas mandauit vniri omnia ſuprema Tribunalia ſcilicet Collaterale, & Sacrum Conſilium, ac Regiam Cameram Summariæ coram Prorege, & tranſmicti vota ad eandem Maieſtatem.

Verba legati ſunt huiuſmodi.

I*Tem ſupplico à ſu Mageſtad ſea ſeruido de hazer la merced, que el otro dia le ſuplique de las ſecundas cauſas de mi eſtado enel Reyno de Napoles, la qual en tal caſo quiero, ordeno y mando ſea en vtil, y probecho de d. Martin de Leyua mihigo ſecundo genito para diſponer della à ſu voluntad como de bienes, y coſa ſuya propria.*

Mortuo D. Loyſio Principe teſtatore illinc ad annum cum dimidio, ac Maieſtas ſua conceſſit Priuilegium, iuriſdictionem dictarum ſecundarum cauſarum, pro quibus D. Loyſius teſtator ſupplicauerat, & recuſante Principe ſucceſſore primo genito adimplere legatum, tanquam carens aſſenſu petijt Dom. Martinus æſtimationem.

Et dedit hæc cauſa anſam Aduocatis, & Cõſiliarijs iterum diſputandi an petita æſtimatio deberetur licet paſſim, ac ſæpius pro opinione af-
1 firmatiua fuerit iudicatum in Sacro Conſilio.

Hanc queſt. verò ex noſtratibus, & modernis ad partes diſputatã reliquit *Anna in repet. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ à num. 139. vſque ad nu. 173. & in allegat. 125. 126. 127.*
2 *&* 140. qui pertinaciter defendit partem negatiuam. Sed his ipſo patrono per Sacrum Conſilium fuit iudicatum contrarium impoſitum perpetuum ſilentium, & recepta, ac canonizata opinio affirmatiua, vt ipſemet teſtatur quibus deciſionibus, quæ legem faciunt in Regno noſtro, deberet vnuſquiſque acquieſcere, & non reuocare in dubium opinionem toties receptam, & nouiſſimè authenticatam in eodem Sacro Conſilio in cauſa ... Galeotæ cum D. Fabio, & D. Cæſare Geſualdis fratribus, referente Conſiliario Areuolo ſedennio in ſeſſione duarum aularum apud Actuarium.

Eſt verum, quod partem, & opinionem negatiuam amplexati, & ſequuti fuerunt eminentiſſimi iuris noſtri interpretes relati per Annam, & alios, ſed pars, & opinio affirmatiua frequentiori Regni prudentium voto, & aliorum Illuſtriorũ Doctorum, & interpretum caterua fuit ſemper recepta.

3 Et ante ſignanus pro opinione affirmatiua in campum prodijt *Bartholomæus ille de Capua non tantum legum interpres, ſed promulgator, & author ſi quidem fuit tam eminentis doctrinæ, & ingenij, vt leges particulares huius Regni, quibus viuimus capitula Regni nuncupatas tẽpore Caroli I I. & Roberti ſuo pectore, & ſcientia manauit, & de eo teſtantur Cyn. Bar. & alij in Auth. præsbyteros C. de Epiſc. & cler. quod fuit magnus doctor*, & propter eius excellentiam ad culmen comitatus domum ſuam euexit, & illuſtrauit, qui titulus eo tempore non concedebatur niſi magnis viris, & proceribus literis, vel armis illuſtribus, & de eo fatetur, etiam *Luc. de Penn. C. de vend. rer. fiſc. lib. 10.* quod ex ore prædicti mirabilis viri, qui fuit locumtenens,
4 & prothonotarius Regni proceſſerunt multæ formæ literarum, quæ pro lege ſeruantur, ſed decedens licet in officio non tamen reliquit in virtutibus ſucceſſorem, is inquam *Bartholomæus de Capua in ſuis ſingularibus in ſing. ijs tradidit* pro cautela, & conſilio, vt res, quæ obligari non poſſunt nihilominus faciat, ac procuret quis ſibi illas obligari, quia, & ſi illarum obligatio non
5 tenet valebit, tamen quo ad æſtimationem exemplum ponit in quarta debita vxori per maritum, pro qua maritus obligauit bona emphiteotica, & Eccleſiaſtica, quæ obligari non poſſunt inquit ipſe conſilium eſt, quod mulier faciat ſibi concedi quartam in bonis illis, & faciat ſibi donari per ſtipulationem ita, vt mortuo marito licet non poſſit habere quartam ſuper illis bonis, quæ obligari non poterant habebit tamen æſtimationem rei arg. infra *de cond. appoſ. l. prima in fine*, quia aget contra hæredem, tamquam re euicta ſecundum diuerſas ſententias notatas in *l. ariſto §. fi. de donat. & de iuriſd. omn. Iud. l. prima, & de euict. l. 2.* nam, quod res ipſa nõ debeatur debebitur æſtimatio re euicta, quia non eſt campus martius, vel baſilica *ff. de leg. 1. apud Iulianum, §. fin. ſed penes me eſt l. idem Iulianum 41. §. fin. hæc Barthol. de Capua, qui fuit Regnicola, & Legiſlator, vt diximus.*

6 Hunc ſecundo loco ſequutus fuit *Andr. de Iſern. qui, & Regnicola fuit Regius Conſiliarius, & feudorum Euangeliſta in c. primo, §. fin. in fine de re al. facta*, qui dum ibi dicit, quidam moderni, &c. de Bartholomæo de Capua intellexit, qui floruerat ante ipſum, & fuerunt contemporanei, & quod de Bartholomæo de Capua intellexerit paret, quia ſibi tranſplantauit eadem met verba iura, & rationes Bartholomæi in d. ſing. illo tacito, quod à nemine hactenus reperi aduerſum quinimmò nec citatus Bartholomæus de Capua pro hac opinione à doctoribus, qui ſuper hoc articulo ſcripſerunt, & ſufficere deberet authoritas tantorum magiſtrorum, qui fuerunt duo luminaria, & ornamenta iuris, vt vnuſ-

quiſ-

quiſq;eorum opinioni omnia alia reiecta, & refutata adhærere ſibi dignum putet.

7 Tertiò eandem opin. ante omnes tenuit *Marinus de Caramanico Regnicola, qui floruit tempore Caroli primi, & fuit Iudex Capitanes Ciuitatis Neapol. vt teſtatur Fabius de Iord. in add. ad prohæm. eiuſdem authoris conſt. Regni in princ. & gloſauit noſtras conſtitutiones, qui in conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ in gloſ. in verbo ſuper feudis* huius eſt ſententiæ, vt debeatur æſtimatio, vbi de feudo eſt facta diſpoſitio, & hæres non vult parere diſpoſitioni cuius Theoricam refert, & explicat Ioann. Vincentius de Anna, ideo non tranſcribo, & omnes ipſum allegant pro hac opinione.

8 Quartò loco huic opinioni ad ſtipulariter *Pariſ. de Puteo Regnicola, & Regius Conſiliarius ſuo tempore, & famoſus doctor in ſua reintegratione feud. incip. An, tenens bona pag. mihi 150 ſimpliciter cum Iſernia concurrens.*

9 Quintò loco *Aff. in d. c. primo §. fin. de inuſt. de re alien. facta* hanc opin. ſequutus eſt, & is fuit etiam Regnicola, & Regius Conſiliarius.

10 Sextò loco *Capic. qui fuit etiam Regius Conſiliarius, & patritius noſter in deciſ. 64.* hanc opinionem firmat, vt æſtimatio debeatur per hæredem, vbi feudum eſt legatum, & licet *in c. imperialem* aſſerat contrarium tamen magis credendum eſt his, quæ in deciſionibus aſſerit, vbi articulus fuit diſcuſſus cum alijs peritis in Sacro Conſilio.

11 Septimò, loco Conſiliarius, & Regnicola fuit *Freccia, qui lib. 3. de ſubfeu. in 12. diff. ſeu. ex pactò. & hæredit.* hanc teſtatur eſſe communem opinionem, & alios citat in hac opinione accedentes ſecundum, quam iudicatum refert, & receptam, vbi quis bonafide diſponit de feudo, & ſine fraude.

12 Octauò loco Camerar. qui fuit Regnicola, & Illuſtris feudorum interpres, & etiam de conſilio ſuæ Maieſtatis in hoc Regno hanc opinionem acerrime defendit, & in dubijs argumentis, & rationibus veram eſſe docet in *repet. c. imperialem de prohib. feud. alienat. per Feder. & dicit hanc eſſe communem opinionem pag. 27.*

13 Nonò Loffredus Regnicola, & Regius Collat. Conſiliarius in *conſ. 46. num. 17. huic opinioni ad ſtipulatur, & ſe ſubſcribit.*

14 Decimò Io. Thomas Minadous Regnicola, & pariter Regius Conſiliarius in eius docta repet. *conſt. in aliquibus in princ. num.* 33. hanc opinionem receptam, & ſecundum illam indicatum refert in feudo legato, vel promiſſo bona fide ſine aſſenſu.

15 Vndecimo, Io. Antonius Lanarius Regnicola Conſiliarius Regius, & in ſupremo Italiæ Conſilio Regens, & feudorum publicis in ſcholis *interpres in eius conſilio* 80. *per totum hanc opinionem defendit.*

16 Duodecimò, Ioannes Franciſcus de Ponte Regnicola Præſidens Regiæ Cameræ, & demum apud ſuam Maieſtatem Regens in ſupremo Conſilio Italiæ, & in Collaterali Neapolitano, publicus feudorum interpres *in conſ.* 88. affirmatiuam hanc opinionem ſequutur.

17 Tertiodecimo inter noſtrates Regnicolas numerare poſſumus, & debemus Pernum illum ſæculum non minoris authoritatis, quam ſit *Iſern. propter ſuam doctrinam, & eruditionem, qui in conſ. 4. In 7. col. & in ſuis primis notabilib. col. 2. verſ. item ſi leget* hanc opinionem in dubiam tenet, & abſque ſcrupulo, & eandem opinionem ſequuntur *Petrus de Greg. de conceſſ. feud. par. 7. q. 2. num. 17.*

18 Quartodecimo, *Io. Thomas de Marinis Regnicola in tract. de generib. feu. tit. 6. de feud. hæredit. ſine pat. num. 39. & 40.* eandem opinionem tenet in feudo legato, vel donato inter viuos bona fide, & ſine fraude.

19 Quintodecimò, nouiſſime Ioann. Dominicus de Anna Epiſcopus Bouinenſis, Ioann. Vincentij de Anna frater in eius ſingulari *conſilio impreſſo in 2. vol. allegat Annæ fratris in fine ex profeſſo* ad vtramque partem articulum diſputauit hinc inde iura rationes, & authoritates citando nulla tamen de fratre facta mentione, ſed contra fratrem opinionem affirmatiuam ſequutus eſt reiecta doctè, & eleganter contraria, quam frater in ſua repet. & allegationibus tam enixe, ſed fruſtra conatus fuit defendere.

Quid plures, aut quid plura, & ſi cum tot eminentiſſimis Regni peritis numerabimus, prout numerari debent tot alij Conſiliarij viri ſcientia, & prudentia præditi, qui totiens, & diuerſis in cauſis hanc opinionem receperunt, ac canonizauerunt, & ſecundum illam votauerunt certum eſt, quod hæc opinio habet tales, ac tantos ſequaces, & Illuſtres Authores, & defenſores, vt fatuus dici poſſit, qui ei aduerſari iam velit, & dicere contrariam opinionem eſſe communi voto ſcribentium approbatam, iſtud enim verè mentiri.

Nam præter prædictos Regni peritos ſe offert ferè innumerabilis Doctorum cetus huic opinioni ſe ſubſcribentium, vt fuit Faber vir inſignis, & ex doctoribus antiquis, qui hanc opinionem firmauit in *§. non ſolum inſt. de legatis, & ante ipſum Specul. in tit. de locato §. nunc aliqua num. 107. Bal. in c. 1. num 3. de ſucceſſ. feud. allegat Odofredum in ſumma oportune Cu. Inn. in conſ.* 30. & ne membranas fruſtra occupem catalogum Doctorum, qui ſunt pro hac opinione refert *Mantica de coniectur. vltim. vol. lib. 9. tit.* 11. vbi citat Doct. dicentes hanc eſſe magis veram, magis communem, & receptã opinionem, & præter citatos per Manticam Annam: & alios illam tenet *Pet. Iacob in ſua pract. in tit. ex quib. cau. dominus debet amit. propter feudi in 11. diſt. in fine* loquens in Vaſſallo, qui poſſidet feudum, quod alteri donauit, vel conceſſit, quod ſi Dominus illud feudum auocet tenebitur, ei qui ab eo feudum accepit ad emendam, & intereſſe idemq; tenet *Io. Barberius in ſuo Viatorio, vtriuſque iuris in 2 par. in tit. de feudis, & vtitur ratione Bartholomæi de Capua, Iſerniæ,* quod ſcilicet feudo donato, vel vendito, vbi præſtari non poteſt tenetur donator. ad illius extimationem quaſi feudo euicto per *d. l. Ariſto. cum alijs, quæ ibi adducit,*

Prætcrea doct. per Annam, & alios pro

con-

contraria opinione citati non omnes ex profeſ-
ſo, ſed perſunctorie illam ſequuti ſunt, & alij ſi-
bimet ipſis parùm cõſtantes affirmatiuam etiam
20 tenent vt eſt Bal. qui pro vtraque opinione alle-
gatur, nam in *c. primo de ſucceſſ. feud.* tenet af-
firmatiuam, & in *§. donare & l. 1. C. de Sacroſ.*
Eccleſ. tenet negatiuam, eſt verum, quod in *§.*
donare videtur loqui in feudo perſonali, quod
morte extinguitur patet, quia ad fundandam
ſuam opinionem allegat tex. *in l. vxor patrui*
C. de leg. vbi ideo non tenet legatum, quia illa
vxor habebat tantum vſum fructum ſuper illis
rebus, quas legauit, qui vſus fructus morte ex-
tinguebatur, & ad hæredes non tranſmictteba-
tur, & proinde cenſetur legaſſe ius, quod habe-
21 bat per eius mortem reſolutum: at ſecus eſt in
feudo in Regno noſtro, quod eſt in vtilli domi-
nio diſponentis, & tranſmittitur ad hæredes, &
non extinguitur conſequenter cum morte, ſed
ad illud veniunt hæredes, & non poſſunt illud
capere citra ius, & nomen hæredis niſi tantum
feudum ex pacto, & prouidentia, vt abundè in
c. 1. an agnatus per Andr. & in conſt. ſi quis
poſt litem, in verbo feudalia 2. col. vbi dicit,
quod filius hæres tenetur ſicut pater, & habere
ratum factum patris alleg. *l. cum à matre, C. de*
rei vendit. & in d. tit. an agnat. quare ſi non
extinguitur ratio, in qua Bald. fundat negatiuam
opinionem non poteſt concludere niſi in feudo
perſonali, & cæterua doct. qui ipſum ſimplici-
ter ſequuntur non merentur allegari pro con-
traria opinione, vt ſunt *Alex. Soc. Pariſius Ro-*
lan. à Valle Aretin. & alij per Annam cumu-
lati tanto magis, quia *Aret. in l. idem Iulianus*
§. conſtat n. 11. non fingunt pedes in hac opi-
nione Bal. ſed per functoriè, & tranſeundo ip-
ſum allegat, vel omnes intelligendi ſunt in diſ-
poſitione feudi, quod morte feudatarij extingui-
tur, & *Curt. Iun. in tract. de feud. in quarta par-*
te repræhenditur *à Mantica optime, quidem in*
d. tit. 11. num. 11. circa finem, & idem Bal. in
c. primo an mutus col. 2. num. 3. loquens in mi-
litia curſoris ſi legetur, & legatarius efficiatur
claudus non deberi, ſed benè illius æſtimationẽ
eſſe præſtandam per tex. *in l. fides commiſſa §. ſi*
ſeruo ff. de leg. 111. & not. plenè in l. ſed ſi res
ff. de leg. 1.

22 Dicebatur etiam pro opinione affirmatiua,
quod rationes adductæ per Annam, & alios ad
fundandam opinionem negatiuam minimè con-
cludebant quinimmò aliquæ, & fundamenta ma-
gis pricipalia retorquebantur in contrarium, ſi
quidem pro lapide angulari opinionis negatiuæ
inducunt *tex. in l. apud Iulianum, ſeu idem*
Iulianus, apud me 41. §. conſtat ff. de reg. 1. &
tex. in §. non ſolum inſt. de legatis, vbi diſpoſi-
tio facta de rebus, quæ non ſunt in commercio
noſtro, & quarum præſtatio, vel comparatio im-
poſſibilis eſt non tenet, neque quo ad æſtimatio-
nem exemplum ponit iure conſ. & Imper. Iuſt.
in æde Sacra, foro publico, campo martio, Hor-
tis Auguſti, Fundo Albano, qui vſui Principis
deſeruit, Baſilica, & prædijs redactis in patrimo-
nium Principis, ſed feuda ſunt huiuſmodi, quia
non ſunt in commercio noſtro, & æquiparantur
campo Martio per *Iſern. in d. conſt. conſtitu-*
tionem diuæ memoriæ ergo feudo legato, vel
donato ſine Principis aſſenſu, non debetur æſti-
matio.

23 Negatur in primis aſſumptum, quod feudalia
non ſunt in commercio noſtro, quinimmò con-
trarium fatetur, & concludit ipſe *Iſern. in conſt.*
violentias in 4. col. vbi dicit in Regno noſtro
feuda eſſe alienabilia iuſſu Principis *arg. l. apud*
24 *Iulianum ff. de leg. primo,* quia non ſunt feu-
da de illis publicis, pro quibus datur interdi-
ctum, ne quid in loco publico, ſed priuata, quia
inter patrimonia priuatorum numerantur, & in
25 *c. imperialem de prohib. feud. alien. per Fed.*
num. 50. & 70. concludit feuda non eſſe de
perpetuò prohibitis alienari, quia acquiruntur
inueſtitura, ſucceſſione, emptione, præſcriptione,
& donatione vera, vel præſumpta, ergo feuda
ſunt in commercio noſtro, nam ea, quæ poſſunt
acquiri præſcriptione ſunt in commercio noſtro
26 *iux. notab. Theoricam, & doctrinam Bal. in l.*
111. num. 17. C. de iure dot. vbi affert tripli-
cem doctrinam ad cognoſcendum, quæ res ſit in
commercio noſtro, & eum comendat, & ſequi-
tur *Aret. in l. multum intereſt num. 5. ff. de*
27 *verb. oblig.* & quod feuda non ſint de perpetuò
prohibitis tenet etiam *Luc. de pœnna in l. nulli*
C. de fund. patrimon. lib 11. nu. 2. & eſt adeò
verum hoc aſſumptum, quòd feuda ſunt in
28 commercio noſtro, vt multi ſunt caſus, quibus
feudatarius poteſt diſponere, & Rex tenetur
conſentire, quos idem *Andr. enumerat in d.*
conſt. ſi quis poſt litem, & ibi poſt eum Affl. &
idem Iſern. in §. quid ergo de inueſt. de re al.
29 *facta ſaltim de congruo, vt declarat Camerar.*
in ſua repet. pag. 13. littera N. & ſeq. & pag.
14. littera E. cum ſeqq. & quia paſſim hodie
feuda venduntur, doaantur, & alienantur, & nil
frequentius in Regno noſtro ſit, quam de feudis
ipſis diſponere reſeruato Reg. aſſenſu, qui facil-
limè obtinetur à Prorege exceptis caſibus Regni
reſeruatis, vt experientia ipſa iudicat, & docet, &
in ſeq. deciſ. dicitur ergo feudalia ſunt in com-
mercio noſtro ita argumentatur, & tenet *doctiſſ.*
Camerar. in d. repet. pag. 27. littera I. & licet
non ſint liberè in commercio noſtro, quia opus
eſt aſſenſu Regio eſt tamen, vt dixi adeò facilis
impetratu dictus aſſenſus, vt dici queat illorum
diſpoſitionem pendere à diſpoſitione contra-
hentium, & feudatariorum quaſi ſimpliciter, &
abſolutè, quia aſſenſus illicò conceditur, & ideo
iure merito omnes negant aſſumptum prędictũ,
quod non ſint in commercio noſtro, quinimò
quod ſint, vt omnes noſtrates tenent cum *Ca-*
mer. & probant Lanar. de Ponte, & Epiſco-
pus Bouinenſis, & alij ſupra citati præter præ-
dicta.

30 Hinc non obſtat *tex. in d. §. conſtat,* quia ibi
iure conſ. loquitur de diſpoſitione earum rerum
quæ pœnitus, & omnia non ſunt, & non eſſe
poſſunt in commercio noſtro, & obtemptu ſunt
pœnitus impoſſibilia, quod ſi fiat diſpoſitio ea-
rum rerum, quæ aliquo pacto poſſunt eſſe in
commercio noſtro, vtique æſtimationem deberi
decernit ibi iure conſ. ſi res illæ preſtari non

poſſunt,exemplum in diſpoſitione facta de rebus
alienis,certum eſt enim, quod res alienæ non sūt
in commercio noſtro,nam earum liberam diſpo-
ſitionem non habemus, & nihilominus ſi res alie
næ legentur,vbi ipſe redemi,& præſtari nō poſ-
ſunt debeatur earum æſtimatio per hæredem, vt
in *d.§.conſtat,& in d.§. non ſolum*, quæ autem
31 ratio differentiæ eſt, quòd ſi de campo martio,
tēplo,baſilica, foro publico, & alijs publico vſui
deſtinatis fiat diſpoſitio non tenet, etiam quo ad
æſtimationem: ſecus autem ſi de alijs rebus alie-
nis,illa eſt,quam aduertimus, quia campus mar-
tius,forum Baſilica, & templum pænitus, & om-
nino non ſunt in commercio noſtro, nec ſpes ali
qua eſſe poteſt illa comparandi, vt declarat idem
*Imper.Iuſtin.in d.§.non ſolum ibi,ſed ſi talis res
eſt cuius commercium non eſt*, vel adipiſci non
poteſt,nec æſtimatio eius debetur veluti ſi cam-
32 pus martius,&c.*quinimmò Iſer.explicando tex.
in d.§.conſtat in tit.quæ ſint reg nu 2 & 6* con-
cludit prædicta adeò eſſe extra commercium no
ſtrum,&ſpem commercij. vt neque ſint in com-
mercio ipſius Principis,quia cum Theatrum, fo-
rus, campus martius, & ſimilia ſunt vſui publico
deputata non poſſet Princeps illa alteri donare,
& concedere, & *num 6 allegat tex.in l.diligen-
ter C.de aquæ ductu lib.11.& ſubdit hæc verba*
& quia non ſunt ſua iſta Princeps non donabit,
& ponderat d.tex. diſponentem hortos ſaluſtia-
nos,fundum albanum,campum martium, Forū
Romanum,ædem ſacram non poſſe legari,quod
cum poſtea ſubdat prædia Cęſaris iuſſu eius ſo-
lere diſtrahi non reperit,niſi de prædijs Cæſaris:
ſed de campo martio foro,& æde ſacra minimè,
quaſi de his ad eum non pertineat, cum non ſit
eorum commercium, hæc Iſern. pro cuius opi-
nione,quę veriſſima eſt ergo pondero *tex. in d.
§.non ſolum* ibi,campum martium,Baſilicas,vel
templa,vel quæ publico vſui deſtinata ſunt,ergo
vſui publico deſtinata,non ſunt Principis,& hoc
idem aduertit ibi gl.n. in vltimo commercium,
33 quæ declarat commercium l. non poteſt ſuper
ea re contractus haberi,quia contractus ibi pro-
hibetur ratione rei, & materiæ, de qua non eſt
commercium,& iuramento non validatur, vt de-
clarat *Luc.de pænna in l.11.C de agric.& cenſit,
lib. 11*. quare nulla ratione poteſt fieri illatio de
campo martio,æde Sacra, foro publico Baſilica,
& his ſimilibus ad feuda.

Et ideo verum ſit dicere,quod diſpoſitio,de
qua loquitur iure conſ.in *d.§ conſtat, & Imper.
Iuſtin. in d §. non ſolum* non tenet duplici ex
cauſa,ex defectu nempe poteſtatis primò, & ſe-
cundò ex defectu voluntatis, duo etenim ſunt,
34 quæ actus humanos perficiunt poteſtas ſcilicet,
& voluntas ſecundum *Bal.in l.2 num 8. C. com.
de leg.& Boet.li 4 de conſol philoſoph. quem ad
id allegat Barb in conſ.66.inter conſ. Curt. ſe .
num 14.Dec.in conſ 98.& Mar.Soc.in conſ.72.
num. 13. vol. 1*. quorum alterum ſi deficit nihil
eſt,quod perfici poſſit.

35 Ex defectu poteſtatis iam oſtenſum eſt, quia ſi
ipſemet Princeps de aliquibus ibi enumeratis nō
poteſt diſponere,à fortiori tanto minus priuatus
& de alijs ad Principem pertinentibus,& ipſi re-
ſeruatis priuatus ipſe nequaquam facultatem ha-
bet aliquam diſponendi, nec ſpem habendi, &
comparandi ergo corruit actus, & diſpoſitio ex
defectu poteſtatis.

36 Ex defectu voluntatis ſecundo loco eſt nulla
dicta diſpoſitio,& ratio ibi manifeſta eſt, quia
volens Iure Conſ.ibi reddere rationem Cur.qui
de rebus ibi enumeratis diſponit facit actum nul
lum, & non tenet diſpoſitio, etiam quo ad æſti-
mationem,inquit, quia furioſi eſt talia legata te-
ſtamento adſcribere, quod dicit eſſe notandum
*gloſa ibi Bar.& communi voto doct.& latè Iaſ.
nu.45. & 6*. ſurgere præſumptionem adeò vehe-
menter contra illum, qui huiuſmodi diſpoſitio-
nes fecit, quod qui dicit illum non fuiſſe furio-
ſum tenetur probare fuiſſe compotem mentis,
indiſcretæ ſi quidem, & impoſſibiles iſtæ diſpo-
37 ſitiones arguunt hoimnem fatuum,vt etiam ha-
betur in l.pen.ff.de cond.inſt.,vbi etiam furioſus
præſumitur teſtator, qui præcepit hæredi reli-
quias ſuas in mare proijcere,& nihilominus non
erat hoc impoſſibile hæredi, & glo. ibi in verbo
mentis eſſet, & in verbo amoueri, eandem con-
cluſionem reaſſumit, quod ex ineptis, & indi-
ſcretis diſpoſitionibus præſumitur, quis non ſa-
næ mentis,niſi probetur contrarium, & eſt com-
munis omnium doct. ſententia ibi cum gloſa, ſi
ergo lex præſumit taliter diſponentes furioſos,
ſequitur,quod non valet diſpoſitio ex defectu
38 voluntatis, quia furioſus prohibetur diſponere,
& teſtari,quia caret intellectu,ac volūtate.*l. qui
furioſum cap qui teſtam fac. poſſ. & toto tit.ff.
& C.de curatore furioſo prodigo, & alijs dando*.
Non ſunt iſtæ chimeræ,& cauillationes, non di-
uinationes non ſomnia, ſed eſt ratio clara in qua
ſe fundat iure conſ.qui non poteſt clarius loqui.

Et ponamus exempla de quibus ibi per iure
conſ.cui non moueret riſum,aut quis diceret nō
eſſe furioſum, verè mente captum illum, qui in
ſuo teſtamento, vni legaret Ciuitatem Neap. alij
Archiepiſcopatum, alij forum Magnum Neapo-
litano alij hortos Regis,& ad Regis delitias para-
tos,talia ſunt exempla poſita ibi per iure conſ.&
per Imper. Iuſtinianum in *d. §.non ſolum*, ſed,
quod quis diſponat de feudo ſuo,cuius vtile do-
minium poſſidet,& fructibus iuriſdictionibus,ac
omnibus commoditatibus potitur, illud vel le-
gando,vel donando, qui contractus frequenter
hodie inter omnes,& magis ſapientes, & prudē-
tes celebrantur, quo iure,aut qua ratione appel-
labitur fatuus aut furioſus ſi non poteſt dici ille,
qui de re aliena diſponit, vt in dd. Iuribus habe-
tur ergo actus feudatarij diſponentis non poteſt
dici nullus ex defectu voluntatis, & non ſubijci-
tur rationi, de qua ibi per iure conſ. ſequitur,
quod circumſcripta dicta ratione in alijs caſibus
in quibus non militat valebit diſpoſitio, ſaltim
quo ad æſtimationem,ac ſi diſponeret,quis de re
aliena,& his caſibus æſtimationem deberi decidit
ibi iure conſ.ac *Imper.Iuſtin*.ergo ille tex. ex his
fundat opinionem affirmatiuam,quod legato feu
do debeatur æſtimatio.

39 Etenim iure conſ.ad finem denegandi æſtima-
tionem conſiderauit diſpoſitionem omnino, &
pænitus impoſſibilem, & de his rebus, quæ non
ſunt,

ſunt, nec aliquo pacto eſſe poſſunt in commercio noſtro : non autem diſpoſitionem difficilem, & de his rebus, quæ eſſe poſſunt in commercio licet cum difficultate, quo caſu æſtimationem deberi ſtatuit, vt ibi, *& in l. cætera §. ſi duobus ff. de leg.* 1. vbi legata domo deductis marmoribus, quæ ſint hæredis inquit iurc conſ. legatum, quo ad marmorum detractionem, quia deuaſtaretur domus, non valere, ſed habebit hæres æſtimationem eodem pacto in *l. non dubium* 14. *§. fin. ff. de leg.* 111. legatum relictum, vt rem alienam quis redimat, & præſtet ſi redimere non poteſt, quia dominus non vendit, vel exceſſiuo pretio vendere velit, iuſtam æſtimationem præſtabit.

40 Eiuſmodi ſunt feuda de quibus, vbi quis diſponit, non dicitur diſponere de omninò, & penitus impoſſibilibus, & quæ non ſunt in commercio noſtro, vt ſupra demonſtratum eſt, licet enim diſpoſitio ſuper feudis non teneat abſque Regio aſſenſu, & ob hoc dicatur impoſſibilis, quia ea quæ pendent à voluntate vnius, & à vo-
41 luntate Principis reputantur impoſſibilia ſecundum Scholam doct. in d. §. conſtat tamen iſtud fallit in Regno noſtro, in quo paſſim, & frequenter prorege ſcilicet nomine Regis aſſentiunt, abſque difficultate alienationibus, & diſpoſitionibus feudorum, & hoc pacto limitat *Aretin. d.*
42 *§. conſtat num.* 10. dicens, quod ea quæ pendent à poteſtate Principie non cenſentur impoſſibilia, vel nimis impoſſibilia, ſi eſt veriſimile aliquo reſpectu Principem faciliter fuiſſe conceſſurum à fortiori, vbi conſueuit concedere, allegat ad hoc *Petrum de Ancar. in reg. nemo poteſt de reg. iur. lib 6* vbi ſolemniter id declarat, & ad hanc limitationem fundandam allegat *Aret. tex.* ſingularē qui duobus in locis id probat ſcilicet *tex. in l.* 1. *§. permittitur ff. de aqua quot. & æſt.* vbi beneficium conſuetum concedi à principe dicitur impetrabile l. de facili poſſe impetrari, ita puntualiter exp. *gloſ. illum tex. in verbo impetrabile, & in l ſedet ſi per prætorem §.* 1. *ff. ex quib. cau. maior.* quod etiam probat ille tex. ibi dum dicit, quod conſuetum eſt concedi lex præſumit indubitanter poſſe impetrari ſicut ergo quando impetratio præſumitur facilis ratione conſuetudinis non dicitur continere multam difficultatem; quam vis ſolus princeps hæc concedat, ita idem erit ſi ſit valdè veriſimile ex magno fauore cauſe Principem eſſe conceſſurum ita concludit *Aret. & cum Aretino cōcurrunt omnes communi voto doct. Cuman. Alex. & Iaſ. in d. §. conſtat num.* 13. *& idem Cuman. Paul. & Areti. in l. continuus §. cum quis. & Roman. in l.* 2. *in princip. de verb. oblig.*

43 Et ad ſatietatem deſinat iam ſibi ipſi blandiri, & mentiri, qui contendit feuda hodie non eſſe in commercio noſtro, & reddi difficilem, ſeu impoſſibilem aſſenſus impetrationem : legantur quæſo omnes ſupplicationes per hanc fideliſſ. Ciuitatem, & Regnum in parlamento generali porrectæ Maieſtatis Regis noſtri Philippi 11. immortalis memoriæ Principis, in quibus ſupplicāt concedi Proregibus liberam in omnibus alienationibus aſſentiendi facultatem id, quod exponunt Regi ſemper eſt nullam eſſe in hoc Regno frequentiorem, quam feudorum contractationē, & diſtractionem, ſeu commercium, & ne prolixius omnes referam contentus ero hic inſerere verba ſupplicationis in anno 1561. in libro capit. & priuilegiorum Ciuit. Neapolitanæ cap. 4. pag. 165. quæ ſunt.

Item perche in queſta Città, & Regno ſono infinite le contrattationi, che neceſſariamente biſogne farſi ſopra li Stati, & robbe feudali, maſſimamente, che ſi trouano li Baroni di queſto ſuo Regno, talmente impignati per le guerre paſſate, & per l'occaſioni de li tempi, che biſogna vēdere alcuna coſa libera per leuarſi di intereſſe, ò impignar altre per recattar l'impignate, o per far compra più vtile, & eſpediente, & tutte queſte contrattationi ſono grauiſſime per la limitatione fatta da Voſtra Maieſtà all'Illuſtriſſimo Vice Rè nel dar dell'aſſenſi ſopra detti beni, & in ſpecie nelli feudi titolati. & quelli, che eccedeno la sōma di mille ſcudi in sù d'intrata, &c. Supplicant, quod dignetur liberam in omnibus concedere Proregibus poteſtatem aſſentiendi, & claudunt ſupplicationem his verbis, ne naſce in queſto Regno il ſtabilimento d'infinite cauſe di Baroni per ſeruitio di Voſtra Maieſtà, & ne reſulta libera contrattatione.

Quid clarius iſta verba ab initio, vſque ad finem libera contractatione, & vt libera fiat contractatio, & commercium Rex annuit, ſupplicationi prædictæ ibi placet, &c. & ſuas vices Proregi præſenti, & ſucceſſiuè futuro defert quatenus Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis nomine aſſenſus impartiri, atquè concedere poſſint, venditionibus obligationibus permutationibus hipothecis, & alijs alienationibus faciendis ſuper Ciuitatibus, quibus vis terris, locis oppidis, alijſque bonis feudalibus tàm titulatis, quàm magni momenti : ea tamen venditione accepta cum continget Terram, Ciuitatem, Caſtrum, oppidum, vel locum vendi, quæ tituli dignitate decorata ſit, tunc mandat ad Suam Maieſtatem recurri à qua regius ſuper ea impetretur aſſenſus.

Itaque præter feuda titulata liberam, & generalem in omnibus habent Proreges aſſentiendi licentiam, & quoad feudalia titulata in alio parlamento celebrato in anno 1587. in eod. lib. pag. 181. ad ſupplicationem eiuſdem fideliſſ. Ciuit. & Regni cum eadem aſſertione videlicet. Et come, che li commercij ſopra eſſi feudi titolati ſono frequentiſſimi, &c. Sua Maieſtas conceſſit Proregibus licentiam aſſentiendi ſuper obligatione, & hipotheca feudorum titulatorum, ita vt vendi tantum non poſſint abſque ipſius Regis licentia.

Quare ex his patet, & Regi, & Proregibus, & (vt eſt in prouerbio lippis, & tonſoribus) notū eſſe feuda fuiſſe, & eſſe in commercio noſtro, quia non modo non impoſſibilis, quinimmò facilis reddatur aſſenſus licentia : Proreges enim in caſibus prædictis permiſſis, abſque contradictione ſuum præbent aſſenſum in forma, vt indies ipſa experientia docet, & non ſolum non eſt prohibitum, nec reſtrictum, ſed ampliatū commercium aſſenſu intercedente, qui paſſim conceditur.

N 2 Nec

Nec ratio nouiſſimè conſiderata per noſtros modernos de Curie in ſuo diuerſ eſſe poteſt alicuius momenti, ſalua eius pace, qui valde illam exagerat præſup,ponendo in feudorum alienatione attendi prærogatiuam, & qualitatem ſanguinis, quo Regis intereſt feudalia conſeruari inter perſcriptas nobiles Benemeritas,& deſcendentes à ſanguine antiquo,& fideli,quæ prærogatiua, & qualitas ceſſaret ſi legato feudo deberetur æſtimatio,& ibi per eum latius.

Nam ratio prædicta erronea eſt, & nõ concludit aliquo pacto, Prima, quia illa attenditur in feudo ex pacto, & prouidentia ſecus in feudo hæreditario, quæ qualitas hæreditaria non prohibetur concurrere cum qualitate ſanguinis ſecundum *Aret. Iaſ. & alios in l. quod dicitur ff. de verbor oblig declarat atque optime Camer. in rep. cap. an agna.us in prima quæſt. num. 22.* dicens quod quemadmodum primo qualitas ſanguinis regulabat pactum nunc regulatur à pacto, quia eo ipſo,quod de hæred.bus fit mentio prima natura feudi ex pacto non hæreditarij transfunditur in naturam hæreditarij *ca. 1. de feu. non hab propr.na feudi.*& ſtatim quod dixit pro ſes & hæred.bus hereditarium eſt effectum.

44 Et in Regno Noſtro non attenditur tantum qualitas ſanguinis,ſed qualitas hæreditaria, ita vt ſi aliquis ſi de ſanguine: niſi tamen ſit hæres hæreditatis non admittitur ad feudi ſucceſſionẽ, vt ſuperius dixi,vt vbique tenet *Andr. quem eſt videre in cap. 1. de alien.f u.pat. & in dicto ca. an agnatus,& in d const. ſi quis poſt litem, & in cap 1. de eo,qui ſibi,& hæred ſuis Alex. in conſ. 10. in 3 vol* & eſt communis op. ſecundum *Bru um in conſ 24.* etiam in feudo ex pacto, & prouidentia *Soc in quæſt. 5. 114 vol. 2. col.fin. Pariſ.in conſ 3. num 164 vol.Camer.qui iſtos citat in reſponſo impreſſo poſt opera Cannetij col. 3.& idem Camer.in d. repet.pag 96.col. 3. litera L.& col prima litera E.& pagin 97. col. 3.litera P.Capic.deciſ 97 num.3 Cannet. in rep. cap. volentes in §.ſeu cap incip.& quia in ſuperiori. Pern.in 4 not.in 2.col 4.& 5.& conſ. 6. 9. col.& conſ.22.& alij quos ad id citat Lanar.in d.conſ. 80.num.20.& ſeq.& de Ponte in d.conſ 88 à nu. 16.cum ſeqq per tres col.*& vbi feuda ſunt hæreditaria requiritur,quod filius ſit hæres patris, qui vult ſuccedere, vt explicat poſt *Andr. In locis prædictis, & poſt alios,Pet.Greg in ſuo tract. de conceſſ.feudi par.2.quæſt.10 num.22.& 57 & q. 9.Minad.conſ.16 num.24.Intrigliol. in ſua centuria q.49.in prin.& num.12. cum alijs ſequent.* Itaque qualitas ſanguinis hodie minimè attenditur ex dictis per *Pernum in locis ſupra citatis,et per Frecciam in lib.3.in 16.diff. feud. ex pacto, & feu hæred.& Thom de Marin. de feu. ex pacto,& prouid.nu 35.& ſeq.*

Et ſi qualitas ſanguinis attenderetur nulla, vtique poſſet fieri alienatio feudi, quia illa ſemper impediret,& nihilominus, vt diximus ſuperius,nulla frequentior in hoc Regno, quam feudorum contractatio,& commutatio de ſanguine antiquo,& nobili ad ignobiles, & penitus villanos dicant hoc tot magnates, & Regni proceres nobiliſſimi,quorum feuda, & terræ venditæ, & ad manus huiuſmodi pertienere,& non denegatus aſſenſus, ergo iſta ſanguinis prærogatiua hodie eſt,quaſi quædam fantaſia.

45 Ex prædictis etiam facilè diluuntur rationes, & ponderationes *Annæ tam in ſua repet. quam in allegationibus*, quia non ſequitur conſequentia, (vt vnico verbo reſoluam) feudorum alienatio eſt prohibita tam de iure communi feudorum,quam iure particulari Regni per *conſt.conſtitutionem diuæ memoriæ* ergo non debetur æſtimatio,quia negatur iſta conſequentia quæ eſt reprobata communi omnium doctorum ſententia,patet quia res Eccleſiæ eſt prohibita alienari. Item res dotalis eſt prohibita alienari, & in alienatione rerum minoris,& Eccleſiæ,& fiſci requiruntur ſolemnitates extrinsecæ à iure requiſitæ, ſicuti in alienatione feudorum aſſenſus domini, & nihilominus ſi legetur res dotalis, vel res Eccleſiæ,aut minoris ſi non tenet legatum, quo ad ipſa corpora tenebit, quo ad æſtimationem ex frequentiori, (inquam) omnium opinione in *d §.conſtat*,& optimè reaſſumit *Curt.in d. conſ. 3.* quod de communi teſtatur, & abunde Lanar. & de Ponte ne eorum dicta hic tranſcribam in dictis eorum conſilijs, qua ratione debetur æſtimatio rei dotalis, rerum minorum, vel Eccleſiæ eadem ratione debetur æſtima io feudi, eſto per legem interdicatur alienatio commutatio, & diſpoſitio.

In hac cauſa fuit habita inter nos magna diſcuſſio,& qui pro parte negatiua votauerunt ſe fundabant etiam in facto conſiderantes,quod tẽpore conditi teſtamenti,& legati prædicti ſecundæ cauſæ non erant in patrimonio,& hæreditate Principis teſtatoris, ſed fuerunt conceſſæ illinc ad annum cum dimidio per ſuam Maieſtatem Principi ſucceſſori primo genito, non tantum contemplatione patris mortui ſupplicantis, quã intuitu ipſius Principis acquirentis, & pro inde ad nihilum tenebatur,& inane erat legatum,quia non poterat dici Principem teſtatorem legaſſe rem propriam,quia nondum quæſierat,non rem hæredis,quia neque hæres illam poſſidebat, minimè rem alienam,quia nondum erat in rerum natura, quando poſt modum Princeps filius, & ſucceſſor quæſiuit ex munificentia, & priuilegio Regis fuit iuriſdictio quæſita tunc per ipſum, & ipſius contemplatione conceſſa,abſq; onere alieno,ergo legatum non tenuit.

Quibus reſpondebant alij, quod hæc iuriſdictio ſecundarum cauſarum remanſerat in hæreditate,& patrimonio teſtatoris in ſpe iam enim Regi ſupplicauerat pro illa obtinenda,conſtat enim
46 poſſe legari,quod eſt in ſpe licet non dum in rerum natura,*l. quod in rerum 24 ff.de leg primo §. ea quoque inſtit.de legatis l. etiam 17. ff. de leg. 115.l.prima in fi e ff.de cond. & demonſt. & in feudis tranſmitti ius in ſpe tenet Andr.in repet. conſt comitibus,in vlt.col.verſ. Nam vbi verò*, & propterea legatum non poteſt dici fuiſſe inualidum,quia gratia perfecta per Regem, vt perficit illud ab hæredi peti poteſt, tanquam efficax, & debitum: dicebatur etiam non eſſe verum in facto Regem conceſſiſſe dictas ſecundas cauſas contemplatione Principis ſucceſſoris: ſed Principis

cipis teſtatoris ita enim cantat Priuilegium, in quo recenſentur ſeruitia Principis teſtatoris, licet etiam de meritis filij ſucceſſoria fiat mentio: tamen principaliter intuitu Principis teſtatoris, qui ſupplicauerat fuit perfecta gratia, & ideo legatum fuit de re propria ipſius teſtatoris futura, quæ erat in ſpe.

Dicebatur etiam, quod hæc iuriſdictio ſecundarum cauſarum erat feudum nouum in perſona Principis teſtatoris acquirentis, & pro inde poterat diſponere de eius valore, & ita dicunt verba legati En tal caſo qui ero que ſean en vtil, yprobecho de d.Martin mi hizo, quæ verba rectè conſtructa, & intellecta æſtimationem, & valorem illius iuriſdictionis verè continent, quo caſu cenſetur teſtator legaſſe æſtimationem in ſpetie, quia nullo iure poterat denegari.

In tanta diſcuſſione cum vota ſecernerentur, & numerarentur, vt numerari, & non ponderari ſolent repertum fuit paria hinc inde eſſe vota. & Res in deciſa remanſit, & vota ipſa ad ſuam Maieſtatem tranſmiſſa fuere.

Sed poſt modum in Sacro Conſilio per Conſiliarios duarum aualarum fuit deciſum pro opinione affirmatiua, vt dixi in cauſa illorum de Galeotis, & Geſualdo. Alia multa ad hanc æſtimationis materiam pertinentia dicentur in ſeq. deciſ. quæ hic conſultò omiſſa ſunt, nè prolixior eſſem, & in ſequ. deciſ. idem articulus incidit.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *AEſtimatio an debeatur legato feudo ſine aſſenſu.*

2 *Aeſtimatio an debeatur pro feudo promiſſo virtute albarani alicui à barone cum alijs quæſtionibus.*

3 *Aeſtimatio an debeatur pro legato rei alienę quod non poteſt preſtari.*

PRo hac deciſ. Impreſſoris primi errorę collocata ſub num. 36. & ex ordine non poteſt collocari niſi in 35. vt ad præ-
1 ſens ſignauimus) ſi æſtimatio debeatur legato feudo ſine aſſenſu. Dum in caſu relato etiam, quod omnia tribunalia fuerunt vnita fuit votatum Paritatem, & vota traſmiſſa ad ſuam Maieſtatem, &c. iuxta partem affirmatiuam, vt aliter fuit deciſum faciunt ſcripta in *deciſione 22. ex Mantica de conteCturis vltim. volunt. lib. 9. tit. 11. carta 417.* qui articulum diligenter examinat, & intrepide æſtimationem deberi affirmat & poteſt videri *Thor. p. p. comp.* verbo æſtimatio feudi, ſiue ex cambium pro vt doctiſſimus *Lanarius in repet. cap. p. de ſucceſſ. feudorum num. 35. q. 3.* ad penã obſeruatus, ex ratione vt per eũ ad præſens, vt ſupra dixi ſub prelo dandus, &c. pro veritate ipſius articuli D. meum peritiſſimũ *Fuluium Lanar. prædicti Regentis nepotẽ in add, n. 135.* Aduocatum Primariũ vide, vbi D. noſtrũ Authorem allegat, & doctiſſimè contrarium defendit inſpectis noſtris temporibus *2. R. de Ponte in tract. de aſſ. ſuper dote § 2. num. 9. & 16.* & allegat cum ampl. & limit. ſatis abbundè etſi æſti-
2 matio debeatur, &c. pro feudo promiſſo virtutẽ Albarani alicui à Barone attentis ſeruitijs ſi dari nequit ex defectu aſſenſus per *Ricc Coll. 888.* & vidè plura per *D. R de Ponte in tract. tit. 6 § 2. n. 25.* non ommiſſo eodẽ *D. Fuluio Lan. in conſ. ſuo incip. illuſtr. Fabrit. Columna*, vbi an promictens donare feudum teneatur aſſenſum impeirtre, vel teneatur ad extimationem, &c. & ſi æſtimatio debeatur cum feudum fuerit donatum inter viuos, ſine aſſenſu Regio, quando fuit diſpoſitum de feudo ſincere, & bona fide, & ſine fraude ita vt domino nullum inferatur præiuditium, & contrarium ait *deciſ. D. Rouit. in pragm. p. de tit. abbus. num. 147.* in cauſa Camilli della Magna cum ereditoribus Marchioniſſæ Padulæ vbi erat facta donatio feudi dicto Camillo à dicta Marchioniſſa abſque aſſenſu, & non obtempto fuit excluſus, tàm à feudo, quàm ab extimatione etidem iterum iudicatum in S. C. facta relatione in Collaterali Conſilio in cauſa Troiani, & Fabritij de Acciapaccia cum Principe Biſiniani, vide plura pro tam alta materia per *Amat. conſ. 7. num. 34. & conſil 8. num. 25. Ricc. Coll. 1315. Molfeſ. conſ. neap. p. 2. quæſt. 7. & Annam filium conſ. 87.*

3 Et quid in legato rei alienę, quod præſtari non poteſt, &c. an debeatur æſtimatio venit quando legatum dicatur factũ gratia demõſtrationis, vel taxationis vt *Dec. conſ. 323 poſt Paul. de Caſtr.* quẽ allegat tenẽs, quod ſi teſtator dicit lego Titio decem, quæ volo dari ſibi ex redditibus talis rei tũc ille redditus videtur appoſitus gratia demonſtrationis, & licet ille redditus non ſit tamen heres cogitur illum ſoluere, *Amat. conſ. 32. & 37. Fugen. conſ. 94. num. 22. 23. & 24.* ſed ſi teſtator dicat vnica oratione volo, vt ex fructibus talis fundi ſoluantur titio decem tunc videntur fructus appoſiti gratia taxationis, & illis non exiſtentibus hæres compelli nõ debet ad ſoluendum de *Franch. deciſ. 483. num 6. & deciſ. 721.* vbi reperies, quid fuit iudicatum in S. C. *Lanar. conſ. 54. num 8. Loffred. 46. num 5. Surd. de alim. tract. tit 4. quæſt. 26. num. 2. cum infinitis ſequentibus de amicit. conſ. 46. Coſta de portione rati quæſt. 163. & Gratian. diſcept. Forens. lib. 2. cap. 356.* qui plures caſus diſtinguit, & conſiderat.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Vita, & militia an debeatur in Collaterali linea.

SVMMARIVM.

1 Vita, & militia num debeatur de feudis peruentis ex linea collaterali.
2 Vita, & militia num debeatur iterum tertio genito, ſi moritur primogenitus, & ſuccedit ſecundogenitus.
3 Fabius de Anna allegauit in ead. cauſa pro ſucceſſore, vt in eius conſ. 6.
4 Conſtitutio Regni Comitibus venit interpretanda.
5 Deciſiones non debent edi abſque rationibus.
6 Articulus debet accuratè diſcuti, licèt non poſſit breuiter.
7 Inuidi alienos labores deſpiciunt.
8 Authoris modus in deciſionibus.
9 Gladius in inuidos eſt applauſus ſapientium.
10 Doctores qui ſcripſerunt, quod debeatur vita militia in feudo ex linea collaterali enumerantur.
11 Afflictus mouetur ad opinionem, quod debeatur ſemper vita, & militia, quia conſt. loquendo de patre diſponit de quocunque aſcendente.
12 Bald. eand. opinionem ſequitur ex eo, quod vita, & militia debeatur loco portionis, à qua excluditur ſecundogenitus.
13 Loffred. firmat eandem opinionem affirmatiuam triplici fundamento, & num. 21. & 22.
14 Vita, & militia in quibus differat à legitima, & num 45.
15 Vita & militia in quibus differat ab alimentis, & num. 45.
16 Conſt. Regni, vt de ſucceſſionibus reſtrinxit ſucceſſionem in feudis, vſque ad gradum tertium à ſeptimo.
17 Conſt. vt de ſucceſſionibus prætulit ad feuda primogenitos generice excluſis ſecundogenitus.
18 Conſt. Comitibus ſtatuit dari vitam, & militiam fratribus minoribus.
19 Cap. Regni conſiderantes prorogauit ſucceſſionem feudorum in linea Collaterali.
26 Conſuetudo excludens in totum ſecundo genitos, eſt iniqua, & cui ſecus in feudis num. 72.
21 Paragium debetur fœminis etiam de feudis ex linea collaterali peruentis.
22 Conſt. Comitibus loquitur de bonis patris per exemplum.
23 Minadous tam legendo, quàm conſulendo ſuſtinuit eandem opinionem pro primo genito.
24 Deciſio pro ſecundogenitis edita per Capic. fuit prauio reſcripto Caroli V. Imperatoris.
25 Philippi Secundi Regis Catholici encomia.
26 Doctores Siculi, qui ſequuti ſunt eand. opinionem affirmatiuam enumerantur.
27 Cumia affert nouem fundamenta pro eadem opinione.
28 Vita, & militia, quòd non debeatur de feudis ex linea collaterali, ſuſtinuerunt multi DD. qui enumerantur, & num. 39. 42. & 43.
29 Vita, & militia ex linea collaterali non debetur, quia nulla lex id ſtatuit.
30 Conſtitutiones Regni ſtrictè interpretantur, & num. 34.
31 Conſtitutiones Regni quando omittunt caſum recurritur ad Regem.
32 Iſernia dicta in conſt. Comitibus conferunt ad opinionem negatiuam.
33 Patruus excludebat nepotem ex primo genito tempore And. de Iſern.
35 Succeſſio in infinitum permiſſa in linea deſcendenti, cur non detur in linea collaterali.
36 Conſt. Comitibus pro opinione negatiua verba clara oſtenduntur.
37 Vita, & militia, & paragium debentur loco legitimæ.
38 Auth. Res quæ non habet locum in fideicommiſſis relictis à collaterali.
39 Frater non priuatur vita militia ob ingratitudinem in fratrem commiſſa ſecus verò ſi in patrem.
40 Filius ex cauſa etiam à feudo exhæredatur.
41 Vita, & militia quid ſit, & cui comparetur.
44 Differentia inter dotem, alimenta, & legitimam.
45 Vita, & militia differt à paragio, à legitima, & ab alimentis.
47 Vita, & militia cur non detur loco legitimæ.
47 Vita, & militia non eſt loco portionis feudi.
48 Vitam, & militiam eſſe nouum protheum in feudis.
49 Vita militia in quibus concurrat cum paragio.
50 Vita militia in quibus conueniat cum legitima.
51 Vita militia in quibus participet cum alimentis.
52 Paragium non debetur, niſi in bonis parentum.
53 Frater diues tenetur dotare ſororem, quando illa eſt pauper.
54 Loffredi opinio, quod paragium debeatur à collaterali, damnatur.
55 Legitimam deberi filijs cur introduxerit Iuſtinianus.
56 Frater non tenetur alere fratrem, niſi ipſe

ſit

ſit diues & ille pauper.

57 Vita, & militia non debetur loco ſucceſſionis, à qua excluditur frater minor, & quæ ſit ratio num. 71.

58 Vita, & militia, quod ſit incognita non ſolũ iure com. Romanorum, & Longobardorum ſed etiam de iure feudorum, & francorum & num. 59. 60. 61. & 62.

63 Primo genitus de iure Francorum excludit omnino fratres minores.

64 Appanagium in Francia fuit introductum ex æquitate cap. licet extra de voto.

65 Appanagium dicitur etiam primo geniti, & eſt vniuerſalis ſucceſſio.

66 Appanagium fuit incognitum Tiraquello.

67 Appanagium deberi ſecundo genitis de iure Francorum firmarunt Iſer. & Caram. ſed erroneè.

68 Appanagium in Francia, nec ex æquitate dari in linea collaterali.

69 Vitam militiam non deberi in linea collaterali, quamuis appanagium in ea linea deberetur incuttabili arg. oſtenditur.

70 Vita, & militia non fuit cognita in Regno niſi à tempore Federici.

71 Vita & militia debetur ratione ſeruitij militaris, & num. 75.

72 Secundo genitus ſi in totum excludatur à feudis, cur non dicatur diabolica diſpoſitio.

73 Princeps tolerando conſuetudinem videtur ſecundum eam ſtatuere.

74 Leges feudales non habuerunt oculos ad priuatam vtilitatem, ſed ad publicam propter militiam.

76 Vita, & militia, cur ita nuncupetur.

77 Vita, & militia, quod deberetur excluſis ſucceſſione fuit ratio impulſiua, & ſeruitium cauſa finalis.

78 Rubrica conſt. comitibus ponderatur ad deciſionem.

79 Conſtitutio Comitibus cur fuerit edita.

80 Succeſſio feud. in linea collaterali ante cap. conſiderantes abierat in deſuetudinem.

81 Conſt. vt de ſucceſſionibus fuit promulgata poſt conſt. Comitibus.

82 Vita, & militia non debetur ex conſtit. Comitibus, dato quod eſſe edita ſimul cum conſtit. vt de ſucceſſionibus.

83 Camer. poſt Iſer primum locum obtinuit in interpretatione feud.

84 Vita & militia cur dicatur feudum de per ſe & non pars feudi.

85 Vita, & militia eſt feudum impropriè.

86 Frater ſecundo genitus pro vita militia non tenetur præſtare iuramentum fidelitatis, quia nec datur in feudo exiguo.

87 Frater ſecundo genitus tenetur eſſe fidelis alias priuatur.

88 Frater ſecundo genitus cur non contribuat in adoha pro vita & militia.

89 Vita & militia debetur Clerico, quia poteſt ſeruire per ſubſtitutum, cum ſit feudum impropriè.

90 Feudorum conſtitutiones ſtrictè interpretantur ob intereſſe Domini.

91 Deciſio S. C. in linea collaterali non deberi vitam, & militiam.

92 Vita, & militia differt ab appanagio natiuitate, actione, & fine.

93 Vita, & militia debetur iure actionis ob ſeruitium, & appanagium officio Iudicis, vt frater minor alatur.

94 Conſt. Comitibus principaliter fuiſſe emanatum ob vitam & militiam, & paragium, & non incidenter, vt aliqui voluerunt oſtenditur.

95 Deciſio Capic. 211. fuit reiecta quia contra caſum legis & contra reſcriptum Imper.

96 Imperator Carolus V. remiſit S. C. articulũ, vitæ militiæ in linea collaterali cum clauſula, dummodo non fieret extenſio ad conſtitutiones.

97 Capicius cur omiſerit afferre rationes ſuæ deciſionis 211.

DECISIO XXXVI.

1 FAmoſa ac perdifficilis apud Nos, & maiores noſtros ſemper habita fuit quæſtio, an vita, & militia præſtanda ſecundo genitis excluſis à primo in ſucceſſione feudorum ex diſpoſitione *conſt. Comitibus* debeatur etiam in ſucceſſione lineæ collateralis, in qua ijdem ſecundo geniti excluduntur à primo exemplum, & caſus accidit in Sacro Conſilio in cauſa D. Horatij Grimaldi contra Marchionem Campaneæ fratrem cum etenim Honorato Grimaldo Patri Domino Monaci & Marchioni, vt ſupra ſucceſſerit Carolus primo genitus, & is ſine liberis de inde obijeritius primo geniture, & ſucceſſionis delatum fuit D. Herculi ſecundo genito, aduerſus, quem
2 ſe direxit Horatius prædictus tertio genitus, qui nunc locum ſecundi obtinuit petens iteratam vitam, & militiam per obitum fratris primogeniti ſine liberis, quia debitam ob mortem patris à Carolo iam conſequutus erat.

Hęc cauſa excitauit ingenia peritiorum tunc temporis aduocatorum huius Ciuitatis, qui pro vtraque parte in acies diuiſi dimicuerunt inter quos eruditiſſ. nunc collega noſter Fabius de Anna eo tempore Aduocatus Marchionis Conſilium

Digitized by Google

ſium edidit inter eius Conſilia ſextum.

Sacrum Conſilium in huius articuli deciſione
collectis Conſiliarijs duarum aularum ſummo
ſtudio vocauit, & quia ampla eſt materia multa
comprehendens, multoſq. nodos continens, &
4 agitur de interpretatione conſt. Regni prædictæ
ſuper qua multi ſcripsere, & hinc inde variæ na-
tæ ſunt opiniones, ideo omiſſis multis, quæ ma-
gis neceſſaria videbuntur perſtringam deciſio-
5 nis enim nomen non meretur, quæ rem deciſam
tantum, & non cauſas, ac rationes explicat. Deli-
catum præterea guſtum, & ſtomacum non benè
6 digerentem ſcio habere eos Mumi diſcipulos,
qui deciſionis articulos accuratè diſcutientes ar-
guunt, mordentque dicentes debere gaudere
breuitate modernos ſi dicerent confuſione, quã-
doque, & obſcuritate concederem, ſed vt in præ
7 fatione ad lectores aduertimus ij, vel inuidi, vel
inſcij ſunt, & ideo alienos labores deſpiciũt, nos
8 verò vbi materia exigit illa tangemus, quæ pro
materiæ ipſius explicatione neceſſaria videbun-
tur, viri enim docti, ac ſenſati, qui non mediocrẽ
fructuum excerpent commendabunt, nam probi
viri commendatio, & applauſus gladius eſt inui-
dos, & ignaros vocans.

Ad rem igitur deueniendo, quod in linea trãſ-
uerſali competat vita, & militia, & ſic pro hac
opinione affirmatiua, ex noſtratibus peritiores
conſulendo legendo, & in iudicando tenere Af-
flict. Capi. Loffred. Minad. viros in noſtra legali
philoſophia inſignes. & ſecundum hanc opinio-
nem deciſum refert Capic. in ſua deciſ. vlt. quare
de re iam deciſa amplius dubitare neſatium vide
batur.

11 *Afflict. etenim in conſt. Comitibus num. 21.* for
mat q. quod ſi poſt mortem patris ſuperueniat fi-
lio primo genito feudum antiquum numquam à
patre poſſeſſum tenebitur dare vitam, & militiã
ſecundo geniti, quia licet conſtit. prædicta dicat
vitam, & militiam eſſe præſtandam de bonis pa-
tris tamen iſtud verbum verificatur, & hoc caſu,
cui intelligi debet de bonis illius Patris à Princi-
pio fuit conceſſum feudum, ſi quidem qui con-
cedit, cogitat non ſolum de perſona recipientis,
ſed etiam de genere, & poſteris, & ideo illud ver
bum de bonis patris exponi debet l. de illo feu-
do, quod fuit communis aſcendentis, & acquirẽ-
tis, & quo ad habilitatem ſuccedendi per *tex. in
cap. 1. §. his verò de grad ſucced. in feudo*, quem
ad id allegat *glo in conſt. vt de ſucceſſionibus in
vltimo vel quolibet alio titulo. & Bal in auth.*
12 *defuncto C ad S.C. Tertull. Alex. conſ. 29. pr.
vol & idem Bald. in cap. primo Imper. Lothar.
etiam quia appellatione Patris venit Auus l.
iuſta 201. ff. de verbo ſignif. & in cap. 1. de nat.
ſucceſſ feu. num. 40* format q aliam ſi feudum pa-
trui mortui ſine liberis deueniat ad nepotem pro
ximiorem, qui habet plures fratres, an iſti fratres
ſecundo geniti poſſint petere à fratre primo ge-
nito, qui ſucceſſit Patruo vitam, & militiam, &
per eaſdem rationes tenet petere poſſe addens
vitam, & militiam eſſe loco portionis hæreditariẹ
à qua ſecundo geniti excluduntur ex doctrina
And in d. conſt. Comitibus, & ſicut excluduntur
in linea aſcendenti, ſunt excluſi à linea collate-
rali ergo debent habere vitam, & militiam, ſiue
deferatur ſucceſſio in linea aſcendenti, ſiue in col
laterali, quia ſuccedendo primo genitus patruo,
ſuccedere debet cum ſuis appendiijs, (vt eius
vtar vocabulo) quæ ſunt in præſtando vitam, &
militiam fratribus minoribus.

13 *Loffred. in ſua Paraphr cap. 1. §. quid ergo,
verſ. vel danda militia fratri de inueſt. de re
alien. facta pag. mihi 22. format q* in Auunculo
moriente relicto feudo, & pluribus nepotibus,
quorum primo genitus capit feudũ, & eſt idem
caſus, de quo ſcripſit deciſ. Capic. & conſuluit
Minad. diſputat ad partes articulum, & conclu-
dit teneri fratrem primo genitum ſuccedentem
præſtare alijs fratribus minoribus vitam, & mili-
tiam, & hanc partem affirmatiuam dicit eſſe ve-
14 riorem tribus fundamentis. Quorum primum
eſt præſupponendo in effectu, quod vita, & mili-
tia non ſubrogetur loco legitimæ. quia legitima
eſt quota bonorum, vt in *Auth. nouiſſima, & l.
ſcimus §. repletionem C. de in off. teſtam.* At vita,
& militia non eſt quota feudi, quia ſoluitur de
fructibus feudi, vt per omnes in d. conſt. comiti-
bus latè canoniſtæ, *in cap. licet extra de voto*
præterea legitima tranſmittitur ad filios *l. quo-
niam in prioribus & d. Auth. nouiſſima Auth.
reſque C. com. de legat.* At vita, & militia non trã-
ſmittitur, ſed extinguitur cum vita ſecundo ge-
15 niti percipientis. Vt in eadem Conſt. Comiti-
bus; item differt vita, & militia ab alimẽtis, quia
illa competunt officio Iudicis, & indigenti dan-
tur non autem diuiti, & qui aliunde habet, vt in
l. ſi quis à liberis ff de lib. agnoſc. At vita, & mili-
tia debetur ſecundo genito etiam diuiti, & iure
actionis, quia eſt onus reale, vt habetur in cap.
Regni alienationis actus inter capitula Regis Ro
berti, hoc iacto fundamento dicit, quod de iure
communi feudorum in linea collaterali dabatur
ſucceſſio, vſque ad ſeptimum gradum, vt in *cap.
hoc autem de his, qui feud. dar. poſſ.* poſtea fuit
16 reſtricta per ius particulare Regni vſque ad ter-
tium gradum, *vt in Conſt. vt de ſucceſſionibus*,
per quam, & per conſtitutionem præcedentem
17 fuit prouiſum in viuentibus iure francorũ, quod
primo genitus ſuccedat, & Maſculi fœminis præ
ferantur, & nihil de ſecundo genitis in d. conſt.
fuit ſtatutum, ideo per aliam conſtit. particularẽ,
18 & fuit conſtit. Comitibus fuit prouiſum ſecun-
do genitis à primo excluſis de vita, & militia,
poſtmodum ſucceſſio lineæ collateralis in feudis;
etiam in deſuetudinem abierat, & opus fuit noua
lege reſtaurare ſucceſſionem in prædicta linea
collaterali, quam ædidit *Rex Carolus Secundus
inter capitula Regni in cap. conſiderantes ſub*
19 *Rub. de prorog ſucceſſ. dur.* per quam ſanxit, vt
frater fratri, vel ſorori, aut fratri ſuccedat primo
genituræ, ac ſexus prærogatiua ſeruata in linea
tranſuerſali, excludendo alios, qui debebant ſuc-
cedere, ergo iſta lex noua reſtaurando ſucceſſio-
nem feudorum in linea collaterali cum præro-
gatiua primogenituræ, ac ſexus debet intelligi
voluiſſe reſtaurare cum eodem onere ſoluendi
ſecundo genitis vitam, & militiam, prout antiqui
tus, & per prius primogenitus erat obligatus in
linea recta aſcendenti, quia ſicut dicta lex noua
con-

conſiderauit excluſionem ſecundo geniti in li-
nea collaterali,ita cenſetur conſideraſſe, quod il-
lis debeatur vita,& militia. Nam alias non vale-
ret,quia conſuetudo excludens in totum ſecun-
20 do genitos non valet tamquam iniqua ſecundũ
*Hoſt.& alios in d.ca.licet land.in tract. de pri-
mogenit. 4.col.Socin.conſ.47.vol.3.* quæ iniquitas
militat etiam in linea collaterali,quia eſt ſeruan-
da æqualitas & ſi non poteſt ſeruari in totum,
quia feuda ſunt indiuidua,ſeruetur poſſibili mo-
do per preſtationem vitæ,& militiæ arg. *l. mulier
ff. de cond.& demonſtr.& ibi Bart.& in l.ſi pa-
ter C.de collat.* hoc in ſubſtantia continet primũ
fundamentum,in quo valdè ipſe dilatat fimbrias.
Secundum eſt, quia quemadmodum fœmina
21 excluſa à maſculis,debet dotari de bonis eius à
cuius ſucceſſione excluditur etiam in ſucceſſio-
ne lineæ collateralis ſecundum *And. in d. conſt.
in aliquibus,& in conſt. vt de ſucceſſionibus, &
in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feudi,* & ſecundo genitus
quoad excluſionem æquiperatur fœminæ,& vita
& militia paragio, vt per eundem *Andr. in d.
conſt. comitibus,* ergo ſecundo genitus excluſus à
primo in linea collaterali debet habere vitam, &
militiam,quæ conceditur ea ratione, quia eſt ex-
cluſus ſucceſſione.
22 Tertium eſt idem,quo vtitur Affl. quia verbũ
de bonis patris in d. conſt. poſitum eſt ratione
exempli,& debet extendi ad Auum, pro Auum,
& ad feudum, quod vis, quod fuit communis
aſcendentes per iura,& doct. quos citat non repe
tendos.
23 *Minado. præſtantiſſ iure conſ & Aduocatus
poſtmodum Conſiliarius Regius in eius conſ. 1.
& in Repet. conſt. in aliquibus in Rubr. in vlt. fi-
liorum num. 12.* hanc opinionem affirmatiuam
acerrimè defendit, & obtinuit, vt in *d. deciſ.
Capicij 211.* quæ eſt vltima, in qua ipſe Capic.
teſtatur Sacrum Conſilium ſecundum hanc opi-
nionem iudicaſſe, cumque fuiſſet viſus nouus
aliqua lege non deciſus fuit conſultus Imperat.
fœliciſſ. & immortalis memoriæ Carolus V. Re-
25 gis noſtri Philippi III. Auus (cuius gloriam, &
fortunam ſuperaturum ſperamus, quemadmodũ
omnes Reges huius ſæculi, virtute, prudentia,
magnanimitate, pietate Regnorum, & Imperij
amplitudine, ac vera erga Deum optimum ma-
ximum Religione vnicus fidei, & Reipublicæ
Chriſtianæ defenſor facile ſuperat) Imperatorq;
remiſit deciſionem Sacro Conſilio,in quo diſcuſ-
ſo articulo fuit condemnatus Princeps Hoſtilia-
ni, qui Auunculo ſucceſſerat ad præſtandum
fratri ſecundogenito vitam, & militiam, & ſic
illa deciſio habet vim legis, ex regula *tex. in §.
quod Principi placuit,& §. reſponſa prudentum
de iur. nat. gent. & ciuili.*
26 Hanc eandem opinionem tenet *Petr. Gregor.
Siculus, qui ad manus meas venit poſt deciſam
cauſam in ſuo tract. de dote, & paragio quæſt.
23. & in tract. de vita, & militia quæſt. 5. n. 7.*
quia ſuccedit vita, & militia, in locum portionis
à qua ſecundo genitus excluditur, ac alijs moti-
uis, quæ magis per extenſum recitat *Canet. in
repet. cap. volentes inferius allegandus, & no-
uiſſimè vidi Intrigliolum nihil allegantem, ſed
ſimpliciter per tranſeuntem cum Gregorio, quod
debeatur in linea collaterali in ſua cent. feuda
quæſt. 57. num. 30.*
27 Alia nouem fundamenta pro hac opinione af-
firmatiua adducit *Cumia in repet. cap. ſi aliquem
in verbo marſtata à num. 436. vſque ad nu. 451.*
quæ in effectu reincidunt in eadem per noſtros
Regnicolas conſiderata, & per me relata.
28 Contrariam opinionem,quod minimè in linea
collaterali ſit dare vitam,& militiam, tenet *Bla-
ſcus Lanc. Siculus probatæ opinionis in repet.
eiuſdem cap. volentes quæſt. 21. & in libro meo
quem habeo manuſcriptum eſt mihi nu. 35. verſ.
ſed iuxta prædicta quæro, cuius rationes etiam
per extenſum congerit idem Canet. in eiuſdem
cap. repet. in capite incip. At pulchra, & nodo-
ſa quæſt. pag. mihi 326.* vbi relatis aliorum Si-
culorum opinionibus latè differit, & defendit,
vna cum Blaſco hanc opinionem negatiuam can-
demque tenet *Cumia, & quatuor rationibus
probat in loco ſupra citato à num. 451.* & om-
29 nes ea præcipua ratione, quia non eſt lex, quæ
hoc ſtatuat in ſucceſſione tranſuerſalium
ſecundo geniti habeant vitam, & militiam,& hęc
ratio ſufficit pro confuſione,& confutatione eo-
rum, qui tenent contrariam, *l. 3. ff. de prænari-
cat. & Iaſ. in l. illam, C de collat.* & ideo caſus
omiſſus habetur pro omiſſo, *l. commodiſſimè, ff.
de lib. & poſthum.* ad cuius corroborationem
faciunt dicta per *Andr. in conſt. proſequentes,*
dicentem ſapientes Regni tenere,quod conſtitu-
30 tiones Regni non producuntur ad ſimilia,& ca-
ſus omiſſus habetur pro omiſſo, & non diſcedi-
tur à verbis,niſi conſtet de intentione conſtituẽ-
tis per *tex. in l. 1. §. igitur ff. de exerc. action.* &
quia illius conſt proſequentes lator,quę loquitur
de conuento ſi voluiſſet idem ſtatuere in Actore,
dixiſſet,ſed non dixit,ergo habetur pro omiſſo.
l. vn. C. de cadu. toll. & ſumus ibi in actore, &
Reo correlatiuis,ergo conſt. comitibus, quæ lo-
quitur de linea aſcendenti, ſeu deſcendenti, ſi
voluiſſet idem ſtatuere in collaterali dixiſſet ſed
quia non dixit,debet haberi pro omiſſa, & idem
*Andr. in repet. d. conſt. comitibus in ſpetie id fir-
mat in illa q an filio fratris primogeniti, tenea-
tur Patruus dare vitam, & militiam,* dicens de
filio fratris non cauetur, & quia caſus nouus eſt
31 lege non compræhenſus, recurrendum eſt ad
Principem, qui interprætari habet dubia. Ex
32 quibus dictis Andr. plura colliguntur ad propo-
ſitum noſtræ deciſ. primum, quod conſtitutio
Comitibus non compræhendit caſum lineæ col-
lateralis,de quo non loquitur,& eſt caſus noſter
ſecundum quod ratio præſtande vitæ, & militiæ
non eſt excluſio à ſucceſſione feudi,nam ſi illa
eſſet, vtique perperam dubitaſſet Andr. An Pa-
33 truus,qui ſecundum illa tempora excludebat fi-
lium primogeniti teneretur,ei præſtare vitam,&
militiam,tertium per conſequentiam neceſſariã,
quod attenta d.conſt.non dabatur vita, & militia
in linea collaterali,& eſt etiam caſus noſter,quar-
tum, quod conſtitutio prædicta Comitibus non
comprehendit perſonas in d. conſt. non expreſ-
ſas, & non extenditur ad alias lineas, & præter
34 Andr. quod conſtitutiones Regni ſint ſtricti iu-
ris,

ris,& non protrahantur, nec vltra caſum pro-
prium extendantur, ante ipſum dixit *Caraman.*
in ſua glo. ad conſt. t. pœnam eorum in verſ. oc-
cultatores,& ibi etiam Bart. de Capua num. 21.
quia ſapientes Regni inquit dixerunt, & ſemper
dicunt eſſe ſtricti iuris, & non protrahendas niſi
reſultaret aliquod valdè abſurdum, & conſtitu-
tionum vilipendium, vt per eundem *Bartholo-*
meum in conſt. Aduocatorum, vbi ponit exem-
plum,quod abſurdum non eſt hic, & pro ſigillo
dictæ opinionis negatiuæ, & rationis ſupra addu
35 ctæ facit in ſpecie id,quod dicit *Andr. in cap.* 1.
§. hoc quoque in fine; de his, qui feud. dar. poſſ.
quo loci dicit,quod ille tex.qui concedit ſucceſ-
ſionem in linea deſcendenti in infinitum nun-
poteſt extendi in infinitum in linea collaterali,
quia non dixit, & ſic in vno conceditur reproba-
ri videtur in alio ſcilicet in collaterali *l. cum præ*
tor. ff. de iud. ergo cum conſt. conceſſerit vitam,
& militiã in linea deſcẽdenti reprobare cenſetur
in collater. de qua non dixit,& eſt pũtualis dec.
36 Secundo,quia *tex. conſt. Comitibus* à quo ſum
pta eſt vita,& militia clarè,& apertè loquitur nõ
indiget interpretatione, nec cauillatione, ſtatuit
enim, quod frater teneatur dotare ſororem, &
fratribus vitam, & militiam dare occaſione eorũ
bonorum,quæ à communi patre dignoſcitur ha-
bere. quæ verba non poſſunt verificari in ſuc-
ceſſione tranſuerſalium,quæ fratri primo genito
non obuenerunt à communi Patre, & conſtitu-
tio prædicta in ſenſu directo non à cõtrario hoc
ſtatuit,& diſponit,non enim ſemel, ſed bis repe-
tuntur iſta verba. Primo occaſione eorum bo-
norum,quæ à communi patre 2. ibi de bonis pa-
tris frater minor à fratre maiore petere poterit,
& habere,& ideo vita,& militia, & dos de para-
gio non niſi ſemel tantum, & de bonis patris de-
betur, non de bonis fratris ſi frater fratri ſucce-
dat,vt eſt caſus noſter.
Tertio, quia vita, & militia eſt loco portionis
legitimæ,quæ filijs debetur nam alias eſſet diabo-
lica conſuetudo, & minime ſeruanda, quæ vni
tantum integrum feudum aſſignaret, & cæteros
filios excluderet, vt per *Doct. in d. cap. licet*,&
37 ideo dos de paragio, & vita, & militia fuit in-
troducta, quæ eſt loco legitimæ, vt per *Andr.*
in d. conſtit. Comitibus, & in conſtit. in aliqui-
bus, quæ non poſſunt verificari in ſucceſſione
fratris, vel ſororis, quia in ſucceſſione lineæ col-
lateralis. non eſt dare legitimam, *l. fratris 21. &*
l. fratres 27 C de inoff. teſtam.
38 Quarto, & eſt ratio Blaſij relata,tam per Ca-
net. quam per Cumiani, quia res reſtitutioni ſu-
biectæ obnoxiæ ſunt dotibus, & alimentis, in
quorum præiudiciũ non tenet prohibitio *vt in*
d. auth. res quæ, & communiter ibi Doct. ſed
prędicta habent locum,cum bona perueniunt ex
linea aſcendenti, ſecus ſi ex collaterali,& tranſ-
uerſali, feuda autem ſunt reſtitutioni ſubiecta,
& ſecundum *Andr. in cap. 1. §. hoc quoque,*
qui feud. dari poſſ. ergo conſtitutiones diſpo-
nentes,vt feuda ſint obnoxia dotibus, & alimen-
tis, debent intelligi de feudis lineæ aſcendentis,
non lineæ collateralis.
Et hanc conſtit. loqui tantum in linea aſcen-
denti interpretati ſunt, & intellexere maiores
noſtri veteres Regni prudentes, præter relatos,
Petrus de Monte Forte in d. conſtit. Comitibus,
39 *in illa quæſt. An frater poſſit priuari vita, &*
militia ob ingratitudinem in fratrem primoge-
nitum commiſſam, concludit, quod non, ea ra-
tione, quia primogenitus non dat vitam, & mi-
litiam de ſuo, ſed de bonis paternis, & vita, &
litia eſt loco legitimæ portionis, & alimenta ipſa
ſecundogeniti potius à patre, & ratione paternæ
hęreditatis,quã à fratre habere videtur,niſi forte
ſecundogenitus fuiſſet ingratus patri à quo feu-
dum peruenit, & propterea fuiſſet ab eo iuſtè
40 exhæredatus, cum etiam in feudo poſſit filius
propter ingratitudinem exhęredari,quod ſi vti-
que daretur vita, & militia in linea collaterali,
quæſtio non haberet dubium, quod poſſet frater
primogenitus fratrem priuare ob vitium in gra-
titudinis, quia daret de ſuo, quemadmodum,
quilibet priuatus donatarius, qui recipit ab alio
donationem de rebus proprijs poteſt priuari do-
natione propter ingratitudinis vitium, *tot tit. de*
reuoc. donat. & de his, quibus vt indignis, &
idem tenent ibi . . . de Tuſcia,& Pariſ. de
reintegr. feud. de finibus ſenai cap. ante penult.
incip. nunc videndum.
41 Ex vltra montanis, & cæteris eandem opi-
nionem negatiuam tenet *Gul. de Monte Ferrato*
in tract. de ſucceſſ. Regum, loquens de legitima,
quæ ſecundogenitis datur in Francia, quæ ibi
vocatur, appanagium dicit. Primo, quod præ-
ſtatur per primogenitum loco legitimæ, licet nõ
in omnibus æquiparetur illi, vt in quinto dubio
num. 5. Dicit ſecundo, quod datur tantum in
linea aſcendenti non in collaterali, vt tertio
dubio ferè per totam, & eſt caſus noſtræ
deciſionis. Dicit tertio, quod morte extingui-
tur, vt in tertio dubio. Dicit quarto, quod non
accreſcit alijs ſecundogenitis, ſed reddit ad pri-
mogenitum, vt in ſecundo dubio per totum.
Dicit quinto, quod datur, ſeu taxatur in quan-
titate ſecundum numerum filiorum, vt in quinto
dubio. Dicit ſexto, quod non in proprietate,
ſed in pecunia, vt in d. 5. dubio num. 8.
42 Hanc negatiuam opinionem cenſet veriorem,
Addit. ad Napod. in conſuet. quod ſi aliquis in
gloſa pluſquam pag. mihi 217. licet ipſum deter-
reat deciſio prædicta Capic. & rei iudicatæ au-
thoritas tantum.
43 Veritas autem pendet, vt videamus, & ſcia-
mus quid ſit iſta vita,& militia,& cui illam com-
paremus, & aſſimilemus, & quæ illius introdu-
cendæ ratio fuerit,qua in re,& varij,& diſcordes
ſunt Doctores inuicem, ſi quidem quidam dixe-
runt eſſe ad inſtar dotis de paragio, alij ad inſtar
44 legitimæ, alij ad inſtar alimentorum,& nihilomi-
nus differt à dote de paragio, differt à legitima,
differt ab alimentis: vt ſuperius cum Loffredo
diximus, & multæ ſunt differentiæ inter dotem,
45 alimenta, & legitimam, quas enumerat *Surdus*
in tract. de alimentis tit. 11. quæſt. 1. & 2. &
inter alimenta, & vitam, & militiam, multæ etiã
differentiæ ſunt, vt per *Perrum conſil. 11. col.*
pen. & fin. Afflict. deciſ. 138 *num.* 4 *& deciſ.*
352. nu. 5. ac Surdum in eod. tract. tit. 7. quæſt.
15. nu.

15. nu. 22. licet illam alimenta appellet Nea-
pod. in conſuet quod ſi aliquis in verbo pluſ-
quam num. 33. & gloſ. in d. conſt. Comitibus,
& Paris de Finibus feud. in cap. prædicto in-
cip. Nunc videndum pag. mihi 177. num. 22.
dicens, quod ſunt alimenta de iure, quæ non
tranſeunt ad filios fratris, & vocatur de conſue-
tudine vita, & militia, ſed concludit, quod de-
betur etiam diuiti, & ei qui aliunde habet, & in
hoc differt ab alimentis *Marinus Freccia de*
ſubfeudis lib. 3. de differ. inter feuda ex pacto,
& prouidentia, & hæred in cap. incip. decimo-
46 *nono pag. 265.* dicit vitam, & militiam non eſſe
legitimam, quia totum feudum eſt legitima pri-
mogeniti. Nec eſſe loco portionis feudi, quia ſe-
cundo genitus excluditur, & ideo datur loco
alimentorum, quæ extinguntur, cum vita ſecun-
do geniti.
49 Quare ex his non extra rem erit, nec fabulas
recitare, ſi dixerimus hanc vitam, & militiam eſ-
ſe nouum Prothæum in iure feudali ad inſtar il-
lius Prothæi oceani, & Thetis filij vaticiniorum
peritiſſ. de quo fabulantur Poetæ ſe in varias trã-
sformaſſe formas, de quo meminit Virgilius 4.
Georgicorum ibi.

Eſt in Carpathio Neptuni gurgite va-
tes.
Ceruleus Protheus Magnum, qui piſcibus
æquor.
Et iuncto bipedum curru metitur æquo-
rum.

Quo loci expoſitores fabulam narrant, ſic, &
vita, & militia non eſt dos de paragio, & partici-
pat de dote de paragio, quia eſt onus feudi, &
competit iure actionis, quemadmodum dos de
paragio, vt per *Andr. in d. conſt. Comitibus, &*
Pet. de Georgio in tract. de vita, & militia, q.
50 *2. & 3* prætereà non eſt legitima, & participat
de legitima, quia ſicut legitima non eſt ſucceſſio
in vniuerſa hæreditate, ſed eſt quota bonorum, &
hæreditatis, eodem pacto vita, & militia non eſt
ſucceſſio in vniuerſo feudo, ſed eſt quota fru-
ctuum feudi, item taxatur ſicut legitima fuit in-
uenta de iure ciuili, ne filij ſine cauſa in totum
excluderentur à ſucceſſione parentum, ita ſe-
cundum aliquos vita, & militia ne in totum ſe-
cundo geniti excluderentur à ſucceſſione feudi,
vt per canoniſtas in d. *c. licet, & de voto*, item
51 participat de alimentis, vt ſecundo genitus ſe
alat, & differt ab alimentis, vt ſupra, & ideo eſt
loco paragij, ſecundum quid eſt loco legitimæ,
ſecundum quid eſt loco alimentorum, ſecũdum
quid quia de omnibus participat, & ex iſtis ſim-
plicibus fit hoc mixtum, & compoſitum, quod
vita, & militia nuncupatur.

Si igitur eſt verum, vt eſt veriſſimum, quod de
omnibus participat, arguendo à ſufficienti par-
tium enumeratione, non poteſt aliquo pacto ſub-
ſtineri opinio affirmatiua, quia aut volumus,
quod ſit loco dotis de paragio, pro vt annuit tex.
conſtitutionis prædictæ ibi pro tam faciẽdo fra-
tre milite, non minus, quam pro ſororibus mari-
tandis, &c. & certum eſt paragium non compe-
tere niſi in bonis paternis, & illarum occaſione, vt
52 in d. *conſt. in aliquibus, & conſt. ſeq.* & nullo
pacto deberi in linea collaterali, quia frater, vt
frater, & non vt hæres patris, non tenetur dotare
ſororem, nec illi dare paragium aliquod de pro-
pria ſubſtantia regulariter niſi in caſu ſpeciali, vbi
frater eſſet diues, & ſoror pauper, quæ aliunde
non haberet vt per *Bartol. & alios Doct. com-*
muniter in d. Auth. res quæ, & ante omnes
Cyn. in l. non omni C. de adminiſt. tut. Iaſ. poſt
Alex. & alios in l. 1. ff. ſoluto matr. & latè
Surd. in tract. de alimentis tit. 1. q. 25. num. 9.
& eſt vera, & communis opinio, quicquid dixe-
54 rit Loffred. ſupra relatus, quia aberrauit, dicens
dotem deberi in linea collaterali, & Andr. quem
ipſe allegat in conſt. in aliquibus non dixit, neq;
ſomniauit dicere, quod frater tenetur dare ſoro-
ri dotem, ſeu paragium de bonis patris, à cuius
ſucceſſione illam excludit retentis terminis di-
ctarum conſt. & in eundem errorem lapſus fuit
Petrus de Gregorio in d. q. 23. quem meritò, ac
benè reprehendit Cannet. in loco ſupra citato
numer. 34. & ſeq. & in cap ſeq. in prin. dicit
Petrum de Georgio ſemper toto cælo errare, cum
aliquid ſuis viribus dicit à nemine adiutus, &
vterque Loffred. & Petr. de Gregor. loquuntur
contra caſum legis in d. l. fratris, & l. fratres.

Aut volumus dicere, quod ſit loco legitimæ,
& abſit dicere, quod legitima debeatur in linea
collaterali, quia deridendus, & tamquam blaſfe-
mus in iure noſtro exiſtimandus eſſet, qui hoc
diceret illa enim, vt ſuperius diximus introdu-
55 cta eſt per Imperatorem Iuſtinianum nè filij, &
deſcendentes iniuria priuarentur parentum hæ-
reditate, ſed eis relinqueretur legitima, de qua in
Auth. nouiſſima. & vnde ſumitur l. omnimodo
30. l. quoniam in prioribus 32. l. ſi quando 35.
§. generaliter, & toto tit. C. de inoff. teſtam. &
d. l. fratris, & fratre eo tit. & d. Auth. reſque,
& Camerar. in repet. c. imperialem pag. 102.
lit. G.

Aut volumus, quod ſit loco alimentorum, &
quis audebit hanc hæreſim in iure noſtro ferere,
& aſſerere collaterales teneri ad præſtandum
alimenta collateralibus, & tranſuerſalibus? In
56 fratre diuite dubitauerunt Docto. An teneatur
alere fratrem, & ſororem inopem, ſicut illi do-
tem dare, & in hoc caſu ſpetiali tantum conceſ-
ſerunt fratrem teneri, & recipit hæc opinio mul-
tas declarationes, quia regulariter non tenetur,
& ita intelligitur *gloſ. in l. prima C. de alen. lib.*
quæ etiam ſub verbo fortè loquitur, & hæc eſt
vera, & non controuerſa opinio, vt latè per *Sur-*
dum d. tit. primo, & quæſt. 25. & docto. omnes
præcipuè Hiſpanos in d. l. ſi quis à liberis, ff. de
lib. agnoſc. & per Doctores in l. alimenta 11.
C. de neg. geſt. & l. neſennius ff. eod. ergo vel
vt paragium, vel vt legitima, vel vt alimenta, vi-
ta, & militia non poteſt cadere in linea collate-
rali.

57 Nec eſt vera opinio tenentium vitam, & mili-
tiam fuiſſe inuentam, & introductam in locum
ſucceſſionis, à qua ſecundo geniti excluduntur,
qui excluduntur eodem iure, & pacto in linea
collaterali, quo in linea deſcendenti, ergo debent
habere vitam, & militiam, in linea collaterali ſi-
cut

Digitized by Google

cut habent in linea deſcendenti. Nam alia fuit
ratio,& non iſta, ad quod fundandum præſup-
ponendum eſt.
58 Quòd vita,& militia non fuit cognita de iure
communi Romanorum non de iure Longobar-
dorum. Nequaquam de iore communi feudo-
rum, minimè de iure, & more francorum, ſed
tantum inuenta, & ordinata de iure particulari
Regni per d. conſt. Comitibus.
59 Non inquam de iure Romanorum, quia cer-
tum eſt eo tempore non fuiſſe cognita feuda, &
quò ad bona allodialia, & burgenſatica fuit in-
troducta legitima,de qua ſuperius diximus.
60 Non de iure Longobardorum, quia dicto iu-
re attento omnia feuda diuidebantur inter filios,
61 & ideo non opus erat vita, & militia. Neque
de inre communi feudorum, quia eo iure pari-
ter omnes filij ſuccedebant æquis portionibus
*d. §. & quia vidimus, de his, qui feud. dar.
poſſ.* & ideo hoc nomen, & effectus vitæ, ac mi-
litiæ incognitus.
62 Minime de iure Francorum, quia ius, & mos
Francorum non cognouit hanc vitam, & mili-
tiam,ſed tantum ius primogeniti, vocauitque
primo genitum ad vniuerſi feudi ſucceſſionem,
fœminis, aut ſecundo genitis pænitus excluſis,&
feudorum ſucceſſionem de primo genito in pri-
mo genitum ſtatuit, affero punctualem deciſio-
nem *Io. de Terra Rubea Iure Conſ. inter Fran
eigenas Illuſtris, qui fuit Regius Conſiliarius,
& floruit anno 1400. & teſtatur de hoc iure, &
more in ſuo docto, & eleganti tract. contra re-*
63 *belles articulo primo tract. primo, concluſ.* 20.
vbi dicit, quod in Francia ſolus primo genitus
ſuccedit, & alij filij non habent in illo Regno le-
gitimam portionem, quæ debetur iure naturæ,
nam illa locum habet in bonis patrimonialibus
parentum, in quibus omnes ſuccedunt diuiſibi-
liter, ſecus in Regno Franciæ, quod vni ſoli da-
tur cœteris pœnitus excluſis, hæc illæ cui cre-
dendum, cum de iure, & more patrio teſtetur,
& vt Conſiliarius Regius non ignorabat hunc
morem accedat teſtimonium *Ioannis Petri de
Ferrarijs, qui floruit eodem anno 1400. vt ipſe
teſtatur in initio ſuæ Pract. Pap. & tam anti-
quus doctor, qui de hoc iure, & more loquens in
tit. forma libelli* [illegible] *agitur ad renocationem
feudorum in verſiculo, ac nomine recti num. 13.
ī 12. diuiſ.* dicit, quod in Regno Franciæ ſuc-
cedit ſolus primo genitus, nec de ſecundo geni-
tis verbum quidem, quibus ſi eo iure, & more
aliquid debitum eſſet,vtiq; & loci vbi materiam
tangit dixiſſet,confirmat hoc *Gul. de Monteſer-*
64 *rato in loco ſupra citato in d. c. 2.* qui licet di-
cat quod ſecundo genitis datur, in Francia legi-
tima 1. appanagium per primo genitum, aduer-
tendum eſt, quod ipſe dicit, quod hoc eſt contra
mentem,& diſpoſitionem iuris,& moris Franco-
rum,qui ſecundo genitos non cognoſcebat, niſi
in ſubſidium, mortuo primo ſine liberis, & nihil
poterant conſequi,ſed ex æquitate *d. c. licet, &
de voto*, & pietate contra mentem, & diſpoſi-
tionem conſuetudinis ex gratia ſpeciali fuit in-
troductum appanagium ex regula, in quam *d. c.
licet, & c. cum haberet de eo, qui dux. in matr.
quam poll. per adult.* & ſic iſte doctor Franci-
gena teſtatur verè de iure Francorum, quod in-
troduxit primo genituram fuiſſe incognitam
vitam, & militiam, de qua agimus, ſed poſtea ex
gratia ſpeciali introductum illud appanagium
65 ſicut vniuerſa ſucceſſio vocatur anagium, ſeu
appanagium primo geniti,vt per *Fabrum in §.
caterum inſtit. de legit. Agnat ſucceſſ. & con-
firmat Boer. in conſuet. Biturig. in tit. de teſtam.
vltim. volunt. §. 2. col. 2.* dicens primo geni-
tum ſolum maſculum inter nobiles in Francia
conſequi ſignoriam, vt eius verba referam, ſeu
dominium patris ſui, vna cum galli gallinacei,
ſeu caponis volatu, quem volatum declarat *Le-
cirier de primo genitura lib. 2. q. 4. & vocari
anagium primo geniti, idem Roer. in tract. de*
66 *cuſt. clau. num. 67. licet Tiraquell. ex Francis
accuratiſſ. doctor. teſtetur ſibi incognitum hoc
appanagium, in tract. de iure primogen. q. 5.
accedit verò Rebuff. in ſua Arb. feud. in* 11.
diuis concludens hoc appanagium ſecundo ge-
nitis dari ex æquitate d. c. licet, & idem
*Io. Lecirier in tract. de primo genitura lib. 1.
quæſt. 11. concluſ 3. num. 19. & Laud. in eod.
tract. quæſt.* 12. ergo non de ipſius iuris,& con-
67 ſuetudinis diſpoſitione, quæ introduxit primo
genituram, igitur de iure Francorum non erat
cognita vita,& militia,& licet *Andr. & Caram.
in d. conſt. Comitibus* dicant quod mos, & ius
Francorum prætulit primo genitum, grauando
eum, vt det minori nato vitam, & militiam, fuit
dictum, quod in hoc cùm ſit quid facti, & mo-
ris, ac conſuetudinis in alieno Regno facile no-
ſtrates poterant decipi, & credendum eſt Fran-
cigenis, qui de hoc more teſtificantur in eorum
Regno. At eſto de iure Francorum eſſet inuen-
ta, non poterat eſſe cognita in hoc Regno, niſi
pro vt erat cognita, & in vſu in Francia, vnde
68 ſumpſerat originem, ſed in Francia non dabatur
in linea collaterali, vt teſtatur Guliel. ſupra re-
latus. Ergo eodem modo in hoc Regno non
poterat dari in linea collaterali, ſed in deſcen-
denti,& propiereà nullo iure poterat dari caſus,
quo vita, & militia præſtaretur in linea collate-
rali, item arguẽdo pariter à ſufficienti partium
69 numeratione, poſito citra veri præiudicium,
quod eſſet cognita de iure Francorum, aut eo iu-
re dabatur, aut non dabatur in linea collaterali,
ſi non dabatur, prout eſt veriſſimum, vt ſupra,
ergo neque in hoc Regno vtente eodem iure, &
more. Aut dabatur, & per ſuperuenientem con-
ſtitutionem Comitibus fuit limitata, quod non
detur niſi in linea aſcendenti, & fuit ſublata in
linea collaterali, cum ſpecificè de linea aſcendẽ-
ti ſtatuat ex dictis *Andr. quæ hic repetenda ſunt,
quia eſt puntualis deciſio in d. c. primo §. hoc
quoque in fine, de his, qui feud. dar. poſſ.*
quarè quocunqoe nos vertamus, vndique con-
ſtat vitam,& militiam in hoc Regno non deberi
in linea collaterali, ſed veritas eſt, quod in hoc
70 Regno vita, & militia numquam fuit cognita,
niſi à tempore Federici Imper. authoris d. conſt.
Comitibus,& hoc ſenſit,& tenet *Camer. in Rep.
d. c. Imperialem pag. mihi* 102. 3. *col. in princ.
lit. L.* quo loci dicit vitam, & militiam eſſe de-
bitam

bitam ſecundo genitis in hoc Regno virtute *d.*
conſt. Comitibus, & filiabus paragium virtute
conſtit. In aliquibus, quòd ſi fuiſſet cognita
prius, & illam introduxiſſet mos, & ius Franco-
rum, vtique non opus fuiſſet d. conſtitutione
particulari in hoc Regno, quæ lex particulari in-
dicat, quòd non dabatur.

71 Ratio autem, & cauſa finalis inuentionis, &
originis d. vitæ, & militiæ non eſt excluſio à ſuc-
ceſſione ſeudi, quaſi quod ſit loco portionis, à
qua ſecundo geniti excluduntur à primo, vt
multi ex noſtratibus exiſtimauerunt, & tenet
Petr. de Gregor. in locis ſupra citatis, ſed vera,
ac eſſentialis fuit ſeruitium militare. Nam exclu-
ſio à ſucceſſione, non potuit eſſe ratio, quia ex-
cluſio præſupponeret incluſionem priuatio .n.
præſupponit habitum, & vbi non datur incluſio,
non poteſt dari excluſio, ex regula parium, &
correlatiuorum, de qua per *Euerard. in ſua To-
pica loco à correlatiuis*, ſed ſecundo geniti, quo
ad feudorum ſucceſſionem non erant cogniti, &
non vocati, neque incluſi, niſi in ſubſidium defi-
ciente primo genito ſine liberis, vt ſupra conclu-
ſum eſt, ergo non poterat dici excluſi ſi eos mos,
& conſuetudo non vocabat, neque poteſt dici,
quod ipſis fiebat iniuria, & erat diabolica con-
72 ſuetudo, quæ ipſos excludebat iuxta traddita
per *Doct. in d. c. licet extra de voto*, nam iſtud
non procedit in feudalibus, ſi quidem feudum
eſt proprium Principis à publico introdu-
ctum teſte *Iſernia in c. primo §. valuaſſores
de his, qui feud. dar poſſ. & in præl. feud. in
4. quæſt. & Luc. de Penn. in l. 2. C. de fund.
patrim. lib. 11. & optimè declarat Camer. in
Repet. c. Imperialem in princ & pag. 102. 1.
col. in fine, & pag. 103. prima col. in princip.*
Et ideo poteſt Princeps res ſuas, & patrimonium
ſuum concedere, cui voluerit ea lege, vt primo
genitus ſuccedat, & alij nihil pœnitus conſe-
quantur, quia moderator eſt, & arbiter in re ſua
l. in re mandata C. mand. & hoc poteſt facere
quilibet priuatus cum rem ſuam donat appone-
re pactum, ac legem, quod ſolus primo genitus
in ea donatione ſuccedat, ſecundo genitis pœni-
tus excluſis eadem ratione, & ſecundo geniti nō
poſſūt conqueri, quia poteſt eis dici. Amice non
facio tibi iniuriam, vt abundè de materia in d.
*Auth. res quæ, & latè Tiraq. de iure primo
gen quæſt. 6.* & ſi quilibet priuatus poteſt hoc
facere, ergo à fortiori Princeps concedendo feu-
da, cum conceſſio manet ex ſua propria muni-
ficentia, non eſt dubium, quod poteſt vni totum
dare, & alijs nihil, & qui non ſunt vocati ad ſuc-
ceſſionem, nihil prætendere poſſunt, & quod
poteſt facere Princeps poteſt facere mos, & con-
73 ſuetudo, quam Princeps tolerando in Regno
ſuo cenſetur ipſe ſtatuere, cum ergo ſecundo
geniti in feudorum ſucceſſione (vt diximus præ-
ter voluntatem domini concedentis, & conſti-
tuentis, nihil prætendere poſſint, ſequitur, quod
ratio excluſionis à ſucceſſione feudi non fuerit
cauſa introducendi vitam, & militiam, quia in
feudis nullum ius poteſt dici quæſitum ſecundo
genitis, ita vt poſſit dici ipſos fuiſſe indebitè ex-
74 cluſos, ſed quia leges feudales, vt declarat *Ca-
mer. d. pag. 102.* non reſpexerunt priuatam vtili
tatē ſcilicet filiorū commoditates, vel æquitatē
aliquā, ſed publicā pp militiā, quā pro ſcopo
habebāt, vt in *c. 1. §. fin. in quib. cau. feud. amitt.
& eſt tex. in d. c. 1. §. ſed nec alia iuſtior, quæ
fuer. prima cau. benef. amit.* & quia attento iu-
re communi feudorum, ac iure Longobardorū,
omnes filij æqualiter prius ſuccedebant in feu-
dis, & conſequenter omnes tenebantur militare,
& ſeruire ex ſupradictis, quod ſeruitium abſtu-
lit ius Francorum deſerens ſucceſſionem vni tā-
tum, & huic primo genito, quo caſu alij filij, &
ſecundo geniti fratres non tenebantur ſeruire, &
75 militare, quia in feudis non ſuccedebant, & in-
tererat Principis ſeruitium non minui, & immi-
nente neceſſitate plures habere milites, & illos
neceſſarios, ac fideles ex neceſſitate prout im-
minebat tempore Federici Imper. ob varios Re-
gni tumultus, frequenteſque bellorum ſucceſſus,
quibus vndique premebatur, quorum cauſa ho-
ſtis, ac S. R. E. rebellis interijt, ideo ædidit in
hoc Regno prædictam conſt. Comitibus, per
quam viuentibus iure Francorum indixit, ſan-
xitque vt primo geniti ſuccedentes in feudis te-
nerentur ſecundogenitis præſtare hanc vitam, &
militiam, & ipſi ſecundo geniti hac de cauſa te-
nerentur militare, & ſeruire, vt explicant in dicta
76 *Conſt. Caram. Andr. ac alij*, & vocatur vita,
& militia l. vita à vita, & alimentis, & militia à
militando, vt explicat *Pern. in d. conſ. 11. in fi-
ne, & Camer in d. pag. 101. colum. 4. in princ,
& col. 3* vbi dicit, quod hanc non habent à Iu-
re ciuili, vel naturali, ſed à ſola munificentia Prin-
cipis concedentis eis portionem iſtam, quam
ideo dat, vt ipſi faciant l. vt militent, & ideo ſer-
uitium militare fuit cauſa, & ratio finalis, ac in
trinſeca introducendi vitam, & militiam benè
77 fateor, quod excluſio à ſucceſſione, ſeu non vo-
catio ad feudorum ſucceſſionem fuit cauſa im-
pulſiua, quia non cogebantur ſeruire, quia non
ſuccedebant, nec participabant in feudis, ſed in-
digentia, ac neceſſitas ſeruitij, ob quod fuerunt
feuda inuenta fuit cauſa finalis, & pro hac pon-
78 deretur *Rubr. d. conſt. quæ dictat de Adiutorijs
pro militia fratris*, ergo ſcopus, & finis fuit mi-
litia ponderentur verba conſt. ibi concedimus
facultatem pro militia fratris, &c. & Paulo poſt
79 tamen pro faciendo fratre milite, &c. Ex quibus
patet non ob aliud emanaſſe prædictam conſtit.
quam vt omnes militare tenerentur, & ſecundo
geniti participarent de fructibus feudi portio-
nem, quam vitam, & militiam nuncuparunt pru-
dentes Regni.

Et hæc ratio, & ſi generalis non potuit, nec
poteſt comprehendere, nec extendi ad caſum
80 ſucceſſionis lineæ collateralis. Nam eo tempore
in hoc Regno nō dabatur ſucceſſio in linea col-
laterali teſte Loffredo, quem ſupra citauimus,
quia ideo fuit opus noua lege reſtaurare ſucceſ-
ſionem in linea collaterali, quam ædidit Rex Ca-
rolus ſecundus longè poſt Imperatorem Feder
cum, vt in *d. cap. conſiderantes*, vbi idem Rex
Carolus teſtatur in deſuetudinem abijſſe in hoc
Regno lineæ tranſuerſalis, ſucceſſionem ergo ſi
non erat dare ſucceſſionem feudorum in linea

O colla-

collaterali, minùs, & vitam, & militiam, quia non
potuit conſtitutio prædicta cogitare caſum ſuc-
ceſſionis lineæ eo tempore incognitæ, & abolitæ:
81 Nec dicatur, quod linea collateralis eo tempore
erat cognita per *conſt. vt de ſucceſſionibus verſ.*
filij autem fratruum, vt communiter noſtrates
tenent, quæ conſtitutio fuit condita ab eodem
Imperatore Federico, ſi quidem conſt. vt de ſuc-
ceſſionibus, fuit promulgata poſt *Conſt. Comiti-*
bus, quod patet ex ordinatione literæ, quia con-
ſtit. Comitibus eſt ſituata in lib. conſtit. Regni
longè ante conſtitut. vt de ſucceſſionibus, ergo
Conſtit. Comitibus fuit promulgata antequam
per Conſtit. vt de ſucceſſionibus reſuſcitaretur
ſucceſſio in linea collaterali, ex traditis per *Eue-*
rard. in ſua cent. loco ab ordine Rub. & latius
per Feliu. in cap. cum dilecta extra de reſcript.
82 ſed quatenus eodem tempore, vtraque conſti-
tutio promulgata ab eodem Principe, quod non
præſumitur, & experientia ipſa docet Principes,
& Proreges ex tractu temporis diuerſas promul-
gare ſanctiones leges, & Pragmaticas vnam poſt
aliam, nihilominus à fortiori conſtitutione præ-
dicta Comitibus non poteſt comprehendere ca-
ſum lineæ collateralis, tanquam ab eodem Prin-
cipe cognitum, & reſuſcitatū, & Cõſulto Onuſ-
ſum, cum in linea deſcendenti tantum deberi vi-
tam, & militiam fuerit.

Luce igitur meridiana clarius apparet, quæ nã
fuerit ratio, mens, ac cauſa finalis introducendi
vitam, & militiam, vt non ab re *doctiſſ. Camer.*
83 quem in feudorum explicatione poſt Iſerniam
Principem locum obtinere in hoc Regno nemo
dubitat, & merito, quia ſenſum, ac vim materiæ
feudalis ita explicat, vt procul dubio omnes dif-
84 ficultates expellat animiſque omnium inſideant
eius rationes: teneat, vitam, & militiam eſſe feu-
dum de per ſe, licèt enim *Afflict. in deciſ.* 138.
& deciſ. 43. dixerit eſſe partem feudi, quam o-
pinionem probauit *Paris de Puteo de finib. feu-*
di in lo eo ſupra citato, tamen dicit ipſe non eſſe
partem feudi *pag.* 13. *litera C. & ſeq. ſed in d.*
pag. 112. eſſe feudum, quia non poteſt negari,
quod non ſit onus feudi, & quod non ſit debita
filijs ſecundo genitis per dictam conſtitutionem
Comitibus tanquam onus feudi, vt per eundem
Andr. in d. c. 1. *§. quid ergo de inueſt. de re-*
ali. facta habet namque ſecundo genitus vnde
militare poſſit, pro quo feuda ipſa adinuenta fue-
runt, & datur vita, & militia, non minus filio, quã
filio feudatario eo, quo militare compellitur,
quare ſicut in perſona primo geniti vera natura
feudi conſiſtit propter qualitates expreſſas in *c.*
primo §. fin. in quibus cauſ. feud. amit. eodem
modo quodam aliud feudum, quo vitæ, & mili-
tiæ vocatur in perſona ſecundo geniti conſide-
ratur propter præſtationem illam annuam, quæ
ab illo feudo eidem conceditur, ob quam milita-
re compellitur, & propterea nomen feudi mere-
tur, & hæc opinio non diſplicuit Sacro Conſilio,
quia vt idẽ reſpõdendo obiectionibus, inquit ſol-
data eiuſmodi naturæ eſt, & eſt feudum vt in
c. primo de feud. guard. quia vtriuſque morte
illud finitur, ſicut vita, & militia morte ſecundo
geniti. Fuit etiam conſideratum, quod reperitur
in iure feudali feudum non habens propriam
feudi naturam, & tamen feudum eſt, & iure feu-
di cenſetur, vt in *c. primo de feudo non habente*
85 *propriam feudi naturam*, non mirum ſi vita
militia ſit feudum impropriè, & iure feudi cen-
ſeatur ſicut etiam feudum cancuæ, quod etiam
perſonaliſſimum, ſeu conditionatum opponitur,
quia cum perſona extinguitur, & tamen feudum
eſt, vt per *Rebuff. in ſua Arb. feud. in* 7. *diuiſ.*
ante omnes Pet. Iacob. in ſua pract. in tit. de
cauſ. ex quibus feudum deb. amitt. propter, vbi
etiam dicit eſſe feudum ius boſciandi, ſeu ligna
accipiendi de nemore, & ius piſchariandi, vel ſi
quid annuum, vel diurnum concedatur, & *Io.*
Thomas de Marinis de Gener. feud. tit. de
feudo imperſonali num. 4. 5. *&* 6. *& tit. de feu-*
do Cameræ, & feudo Caſtaldiæ.

Nec huic opinioni obijci poterit, quod ſecun-
do geniti non iurant fidelitatem, & alia de qui-
bus in tit. de forma fidelit. *& de noua forma fi-*
del. & non ſoluunt adoham, vt per *Afflict. deciſ.*
252. & datur clericis, qui non poſſunt feuda
poſſidere, vt per *Capic. in d. deciſ.* 211. Nam,
quò ad primum fidelitas non iuratur qãdu feu-
dum eſt exiguum, ſiuè modicum reſpectu dan-
tis, & accipientis, quia non eſt veriſimile domi-
norum, vel vaſſallorum cogitaſſe de iuramento fide-
litatis, vt tenet pater omnium feudiſtarum *Ar-*
dizo. in ſumma, & tit. qualiter iur. deb. Vaß.
Fidel. in 3. *col. Paris de feud. in c. incip. pone,*
quod Rex. num. 9. *fol.* 144. *Aff. in prælud. nu.*
42. & eſto non iurent ſecundo geniti, nihilomi-
nus in eſt fidelitas, quæ non poteſt euelli ab ipſo
feudo, & ideo in eo, quod ad ſeru. ipſum atti-
87 net tenentur ſeruare fidelitatem, quia ineſt ſerui-
tio, vt explicat *Camerar. in initio ſuæ repet. col.*
2. aliàs ſi non præſtauerit fidele ſeruitium, poſſet
priuari vita, & militia, quam cum obtineant, vt
ſupra diximus, & Principis munificentia ex fru-
ctibus feudi paterni, vt ſeruiant, propter ingrati-
tudinem, & alia ob quæ cæteri feudatarij feudo
priuari poſſunt, etiam ipſi procul dubio priuari
poſſint ipſa vita, & militia, & hoc annuit *Iſern.*
in Commento d. conſtit. Comitibus in princ. vbi
duo dicit. Primum, quod ſecundogeniti perdũt
vitam, & militiam propter ingratitudinem, &
hoc reſpicit perſonam domini. Secundum;
quod ex omni cauſa, ex qua poſſunt exhæreda-
ri poſſunt priuari, & hoc reſpicit perſonam pa-
tris à quo feudum peruenit.
88 Quoad adoham, reſpondet *Afflict. in dicta*
deciſ. 252. quod illa ſoluitur à primogenito tan-
tum, quia tendit ad perpetuam feudi vtilita-
tem, vt ibi per eum, licet alias periti Regni du-
bitauerint, an ſecundogeniti tenerentur contri-
buere, & aliqui tenuerint eos obnoxios eſſe, *vt*
per Gellum in ſuo tract. de adoha num. 91. 92.
& 93. quod indicat vitam, & militiam habitam
fuiſſe pro feudo, ſed ſolutio adohæ ratione, de
qua ſupra, non facit illam detinere eſſe feudum,
tanto magis, quia cum vita, & militia participet
de legitima, alimentiſque vtique ſine onere
illa præſtanda ſunt ſic, & ipſa vita, & militia,
onus autem poſſeſſorem feudi ſequatur, & quod
89 detur clerico, idem dicitur, quia cum ſit feu-
dum

Digitized by Google

dum in proprium, vt ſupra, non inconuenit, quod
detur clerico, eo magis, quia neceſſitate immi-
nente poſſet ſeruire per ſubſtitutum, *vt per Ba-
rid. de finibus feudi in loco ſupra citato pag. 177.
num. 16.*
Et ſi eſt feudum ſecundum quid, vel condi-
tionatum, aut perſonale, vel improprium, procul
90 dubio nõ eſt illud dare in linea collaterali, quia
materia ſtricta, non protrahenda vltra limites
ſuos, vt eſt abſolutiſſimum, & in ipſorum con-
ſtitutione ſeruatur rigor reſpectu interesse vo-
luntatis domini conſtituentis, *ex vulgata regul.
l. fin. de vſu, & habit.* & non procedit argu-
mentum à ſimili, nec à maioritate rationis, vt
per *Iſern. in dicto cap. Imperialem, & in pri-
ma addit. & ibi Camer. & Frecc. lib. 2. quæſt.
9.* & ideo conſtitut. Comitibus, conſtituendo, ac
inſtituendo vitam militiã expreſſè in linea aſcen-
denti illa, vt feudum non porrigitur ad lineam
collateralem, de qua conſtituens non dixit. Nam
eſſet facere feudum, vbi Princeps non vult, quia
non conſtituit.
His omnibus maturè, & accuratè diſcuſſis, ex
quibus rationes pro opinione affirmatiua addu-
ctæ, facilè diluuntur Sacrum Conſilium cen-
91 fuit opinionem negatiuam eſſe veriorem, & di-
ſcuſſis omnibus articulis, tenuit vitam, & militiã
de more, & iure Francorum verè, non fuiſſe co-
gnitam, vel non cognitam, & in hoc Regno per
dicta conſtitut. Comitibus, ſed ex æquitate poſt
modum repugnante iure, ac conſuetudine in-
ductiua primogenituræ fuiſſe introductum illud
appanagium pro ſecundogenitis, de quo in dicto
cap. licet, at in hoc Regno fuiſſe introductam
per d. conſtit. Comitibus, & differre ab appa-
nagio prædicto natiuitate, actione, & fine, ſeu
cauſa, & ideo cenſuimus finem, ac cauſam fuiſſe
ſeruitium militare, & propterea iure actionis cõ-
petere, & ex neceſſitate, & appanagium illud,
non niſi officio Iudicis, ex æquitate canonum, &
non vt militent, ſed tantum, vt alantur ſecundo
94 geniti, item cenſuimus d. conſtitut. Comitibus
non incidenter, vt multi exiſtimauerunt de hac
vita, & militia loqui tamquam de caſu iam pro-
uiſo, & frequenti, ſed principaliter, & præciſè
ad id emanaſſe tamquam de caſu nouo, & non
prouiſo ponderando verba dictæ conſtitut. ibi,
tamen pro faciendo fratre milite, non minus, quã
pro ſororibus maritandis occaſione eorum, quæ
à communi patre fratre maiore dignoſcitur ha-
bere ex debito, teneatur ergo antea, & per prius
non tenebatur ex debito, idem ibi rediens tamen
quolibet tempore militiam ſibi debitam, abſque
alicuius repulſæ timore de bonis fratris à fratre
maiore petere poterit, & habere, & ideo conſti-
tutio emanauit principaliter, ac præciſè ad obli-
gandum primogenitum ad præſtationem huius
vitæ, & militiæ, & ad dotandas ſorores de para-
gio, & non fuit dubitatum, cum loquatur conſti-
tutio clarè in linea deſcendenti, quod non poſſit
95 extendi ad collaterales, nec alios caſus com-
prehendat, & de deciſione Capic. nulla fuit ha-
bita ratio, quia contra caſum expreſſum legis, &
d. conſtit. & contra caſum expreſſum reſcripti
Imperatoris, qui remiſit Sacro Conſilio deciſio-
nem faciendam, dummodo non fiat extenſio vl-
tra caſus in dicta conſtit. expreſſos, *vt idem
Minad. teſtatur in d. repet. rubr. in aliquibus.*
qui fuit Aduocatus in illa cauſa, & dicit, quod
oportuit ipſum oſtendere fuiſſe caſum compre-
henſum in dicta conſtitut. quod eſt impoſſibile
ex ſupradictis, & tandem dicit, quod ex æquita-
te, & pietate Sacrum Conſilium dedit vitam, &
militiam fratri ſecundogenito in illo caſu, quia
ſecundogenitus nihil pænitus retulerat ex bonis,
& ſucceſſione Comitis Aliani auunculi, & cre-
dendum eſt Sacrum Conſilium ex æquitate po-
tius (ſi potuit) id iudicaſſe. Nam omiſit Capic.
ſcribere rationes, quibus Sacrum Conſilium ita
iudicauerit, ſed nudam tantum deciſionem ſcri-
bit; quia vt credendum eſt non poterat illa de-
ciſio rationibus ſubſtineri, refragante, ac repu-
97 gnante reſcripto Imperatoris, & eiuſdem conſt.
diſpoſitione. Quare die 29 Nouembris 1592.
referente docto Conſiliario, vndique benemeri-
to Horatio Marcheſio, fuit abſolutus Marchio
ab impetitione fratris ſecundogeniti. Apud A-
ctuarium Carbonum, &c.

A D D I T I O.

Non indiget ſummario.

Circa præſentem deciſionem tam abbun-
dantem, ex qua verè reſolutiones, &
quaſi omnia circa vitam militiam demõ-
ſtrantur, ita & taliter, quod fruſtraneum
eſt recedere ab additionatoris officio, *adde fa-
moſam allegat. D. Scipionis Theodori 20.* emi-
nentis doctrina viri, & ingenij, & vide alia circa
vitam militiam *per Gizzbum deciſ. 24. per totam
Petr. Gregor. tract. de vita militia, & Camil-
lum Borrell. tit. de vita militia 40. prima par-
te fol. 151. & D. meum Fuluium Lanarium in
conſilio ſuo ad pennam obſeruatum incip. ad-
uerſo Iacobum &c. nuper in lucem dando.*

Baldaxar de Angelis.

A R G V M E N T V M.

An quis pro atrio Eccleſiæ conficiendo
cogatur vendere ſicut pro amplia-
tione, vel conſtructione eiuſ-
dem tenetur.

S V M M A R I V M.

1 *PRo conſtructione, vel ampliatione Eccle-
ſiæ, quis cogitur ad vendendum.*
2 *Etiam ad ampliationem ſcholarum, & ſtu-
diorum.*

3 *Etiam pro vijs publicis extruendis.*
4 *Tam pro Eccleſia ædificata, quam ædificanda.*
5 *Quid in clauſtro.*
6 *Maior fauor in Eccleſijs conſtruendis, quam conſtructis.*
7 *An idem pro atrio conſtruendo ante fores Eccleſiæ. quod ſic.*
8 *Atrium eſt pars Eccleſiæ.*
9 *Et dicitur ſanctum.*
10 *Eccleſia maior habeat per circuitum 40. paſſus minor 30.*
11 *Qui commiſit homicidium in atrio punitur pro immunitate Eccleſiæ violatæ.*
12 *Atrienſce, qui contra Accurſium, ex Alciat.*
13 *In atrio ſportulas, & alimenta ſolitum diſtribui.*
14 *Atrium quid ex feſto.*
15 *Commodum Eccleſiæ cum beneficio publico nedum conferendum, ſed præferendum.*
16 *Eccleſiæ appellatione venit clauſtrum, dormitorium, & alia.*
17 *Atrium & ſepta Eccleſiæ gaudent eodem beneficio quo Eccleſia.*
18 *Eccleſia rogat vicinum ad vendendum, ne altius tollat, ne luminibus Eccleſiæ officiatur.*
19 *Deciſ. Sacr. Conſil.*

DECISIO XXXVII.

REceptiſſima eſt opinio
abſque vlla contro-
1 uerſia. Pro conſtruen-
da, vel amplianda Ec-
cleſia poſſe compelli
vicinum ad venden-
dum domus ſuas, vel
locum Eccleſiæ co-
hærentem, ſumpta ex
deciſione, & ratione
tex. in l. ſi quis ſepul-
chrum, ff. de relig. ſumpt. fun. & ex mente tex.
in l. decernimus, C. de Epiſc. & Cler. quem ad
id ponderat ibi Gul. de Cun. & tex. in l.2. ff de
his qui ſunt ſui, vel alien. iur. vbi ſæuitiam, &
alia de quibus ibi cogitur dominus vendere ſer-
uum ſuum, *ex tex. in l. ſi ſolus in fin. ff. quem-*
admodum ſeruit. amitt. vbi vicinus compellitur
præſtare viam publicam fluminis impetu, vel
alias amiſſam, & hoc iure vtimur hodie in Re-
2 gno, quia pro vijs publicis per totum Regnum
conſtruendis, ac erigendis agri, & loca vicinorũ,
iuſto pretio ſoluto capiuntur, alia iura ad idem
allegat *Fabian. de Monte in tract. de empt. &*
vendit. in 3. quæſt. principali num. 18. poſt Al-
ber. in l. nec emere num. primo, C. de iure delib.
& alios ibi, & hanc opinionem tenuit, & pro-
bauit Gul. in dicta l. decernimus, extendens
3 etiam ad ampliationem ſcholarum, & ſtudiorũ
propter publicam vtilitatem, quem ſequuti ſunt
Flor. in d. l. ſi quis ſepulchrum, & in l. 2. §. lo-
cus, ff. eodem, Bald. in l. 1. ff. ſolut. matrim.
loquens in locationem domorum num. 19. & ibi
etiam Ang. frater per eadem verba num. 12.
Veron. in tract. de ſeruit. vrb. præd. in vlt. rubr.
4 *de ſepulchro num. 5.* dice··s. prædictam opinio-
5 nem procedere, ſiue pro Eccleſia ædificata, ſiue
ædificanda, & ampliat etiam pro clauſtro, & do-
mibus de nouo faciendis, aut alijs neceſſarijs
agendis pro Monaſterio virorum, & monialium,
5 quia viget eadem ratio, dicens, eſſe ſingulare, &
perpetuo menti tenendum, & quod ita obtinuit
in Ciuitate Veronæ, & extendit etiam pro ſcho-
larum ampliatione, *Iaſ. in l. 2. num. 4 ff. ſolut.*
matrim. & ante ipſum Brix. in ſuo repert. in
ver. Eccleſia in penult. col. verſ. pro amplian-
da, vbi allegat doctr. Gul. vt ſupra, & dicit
eſſe benè notandum, quia alias ſæpe quæſiuit de
doctrina iuris, & tamen nullus ſciuit allegare, &
concludit, quod Comites tenentur dare locum
Religioſis, *Anan. in cap. Apoſtolicæ num. 2.*
6 *extra de donat.* dicit, quod magis iura fauent
Eccleſijs conſtruendis, quam conſtructis, quia
per conſtruendas augetur magis Religio, *optimè*
Afin in dicta l. ſi quis ſepulcrum, Barboſa in
dicta l. prima ſolut. matrim. in 7. parte nu. 50.
verſ. vnde infertur, Afflict. in prælud. conſtit.
Regni in 3. quæſt. num 10. verſ. ſecundo fallit,
& num. 11. vbi allegat ad idem Abb. in cap.
bone, lo primo, de poſtul. Prælat. & in cap. de
rer. permut. & alios, & quod ita practicatum,
& obſeruatum, & ita teſtatur deciſum Gram.
deciſ. 75. Dom. de Franchis in dicta deciſ. 223.
num. 4. alios ad idem congerit Fereon. in con-
ſuetud. Burdegalenſ. in tit. de feud. & iure
emphit. §. 10. pag mihi 269.
Sed hæſitari contingit Sacro Conſilio. Num
pro atrio conficiendo ante fores Eccleſiæ com-
petat idem priuilegium, & poſſit compelli vici-
7 nus vendere domos ſuas. Sacrum Conſilium
cenſuit competere idem priuilegium compel-
lendi vicinos ad vendendũ eius domos pro atrio
8 Eccleſiæ, neceſſaria potius, quam voluntaria, vt
habetur 3. *Regum cap. 6.* quo loci Salomon ædi-
ficans Templũ Domino, dicitur ædificauit atriũ
interius tribus ordinibus, *& in cap. 8. in fine,*
dicitur, *In die illa ſanctificauit Rex medÿci*
atrÿ quod erat ante Domum Domini, & cap. 9.
Deus ſanctificauit Templum prædictum à Salo-
mone erectum, ergo ſine atrio non eſt Templum
9 perfectum. Atrium ſiquidem ſanctum eſt, *teſte*
Propheta Pſalm. 95. Tollite Hoſtias, & introi-
te in atria eius, adorate Dominum in Atrio
ſancto eius, ſi in atrio adorare licet, ergo pars
Templi, & appellantur Sacra, atria ſacra ſunt
etenim, *vt in cap. id conſtituimus 17. quæſt. 4.*
ibi, & ab Eccleſiæ atrÿs, & non eſt dubium
illud materiale fuiſſe ædificatum, & conſtructũ,
vt ex eo cætera templa, in quibus nomen Dei
colitur conſtrui debeant: nam eſt illud templum
templorum, & exemplar, tam temporalium, quã
cæleſtium templorum.
Idem probatur *Exodi cap. 26. 27. 30 & 40.*
præce-

præcepit Dominus Moyſi, vt conſtrueret Tabernaculum, dicitur in dicto cap. 27. Facies, & atrium Tabernaculi, &c. vnde ex ore, & præcepto Dei Tabernaculum eſt pars templi neceſſaria.

Probat itidem tex. in cap. ſicut antiquitus, cap. ſeq. & cap. ſi quis contumax 17. quæſt. 4. ſiquidem in cap. ſicut antiquitus ſtatuitur, vt maiores Eccleſiæ habeant per circuitum quatraginta paſſus, Cappellæ verò, vel minores Eccleſiæ triginta ergò quælibet Eccleſia debet habere
11 ſuum atrium, ſubdit text. in cap. ſeq. immediatè, & declarat ſi quis in atrio Eccleſiæ pugnam, aut homicidium facit pro violata immunitate puniatur, vt ibi, & in cap. ſi quis contumax dicitur, quod ſi quis de atrio Eccleſiæ, vel porticibus ſeruum proprium, qui confugit exemerit mulctetur, vt ibi, & facit etiam text. in c. nulla 19. quæſt. prima, vbi dicitur nulla ædificia in atrio Eccleſiæ ponantur, niſi tantum Clericorum ex quibus patet, quod atrium deſeruit Eccleſiæ, & pars illius eſt alia iura, ſed non probant excepto textu Apocalipſi cap. 11. Allegat Alber. in ſuo dictionario in ver. atrium, ſed alia ratione prædicta nõ poſſunt refricari in dubium, quia atrium etiam deſeruit ædificijs priuatis, & particulari quadam cura, & actio cuſtodiendo ſerui particulares præficerentur, vt docet Vulp. in
12 l. inſtrumenta, ff. de fund. inſtructo in fine, ibi veluti atrienſes ſcoparum, & in l. in lege 203. § & magis placet, Alphenus Varus illos atrienſes vocata, ff. de verb. ſignific. & idem Vulp. in l. ſed in princ. verſ. mancipiorum, ibi, vel de ſimphonia atrienſem, ff. de vſuf. meminit Alexand. ab Alexand. lib. 4 dierum gen. cap. 25. vbi declarat, qui ſint Topiarij, Focarij, Audiaſtini, Arcarum, Horeitæ, & Capſarij, Suctalarij, & Apolides, & ibi Tiraquell. in ſuis annot. & licet Accurſius in dicta l. inſtrumenta in l. prima, §. Caupones, ff. naut. caup. ſtab. declarat atrienſes, ſeu atriarios eſſe, qui purgant, vel cuſtodiunt atrium, vel qui vocant, & trahunt homines ad hoſpitandum, tamen Alc. latinæ linguæ cultor, & verborum ſeruator, alio pacto declarat in dicta l. in lege de verb. ſignific. dicens atrienſes ſummæ authoritatis eſſe, quod domini negotia agerent, res venales diſtraherent, debita exigerent, & in alios ſeruos imperarent, vt ex Aſinaria Plauti cognoſci poteſt, & cæteris
13 ſeruis alimenta diuidere ſoliti, inde ab Atrio nomen ſumpſiſſe, conſtat enim in atrio ſportulas cibariave diſtribui, quem ſequitur Prateius in ſuo lexicon iuris in ver. atriarios, & in ver. ſeq.
14 atrienſem dictum putat, quod atrium tuentur, & ex feſto, atrium eſſe dicit genus ædificij ante ædes, continens mediam aream in qua collecta ex omni tecto pluuia deſcendit, vt ibi per eum, quare ſi ædificia priuata ex his, ſine atrio ſtare non poterant à fortiori ædificia publica, & maxime Templa Deo ſacrata, ergò ædificia vicinorum debent deſeruire pro conficiendo atrio, quemadmodum pro conſtruenda Eccleſia, etiam quia atrium, ampliatio, & magnificentia Eccleſiæ eſt, & Doctores omnes ſupra relati non diſcrepant ab hac opinione, quod tam pro conſtruenda, quam pro amplianda Eccleſia vicinus cogitur vendere domum, & locum ſuum, & ideo dixit Veronenſis, vbi ſupra, prædictam opinionem vendicare ſibi locum pro clauſtro domibus, aut alijs neceſſarijs agendis pro Monaſterio virorum aut monialium, quam opinionem argumento à fortiori comprobat Aſin. vbi ſupra, dicens, quod ſi vbi aliquod publicum ædificium conſtruendũ eſt, licitum eſt capere ædificia vicina priuatorum l. præſcriptio, & l. omnes, vbi not. C. de operib. publ. à fortiori, vbi conſtruendum eſt aliquod templum, vel templum aliquam commoditatem
15 deſiderat, & exigit, quia commodum, & fauor Eccleſiæ, non ſolum cum Reipublicæ commodo conferendum, ſed præferendum, l. Reſpubl. & ibi glo. C. ex quib. cauſ. mai. l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. §. ſin minus, Auth. de non alie. vt latius ibi per eum num. 5. & ſeqq. Le dixit Brix. in d. ſuo report. in d. ver. Eccleſia
16 col. 11. verſ. appellatione Eccleſiæ, quod Eccleſiæ appellatione venit circuitus quatraginta paſſuum, iuxta Eccleſiam, & domus Eccleſiæ contiguæ clauſtrum, & dormitorium, & alia ad vſum Clericorum deputata, cap. 3. 12. quæſt. prima, cap quis quis inuentus, & dicto cap. ſi quis contumax 17. propterea, & idem Roman. in conſ. 181. vbi dicit, quod ſi cui concedatur gratia, ſeu beneficium in certa Eccleſia, poteſt acceptare in Cimiterio, & ambitu Eccleſiæ, quia venit Eccleſiæ appellatione, & Lapus dixit in
17 allegat. 12. quod atrium, & habitatio Eccleſiæ, & ſepta, ſeu circuitus ſunt communes Prælato, & Canonicis, & proinde gaudent eodem priuilegio, quo gaudet ipſa Eccleſia, inde infert non venire hæc in generali mandato ad locandum facto per Prælatum, ſicut non venit Eccleſia, quę opinio licet Roman. in ſingul. 40. incip. an habens viſa ſit aliquantulũ dubia, tamen Alex. viſa fuit vera. in addit. ad Bart. in l. ſolutum, §. fin. ff. de pignor. act. ſic & Calcaneo in conſ. 125. num. 21. & Carocio, qui alios citat in tract. de locato, in tit. de locat. per procurat. quæſt. 2. num. 35. par. 2. Et ſi vera eſt opinio, quam ego
18 veriſſimam puto, quod poteſt Eccleſia cogere vicinum ad vendendum, ſeruitutem altius non tollendi, ne luminibus Eccleſiæ officiatur, vt tenet Anton. Gomez, in l. 46. Tauri num. 9. argum. tex. dicta l. ſepulchrum, quem ſingularem appellat Alber. & Padil. in l. latius num. 19. C. de ſeruit. & Dominus de Franchis in relata deciſione 223. num. 4. pari, & fortiori ratione poterit Eccleſia compellere vicinos ad vendendum domos pro atrio conficiendo, quod nedum eſt ornamentum, ſed lumen ipſius Eccleſiæ, vt patet lippis, & tonſoribus, & affert omnibus Chriſti fidelibus, & deuotis maximam commoditatem, maximè ijs, qui in curru, vel equeſtres accedunt. & vera eſt regula ſimpliciter, quod vbi verſatur vtilitas publica, cogitur quis vendere rem ſuam de iure communi, vt probat Ant. rub. Alex. in conſ. 92. num. 2. Igitur cum ſum-
29 ptuoſum, & magnificum templum conſtruxerint, & adhuc perficiant Patres Congregationis Oratorij de Vrbe in hac Ciuitate omnium pientiſſima, & deuotiſſima, ad quod frequentiſſima

O 3 homi-

Digitized by Google

hominum, & mulierum copia in dies accedit, allecta ex. mplo, doctrina, & frequenti etiam Patruum prędictorum prędicatione ipſis inſtantibus Sacrum Conſilium condemnauit Lauram dello Duce matrem, & tutricem filiorum quondam Detij Caraccioli ad vendendum quaſdam domos cum furno, apud Actuarium de Ferrarijs die 10. Menſis Februarij 1601. pro atrio conſtruendo, quod iam conſtructum eſt ad honorem Dei omnipotentis, & Beatiſſimę Virginis Mariæ Miſericordiarum Matris, &c.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus tenetur vendere domum pro cōſtructione, & ampliatione atrij Eccleſiæ cum declaratione num. 4. & num 11. quid pro ampliatione capellæ, & hoſpitij religioſorum.*

2 *Et pro viridario.*

3 *Et pro dormitorio.*

5 *Vicinus an teneatur tradere multo antequam dormitorium initietur.*

6 *Domus magnatum antiqua in familia an debet tradi Eccleſiæ pro ampliatione, & nu. 7. & quid ſi domus fuerit ſubiecta fideicomiſſo.*

8 *Eccleſia an poſſit cogere vicinum ad locandam ſuam domum.*

9 *Vicinus an poſſit cogi ad tradendam domum pro conſtructione carcerum.*

10 *Eccleſia an poſſit cogi ad tradendam partem pro ampliatione alterius Eccleſiæ.*

12 *Eccleſiæ poſſunt cogere vicinos ad extollendū parietem cum ratione.*

13 *Vicinus vt poſſit cogi ad vendendum requiſita innuntiatur.*

1 QVod vicinus teneatur vendere domum pro cōſtructione, & ampliatione atrij Eccleſiæ, ſicuti pro ipſa Eccleſia firmatur, *ex Marc. Anton. Macerat. lib. 1. reſolut. 112. cap. 29.* ibi, pro omni eo, quod connexum eſſet Eccleſiæ, *Nouar. quæſt. forenſ. 32. num. 2.* vbi hunc locum allegat, &
2 ampliat etiam pro Monaſterij viridario, & viridarij ampliatione, *ex Coſta de remed. ſubſid. remed. 76. num. 9 Ricc. deciſ. 138. num. 2. par. prima & facit Giurba deciſ. Siciliæ 86. num. 8.* prout
3 pro dormitorio extendendo, *Soccin. regul. 435. fall. 8. Scot. conſ. 3. num. 17. Gram. deciſ. 75. de Ponte de poteſtat. proregis tit. 2. §. 4. n. 18.* & pro clauſtro, & ſcholis ædificandis, *Marc. deciſ. 534. num. 7. par. prima, de Ponte dicto loco nu. 18. Molin. diſput. 341. num. 7. & Giurba dicto*
4 *loco*, recepta declaratione ſi pro ſe petat, non vt alijs complaceat, *Franch. deciſ. 223. num. 7.* & penes ipſum Giurbam quidquid ſit in cappella, & oratorio an pro eis cogatur vēdere vicinus, *de Franch. deciſ. 223. num. 7.* & pro erigendo ſeminario, *ipſe Nouarius quæſt. forenſ. 3. per totam*, & ibi, an venditor teneatur tradere multo
5 ante quam ipſum ſeminarium initietur, *& in*
6 *allegat. quæſt. 32.* quid in domo magnatum antiqua in familia ſi poſſit capi ab Eccleſia pro eius ampliatione, & conſtructione, iuxta *deciſ.*
7 *noſtre D. Authoris, & in quæſt. 55.* latiſſime obſeruat, quid ſi domus eſſet ſubiecta fideicommiſſo, an Eccleſia poſſit cogere poſſeſſorem ipſius ad illam vendendam, maxime ſi adſit expreſſa teſtatoris prohibitio, & ibi cumulat deciſum in Sac. Conſ. Neapolitano, Senatu Valentiæ, & in Curia Epiſcop. Ciuitatis Litij, ſed dicerē tunc arbitrium iudicis maxime operari debere, vt dicit in hac materia *Giurba citato loco num. 10.*
8 ſed an Eccleſia poſſit cogere vicinum ad locandum ſuam domum, & negat *Ricc. deciſ. 10. par-*
9 *te prima, & in quæſt. 34.* & quid pro carcerum conſtructione, an quis teneatur vendere domum
10 ſuam, & cogatur, &c. ſed quid in Eccleſia, an cogi poſſit ad vendendum ſuam partem pro ampliatione alterius Eccleſiæ, *Maſtrill deciſ. 280. a num. 90. vſque ad finem*, quod nota, quia apparuit pulchrum) & vide plura pro iſta, tractat per *Borrell. conſ. 26. num. 18. Ricc. collect. 75.*
11 *& deciſ. 147. par. prima*, vbi pro ampliatione Cappellæ, vt ſupra, tetigi hac eadem addit. & eſt videre *Reg. Valenz. conſ. 18. copioſe Marta de iuriſdictione par. 4. caſ. 171. num. 4. Theſ. quæſt. forenſ 64. num. 6. lib. 1. Morla in empor. iuris tit. 9. quæſt. 1. num. 7* & quid in hoſpitio Religioſorum, *Ricc. deciſ. 138. & 147. parte prima*, Aduertendo in Eccleſijs, quæ obſeruantur prædicta practicari, non autem in alijs Eccleſijs, nam Eccleſiæ in nemore exiſtentes non ſolum non habent tale priuilegium, ſed dimunturſi in ea recipiuntur latrones, *D. Rouit. in rubr. de recept. malefatt. num. 9. Card. Tuſc. lit. V. concluſ. 59. num. 19. Muta deciſ. Siciliæ 8.*
12 Et pariter priuilegiantur Eccleſiæ, vt poſſint cogere vicinos ad extollendum parietem, ne habeatur aſpectus ad Monaſterium, exiſtente etiam via publica intermedia, *de Franch. deciſ. 223. Capiblanc. in pragm. 1. num. 176. de Baron. Reg. Tappia pragm. 3. de monialibus*, vbi *num. 1.* refert deciſum inter Moniales Sancti Andreæ cum Barone Galeota, *& D. Præſidens Baptaglinus ad Cinum in l. 1. C. de Epiſcopale audientia, verſ. patet expreſſis*, & vide *Mutam deciſ. Siciliæ 8.* quod ædificium non poſſit extolli in præiudicium Monaſteriorum, ſed quæ
13 requiſita debeant concurrere, vt valeat, & cogatur vendere vicinus, *Theſaur. quæſt. forenſ. 64. nu. 9. 10. & 11. lib. 1. latiſſime.*

Baldaxar di Angelis.

A R-

ARGVMENTVM.

An Neapolitana Ciuitas, & alij vicini teneantur contribuere in pretio domorum pro atrio Eccleſiæ conficiendo emptarum.

SVMMARIVM.

1 *Regula text. ſecundum naturam conuertitur.*
2 *Clerici ſicut non ligantur iuribus volentibus pœnas conuentionales exigi poſſe ab eis per alios, ita nec, vt per eos ab alijs exigantur.*
3 *Stante ſtatuto, quod vir lucretur dimidiam dotis illam lucrabitur pater viri, ſi ille ſuſtinebat onera matrimonij non vir.*
4 *Etiam illi quorum eſt commodum in conſequentiam tenentur contribuere.*
5 *Vicini contribuunt ad omnia opera publica.*
6 *Vicini omnes tenentur contribuere deuaſtata domo inter media, ne ignis vlterius progrediatur.*
7 *Declaratur Angel. in l. nauis ff. ad l. Rhod. quod loquatur, vbi principaliter agebatur de vtilitate priuata.*
8 *Eccleſia etiam contribuit ad inſtructionem, & refectionem pontium itinerum, & murorum Ciuitatis.*
9 *Deciſ. S.C. in cauſa prædicta.*

DECISIO XXXVIII.

IN eadem cauſa fuit dubitatum. An fideliſſima Ciuitas Hoſtia Neapolitana, & alij vicini domorum tenerentur contribuere in pretio domorũ prædictarũ emptarũ pro atrio prædicto conficiendo, quia dicebant Patres prædicti Oratorij, quod Atrium prædictum cedebat ornamento, amplitudini, commodo, & vtilitati totius Ciuitatis in Vniuerſo propter commoditatem accedentium ad prædictam eccleſiam, & præſertim matronarum accedentium in curru, quarum frequens corona in dies in dicta Eccleſia inſpicitur, item cedebat vtilitati vicinorum, quorum ædes redebantur prætioſiores, commodiores, ac meliores, & proinde cùm ſentirent commoda, debebant contribuere in onere pretij
ex reg. tex. *l. ſecundum naturam ff. de reg. iur. &c.*
1 *qui ſentit onus eod. tit. lib. 6.* quæ regula, qui ſentit onus conuertitur, vt ibi tex. quod quemadmodum, qui ſentit onus debet ſentire commodum, ità è conuerſo, qui ſentit commodum, debet ſentire onus. Abſurdum eſt enim alium habere commoda, & alium in commoda ſubſtinere, inquit *Paul. in l. is qui in poteſtate §. fin. vbi gloſ. allegat concord. ff. de leg. præſt. & exempla ponuntur per gloſ. in d. cap. qui ſentit, & ad idem tex. inſt. de legit. patron. tut. Et per hanc regulam*
2 *dixit Socin. Sen. conſ. 253 num. fin.* quod quemadmodum Clerici non ligantur iuribus volentibus pœnas cõuentionales exigi poſſe per eos ab alijs eadem ratione fit, vt ab eis per alios peti nõ poſſint, quia commoda debent communicari, qua ratione attenta dicit etiam *Marſil. in ſing. 264. incip. cum ſequuntur commoda, &c.* ſingulariter fuiſſe loquutum *Bart. in tract. de duobus*
3 *fratribus in ſecunda col.* dicentem, quod muliere decedente in matrimonio ſine filijs, vir lucretur dimidium dotis, quod hoc caſu, ſi pater mariti ſuſtinuit onera matrimonij faciendo expenſas filio & vxori ſuæ decedenti, vt ſupra, tale lucrum debet acquiri patri, qui ſentit incommodum, & ſuſtinuit onus alendi, & expendendi, quod dictum pro notabili refert, & commendat *Abb. in conſ. 79. vol. 2. Lud. Rom. explicat eleganter in Auth. ex teſtamento, de collat. num. 17. quod dicit Manil.* etiam menti tenendum, quia vidi Bononiæ, & alibi obſeruatum contrarium ab idiotis, & ignorantibus, ſed ego adhuc valdè dubitarem (ſalua authoritate tantorum virorum) dicta ſint obiter, & facit alia ratio, quia ſi Eccleſia ſolueret integrum pretium domorum prædictarũ, abſque ſpe contributionis faciendæ, quarum demolitio efficit domos vicinorum meliores, ac prætioſiores. Ciuitatiſq; ſplendori, commodo, ac ornamento accreſcit, ſequeretur, quod Ciuitas, & vicini lucrarentur cum aliena iactura, quod fieri non debet *cap. locupletari cum ſua mat. de reg. iur. lib. 6.* & ſatis eſt Eccleſiam indigere demolitione prędictarum domorum ex cauſa publicæ vtilitatis, vt in præcedenti deciſione fundatum eſt, etiam quod Ciuitas, & vicini contradixiſſent,
4 quia non poſſunt excuſari quin contribuãt, nam cum ex cauſa neceſſaria ſit facta emptio domorum, & illarum demolitio, ex qua in conſequentiam ſucceſſit beneficium, & Ciuitati, & Vicinis, vtique ipſi tenentur contribuere, *tex. eſt expreſſus in l. ad portus C. de oper. publ.* vbi ad portus aquæ ductus, & murorum inſtaurationem, ſiue extructionem omnes nemine immune certatim tenentur conferre, & operas præſtare, & idem ſtatuitur *in l. omnes C. eo.* vbi etiam traditur forma contributionis faciendæ leg. pro viribus ſingulorum, & conſtitutione bonorum, & ſi hoc obtinet fauore reipublicæ, vt in dictis iuribus, debet obtinere fauore Eccleſiæ, cùm ad paria iudicentur, & æquiparentur *l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi ſcribentes omnes latè Euerard. in ſua Topica loco ab Eccleſia ad fiſcum, & tenet hoc
5 *Alberic. in l. prima ff. ad l. Rhod. de iact. n. 2.* Dicens Vicinos Ciuitatis, vel loci teneri ad contribuendum ad puteum, vel furnum communem,

vel

vel alia opera publica, vt eſt hoc opus, de quo in
præſenti caſu per *tex. in d. l. ad portus, & l. por-
tus, C. de aquedu. lib. 11. ſecundum Vbertum de
Bobio, quem ſequitur Cepolla in Tract. de ſeruit.
vrb. præd. in tit. de puteo cap. 47. num. 3. & benè
facit toto tit ff. de trib act. l. 1. & 2. & fin tot. tit.
ff. ad l. Rhod. de iactu, & ex his, quæ dixit gloſ.*
6 *in d. l. 2. quem ſequitur ibi Ang. num. 2.* dicens,
quod ſi ignis eſt in domo Vicini, & ne ad domus
vicinorum euagetur, deſtruatur domus in medio
exiſtens, quòd propter hoc alij vicini debent cõ-
tribuere pro reficiendo damno, & pretio domus
deuaſtatæ, quam opinionem tenet etiam *Bar. ſed
ſub dubio in d. l. prima, ſed non dubitauit in l. ſi
alius, ſ. eſt, & alia ff. quod vi, aut clam. Fulgoſ.
in d. l. 2. num. 2. Flor. in l. ſi quis fumo ſ. quod di-
citur ad l. aquil. num.* 3. quod etiam non negat
idem *Angel. in conſ. 157. prima col.* etiam, vbi
verſatur vtilitas priuata principaliter nè ſcilicet
ignis vlterius progrediatur, & ſuccedat domos
vicinorum, & licet *Ang. in l. nauis ff. ad l. hodiam*
7 *de iactu* dicat, quod ſi quis parietem communẽ,
vel domum reficit, licèt mihi Vicino reſultet vti-
litas, in conſequentiam non teneor ſibi cõtribue
re, quia non inſpicitur, quòd venit ratione con-
ſequentiæ, ſed principalis intentionis loquitur
Ang. vbi principaliter agitur de priuata vtilitate,
non publica, vt hic, præterea non eſt tuta opinio
Angeli, quia paries communis ſi non minatur rui
nam, & indiget refectione non eſt dubium quòd
affert principaliter vtilitatem, tàm reficienti, quã
vicino de hac tamen materia latè *Cepolla in d.
tract. de ſeruit. vrb. præd. Tit. de Pariete*, & ideo
ſi ex cauſa vtilitatis priuatæ, licèt dirimere, & de-
uaſtare domos vicinorum, & cogentur alij vicini
hoc caſu contribuere in pretio domorum deua-
ſtatarum à fortiori, vbi ex cauſa publicæ vtilita-
tis, vt in caſu noſtro, quia hoc caſu vicini non
poſſunt impedire per contradictionem, & etiam
nolentes compellent, vt tenet *Specul. in tit. de
Cenſib. ſ. primo numero 10. verſ. item pone quæ-
dam vicinia, quem ſequitur Flor. in l. cum fru-
ctuarius num. 7. ff. vſufr. Cepolla in d. tract. de
ſeruit. vrban. præd. d. tit. de puteo num. 4. optimè
omnium Lucas de Penna, qui diſputat ad partes
in l. ad reparationem num. 4. C. de aqued. lib. 11.*
vbi concludit tandem, etiam inuitis, & reluctan-
tibus conferri beneficium quando eorum vtili-
tati non voluntati conſulitur, & proinde cogen-
dos ad contribuendum.

8 Et quemadmodum ipſamet Eccleſia non ex-
cuſatur, quin teneatur contribuere pro refectio-
ne, & inſtructione, itinerum, Pontium, atque mu-
rorum Ciuitatis, & alia, de quibus in *l. ad inſtru-
ctionem, vbi Doct. C. de Sacroſ. Eccleſ. vt per
Cepoll. qui alios cumulat in tract. de ſeruit. vrb.
præd. tit. de refectione, cap. 59. num. 21. & decla-
rat in tit. de ſeruit. vrban. n. 47.* eodem pacto nõ
debet excuſari Ciuitas ipſa quin teneatur contri-
buere in conſtructione Atrij prædicti, quod ipſi
Ciuitati commoditatem, & ornamentum affert,
quemadmodum Muri, Pontes, & Viæ publicæ
Eccleſiæ, nè ſit Eccleſia deterioris conditionis
ipſamet Ciuitate, & ex regula retorquutionis tot.
tit. quod quiſque iur.

9 Et ideo Sacrum Conſilium referente eodem
Conſiliario Marco Antonio de Ponte die 30.
Maij 1602 condemnauit fideliſſimam Ciuitatem
& alios vicinos dominos domorum ad contri-
buendum. Apud Actuarium de ferrarijs.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vicini debent contribuere emptioni do-
morum factæ per Eccleſ.*
2 *Caſalia tenentur contribuere expenſis factis
per vniuerſitatem.*
3 *Vicini an teneantur contribuere dum Me-
retrices exfractant) cum alijs quæſtionibus.*

1 Quod contribuere debeant Vicini em-
ptioni domorum factæ per Eccleſ.
pro illius atrio conficiendo iuxta
hanc deciſionem. Habes deciſum
me patrocinante in cauſa venera-
bilis Monaſterij Sanctæ Mariæ Veritatis Ordinis
Diſcalceatorum Diui Auguſtini ad relationem,
quondã Conſ. Patigni in cõtributione atrij ipſius
Eccleſiæ: &c.) ratione Beneficij, quod videntur
ſenſiſſe, vt omnia dixi *in Prato meo ſuper tit. C.
de operibus publicis in l. ad portus, & l. ſplendi-
diſſime, & in l. omnes, & vide Mormilem in
conſt. Caſtra num. 7. & Reg. de Ponte in tract. de
poteſt Proreg. fol. 63. num. 35. & 37.* prout Ca-
2 ſalia ex eadem ratione tenentur contribuere in
expenſis factis per Ciuitatem, vt *D. Anth. infra
deciſ. 71.* Declara tamen hanc concluſionem, &
nota non procedere reſpectu vicinorum ad in-
3 ſtantiam quorum exfractarunt Meretrices cum
verum ſit in controuerſo examine ſi locator vi-
cini: vel ipſa meretrix conductris debuiſſet ſolue
re penſionem fuiſſe reſolutum locatorem per ca
*quæ Ricc. reſol. 133. vol. 2. vt allegaui in Prato
meo ad l. mimæ C. de epiſc. audientia num. 12.
& vide Capibl. ſingul. 105. & diſtint. Molin.
diſp. 499.* & ita conſului aduerſus quendam locã-
tem domum ſuam ſtudentibus cum illi habitare
in loco honeſto non poſſint *de Franch. deciſ.
316. Anna ſingul. 338. vbi addidi vin. opin. 698.
num. 3. par. 2. Menoch. caſu 328. & dixi in ad-
dict. 5.* ſupra reſpectu ſtudentium exterorum
non Neapolitanorum.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An venditor in nundinis pretio non ſoluto, poſſit res ſuas vendicare, vel cenſetur fidem emptoris ſequutus.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rerum venditarum non cenſetur translatum in emptorem pretio non ſoluto, quod illicò ſoluere promiſit, vel ſecundum morem illicò ſolet ſolui.*

2 *Venditor non cenſetur ſequutus fidem emptoris pro pretio, quod ſe ſtatim recepturum putat.*

3 *Venditor in nundinis nunquam cenſetur habere fidem de pretio.*

4 *Perſona ignota, & receſſura non eſt veriſimile quod quis velit fidem habere de pretio.*

5 *Factores mercatorum non poſſunt habere fidem de pretio in praiudicium dominorum.*

6 *Venditor, qui tradidit rem ſi permiſit emptori illam aſportare ſimpliciter videtur ſequutus eius fidem, & dominium tranſtuliſſe.*

DECISIO XXXIX.

1 Titius in Nūdinis Auerſæ vendidit Sempronio duos æquos pro pretio ducatorum centum, & quindecim illosque conſignauit recepturus illicò pretium in ſtatione in qua Sempronius morabatur, ad quam cū accederent superuenerunt creditores Sempronij cùm literis exequutorialibus magnæ Curiæ, & exequutionem fecerunt in dictis æquis inſtantes apud magiſtrum nundinarum illos vendi, vt ipſis ſatisfieret dicebat Titius æquos eſſe ſuos proprios non autem Sempronij, qui nondum ſoluerat pretium. quod illico ſoluere promiſit, & pretio non ſoluto non fuiſſe translatum dominium, & cōſequenter exequutionem fuiſſe factam in bonis alienis. Dicebant creditores Sempronij iam perfectam fuiſſe venditionem factam fuiſſe conſignationem, & translatum dominium æquorum prædictorum in Sempronium habitam quæ fidem de pretio, & pro inde non poſſe Titium illos vendicare, vel præferri iuxta *tex. l. procuratoris § plane ff. de trib. act. & l. quidam fundum, ff. de in rem verſo* Magiſter nundinarum prouidit, quod procederetur ad venditionem dictorum æquorum ad inſtantiam prædictorum creditorum Sempronij, & cum per Titium habitus fuiſſe illico recurſus ad magnam Curiam Vicariæ, quæ ſibi auocauit cauſam, poſtmodum Magna Curia confirmauit decretum prædictum habes pro abſoluto, quod dominium æquorum fuerit trāslatum in Sempronium, & habitam fidem de pretio. A quo decreto fuit habitus recurſus, & appellatum ad Sacrū Conſilium, & prouiſum, quod Magna Curia Vicariæ faceret verbum in eodem Sacro Conſilio quo facto ſacrum Conſilium reuocauit decretū prædictum, & mandauit æquos prædictos Titio reſtitui, tamquam Domino. Nam cenſuimus omnes, quod dominium minimè fuerit translatum in Sempronium pretio non ſoluto, quod illicò ſoluere pepigit ex eleganti, & notiſſima deciſ. *text. in l. quod vendidi ff. de contrah. empt. & in §. venditæ inſt. de rer. diuis.* ibi enim deciditur non aliter rem venditam fieri emptoris, quam ſi pretium ſolutum fuerit, aut aliter pro eo cautum, & ſatisfactum niſi venditor fidem emptoris ſequutus fuerit, & in vtroque loco, & in *l. in ciuile, C. de rei vend.* ſingulariter explicat, & declarat glo. inquiens, quod poterit venditor pretio non ſoluto vendicare, quia nō ideo videor fidem habere de pretio ſi rem trado ſorte enim dicebat emptor habere pecuniam ad manus cum non haberet, & ſic trado allegat elegantem *tex. in l. ſi*
2 *quaſi, quæ eſt l. 111. ff. de pignior. act. quem tex. ita explicat, & ſummat Bar.* quod non videtur habere fidem de pretio, quod ſtatim, quis recepturum ſe putat, & ſubdit, quod *Andreas de piſis dicebat per iſtum tex.* dum ipſum audiebat, quod ſi aliquis contrahit quaſi recepturus pecuniam illicò non alias, quod non poteſt dari aliqua
3 dilatio ab homine vel à lege. Et in ſpetie de his quæ venduntur in nundinis quod non cenſeatur habita fides de pretio, tenet eleganter *Bal. in l. ſi non donationis, C. de contrah. empt.* vbi inquit, quod non præſumitur habita fides de pretio in rebus in quibus conſueuit pretium ſtatim ſolui, vt in rebus, quæ venduntur in nundinis. Item nec vbi hoc apparet verum ex alia coniectura, quod nolit de pretio fidem habere, vt *l. ſi ſoluturus, ff. de ſolut. & d. l. ſi quaſi illi* ergo, qui vendunt, & tradunt æquos, & alia animalia protinus diſceſſuris, niſi eis ſtatim ſoluatur pretium poſſunt im-
4 mediate recuperare res ſuas, quia non eſt veriſimile, quod velint habere fidem de pretio perſonæ ignotæ, & receſſuræ *l. ſi legationes ff. de iud. hæc Bal.* quem omnes ſequuntur, & ſequitur *Vitalis in tract. clauſul. in clauſula, & ſpetialiter obligauit num. 19. pag. mihi 51. & in d. l. in ciui-*
5 *le dixit Bald.* quod factores mercatorum non poſſunt præiudicare domino, & habere fidem de pretio, & trans ferre dominium quando vendunt merces domini alicui receſſuro, vel ſuſpecto de fuga, vel cui diligenter pater fam. non traderet niſi præſenti pec. *vt in l. creditor ff mand.*

Alio pacto diſtinguit, & declarat *Salic. in d. l. in*

in ciuile, quem ſequuntur Aret. Oinotom, ac reli-
6 *qui inſtitutiſtæ in d. §. venditæ* 13. quod aut, qui tradidit permiſit rem aſportari peremptorem, nec nuntium ſuum miſit cum re, & tunc videtur fidem emptoris ſequutus aut non permiſit rem aſportari, vel nuntium ſuum miſit cum re, & tũc fidem non videtur ſequutus, & dominium non cenſetur translatum, & poterit rem vendicare, & in præſenti caſu venditor cum emptore accedebat ad ſtationem, ſeu cauponam cauſa habendi pretium ergo non fuit ſequutus eius fidem.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium quando cenſeatur translatum in emptorem.*
2 *Fides de pretio quando conſideretur, & præſumatur.*
3 *Emptor ſi ſtatim poſt venditionem bonis cedat an venditor mercibus adhuc extantibus alijs creditoribus præferatur.*
4 *Fides de pretio in dubio an cenſeatur habita.*
5 *Venditor quando præferatur creditori facienti exequtionem ſuper re vendita.*

PRo coronide præſentis deciſionis, quod ex eo, quod pretium illico promiſſum ſolui pro venditione Animaliũ in nundinis non fuit ſolutum ad inſtantiam creditorum emptoris exequi non potuerũt, & proinde ordinatum, quod venditori reſtituerentur.
1 Adde quia dominium in eo caſu non erat translatum in emptorem pendente ſolutione facienda, vt in terminis per eadem iura noſtri *Auth. R. de Ponte in tract. tit. 4 § 6. num. 7. & in tit 8 §. 3 num. 13.* qui tamen transferri dominiũ rei venditę notat quando fuit habita fides de pretio, *vt Alex. conſ. 173, num. 16. vol 6.* alias Dominium rei venditæ remanet integrum, & indiminutum penes venditorem, & nullum ſuper re ius acquirit emptor, & ita *Rom. ſingul. 310 incip. l. quod vendidi num primo*, & in ipſo caſu fides
2 de pretio non conſiderabatur, quia non erat cõceſſus terminus ad ſoluendum, qui facit præſumere venditorem habere fidem de pretio *idem Auth deciſ. 60. num primo vbi larga manu.* Habetur ipſa materia) & quando vendens mercatori aliquas merces ſolutione infra paucos dies permiſſa, & quod non auſugeret an mercatore poſtmodum decoctore ſua in fundico exiſtẽte alijs creditoribus ipſis pferatur, & ſic iuxtà illam deciſ pariter non cenſeri habitam fidem de pretio quando emptor fugam cogitauerat, &c. *Alex. conſ. 92 num 2. lib. primo Suarez inter commun. opin. tit. de contrah. emptione num. 68. qui num. 152.* ait iura velle pro translatione dominij, aut expreſſam fidem de pretio, aut ſolutionem alias datur vendicatio venditori *de Ponte d. tit. 4. §. 6. num. 7. & 8.* facit in terminis omnino videnda
3 *obſer. Gaill. 15. li 1.* † ibi in quæſtione ſi emptor ſtatim poſt vẽditionem bonis cedat, an venditor mercibus adhuc extantibus alijs creditoribus ſit præferendus, *& Tiraquell. de retract. conſanguin. tit. 1. gloſ. 2. num. 41.* & ad hoc propoſitum nota, quod venditor, qui habuit fidem de pretio agere nequit ad rem ipſam recuperandam rei vendicatione, etiam ſi res ipſa eſſet penes aliquem *vt vin. Silua com. opin. 1025. venditor Suarez d. loco num. 6. in fine. Crinella deciſ. Dolan. 56. nu. 1.* ſed debet præciſè agere ad prætium Marant. in ſingul. verbo venditor, & catenus hipothecam in illam habet quatenus feciſſet ſibi illam rem obligare *Marant. 2. par. ſingul. in fine verſ. debitor obligauit fol 146.* & ſic niſi in ſpetie reſeruauerit dominium pẽdente ſolutione prætij nil prætendere poſſet ſuper re vendita *Neguſ. de pignor. 2. membro 5. par nu. 13. Borghin. deciſ. Finiz. 26. num 37. p. 2.* & eo caſu emptor dominus erit, & alienare poterit *Gratian. deciſ. March. 13. nu. 4. Vrſill. dec 306. num. 1. & vide Thor. qui alia cumulat 2 par. compend. verbo venditor ex iuris diſpoſitione, & vide Martam in voto 43. & 48. & Viſconte*
4 *concl. venditor* † quæ nota, quia in praxi quotidie eueniunt, et ſi in dubio dicatur, & cenſtatur haberi fides de pretio *id Auth. deciſ. 59. num. 7.* & quando venditor præferatur creditori
5 facienti exequutionẽ ſuper re vendita *per Theſ. q. forenſ. 74. lib. 2.*

Baldaxar de Angelis.

A R G V M E N T V M.

An tertius veniens poſt concluſum in cauſa ad coadiuuandum, vel pro ſuo intereſſe debeat audiri, & in quo ſtatu.

S V M M A R I V M.

DOn. Franciſcus de Caſtro Regni Prorex laudatur, & extollitur num. 1.
Tertius veniens ad coadiuuandum poſt concluſum in cauſa debet audiri in eo ſtatu in quo cauſa reperitur n. 2. 4. 15.
Tertius multoties venit malitiosè, & calumnioſè ad differendum cauſa expeditionem num. 3.
Deciſio in hoc caſu in audientia Granatenſi, & Catalumniæ num 4. 5.
Deciſio Sacri Conſilij in caſu præmiſſo num. 6. 12. 16.
Intereſſe tertij oppoſitoris ſufficit conſtare apparenter etiam ſi excipiatur ius ipſius eſſe nullum, & inualidum num. 7.

Ius

Ius tertij oppoſitoris ſufficit habere figuram eſſe licet in ſubſtantia non probetur nu 8.

Subſtitutio ſi in pupillari ætate. vel ſi ſine liberis quandocumq. deceſſerit habet expectare caſum mortis inſtituti nu. 9.

Ius ſubſtitutionis ad hæredes non tranſmittitur nu. 10.

Subſtitutio non extenditur de perſona ad perſonam nu. 11.

Tertius, qui nullum habet intereſſe admictitur fauore pupilli etiam ſi ſit mulier, quæ pro pupilla petat audiri nu. 13.

Tertius, qui non habet intereſſe admictitur fauore reipublicæ num. 14.

Tertius admictitur ad producendum teſtes de nouo etiam poſt concluſum in cauſa, & poſt compilatum proceſſum nu. 16.

Tertius comparens ſi eſt perſona priuilegiata habet ſuas reſtitutiones, ſeu beneficia ad producendum teſtes de nouo nu. 16. 17.

DECISIO XXXX.

INter grauiores grauiſſima fuit cauſa in Sacro Conſilio agitata inter D. Hieronimam Caracciolam olim Principiſſam Sancti Seuerij agentem aduerſus Ioſeph eius fratrem, & eius Curatores ſuper eius excluſione à ſucceſſione feudorum, & burgenſaticorum, & vniuerſa ſucceſſione paterna, in qua prius quam cauſa principalis fuiſſet deciſa fuerunt diſcuſſa aliqua incidentia conſideratione digna, quæ nolui prætermittere, tamquam præambula cauſæ.

Etenim Antonius Caracciolus generis nobilitate, animi, & fortunæ bonis clarus decedens tres filios videlicet Ioſeph maſculum, & duas fœminas Hieronimam ſcilicet, & Victoriam. Hæc Victoria fuit primo loco copulata cum Comite Caſtri, quo mortuo ſecundo loco nupſit Comi-
1 ti Sarni. Nunc iterum vidua, & Socrus Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini mei D. Franciſci de Caſtro ſanguinis ſplendore, virtute, magnificentia, ac rerum geſtarum gloria nemini ſecundus, & faxit Deus, vt quem Regni Noſtri Proregem teneris in annis incredibili omnium admiratione experti ſumus tanta gubernandi peritia, & experientia præditum habeamus perpetuum Regni, & totius Italiæ moderatorem, vt ſub tanti Principis tutela, omnes tranquillitate, pace, iuſtitia bonis noſtris, & rerum abundantia, vt egemus perfruamur, in eius tamen teſtamento Antonius vniuerſalem hæredem inſtituit Ioſeph filium maſculum vnicum in omnibus bonis burgenſati-
1 cis, & feudalibus cauitq; vt ipſi decedenti in pupillari ætate, vel ſine liberis quandocumq; ſucce-
deret D. Hieronima eodem pacto ſubſtituit D. Victoriam.

Verum Hieronima egit in Sacro Conſilio inſtetitque declarari Ioſeph eius fratrem incapacem feudorum, & vniuerſe ſucceſſionis paternæ, tamquam mutum, ſurdum, dementem, & pænitus imperfectum, & ſibi decerni, ac deferri vniuerſam ſucceſſionem, tam feudalium, quam burgenſaticorum virtute teſtamenti, & ſubſtitutionis paternæ, & inter agendum deceſſit vnico relicto filio cuius nomine Princeps Sancti Seuerij pater, & legitimus adminiſtrator iudicium fuit proſequutus compilatoque proceſſu, ſe oppoſuit dicta D. Victoria, quæ comparuit pro ſuo intereſſe, & etiam ad coadiuuandum iura Ioſeph, & fratris, & in fringendum iura ſororis.

Fuit dubitatum an eius oppoſitio eſſet legitima, & an deberet admicti, & audiri, dicebat ſiquidem Princeps nullo pacto eſſe audiendam, quia nullum habebat intereſſe ſaltim, præſentaneum Ant prætendebat intereſſe vigore ſubſtitutionis paternæ, & clarum erat ipſam fuiſſe vocatam à patre poſt mortem Hieronimæ decedētis ſine liberis, vel in pupillari ætate, at D. Hieronima deceſſit relicto filio, quare euanuerat ſubſtitutio reſpectu ipſius Victoriæ, & ceſſabat intereſſe, aut prætendebat intereſſe iure proprio, & ex propria perſona, & pari modo conſtabat in promptu nullum ius ſibi competere poſſe, nec ſuper feudalibus, nec ſuper burgenſaticis, nam dempto Ioſeph de medio, tamquam incapace Hieronima occupat locum primo geniti, & conſequenter excluſa pœnitus ipſa D. Victoria ad feudorum ſucceſſionem debet admicti nam de Burgenſaticis non erat amplius diſputandum, quia Sacrum Conſilium iam pronuntiauerat reſpectu illorum Ioſeph non eſſe inquietandum, & illum abſoluit ab impetitione D. Hieronimæ reſeruando tantum deciſionem reſpectu feudalium completis annis vigintivno ætatis Ioſeph, quod tempus medici expectandum iudicauere, vt eo tempore certius iudicium prætenſæ fatuitatis, mutitatis, & imperfectionis facere poſſent, quæ omnia conſtabant manifeſtè Ant. prætendebat audiri ad finem coadiuuandi iura fratris, & dicebatur, quod iam proceſſus erat compilatus, publicatus, & concluſus, receptæ probationes hinc inde, & patefacta iura vtriuſque partis nil
2 aliud remanebat faciendum, quam ſententiam proferre, & hoc caſu non potuiſſet aſſumere cauſam in eo ſtatu, in quo reperiebatur ex clara deciſione *tex. in c fin. in fine, vt lit. pend. libr. 6. firmat, Bal. in l. ſi eo tempore num 6. C. de remiſſ. pign. Imol. in c. cum ſuper extra de re iud. Ancar. conſ.* 183. *& ſatis eleganter, Natta in conſ. 457. per totum*, at cauſa erat in limine expeditionis ergo non poterat, nec debebat diſ-
4 ferri per oppoſitionem dictæ D. Victoriæ, etiam, quia iſtæ oppoſitiones multoties fiunt, & procurantur calumniæ cauſa potius, quam ex neceſſitate, ne lites finem accipiant, vt in d. *c fin. aduertit Summus Pontifex, & aduertit per belle Couar. pract qq. cap. 14. num. 4.* vbi abundè de hac re dicens hoc æquitati conuenire potiſſimè ob frequentes has tertiorum oppoſitiones, quæ
plc-

plerunq; dolo, & fraude fiunt non alia ex cauſa,
quam reus iuſtiſſimam timens condemnationem
4 diem differre ſtudeat, & ideo ibi concludit, quod
vbi tempore oppoſitionis fuerit facta publicatio
teſtium, & concluſio in cauſa ipſe nunquam ad-
miſit tertium ad probandum, & allegandum niſi
abſque præiudicio publicationis, & concluſionis,
ita vt nulla ex parte differatur diffinitio litis inter
actorem, & reum, & quod ita cum ipſo pluries
5 cenſuit, atq; iudicauit prætorium Granatenſe, &
in Catalūnia refert *Cancer. var. reſol. p. 2. cap. 16.*
num. 9. hoc eodem iure, vti Regium illum Sena-
tum indiſtinctè nullum tertium oppoſitorem
admictendo niſi ſolum in eo ſtatu, in quo eſt cau-
ſa, ita vt præcluſa, via principalibus litigatoribus
ſit præcluſa cuicunq; tertio oppoſitori ius ſuum
in aliud iudicium intactum reſeruando, & huic
opinioni ſe ſubſcribit *Affl. in deciſ. 235. num. 5.*
vbi reus principalis malitioſè procuraſſet tertiū
oppoſitorem comparere, per *tex. in d. c. fin. &*
Card. in c. veniens in 2 & 3. oppoſ. extra de
teſtib. Hinc inſinuabat Princeps D. Victoriam
non eſſe audiendam, ſed reijciendam ad reſecan-
das malitias, & calumnias, quibus ſolent rei di-
uerſis artibus impedire, & differre litis deciſio-
nem.

6 His non obſtantibus Sacrum Conſilium in
ſeſſione duarum aularum habuit pro abſoluto
D. Victoriam habere intereſſe proprium, & po-
tuiſſe venire, & comparere ad coadiuuandum
7 iura Ioſeph fratris ſui, quia ſufficit, quod de iure
tertij conſtet apparenter licet dicatur, & exci-
piatur per aduerſarios ius nullum, & inualidum
eſſe ex doct. *Inn. in c. veniens, lo 2. extra de*
teſtib. vbi Card dicit, quod cum quidam fra-
tres venirent, vt tertij, & probarent in primo
congreſſu de quadam vnione debuerunt audiri
licet ſtatim diceretur inualida, & quod ita obti-
nuit Florentiæ claudendo per iſtud dictum Inn.
ora allegantium. quod dicit eſſe ſignandum cum
8 centum manibus, & latius in conſil. 7. & ſufficit
intereſſe tertij habere figuram ex ſe licet non
probetur in ſubſtantia, quo ad eſſe iuris, vt expli-
cat *Felin. in c. cum ſuper num. 16. extra de re*
iud. vbi abundè, & ex his, quæ Princeps oppo-
ſuerat aduerſus Dominam Victoriam ad ipſam
repellendam conſtabat de eius intereſſe, & pro
inde debebat audiri. Quinimmò dicebatur pro
parte D. Hyeronimæ, quod proceſſus compila-
tus erat nullus, tamquam fundatus ſuper libello
incepto, & nullo. Namque D. Hyeronima ege-
rat virtute ſubſtitutionis paternæ cuius caſus non
9 dum venerat. Nam ſubſtitutio fuit, vbi Ioſeph
decederet in pupillari ætate, vel liberis quando-
cunq; at Ioſeph ad huc viuebat exceſſerat pu-
pillarem ætatem, & erat expectandus caſus mor-
tis ſi ſine liberis decederet, *l. cum pater §. heredi-*
tatem, lo primo ff. de leg. 2. l. ex facto §. ſi quis
rogatus ff. ad Trebell. l. Statius Florus §. Cor-
nelio Felici, ff. de iure fiſci, & hæreditatem pa-
ternam iam adierat, & illam poſſidebat, & voluit,
& potuit ſuccedere, & reſpectu burgenſaticorū
iam erat pronuntiatum contra Hyeronimam, re-
ſpectu vero feudalium ſubſtitutio non poterat
habere locum ex defectu aſſenſus *c. 1. de ſucceſſ.*
feudi, caruit enim ſubſtitutio aſſenſu, & nihilo-
minus feudalia virtute ſubſtitutionis petijt, & iu-
dicium iuſtituit, & conſequenter non erat ipſa
Domina Hyeronima audienda, & nequaquam
eius filius, quia aut filius prætendit ſucceſſionem,
ſeu feudalia ex perſona matris, vt illius hæres, &
illi non ſolum obſtant exceptiones prædictæ aſ-
10 ſenſus, quæ obſtant matri. Sed alia, quia ius ſub-
ſtitutionis ad hæredes non tranſmicttitur, etiam
ſi liberi ſint *l. quoties ff. de hæred. inſt. l. ſed ſi plu-*
res ff. de vulg. & Pup. gloſa in l. vn. in verbo
de relictis, C. de his, qui ante apert. tab. Bar. &
alij in §. cum ita l. hæredes mei ff. ad S. Conſ.
Trebell. Alexand. conſ. 36. vol. 2. aut prætenē
dit ex perſona propria prædictam ſucceſſionem
11 & ipſe non eſt vocatus, & in ſubſtitutionibus
non fit extenſio de perſona ad perſonam *l. ſi quis*
ita §. pen. ff. de teſtam. tut. gloſa in l. titius
cōmuniter recepta in verbo oportere ff. de liber.
& poſthum, Ioān. Andr. in add. ad ſpecul. in
tit. de teſtam. §. 1. verſ. occurrit, & Bal. in l.
ad probationem C. de probat. quare dicebatur
non ſolum Dominam Victoriam habere intereſ-
ſe, ſed iura, & rationes ſufficientes ad excluſio-
nem prætenſionis, quam D. Hyeronimæ, & ſuc-
12 ceſſiuè eius filij, & proinde omnes votauimus,
quod audiretur in terminis, in quibus cauſa repe-
ritur, & ita fuit pronuntiatum decretum iuxta
deciſ. prædictam *Afflict. 235.* & diximus, quod
etiam ſi non habuiſſet intereſſe proprium debe-
bat audiri dum veniebat ad coadiuuandum Io-
ſeph eius fratrem, quia tunc temporis erat pu-
pillus minor, & magis miſerabilis, quam pupillus,
13 & degebat ſub Tutore, & Curatore, & fauore
pupilli admicttitur tertius etiam, quod ſit mulier,
& nullum habeat intereſſe, quòd dicit Bart. eſſe
ſpeciale fauore pupilli in *l. 2. num. 6. C. de ne-*
got. geſt. per illum tex. in fine vbi dicit eſſe ca-
ſum, & in l. ſi perluſorio §. fin. tenet idem, &
hoc dicit eſſe notab. Alex. in add. ad Bar. ibi
in prima addit. & in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper
rebus nu. 26. teſtatur hanc eſſe communem opi-
nionem, quam ſequuntur *Angel. Imol. in d. l. ſi*
Perluſorio Felin. in c. cum ſuper extra de re iud.
14 *num. 14 Cancer. var. res par. 2. d. c. 16. num.*
38. quod etiam extendit fauore Reipublicæ Bar.
Bald. Angel. & communiter Doct. in l. vbi pa-
ctum C. de tranſact. Felin. d. num. 14. vbi citat
multos Doct. & Cancer, vbi ſupra.

Hinc orta fuit nona difficultas, & diſceptatio,
Nam D. Victoriæ petenti reſtitutiones, ſeu bene-
ficia ad producendum teſtes ſe oppoſuit Prin-
ceps dicens minimè poſſe beneficia concedi ſi
quidem debet audiri in terminis in quibus cauſa
reperitur, at cauſa reperitur in limine expeditio-
nis. & beneficia iam primum, & ſecundum erant
conceſſa Ioſeph. proceſſus publicatus, & con-
cluſus. Non erat iterum ab initio compilandus
proceſſus, & reddere deciſionem cauſæ immor-
talem, etiam quia verba decreti erant clara, quod
15 audiretur in terminis in quibus cauſa reperitur,
& tenetur tertius aſſumere cauſam in qua erat
iudicium ventilatum contra reum conuentum
d. cap. ſi. vt lite non cont. quem ad hoc extollit
Felin. in d. cap. cum ſuper num. 15. & alij ibi, &
in d. l.

Digitized by Google

18 *in d.l. perluſorio*, ſed tamē omnes votauimus, ac cenſuimus beneficia primum, & ſecundum ſucceſſiue eſſe concedenda, in quibus D. Victoria produxit multos teſtes, & adiuuit iura Ioſeph fratris ſui quantū potuit, & hoc ex deciſione, & diſtinctione *Bart. cōmuni voto recepta per Doct. in d.l. ſi perluſorio* admictentis tertium ad producendum teſte de nouo, & poſt concluſum in cauſa, vbi ignorauit, quā doctrinā ſumpſit *Bart. à theorica Inn. in ca. cum ſuper*, & ibi omnes Canoniſtæ eadem opinionem communi ſententia ſectantur, & Innoc. theoricam latè expendit magnificat, & explicat *Ang. in d.l. ſi ſuſpecta, & refert etiam Afſl. in deciſ.* ne eius ſcripta tranſcribam illam receptā fuiſſe in S.C. & admiſſus tertius ad producendū nouos teſtes, & probationes,
17 & ad hoc allegaui deciſ. particularem. *Diomedis Mariconda in conſt. Regni obſcuritatē*, vbi quærit an tertius comparens pro ſuo intereſſe poſt publicatum in cauſa, ſi eſt perſona priuilegiata poſſit petere beneficia, & examinare reſoluit, quod poſſit petere, quia admictitur cū ſuo priuilegio, & ſicut poteſt examinari in cauſa matrimoniali, ex quo in ea non obſtat publicatio, vt dixit *Ang. in l. ſi ſuſpecta, ff. de inoff. teſtam.* ita etiam vigore beneficij, quod poteſt peti etiam facta concluſione in cauſa, & ita practicamus, hæc Diomedes, qui de praxi in noſtro Tribunali, & Regno teſtatur, & fuit diomedes Mariconda excellens doctor, & Regius Conciliarius.

Et habet hæc opinio cōcludentem rationem, & æquitatem, quia ſi tertius, qui admictitur poſt concluſum in cauſa nun poſſet de nouo producere teſtes, & omnia ei incumbētia expediret potius illam nō admictere, quia redderetur fruſtratoria eius oppoſitio, & intentio, & ad nihilū protinus deſeruiret poſtquam igitur iura admictunt tertium, ac ſtatuunt, quod audiatur, ne fruſtra operentur, quod lex nunquam facit debet intelligi, vt plene audiatur, & reſtituatur ad producendum teſtes, & iura ſua ſi voluerit, & opus fuerit, & hoc iure, vſi sūt ſemper maiorès noſtri, & nos vtimur indifferenter, & volui hanc deciſionē pro practicis, & cauſidicis edere, quia frequenter occurrit, & ex hoc incidenti proceſſu poſtmodum compilato fuit deuentum ad deciſionem cauſæ principalis, de qua in ſeq. deciſione.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Tertius quando debeat audiri, & quomodo, & in quibus terminis remiſſiuè, & num. 5.*

2 *Tertius an valeat ex ſua perſona recuſare Iudices.*

3 *Tertius an valeat opponere fori declinatoriā*

4 *Tertius comparens ad infringendum, vel ad coadiuuandum, an poſſit impedire cauſa expeditionem remiſſiuè.*

6 *Tertius comparens poſt publicatum, an poſſit producere teſtes.*

7 *Tertius veniens ad cauſam poteſt petere beneficia cum decl. 2 nu. 8.*

9 *Tertius comparens ad infringendum, an poſſit petere beneficia, & quomodo, quando ad defendendum, vel coadiuuandum remiſſiuè.*

10 *Tertius an poſt introductam cauſam petere beneficia poſſit.*

11 *Beneficia hodie quo tempore concedantur, & peti poſſint.*

1 DE tertio veniente ad cauſam loquitur præſens deciſio, qui ſi debeat audiri quomodo, & in quibus terminis &c. poſt alios *D.R. Tapp. in tit. de in integ. reſt. iu ſuo iure Regni, Trentacinq. lib. 2. var reſol. vol. 1. reſol. 16. fol. 35. Giurba dec. Sicil. 1. Vin. deciſ. 291 n. 4. Marta voto 202. in fin. Ricc. coll. 106. et 2284. Anna alleg 76. vbi ad-*
2 *dedi D. Ludouiſ. dec. 259* 303. *&* 396. & ſi valeat ex ſua perſona recuſare iudices *per D. Rouit. in*
3 *pragm. 7. nu. 2. de ſuſpict. official.* & ſi valeat fori declinatoriam opponere per ipſum *Ann. alleg.*
4 *præcit.* & ſi comparuit ad infrigendum, vel ad coadiuuandum poſſit impedire expeditionem cauſæ refert deciſum per S.C. *Anna iunior conſ.*
5 97. quo loci, *& in conſ. 98.* abbūdantiſſimè pariter trattauit materiam tertij venientis ad cauſam,
6 & ſi poſſit producere teſtes tertius comparens in cauſa poſt publicationem, & didicita teſtificata *per Muſcatell in praxi S.C. p. 3 gloſ. nomin. & ipſum Ann. iun. d. conſ 98 nu. 5. Imbr. de. 1. & 2. benef. conſid. 9. num. 101. Afſl. deciſ. 235. Ricc. cit. coll. 106. Prout ſecundum deciſ. D. noſtri Auth.*
7 quod valeat petere beneficia, & ei ſini concedēda apparet firmatum ex alia deciſ. S.C. nouiſſima quam recenſet *Lelius Caputus ad conſuetud. Neap. in proem Carol. V. §. 3. num. 22. in cauſa Petri Spinulæ, cum Marchione Sancti Stephani & faciuin Muſcatell. prax. S.c. lib. 1. gloſ. in integrum num. 16. Viſcon. concl. tertius Ricc. cit.*
8 *coll. 106. de Franch. deciſ.* 261. Recepta declaratione, ſi in cauſa principali eſſent conceſſa beneficia, quia tunc non aliter tertio concederentur, *ſecundum eundem Annam conſ. 98. nu. 10. & 13. & vide Thor. in comp. deciſ. 2 par. verba beneficia, & beneficia tertio comparenti, & in verbo*
9 *beneficium*, ſed quid quando ad infrigendum tertius venerit, an beneficia petere poterit, & quando ad coadiuuandū, & ſic quomodo talis cōcluſio intelligatur latiſſimè *Auditor Imbrian. cit.*
10 *tratt. conſid. 6. per plures numeros*, & ibi pariter ſi poſt introductā cauſam poſſunt ipſi tertio cōcedi beneficia, vt refert *ipſe Thor. deciſū cit. loc.*
11 *per S.C.* & hodie ſcias beneficia non peti poſſe niſi poſt publicationē per 30. dies, & 2. benefic. poſt cōcluſ. per alios 30. &c. & proinde ipſis elapſis eſſe præcluſam viam illa petendi, etiā per viā reſtitutionis in integrum ſecundum *prag. Card. Zapattæ ſub die 27. Maij 1621. vt dixi in addit. ad deciſ. 21. ſupra abbundantiſſimè, & infra in addit, ad deciſ. adiunctam 83.*

Baldaxar de Angelis.

P. AR-

Digitized by Google

hominum, & mulierum copia in dies accedit, allecta ex.mplo, doctrina, & frequenti etiam Patruum prędictorum prędicatione ipſis inſtantibus Sacrum Conſilium condemnauit Lauram dello Duce matrem, & tutricem filiorum quondam Detij Caraccioli ad vendendum quaſdam domos cum furno, apud Actuarium de Ferrarijs die 10. Menſis Februarij 1601. pro atrio conſtruendo, quod iam conſtructum eſt ad honorem Dei omnipotentis, & Beatiſſimę Virginis Mariæ Miſericordiarum Matris, &c.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *VIcinus tenetur vendere domum pro cõſtructione, & ampliatione atrij Eccleſiæ cum declaratione num. 4. & num 11. quid pro ampliatione capellæ, & hoſpitij religioſorum.*

2 *Et pro viridario.*

3 *Et pro dormitorio.*

5 *Vicinus an teneatur tradere multo antequam dormitorium initietur.*

6 *Domus magnatum antiqua in familia an debet tradi Eccleſiæ pro ampliatione, & nu. 7. & quid ſi domus fuerit ſubiecta fideicommiſſo.*

8 *Eccleſia an poſſit cogere vicinum ad locandam ſuam domum.*

9 *Vicinus an poſſit cogi ad tradendam domum pro conſtructione carcerum.*

10 *Eccleſia an poſſit cogi ad tradendam partem pro ampliatione alterius Eccleſiæ.*

12 *Eccleſia poſſunt cogere vicinos ad extollendũ parietem cum ratione.*

13 *Vicinus vt poſſit cogi ad vendendum requiſita enuntiatur.*

1 QVod vicinus teneatur vendere domum pro cõſtructione, & ampliatione atrij Eccleſiæ, ſicuti pro ipſa Eccleſia firmatur, *ex Marc. Anton. Macerat. lib. 1. reſolut. 112. cap. 29.* ibi, pro omni eo, quod connexum eſſet Eccleſiæ, *Nouar. quæſt. forenſ. 32. num. 2.* vbi hunc locum allegat, &
2 ampliat etiam pro Monaſterij viridario, & viridarij ampliatione, *ex Coſta de remed. ſubſid. remed. 76. num. 9. Ricc. deciſ. 138. num. 2. par. prima & facit Giurba deciſ. Siciliæ 86. num. 8.* provt
3 pro dormitorio extendendo, *Soccin. regul. 435. fall. 8. Scot. conſ. 3. num. 17. Gram. deciſ. 75. de Ponte de poteſtat. proregis tit. 2. §. 4. n. 18.* & pro clauſtro, & ſcholis ædificandis, *Marc. deciſ. 534. num. 7. par. prima, de Ponte dicto loco nu. 18. Molin. diſput. 341. num. 7. & Giurba dicto*
4 *loco*, recepta declaratione ſi pro ſe petat, non vt alijs complaceat, *Franch. deciſ. 223. num. 7.* & penes ipſum Giurbam quidquid ſit in cappella, & oratorio an pro eis cogatur vẽdere vicinus, *de Franch. deciſ. 223. num. 7.* & pro erigendo ſeminario, *ipſe Nouarius quæſt. forenſ. 3. per totam*, & ibi, an venditor teneatur tradere multo
5 ante quam ipſum ſeminarium initietur, *& in*
6 *allegat. quæſt. 32.* quid in domo magnatum antiqua in familia ſi poſſit capi ab Eccleſia pro eius ampliatione, & conſtructione, iuxta *deciſ.*
7 *noſtri D. Authoris, & in quæſt. 55.* latiſſime obſeruat, quid ſi domus eſſet ſubiecta fideicommiſſo, an Eccleſia poſſit cogere poſſeſſorem ipſius ad illam vendendam, maxime ſi adſit expreſſa teſtatoris prohibitio, & ibi cumulat deciſum in Sac. Conſ. Neapolitano, Senatu Valentiæ, & in Curia Epiſcop. Ciuitatis Litij, ſed dicerẽ tunc arbitrium iudicis maxime operari debere, vt dicit in hac materia *Giurba citato loco num. 10.*
8 ſed an Eccleſia poſſit cogere vicinum ad locandum ſuam domum, & negat *Ricc. deciſ. 10. par-*
9 *te prima, & in quæſt. 34.* & quid pro carcerum conſtructione, an quis teneatur vendere domum
10 ſuam, & cogatur, &c. ſed quid in Eccleſia, an cogi poſſit ad vendendum ſuam partem pro ampliatione alterius Eccleſiæ, *Maſtrill deciſ. 280. a num. 90. vſque ad finem*, quod nota, quia apparuit pulchrum) & vide plura pro iſta, tractat per *Borrell. conſ. 26. num. 18. Ricc. collect. 75.*
11 *& deciſ. 147. par. prima*, vbi pro ampliatione Cappellæ, vt ſupra, tetigi hac eadem addit. & eſt videre *Reg. Valenz. conſ. 18. copioſe Marta de iuriſdictione par. 4. caſ. 171. num. 4. Theſ. quæſt. forenſ 64. num. 6. lib. 1. Morla in empor. iuris tit. 9. quæſt. 1. num. 7* & quid in hoſpitio Religioſorum, *Ricc. deciſ. 138. & 147. parte prima*, Aduertendo in Eccleſijs, quæ obſeruantur prædicta practicari, non autem in alijs Eccleſijs, nam Eccleſiæ in nemore exiſtentes non ſolum non habent tale priuilegium, ſed dimuntur ſi in ea recipiuntur latrones, *D. Rouit. in rubr. de recept. maleſatt. num. 9. Card. Tuſc. lit. V. concluſ. 59. num. 19. Muta deciſ. Siciliæ 8.*

12 Et pariter priuilegiantur Eccleſiæ, vt poſſint cogere vicinos ad extollendum parietem, ne habeatur aſpectus ad Monaſterium, exiſtente etiam via publica intermedia, *de Franch. deciſ. 223. Capiblanc. in pragm. 1. num. 176. de Baron. Reg. Tappia pragm. 3. de monialibus*, vbi *num. 1.* refert deciſum inter Moniales Sancti Andreæ cum Barone Galeota, *& D. Præſidene Baptaglinus ad Cinum in l 1. C. de Epiſcopali audientia, verſ. patet expreſſis*, & vide *Mutam deciſ. Siciliæ 8.* quod ædificium non poſſit extolli in præiudicium Monaſteriorum, ſed quæ
13 requiſita debeant concurrere, vt valeat. & cogatur vendere vicinus, *Theſaur. quæſt. forenſ. 64. nu. 9. 10. & 11. lib. 1. latiſſime.*

Baldaxar de Angelis.

A R-

ARGVMENTVM.

An Neapolitana Ciuitas,& alij vicini teneantur contribuere in pretio domorum pro atrio Eccleſiæ conficiendo emptarum.

SVMMARIVM.

1 *REgula text.ſecundum naturam conuertitur.*

2 *Clerici ſicut non ligantur iuribus volentibus pœnas conuentionales exigi poſſe ab eis per alios, ita nec, vt per eos ab alijs exigantur.*

3 *Stante ſtatuto,quod vir lucretur dimidiam dotis illam lucrabitur pater viri, ſi ille ſuſtinebat onera matrimonij non vir.*

4 *Etiam illi quorum eſt commodum in conſequentiam tenentur contribuere.*

5 *Vicini contribuunt ad omnia opera publica.*

6 *Vicini omnes tenentur contribuere deuaſtata domo inter media, ne ignis vlterius progrediatur.*

7 *Declaratur Angel. in l. nauis ff. ad l. Rhod. quod loquatur, vbi principaliter agebatur de vtilitate priuata.*

8 *Eccleſia etiam contribuit ad inſtructionem, & refectionem pontium itinerum, & murorum Ciuitatis.*

9 *Deciſ.S.C.in cauſa prædicta.*

DECISIO XXXVIII.

IN eadem cauſa fuit dubitatum. An fideliſſima Ciuitas Hoſtia Neapolitana, & alij vicini domorum tenerentur contribuere in pretio domorũ prædictarũ emptarũ pro atrio prædicto conficiendo, quia dicebant Patres prædicti Oratorij, quod Atrium prædictum cedebat ornamento, amplitudini, commodo, & vtilitati totius Ciuitatis in Vniuerſo propter commoditatem accedentium ad prædictam eccleſiam, & præſertim matronarum accedentium in curru, quarum frequens corona in dies in dicta Eccleſia inſpicitur, item cedebat vtilitati vicinorum, quorum ædes redebantur prætioſiores, commodiores, ac meliores, & proinde cùm ſentirent commoda, debebant contribuere in onere pretij ex reg.*tex.l.ſecundum naturam ff.de reg.iur.& c.*
1 *qui ſentit onus eod.tit.lib 6.* quæ regula, qui ſentit onus conuertitur, vt ibi tex. quod quemadmodum, qui ſentit onus debet ſentire commodum ità è conuerſo, qui ſentit commodum, debet ſentire onus. Abſurdum eſt enim alium habere commoda, & alium in commoda ſubſtinere, inquit *Paul.in l.is qui in poteſtate §.fin. vbi gloſ. allegat concord.ff. de leg. præſt. & exempla ponuntur per gloſ.in d. cap. qui ſentit, & ad idem tex.inſt.de legit.patron.tut. Et per hanc regulam*
2 *dixit Socin.Sen.conſ.253 num.fin.* quod quemadmodum Clerici non ligantur iuribus volentibus pœnas cõuentionales exigi poſſe per eos ab alijs eadem ratione fit, vt ab eis per alios peti nõ poſſint, quia commoda debent communicari, qua ratione attenta dicit etiam *Marſil. in ſing. 264.incip.cum ſequuntur commoda,&c.*ſingulariter fuiſſe loquutum *Bart. in tract. de duobus*
3 *fratribus in ſecunda col.*dicentem, quod muliere decedente in matrimonio ſine filijs, vir lucretur dimidium dotis, quod hoc caſu, ſi pater mariti ſuſtinuit onera matrimonij faciendo expenſas filio & vxori ſuæ decedenti, vt ſupra, tale lucrum debet acquiri patri, qui ſentit incommodum, & ſuſtinuit onus alendi, & expendendi, quod dictum pro notabili refert, & commendat *Abb. in conſ. 79.vol.2.Lud.Rom.explicat eleganter in Auth. ex teſtamento,de collat.num.17.quod dicit Manil.*etiam menti tenendum, quia vidit Bononiæ, & alibi obſeruatum contrarium ab idiotis, & ignorantibus, ſed ego adhuc valdè dubitarem (ſalua authoritate tantorum virorum) dicta ſint obiter, & facit alia ratio, quia ſi Eccleſia ſolueret integrum pretium domorum prædictarũ, abſque ſpe contributionis faciendæ, quarum demolitio efficit domos vicinorum meliores, ac prætioſiores. Ciuitatiſq; ſplendori, commodo, ac ornamento accreſcit, ſequeretur, quod Ciuitas, & vicini lucrarentur cum aliena iactura, quod fieri nón debet *cap.locupletari cum ſua mat. de reg. iur.lib.6.*& ſatis eſt Eccleſiam indigere demolitione prędictarum domorum ex cauſa publicæ vtilitatis, vt in præcedenti deciſione fundatum eſt, etiam quod Ciuitas, & vicini contradixiſſent,
4 quia non poſſunt excuſari quin contribuãt, nam cum ex cauſa neceſſaria ſit facta emptio domorum, & illarum demolitio, ex qua in conſequentiam ſucceſſit beneficium, & Ciuitati, & Vicinis, vtique ipſi tenentur contribuere, *tex.eſt expreſſus in l.ad portus C.de oper. publ.* vbi ad portus aquæ ductus, & murorum inſtaurationem, ſiue extructionem omnes nemine immune certatim tenentur conferre, & operas præſtare, & idem ſtatuitur *in l.omnes C. eo.* vbi etiam traditur forma contributionis faciendæ leg. pro viribus ſingulorum, & conſtitutione bonorum, & ſi hoc obtinet fauore reipublicæ, vt in dictis iuribus, debet obtinere fauore Eccleſiæ, cùm ad paria iudicentur, & æquiparentur *l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi ſcribentes omnes latè Euerard. in ſua Topica loco ab Eccleſia ad fiſcum, & tenet hoc
5 *Alberic.in l.prima ff.ad l.Rhod de iact.n.2.*Dicens Vicinos Ciuitatis, vel loci teneri ad contribuendum ad puteum, vel furnum communem,

vel

vel alia opera publica, vt eſt hoc opus, de quo in præſenti caſu per *tex. in d. l. ad portus, & l. portus, C. de aquedu. lib. 11. ſecundum Vbertum de Bobio, quem ſequitur Cepolla in Tract. de ſeruit. vrb. præd. in tit. de puteo cap. 47. num. 3. & benè facit toto tit ff. de trib act. l. 1. & 2. & fin tot. tit. ff. ad l. Rhod. de iactu, & ex his, quæ dixit gloſ.*
6 *in d. l. 2. quem ſequitur ibi Ang. num.* 2. dicens, quod ſi ignis eſt in domo Vicini, & ne ad domus vicinorum euagetur, deſtruatur domus in medio exiſtens, quòd propter hoc alij vicini debent cõtribuere pro reficiendo damno, & pretio domus deuaſtatæ, quam opinionem tenet etiam *Bar. ſed ſub dubio in d. l. prima. ſed non dubitanit in l. ſi alius, §. eſt, & alia ff. quod vi, aut clam. Fulgoſ. in d. l. 2. num. 2. Flor. in l. ſi quis fumo §. quod dicitur ad l. aquil. num.* 3. quod etiam non negat idem *Angel. in conſ. 157. prima col.* etiam, vbi verſatur vtilitas priuata principaliter nè ſcilicet ignis vlterius progrediatur, & ſuccedat domos vicinorum, & licet *Ang. in l. nauis ff. ad l. Rodiam*
7 *de iactu* dicat, quod ſi quis parietem communẽ, vel domum reficit, licèt mihi Vicino reſultet vtilitas, in conſequentiam non teneor ſibi cõtribuere, quia non inſpicitur, quòd venir ratione conſequentiæ, ſed principalis intentionis loquitur Ang. vbi principaliter agitur de priuata vtilitate, non publica, vt hic, prætereà non eſt tuta opinio Angeli, quia paries communis ſi non minatur ruinam, & indiget refectione non eſt dubium quòd affert principaliter vtilitatem, tàm reficienti, quã vicino de hac tamen materia latè *Cepolla in d. tract. de ſeruit. vrb. præd. Tit. de Pariete*, & ideo ſi ex cauſa vtilitatis priuatæ, licèt dirimere, & deuaſtare domos vicinorum, & cogentur alij vicini hoc caſu contribuere in pretio domorum deuaſtatarum à fortiori, vbi ex cauſa publicæ vtilitatis, vt in caſu noſtro, quia hoc caſu vicini non poſſunt impedire per contradictionem, & etiam nolentes compellent, vt tenet *Specul. in tit. de Cenſib. §. primo numero 10. verſ. item pone quædam vicinia, quem ſequitur Flor. in l. cum fructuarius num. 7. ff. vſufr. Cepolla in d. tract. de ſeruit. vrban. præd. d. tit. de puteo num. 4. optimè omnium Lucas de Pænna, qui diſputat ad partes in l. ad reparationem num. 4. C. de aqued. lib. 11.* vbi concludit tandem, etiam inuitis, & reluctantibus conferri beneficium quando eorum vtilitati non voluntati conſulitur, & proinde cogendos ad contribuendum.

8 Et quemadmodum ipſamet Eccleſia non excuſatur, quin teneatur contribuere pro refectione, & inſtructione, itinerum, Pontium, atque murorum Ciuitatis, & alia, de quibus in *l. ad inſtructionem, vbi Doct. C. de Sacroſ. Eccleſ. vt per Cepoll. qui alios cumulat in tract. de ſeruit. vrb. præd. tit. de refectione, cap. 59. num. 21. & declarat in tit. de ſeruit. vrban. n. 47.* eodem pacto nõ debet excuſari Ciuitas ipſa quin teneatur contribuere in conſtructione Atrij prædicti, quod ipſi Ciuitati commoditatem, & ornamentum affert, quemadmodum Muri, Pontes, & Viæ publicæ Eccleſiæ, nè ſit Eccleſia deterioris conditionis ipſamet Ciuitate, & ex regula retorquutionis tot. tit. quod quiſque iur.

9 Et ideo Sacrum Conſilium referente eodem Conſiliario Marco Antonio de Ponte die 30. Maij 1602 condemnauit fideliſſimam Ciuitatem & alios vicinos dominos domorum ad contribuendum. Apud Actuarium de ferrarijs.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Vicini debent contribuere emptioni domorum factæ per Eccleſ.*

2 *Caſalia tenentur contribuere expenſis factis per vniuerſitatem.*

3 *Vicini an teneantur contribuere dum Meretrices exſractant) cum alijs quæſtionibus.*

1 Quod contribuere debeant Vicini emptioni domorum factæ per Eccleſ. pro illius atrio conficiendo iuxta hanc deciſionem. Habes deciſum me patrocinante in cauſa venerabilis Monaſterij Sanctæ Mariæ Veritatis Ordinis Diſcalceatorum Diui Auguſtini ad relationem, quondã Conſ. Patigni in cõtributione atrij ipſius Eccleſiæ: &c.) ratione Beneficij, quod videntur ſenſiſſe, vt omnia dixi *in Prato meo ſuper tit. C. de operibus publicis in l. ad portus, & l. ſplendidiſſime, & in l. omnes, & vide Mormilem in conſt. Caſtra num. 7. & Reg. de Ponte in tract. de poteſt Proreg. fol. 63. num. 35. & 37.* prout Ca-
2 ſalia ex eadem ratione tenentur contribuere in expenſis factis per Ciuitatem, vt *D. Auth. infra deciſ. 71.* Declara tamen hanc concluſionem, & nota non procedere reſpectu vicinorum ad in-
3 ſtantiam quorum exſractarunt Meretrices cum verum ſit in controuerſo examine ſi locator vicini: vel ipſa meretrix conductris debuiſſet ſoluere penſionem fuiſſe reſolutum locatorem per ea *qua Ricc. reſol. 133. vol. 2. vt allegaui in Prato meo ad l. nimæ C. de epiſc. audientia num. 12. & vide Capibl. ſingul. 105. & diſtint. Molin. diſp. 499.* & ita conſului aduerſus quendam locãtem domum ſuam ſtudentibus cum illi habitare in loco honeſto non poſſint *de Franch. deciſ. 316. Anna ſingul. 338. vbi addidi vin. opin. 698. num. 3. par. 2. Menoch. caſu 328. & dixi in addit. 5.* ſupra reſpectu ſtudentium exterorum non Neapolitanorum.

Baldaxar de Angelit.

ARGVMENTVM.

An venditor in nundinis pretio non ſoluto, poſſit res ſuas vendicare, vel cenſetur fidem emptoris ſequutus.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rerum venditarum non cenſetur tranſlatum in emptorem pretio non ſoluto, quod illicò ſoluere promiſit, vel ſecundum morem illicò ſolet ſolui.*

2 *Venditor non cenſetur ſequutus fidem emptoris pro pretio, quod ſe ſtatim recepturum putat.*

3 *Venditor in nundinis nunquam cenſetur habere fidem de pretio.*

4 *Perſona ignota, & receſſura non eſt veriſimile quod quis velit fidem habere de pretio.*

5 *Factores mercatorum non poſſunt habere fidem de pretio in præiudicium dominorum.*

6 *Venditor, qui tradidit rem ſi permiſit emptori illam aſportare ſimpliciter videtur ſequutus eius fidem, & dominium tranſtuliſſe.*

DECISIO XXXIX.

1 Titius in Nūdinis Auerſæ vendidit Sempronio duos æquos pro pretio ducatorum centum, & quindecim illosque conſignauit recepturus illicò pretium in ſtatione in qua Sempronius morabatur, ad quam cū accederent ſuperuenerunt creditores Sempronij cùm literis exequutorialibus magnæ Curiæ, & exequutionem fecerunt in dictis æquis inſtantes apud magiſtrum nundinarum illos vendi, vt ipſis ſatisfieret dicebat Titius æquos eſſe ſuos proprios non autem Sempronij, qui nondum ſoluerat pretium, quod illico ſoluere promiſit, & pretio non ſoluto non fuiſſe tranſlatum dominium, & cōſequenter exequutionem fuiſſe factam in bonis alienis. Dicebant creditores Sempronij iam perfectam fuiſſe venditionem factam fuiſſe conſignationem, & tranſlatum dominium æquorum prædictorum in Sempronium habitam quæ fidem de pretio, & proinde non poſſe Titium illos vendicare, vel præferri iuxta *tex. l. procuratoris § plane ff. de trib. act. & l. quidam fundum, ff. de in rem verſo* Magiſter nundinarum prouidit, quod procederetur ad venditionem dictorum æquorum ad inſtantiam prædictorum creditorum Sempronij, & cum per Titium habitus fuiſſe illico recurſus ad magnam Curiam Vicariæ, quæ ſibi auocauit cauſam, poſtmodum Magna Curia confirmauit decretum prædictum habes pro abſoluto, quod dominium æquorum fuerit trāſlatum in Sempronium, & habitam fidem de pretio. A quo decreto fuit habitus recurſus, & appellatum ad Sacrū Conſilium, & prouiſum, quod Magna Curia Vicariæ faceret verbum in eodem Sacro Conſilio quo facto ſacrum Conſilium reuocauit decretū prædictum, & mandauit æquos prædictos Titio reſtitui, tamquam Domino. Nam cenſuimus omnes, quod dominium minimè fuerit tranſlatum in Sempronium pretio non ſoluto, quod illicò ſoluere pepigit ex eleganti, & notiſſima deciſ. *text. in l. quod vendidi ff. de contrah. empt. & in §. venditæ inſt. de rer. diuis.* ibi enim decidi tur non aliter rem venditam fieri emptoris, quam ſi pretium ſolutum fuerit, aut aliter pro eo cautum, & ſatisfactum niſi venditor fidem emptoris ſequutus fuerit, & in vtroque loco, & in *l. in ciuile, C. de rei vend.* ſingulariter explicat, & declarat glo. inquiens, quod poterit venditor pretio non ſoluto vendicare, quia nō ideo videor fidem habere de pretio ſi rem trado forte enim dicebat emptor habere pecuniam ad manus cum non haberet, & ſic trado allegat elegantem *tex. in l. ſi*
2 *quaſi, quæ eſt l. 111. ff. de pignior. act. quem tex. ita explicat, & ſummat Bar.* quod non videtur habere fidem de pretio, quod ſtatim, quis recepturum ſe putat, & ſubdit, quod *Andreas de piſis dicebat per iſtum tex.* dum ipſum audiebat, quod ſi aliquis contrahit quaſi recepturus pecuniam illicò non alias, quod non poteſt dari aliqua
3 dilatio ab homine vel à lege. Et in ſpetie de his quæ venduntur in nundinis. quod non cenſeatur habita fides de pretio, tenet eleganter *Bal. in l. ſi non donationis, C. de contrah. empt.* vbi inquit, quod non præſumitur habita fides de pretio in rebus in quibus conſueuit pretium ſtatim ſolui, vt in rebus, quæ venduntur in nundinis. Item nec vbi hoc apparet verum ex alia coniectura, quod nolit de pretio fidem habere, vt *l. ſi ſoluturus, ff. de ſolut. & d. l. ſi quaſi illi* ergo, qui vendunt, & tradunt æquos, & alia animalia protinus diſceſſuris, niſi eis ſtatim ſoluatur pretium poſſunt im-
4 mediate recuperare res ſuas, quia non eſt veriſimile, quod velint habere fidem de pretio perſonæ ignotæ, & receſſuræ *l. ſi legationes ff. de iud. hæc Bal.* quem omnes ſequuntur, & ſequitur *Vitalis in tract. clauſul. in clauſula, & ſpetialiter obligauit num. 19. pag. mihi 51. & in d. l. in ciui-*
5 *le dixit Bald.* quod factores mercatorum non poſſunt præiudicare domino, & habere fidem de pretio, & trans ferre dominium quando vendunt merces domini alicui receſſuro, vel ſuſpecto de fuga, vel cui diligenter pater fam. non traderet niſi præſenti pec. *vt in l. creditor ff. mand.*

Alio pacto diſtinguit, & declarat *Salic. in d. l.*

in

Digitized by Google

in cinile, quem ſequuntur Aret. Oinotom, ac reli-
6 *qui inſtitutiſtæ in d. §. venditæ* 13. quod aut, qui
tradidit permiſit rem aſportari peremptorem,
nec nuntium ſuum miſit cum re, & tunc videtur
fidem emptoris ſequutus aut non permiſit rem
aſportari, vel nuntium ſuum miſit cum re, & tũc
fidem non videtur ſequutus, & dominium non
cenſetur translatum, & poterit rem vendicare, &
in præſenti caſu venditor cum emptore accede-
bat ad ſtationem, ſeu cauponam cauſa habendi
pretium ergo non fuit ſequutus eius fidem.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *DOminium quando cenſeatur transla-tum in emptorem.*
2 *Fides de pretio quando conſideretur, & præſumatur.*
3 *Emptor ſi ſtatim poſt venditionem bonis cedat an venditor mercibus adhuc extantibus alijs creditoribus præferatur.*
4 *Fides de pretio in dubio an cenſeatur habita.*
5 *Venditor quando præferatur creditori facienti exequtionem ſuper re vendita.*

PRo coronide præſentis deciſionis,
quod ex eo, quod pretium illico pro-
miſſum ſolui pro venditione Animaliũ
in nundinis non fuit ſolutum ad inſtan-
tiam creditorum emptoris exequi non potuerũt,
& proinde ordinatum, quod venditori reſtitue-
1 rentur. Adde quia dominium in eo caſu non
erat translatum in emptorem pendente ſolutio-
ne facienda, vt in terminis per eadem iura noſtri
*Auth. R. de Ponte in tract. tit. 4 § 6. num. 7. & in
tit 8 §. 3 num.* 13. qui tamen transferri dominiũ
rei venditę notat quando fuit habita fides de pre
tio, *vt Alex. conſ. 173, num. 16. vol 6.* alias Domi-
nium rei venditæ remanet integrum, & indimi-
nutum penes venditorem, & nullum ſuper re
ius acquirit emptor, & ita *Rom. ſingul. 310 incip.
l. quod vendidi num primo,* & in ipſo caſu fides
2 de pretio non conſiderabatur, quia non erat cõ-
ceſſus terminus ad ſoluendum, qui facit præſu-
mere venditorem habere fidem de pretio *idem
Auth. decis 60. num primo vbi larga manu.* Ha-
betur ipſa materia) & quando vendens mercato-
ri aliquas merces ſolutione infra paucos dies per-
miſſa, & quod non aufugeret an mercatore poſt-
modum decoctore ſita in fundico exiſtẽte alijs
creditoribus ipſis pferatur, & ſic iuxtà illam de-
ciſ pariter non cenſeri habitam fidem de pretio
quando emptor fugam cogitauerat, &c. *Alex.
conſ. 92 num 2. lib. primo Suarez inter commun.
opin. tit. de contrah. emptione num. 68. qui num.*
152. ait iura velle pro translatione dominij, aut
expreſſam fidem de pretio, aut ſolutionem alias
datur vendicatio venditori *de Ponte d. tit. 4. §. 6.
num. 7. & 8.* facit in terminis omnino videnda
3 *obſer. Gaill. 15. li* 1. † ibi in quæſtione ſi emptor
ſtatim poſt vẽditionem bonis cedat, an venditor
mercibus adhuc extantibus alijs creditoribus ſit
præferendus, *& Tiraquell. de retract. conſan-
guin. tit. 1. gloſ. 2. num.* 41. & ad hoc propoſi-
tum nota, quod venditor, qui habuit fidem de
pretio agere nequit ad rem ipſam recuperandam
rei vendicatione, etiam ſi res ipſa eſſet penes ali-
quem *vt vin. Silua com. opin. 1025. ven-
ditor Suarez d. loco num. 6. in fine. Crinella
deciſ. Dolan. 56. nu.* 1. ſed debet præcisè age-
re ad prætium Marant. in ſingul. verbo venditor,
& eatenus hipothecam in illam habet quatenus
feciſſet ſibi illam rem obligare *Marant. 2. par.
ſingul. in fine verſ. debitor obligan t fol* 146. &
ſic niſi in ſpetie reſeruauerit dominium pẽdente
ſolutione prætij nil prætendere poſſet ſuper re
vendita *Neguſ. de pignor. 2. membro 5. par nu.*
13. *Borghin. deciſ. Finiz. 26. num 37. p. 2.* &
eo caſu emptor dominus erit, & alienare poterit
*Gratian. deciſ. March. 13. nu. 4. Vrſill. dec 306.
num. 1. & vide Thor. qui alia cumulat 2. par.
compend. verbo venditor ex iuris diſpoſitione,
& vide Martam in voto 43. & 48. & Viſconte
4 concl. venditor* † quæ nota, quia in praxi quoti-
die eueniunt, et ſi in dubio dicatur, & cen-
ſeatur haberi fides de pretio *id Auth. deciſ. 59.
num. 7.* & quando venditor præferatur creditori
5 facienti exequutionẽ ſuper re vendita *per Theſ.
q. forenſ. 74. lib. 2.*

Baldaxar de Angelis.

A R G V M E N T V M.

An tertius veniens poſt concluſum in
cauſa ad coadiuuandum, vel pro
ſuo intereſſe debeat audiri, &
in quo ſtatu.

S V M M A R I V M.

DOn. Franciſcus de Caſtro Regni Prorex laudatur, & extollitur num. 1.
Tertius veniens ad coadiuuandum poſt concluſum in cauſa debet audiri in eo ſtatu in quo cauſa reperitur n. 2. 4. 15.
Tertius multoties venit malitiosè, & calumnioſè ad differendum cauſæ expeditionem num. 3.
Deciſio in hoc caſu in audientia Grauatenſi, & Catalumniæ num 4. 5.
Deciſio Sacri Conſilij in caſu præmiſſo num. 6. 12. 16.
Intereſſe tertij oppoſitoris ſufficit conſtare apparenter etiam ſi excipiatur ius ipſius eſſe nullum, & inualidum num. 7.

Ius

Ius tertij oppoſitoris ſufficis habere figuram eſſe licet in ſubſtantia non probetur nu 8.

Subſtitutio ſi in pupillari ætate. vel ſi ſine liberis quandocumq; deceſſeris habet expectare caſum mortis inſtituti nu. 9.

Ius ſubſtitutionis ad hæredes non tranſmittitur nu. 10.

Subſtitutio non extenditur de perſona ad perſonam nu. 11.

Tertius, qui nullum habet intereſſe admictitur fauore pupilli etiam ſi ſit mulier, quæ pro pupilla petat audiri nu. 13.

Tertius, qui non habet intereſſe admictitur fauore reipublicæ num. 14.

Tertius admictitur ad producendum teſtes de nouo etiam poſt concluſum in cauſa, & poſt compilatum proceſſum nu. 16.

Tertius comparens ſi eſt perſona priuilegiata habet ſuas reſtitutiones, ſeu beneficia ad producendum teſtes de nouo nu. 16. 17.

DECISIO XXXX.

INter grauiores grauiſſima fuit cauſa in Sacro Conſilio agitata inter D. Hieronimam Caracciolam olim Principiſſam Sancti Seuerij agentem aduerſus Ioſeph eius fratrem, & eius Curatores ſuper eius excluſione à ſucceſſione feudorum, & burgenſaticorum, & vniuerſa ſucceſſione paterna, in qua prius quam cauſa principalis fuiſſet deciſa fuerunt diſcuſſa aliqua incidentia conſideratione digna, quæ nolui prætermittere, tamquam præambula cauſæ.

Etenim Antonius Caracciolus generis nobilitate, animi, & fortunæ bonis clarus decedens tres filios videlicet Ioſeph maſculum, & duas fœminas Hieronimam ſcilicet, & Victoriam. Hæc Victoria fuit primo loco copulata cum Comite Caſtri, quo mortuo ſecundo loco nupſit Comi-
1 ti Sarni. Nunc iterum vidua, & Socrus Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini mei D. Franciſci de Caſtro ſanguinis ſplendore, virtute, magnificentia, ac rerum geſtarum gloria nemini ſecundus, & faxit Deus, vt quem Regni Noſtri Proregem teneris in annis incredibili omnium admiratione experti ſumus tanta gubernandi peritia, & experientia præditum habeamus perpetuum Regni, & totius Italiæ moderatorem, vt ſub tanti Principis tutela, omnes tranquillitate, pace, iuſtitia bonis noſtris, & rerum abundantia, vt egemus perfruamur, in cius tamen teſtamento Antonius vniuerſalem hæredem inſtituit Ioſeph filium maſculum vnicum in omnibus bonis burgenſaticis, & feudalibus cauitq; vt ipſi decedenti in pupillari ætate, vel ſine liberis quandocumq; ſucce-deret D. Hieronima eodem pacto ſubſtituit D. Victoriam.

Verum Hieronima egit in Sacro Conſilio inſtetitque declarari Ioſeph eius fratrem incapacem feudorum, & vniuerſæ ſucceſſionis paternæ, tamquam mutum, ſurdum, dementem, & penitus imperfectum, & ſibi decerni, ac deferri vniuerſam ſucceſſionem, tam feudalium, quam burgenſaticorum virtute teſtamenti, & ſubſtitutionis paternæ, & inter agendum deceſſit vnico relicto filio cuius nomine Princeps Sancti Seuerij pater, & legitimus adminiſtrator iudicium fuit proſequutus compilatoque proceſſu, ſe oppoſuit dicta D. Victoria, quæ comparuit pro ſuo intereſſe, & etiam ad coadiuuandum iura Ioſeph, & fratris, & in fringendum iura ſororis.

Fuit dubitatum an eius oppoſitio eſſet legitima, & an deberet admicti, & audiri, dicebat ſiquidem Princeps nullo pacto eſſe audiendam, quia nullum habebat intereſſe ſaltim, præſentaneum Ant. prætendebat intereſſe vigore ſubſtitutionis paternæ, & clarum erat ipſam fuiſſe vocatam à patre poſt mortem Hieronimæ decedētis ſine liberis, vel in pupillari ætate, at D. Hieronima deceſſit relicto filio, quare euanuerat ſubſtitutio reſpectu ipſius Victoriæ, & ceſſabat intereſſe, aut prætendebat intereſſe iure proprio, & ex propria perſona, & pari modo conſtabat in promptu nullum ius ſibi competere poſſe, nec ſuper feudalibus, nec ſuper burgenſaticis, nam dempto Ioſeph de medio, tamquam incapace Hieronima occupat locum primo geniti, & conſequenter excluſa pœnitus ipſa D. Victoria ad feudorum ſucceſſionem debet admicti nam de Burgenſaticis non erat amplius diſputandum, quia Sacrum Conſilium iam pronuntiauerat reſpectu illorum Ioſeph non eſſe inquietandum, & illum abſoluit ab impetitione D. Hieronimæ reſeruando tantum deciſionem reſpectu feudalium completis annis vigintivno ætatis Ioſeph, quod tempus medici expectandum iudicauere, vt eo tempore certius iudicium prætenſæ fatuitatis, mutitatis, & imperfectionis facere poſſent, quæ omnia conſtabant manifeſtè Ant. prætendebat audiri ad finem coadiuuandi iura fratris, & dicebatur, quod iam proceſſus erat compilatus, publicatus, & concluſus, receptæ probationes hinc inde, & pateſacta iura vtriuſque partis nil
2 aliud remanebat faciendum, quam ſententiam proferre, & hoc caſu non potuiſſet aſſumere cauſam in eo ſtatu, in quo reperiebatur ex clara deciſione *tex. in c. fin. in fine, vt lit. pend. libr. 6. firmat, Bal. in l. ſi eo tempore num 6. C. de remiſſ. pign. Imol. in c. cum ſuper extra de re iud. Ancar. conſ. 183. & ſatis eleganter, Natta in conſ. 457. per totum,* at cauſa erat in limine expeditionis ergo non poterat, nec debebat dif-
4 ferri per oppoſitionem dictæ D. Victoriæ, etiam, quia iſtæ oppoſitiones multoties fiunt, & procurantur calumniç cauſa potius, quam ex neceſſitate, ne lites finem accipiant, vt in d. *c. fin. aduertit Summus Pontifex, & aduertis per bellè Couar. pract. qq. cap. 14. num. 4.* vbi abundè de hac re dicens hoc æquitati conuenire potiſſimè ob frequentes has tertiorum oppoſitiones, quę ple-

18 *in d.l. perluſorio*, ſed tamẽ omnes votauimus, ac
cenſuimus beneficia primum, & ſecundum ſuc-
ceſſiue eſſe concedenda, in quibus D. Victoria
produxit multos teſtes, & adiuuit iura Ioſeph
fratris ſui quantũ potuit, & hoc ex deciſione, &
diſtinctione *Bart. cõmune voto recepta per Doct.
in d.l. ſi perluſorio* admictentis tertium ad pro-
ducendum teſte de nouo, & poſt concluſum in
cauſa, vbi ignorauit, quã doctrinã ſumpſit *Bart.
à theorica Inn. in ca. cum ſuper*, & ibi omnes Ca-
noniſtæ eadem opinionem communi ſententia
ſectantur, & Innoc. theoricam latè expendit ma-
gnificat, & explicat *Ang. in d.l. ſi ſuſpecta, & re-
fert etiam Affl. in deciſ.* ne eius ſcripta tranſcri-
bam illam receptã fuiſſe in S.C. & admiſſus ter-
tius ad producendũ nouos teſtes, & probationes,
17 & ad hoc allegaui deciſ. particularem. *Diomedis
Mariconda in conſt. Regni obſcuritatẽ*, vbi quæ-
rit an tertius comparens pro ſuo intereſſe poſt
publicatum in cauſa, ſi eſt perſona priuilegiata
poſſit petere beneficia, & examinare reſoluit, ꝗ
poſſit petere, quia admictitur cũ ſuo priuilegio,
& ſicut poteſt examinari in cauſa matrimoniali,
ex quo in ea non obſtat publicatio, vt dixit *Ang.
in l. ſi ſuſpecta, ff. de inoff. teſtam.* ita etiam vigore
beneficij, quod poteſt peti etiam facta concluſio-
ne in cauſa, & ita practicamus, hæc Diomedes,
qui de praxi in noſtro Tribunali, & Regno te-
ſtatur, & fuit diomedes Mariconda excellens do-
ctor, & Regius Conciliarius.

Et habet hæc opinio cõcludentem rationem, & æquitatem, quia ſi tertius, qui admictitur poſt concluſum in cauſa non poſſet de nouo producere teſtes, & omnia ei incumbẽtia expediret potius illam nõ admictere, quia redderetur fruſtratoria eius oppoſitio, & intentio, & ad nihilũ protinus deſeruiret poſtquam igitur iura admictunt tertium, ac ſtatuunt, quod audiatur, ne fruſtra operentur, quod lex nunquam facit debet intelligi, vt plene audiatur, & reſtituatur ad producendum teſtes, & iura ſua ſi voluerit, & opus fuerit, & hoc iure, vſi ſũt ſemper maiores noſtri, & nos vtimur indifferenter, & volui hanc deciſionẽ pro practicis, & cauſidicis edere, quia frequenter occurrit, & ex hoc incidenti proceſſu poſtmodum compilato fuit deuentum ad deciſionem cauſæ principalis, de qua in ſeq. deciſione.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Tertius quando debeat audiri, & quomodo, & in quibus terminis remiſſiuè, & num. 5.*

2 *Tertius an valeat ex ſua perſona recuſare Iudices.*

3 *Tertius an valeat opponere fori declinatoriã*

4 *Tertius comparens ad infringendum, vel ad coadiuuandum, an poſſit impedire cauſa expeditionem remiſſiuè.*

6 *Tertius comparens poſt publicatum, an poſſit producere teſtes.*

7 *Tertius veniens ad cauſam poteſt petere beneficia cum decl. 2 nu. 8.*

9 *Tertius comparens ad infringendum, an poſſit petere beneficia, & quomodo, quando ad defendendum, vel coadiuuandum remiſſiuè.*

10 *Tertius an poſt introductam cauſam petere beneficia poſſit.*

11 *Beneficia hodie quo tempore concedantur, & peti poſſint.*

1 DE tertio venientẽ ad cauſam loquitur
præſens deciſio, qui ſi debeat audi-
ri quomodo, & in quibus terminis
&c. poſt alios *D. R. T app. in tit. de in
integ. reſt. in ſuo iure Regni, Trentacinq; lib.
2. var reſol. vol. 1. reſol. 16. fol. 35. Giurba dec.
Sicil. 1. V in. deciſ. 291 n. 4. Marta voto 202. in
fin. Ricc. coll. 106. et 2284. Anna alleg 76. vbi ad-*
2 *didi D. Ludouiſ. dec. 259. 303. & 396.* & ſi valeat
ex ſua perſona recuſare iudices *per D. Ronit. in*
3 *pragm. 7. nu. 2. de ſuſpict. official.* & ſi valeat fori
declinatoriam opponere per ipſum *Ann. alleg.*
4 *præcit.* & ſi comparuit ad infrigendum, vel ad
coadiuuandum poſſit impedire expeditionem
cauſæ refert deciſum per S.C. *Anna iunior conſ.*
5 97. quo loci, *& in conſ. 98.* abbũdantiſſimè pari-
ter trattauit materiam tertij venientis ad cauſam,
6 & ſi poſſit producere teſtes tertius comparens in
cauſa poſt publicationem, & dicta teſtificata
*per Muſcatell in praxi S.C. p. 3 gloſ. nomin. &
ipſum Ann. iun. d. conſ 98 nu. 5. Imbr. de. 1. & 2.
benef. conſid. 9. num. 101. Affl. deciſ. 235. Ricc. cit.
coll. 106. Prout ſecundum deciſ. D. noſtri Auth.*
7 quod valeat petere beneficia, & ei ſint concedẽ-
da apparet firmatum ex alia deciſ. S.C. nouiſſima
quam recenſet *Lelius Caputus ad conſuetud.
Neap. in proem Carol. V. §. 3. num. 22. in cauſa
Petri Spinulæ, cum Marchione Sancte Stephani
& facitin Muſcatell. prax. S.c. lib. 1 gloſ. in
integrum num. 16. Viſcon. concl. tertius Ricc. cit.*
8 *coll. 106. de Franch. deciſ. 261.* Recepta declara-
tione, ſi in cauſa principali eſſent conceſſa bene-
ficia, quia tunc non aliter tertio concederentur,
*ſecundum eundem Annam conſ. 98. nu. 10. & 13.
& vide Thor. in comp. deciſ. 2 par. verba benefi-
cia, & beneficia tertio comparenti, & in verbo*
9 *beneficium*, ſed quid quando ad infrigendum ter-
tius venerit, an beneficia petere poterit, & quan-
do ad coadiuuandũ, & ſic quomodo talis cõclu-
ſio intelligatur latiſſimè *Auditor Imbrian. cit.*
10 *tratt. conſid. 6. per plures numeros*, & ibi pariter
ſi poſt introductã cauſam poſſunt ipſi tertio cõ-
cedi beneficia, vt refert *ipſe Thor. deciſũ cit. loc.*
11 *per S.C.* & hodie ſcias beneficia non peti poſſe
niſi poſt publicationẽ per 30. dies, & 2. benefic.
poſt cõcluſ. per alios 30. &c. & pinde ipſis elap-
ſis eſſe præcluſam viam illa petendi, etiã per viã
reſtitutionis in integrum ſecundum *prag. Card.
Zapattæ ſub die 27. Maij 1621. vt dixi in addit.
ad deciſ. 21. ſupra abbundantiſſimè, & infra in
addit. ad deciſ. adiunctam 83.*

Baldaxar de Angelis.

P. AR-

ARGVMENTVM.

An præſentans ſcripturam priuatam poſt cauſæ concluſionem valeat aduerſarium cogere, vt eam recognoſcat.

SVMMARIVM.

1 *PRactica S. C. in recipiendis ſcripturis tàm publicis, quàm priuatis etiam poſt concluſum in cauſa, & vſq; ad prolationem ſententiæ excluſiuè, contra diſpoſitionem Rituum M.C ſiue per actorem præſententur, ſiue per conuentum, & in termino teſtibus coadiuuari, vt num. 5.*

2 *Sollemnitates iuris ciuilis per Regiam Pragmaticam ſublata in formandis Iudicijs in hoc Regno, & ſtatutum, quod procedatur ſola facti veritate inſpecta. & num. 6. & ob id in Regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ num. 10.*

3 *Recognitio priuatæ ſcripturæ poſt concluſum in cauſa præſentatæ nunquid facienda per aduerſarium ad præſentantis inſtantiam.*

4 *Recognitio, & interrogatio ſuper ſcriptura priuata eſt diuerſa à depoſitione principalis, quæ poteſt peti in qualibet Iudicij parte.*

5 *Iudex in cauſis ſibi commiſſis ſummaria, &c. poteſt ſiue ad partis inſtantiam, ſiue ex officio in qualibet Iudicij parte litigatores interrogare, vbicunque hoc æquitas ſuadebit.*

8 *Titulus de interrogat. action. ab æquitatem aditus, & dictas interrogationes, ac reſponſiones nos declarationes vocamus, & num 9.*

10 *Robertus Maranta doctus practicus, & illud eius Speculum verè aureum.*

11 *Producens ſcripturas, ſiue inſtrumenta, non tenetur facere articulos, quia ex illarum inſpectione apparet, quid ponat, & quid velit.*

12 *Scripturæ priuatæ, quæ nullam faciunt probationem licet non poſſint teſtibus coadiuuari; recognoſci tamen debent per aduerſarium.*

13 *Recognitio dicitur probatio ex interrogatione, & confeſſione, quæ omni tempore ſunt permiſſæ deciſio cauſa num. 6. & 14.*

DECISIO XXXXI.

IN Sacro Conſilio practicamus, quod etiã poſt concluſum in cauſa recipiũtur ſcripturæ tàm publicæ, quàm priuatæ, ſiue per Actorẽ, ſiuè per conuentum præſententur, & etiã tempore expeditionis cauſæ in ipſa Aula Sac. Conſ. ſi præſententur, recipiuntur, & vſque ad ſententiæ prolationem excluſiue, non obſtante
1 *Ritu 238. 239. & 240. qui eſt duplicatus, cum dicat idem quod Ritus* 158. per quos diſponitur, idem quod ius commune, vt poſt concluſum in cauſa inſtrumenta non recipiantur, vt in *cap. cum dilectus extra de fide inſtrum.* Et hæc practica non eſt ſine ratione, quia poſt Ritus prædictos ſuperuenit Pragmatica Reginæ Iſabellæ impreſ-
2 ſa poſt prædictos Ritus, per quam forma libellorum, & ſubtilitates iuris ciuilis ſunt ſublatæ in formandis Iudicijs, & ſtatutum, vt procedatur in hoc Regno ſola facti veritate inſpecta ſummariè ſimpliciter, & de plano, & ideo quandocunque venit veritas, & de ea conſtare poteſt, etiam poſt concluſum in cauſa, & vſque ad ſententiæ prolationem, vt ſupra dictum eſt admictitur, hoc enim operatur virtus clauſulæ prædictę, vt procedatur ſola facti veritate inſpecta, &c. vt aduertit etiam *Carauit ſuper d. Ritu.* 238

Sed fuit dubitatum, ac cõtrouerſum, an ſi poſt concluſum in cauſa præſententur ſcripturæ priuatæ, & per præſentantem inſtetur, quod aduerſarius illas recognoſcat, teneatur illas recognoſcere, dicebat enim Aduerſarius, quod non tene-
3 batur illas recognoſcere, quia poſt litem conteſtatam non fiunt recognitiones, quæ practica ſumpta eſt ex Ritu incip. Item ſeruat ipſa Curia Hanc practicam, ſub tit. de rei vendicat. de quo mentionem facit *Maranta in ſuo ſpeculo par. vt ſupra in 7. membro num.* 3. ſed corruptę illum allegat eſſe ſub *num.* 241. quia in Ritibus, & Commentarijs Carau. eſt ſub *num.* 300. at in libro Rituum eſt ſub d. Rubr. & ex Pragmatica 6. in antiquis incip. ſi Reus exceptiones, *ſub tit. de ord. Iudic.* Et ideò dicebatur, quod diuerſũ eſt dicere, quod quis teneatur recognoſcere, & interrogari ſuper ſcriptura priuata, & diuerſum, quod teneatur, tamquam principalis, & legalior deponere ſuper poſitionibus continentibus ſubſtan-
4 tiam ſcripturæ priuatæ, quia cum depoſitio principalis ex qualibet parte Iudicij peti poſſit, non negabat Pars, contra quam erat producta ſcriptura eius depoſitionem ſuper poſitionibus faciẽdis, ſed tantum ad recognoſcendum non teneri, contendebat etiam, quia licet poſt concluſum in cauſa poſſint produci ſcripturæ publicæ, & illæ teſtibus coadiuuari etiam productæ ante concluſionem, & proinde ſit dandus nouus terminus ad
5 coadiuuandum, vt teſtatur in Sacro Conſilio deciſum

ciſum *Affl.in decíſ.* 115. Et idem, vbi ſunt pro-
ductæ ſcripturæ priuatæ, quæ aliqualem proba-
tionem faciant, vt puta, quia ſunt in illis ſigilla, &
ſigna ſcribentis, quæ etiam comprobari, & coa-
diuuari poſſunt, vt teſtatur idem *Affl deciſum in
deciſione* 271. Tamen, vbi præſentantur ſcriptu-
ræ merè priuatè, quę nullam probationem, nec
aliqualem faciunt, eo caſu non coadiuuantur nec
datur terminus aliquis ad coadiuuandum, vt per
eundem Affliĉt. Qui dicit ita deciſum in *deeiſ.*
171. Et cum in caſu noſtro ageretur de literis,
ſeu epiſtolis priuatis præſentatis poſt concluſum
in cauſa, videbatur dicendum quod ſi producens
non poteſt illas coadiuuare ex ſupradictis, minus
tenebatur, qui ſcripſit illas recognoſcere, & non
debebat cogi ad reſpondendum, & recognoſcē-
dum, an ipſe illas ſcripſerit.

Tamen Sacrum Conſilium die 19. Menſis Ia-
nuarij 1604. me referente cenſuit teneri princi-
palem, qui ſcripſit illas recognoſcere, iam quod
Pars inſtabat ſuper recognitione, & non quod
deponeret, vt principalis, quia cum omnes cauſæ
6 in Regno, vt in initio diximus ſint ſummariæ, &
procedatur ſola facti veritate inſpecta, etiam poſt
litem conteſtatam, & poſt concluſum in cauſa,
poteſt principalis interrogari, an literæ ſint ab ip
ſo ſcriptæ, & tenetur recognoſcere, & reſponde-
re, vt expreſſe ſtatuit *tex.in Clem.ſepe, de verb.
ſignif. & non eſt opinio gloſæ* ibi in verbo inter-
rogabit, vt multi ineptè exiſtimarunt, non per-
pendentes, aut non legentes .... *tex ſed glo.* ibi
id notat ex illo tex. qui hoc expreſsè ſtatuit, quod
vbicunque committitur cauſa ſummariè, ſimpli-
citer, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, &
ſola facti veritate inſpecta valeat Iudex in quacū-
7 que parte Iudicij, vel ad partis inſtantiam, vel ex
officio litigatores interrogare, operatur enim
clauſula prædicta, vt neque libellus, neque litis
conteſtatio exigatur, & etiam tempore feriarum
ob hominum neceſſitates ... à iure procedi
valeat, dilationes amputentur, vt lites breuiores
fiant, exceptiones appellationes dilatoriæ, & fru-
ſtratoriæ repellantur aduocatorum, & procura-
torum contentiones, & v.... teſtiumque ſuper-
flua multitudo refrenentur, & poſt multa ſubdit
interrogabit etiam partes, ſiuè adeorum inſtan-
tiam. ſiue ex officio, vbicunque hoc æquitas ſua-
debit, & ibi glo. dicit eſſe ſpeciale, vt poſt con-
cluſum in cauſa partes interrogentur, & ibi etiā
gloſ. magna in princ. in verbo, & figura declarat
vim, & effectum prædictæ clauſulæ, & abundè ibi
per Docto. & per *Bart. in extrauag. ad repri-
mendum in verbo ſumere cum ſequentibus*, vbi
ample, & ad facietatem huſque omnia congerit
*Rebuff. in Comment ſuper conſtit. Franciæ tit. de
ſent. exequut. art. 9 gloſ. 2. tomo primo per totum.*
8 Etenim tit. de interrogat. act. hunc ob finem fuit
æditus, vt in quacūque parte Iudicii poſſint par-
tes interrogari, vbicūque enim æquitas Iudicem
mouerit æquè oportere fieri interrogationem,
dubium non eſt reſpondebit *Vulp. in l. vbicunq;
pen. 22. ff. eo. tit.* quia voluit prætor adſtringere
eum, qui conuenitur ex ſua in iudicio reſponſio-
ne, vt vel confitendo, vel mentiendo ſe oneret,
&c.... idem Vulp. declarat in *l. voluit prætor
4. ff. rod. tit. de qua ad idem meminit D. Præſes
de Franch. in decíſ. 263. num.* 10. & ſunt reſpon-
9 ſiones, & interrogationes, de quibus in eo. tit.
quas nos declarationes appellamus, vt ex diſcur-
ſu illius tituli conſtat, declaratque .... *in l. qui
petitorio 37. ff. de rei vend.* vbi qui petitorio iu-
dicio vtitur, nè fruſtra experiatur requirere de-
bet. An is cum quo inſtituit actionem poſſeſ-
ſor ...., gl. ibi in verbo vtitur dicit etiam poſt
litem conteſtatam huiuſmodi requiſitiones, &
declarationes peti poſſe, cum qua, & Bart. ibi, ac
reliqui Doct. pertranſennt, & dicit ibi glo. id pro
cedere, vbi etiam quis ante litem conteſtatam
oblitus eſt requirere, ergo à fortiori, vbi poſt li-
tem conteſtatam exibentur ſcripturæ priuatæ,
quæ indigent recognitione, & ſi hoc de iure cō-
muni obtinuit, à fortiori procedent in Iudicijs, &
10 cauſis, & ſummarijs vt ſunt omnes hodie in Re-
gno noſtro, vt diximus, quo caſu poſſe in qua-
cunque parte Iudicij etiam poſt concluſum in
cauſa fieri huiuſmodi recognitiones, declaratio-
nes, & interrogationes, nam doctus ille practicus
*Maranta in ſuo verè aureo ſpeculo par. 4. diſt.
9. num. 28. & ſeq.* vbi eleganter hoc explicat etiā,
11 quia qui producit inſtrumenta, & ſcripturas, non
tenetur facere articulos, quia ex ſcripturarum in-
ſpectione apparet quid ponit, & quid velit, *vt in
d. Clem. ſæpe in 4. par. num. 4. dicit Boniſat. de
Vitalinis per tex. in l. cum precibus, C. de proba.
l. optimam ff. de contrah. & committ. ſtipul. cum
alijs ſimilib. & deciſio Affl. ſupra relata*, non
12 obſtat, nam licet ſcripturæ priuatæ, quæ nullam
faciunt probationem non poſſint teſtibus coa-
diuuari, & ita deciſum fuerit, tamen non ob hoc
ſequitur, quin non teneatur principalis illos reco
gnoſcere, nam vnum eſt dicere, quod recogno-
ſcantur, aliud, & diuerſum, quod teſtibus coadiu
uentur, recognitio enim eſt probatio ex confeſ-
13 ſione, & interrogatione aduerſarij, quæ omni
tempore eſt permiſſa, vt ſupra docuimus, & ideo
cùm lis ageretur in Sacro Conſ. inter Iulium de
Simeonibus Aquilanum, & Magnificum V. I.D.
Ioſeph Ciampellam, poſt concluſum in cauſa
fuerunt per Iulium productæ literæ dicti Ioſeph
Ciampellæ ad ipſum miſſæ, pro quarum re co-
gnitione inſtabat, & renuente Ioſeph recogno-
ſcere, quia prætendebat non teneri, poſt conclu-
ſionem in cauſa factam Sacrum Conſilium decre
uit eſſe recognoſcendas. Apud Actuarium.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *SCripturæ an poſſint preſentari poſt con-
cluſum in cauſa.*
2 *Concluſionis actus dat finem probationibus.*
3 *Concluſum in cauſa idem operat, quod iudi-
catum.*
4 *Repetitio teſtium non datur poſt concluſum,
& traditur opinio Authoris.*

5 *Declaratio principalis peti poteſt poſt concluſum, & ibi quæ poſſunt fieri poſt concluſionem*

6 *Cautela practicorum enuntiatur quando fit concluſio.*

7 *Reſeruatio producendi ſcripturas, & ſi non fuerit ſpecificata intelligitur in concluſione quæ fit.*

8 *Recognoſcere tenetur aduerſarius ſcripturas præſentatas poſt concluſum.*

Terminus ad impugnandum, & concomitandum datur aduerſus ſcripturas.

10 *Terminus ad impugnandum ſucceſſit loco repulſæ.*

11 *Recognitio ſigillorum notariorum fieri poteſt poſt concluſum.*

12 *Interrogationes poſſunt fieri in qualibet parte iudicij.*

AD duas concluſiones, quæ ex ſingulari hac deciſione colliguntur ſcilicet, &
quod poſt concluſum in cauſa poſ-
1 ſint præſentari ſcripturę in S.C. altera, quod recognoſcere teneatur aduerſarius ſcripturas preſentatas ab altera parte dum ipſa inſtat *Adde Muſcatell in praxi S. C. par. 7. gloſ. præſentatas per totam vbi recenſet ſecundum ius commune ius regni, & ſtylum S.C.*
2 Licet actus concluſionis det finem probatio-
3 nibus *Felyn. & ceteri in cap. cum dilectus inde paria ſunt eſſe latam ſententiam, & eſſe concluſum in cauſa, vt Affict. deciſ. 396. num. 11. & in*
4 *conſt. eorum fraudibus num. 15.* & ideo ampliatur quod nec etiam repetitio teſtium concedi poſſit & ita indifferenter ſeruat praxis noſtra, *vt de Franch. deciſ. 716. num 9.* licet dubitaſſet tempore ſuo *Capyc. deciſ. 35. in fine,* quod ego quidem dubito quando iudex dubitaret circa depoſitiones factas nam tunc ad indagandam veritatem ex officio credo quod poterit repeti facere teſtes ex adductis per *Angel. conſ. 296. poſt num. 3. &*
5 *4.* prout poſt concluſionis actum peti poteſt principalis declaratio *Scaglion. in pragm. curſu dilationum.* & ſic eſt receptum hodie in praxi per prag. excellentiſſ. comitis lemenis *delli 28. capi et proprie cap. 7.* niſi in caſu ibi expreſſo: prout de reliquis, qui fieri poſſunt poſt actum concluſionis *Affli. dec. 232. col. 2. Capyc. dec. 35. idem Affl. in §. idem ſi vaſſallus num. 17. de controuerſ. inueſt. Scaglion. & cæteri in pragm. 14. de ordin. iudic. Felin. in cap. cum dilectus Menoch. quæſt. 45. & Ricc. coll. deciſ. 85. & qui non fieri poſſunt per Borrell. 2. par. ſummæ deciſ. tit. 26. a primo vſque ad finem.*
6 Et proinde dicunt practici, quod quando cõcluſio dicat cum reſeruatione producendi ſcripturas, & tunc indifferenter poſſunt produci imò datur terminus producenti ad concomitandum per teſtes *Afflict. deciſ. 271.*
7 Non aduertentes, quod & ſi non fuerit ſpecificata ipſa reſeruatio intelligitur in concluſione ſimpliciter facta *de Franch. deciſ. 631. ſub verſ. an vero.*
8 Et teneri recognoſcere aduerſarium ſcripturas preſentatas poſt concluſionem ipſam inſtante parte vt patet deciſum hoc loco facit quia ſi ve-
9 rum eſt aduerſus ipſas ſcripturas dari terminum ad impugnandum, & concomitandum, qui ter-
10 minus ad impugnandum ſucceſſit loco repulſe, qui aduerſus ſcripturam non datur *Muſcatell. in praxi lib. primo par. 7. num. 17.* data declaratione in caſu *Capic. deciſ. 68. in fine* vbi dicit, quod ſi pars, quæ habuit terminum repulſæ contra teſtes petijſſet, quod ille terminus intelligeretur datus etiam ad impugnationem ſcripturarũ S C. admiſiſſet prout ſic alias in cauſa Ducis Ariani iudicauerat *id. Muſcatell gloſ. legaliores in addit. in fine par. 7.* & patet dari prędictos terminos *ex deciſ. de Franch 631. & vide Thor. p. par. comp.* in verbo terminus ad concomitantiam & fuit deciſum in S.C. teſtè *Afflict. in cap. primo num. 44 ſi de inueſtit. inter domin. & vaſſall.* lis oriatur, non mirum ſi in caſu deciſionis fuit dictum illum teneri recognoſcere, quia cum debet dari terminus tanto magis peti declaratio, & maxime quando fuit petita cauſa releuandi ab onere probandi per ea quę *Maſull. ad Capic. deciſ. 145. poſt num. 6. in fin.* in caſu depoſitionis principalis, &c. & in terminis ipſius noſtre *deciſ. D. Rouit. in pragm. 6. in nouis de ordine iudic. num. 11.* vbi, & ipſum allegat inde, & poſſe fieri reco-
11 gnitionẽ ſigillorum notariorum *Rota in nouis deciſ 6 gaill. obſeru. lib. 1. obſeruat 105. num. 14. verſ. 7. & poſſit, & Borrell. 2. par. ſummæ de-*
12 *ciſ. tit. 26. num.* 88 & in materia interrogationũ, quod poſſint fieri in qualibet parte iudicij *Menoch. de præſumpt. lib. primo quæſt. 62. & de Franch. deciſ. 263. num. 10.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An hæres eius, qui in aliena prouincia mortuus eſt poſſit elapſo trium menſium ſpatio à die obitus in teſtatoris patria, vbi bona ſunt inuentariũ conficere.

SVMMARIVM.

I*Nuentarium confectũ per hæredem defuncti procul ab eius patria, & bonis, poſt lapſum trium menſium à die obitus num iuuet hæredem, in loco bonorum, & in patria illud conficientem num.* 1.

Tex. in l. fin. §. ſin autem à locis, C. de iure delib. dat ſpatium abſentibus vnius anni nu. 2. & 3.

Proui-

Prouiſio d. §. ſin autem à locis duo requirit, vt annus detur pro inuentario n. 4.

Imperator reſpexit abſentiam rerum, non perſonarum in termino inuentarij conficiendi, qui non currit hæredi niſi à die ſcientiæ mortis teſtatoris num. 5. vel à die aditæ hæreditatis ſecundum communem Doct. opin. num. 6.

Opin. Doct. quod terminus computetur, à die aditæ hæreditaris contradicit litera d. l. fi. verſ. omni tamen modo, vt eſt perpenſum à num. 7. 8. & 9. vbi de communi non eſt curandum, ſi rationem, vel legem habet contrariam.

Deciſio S. C. hæredem decedentis in aliqua prouincia huius Regni non habere niſi trimeſtre ad conficiendum inuentarium, quia non ſunt Prouinciæ de quibus ius. commune intelligit num. 10. 11. 12.

Regnum hoc totum ab hac Ciuit. Neap eius Metropoli percurritur ſpatio vigenti dierum cum omnibus eius Prouincijs nu. 13. quod cum ſit ſub vno Præſide, ſiue Prorege dicitur vna Prouincia & num. 15. & 21.

Abſurdum eſſet ſi in rebus Salerni, vel locis non vltra vnam vel duas, aut tres dietas hæres anno potiretur ad inuentarium conficiendum nu. 14.

Abſens, qui eſt in eadem prouincia ab vno Præſide ſiue Prorege gubernata non dicitur abſens nu. 15. & 18.

Conſtitutio Regni adictorum citato intra Regnū dat terminum triginta dierum extra Regnum duorum menſium à die citationis ad comparendam, vt nu. 16. 17.

Poteſtas omnis, ac ius, quod olim erat apud Conſules, & maior, eſt hodie apud Reges, & Proconſulum, quiuis eorum prouincias regebant, apud Proreges nu. 18.

Opinio Cyni. Hoſt. & Bart. quæ nam dicatur Prouincia nu. 19.

Prouincia de iure Canonico dicitur, quæ habet 10. vel 11. Ciuitates, vnum Metropolitanum, & vnum Regem, nu. 20.

Punctus huius Deciſ. nouus à ſolo Guid. Pap. tactus.

Sycilia, & Mediolanum, & ſi ſub vno Rege ſint quibus duo, vel tres Præſident Proreges, duo dicuntur Prouinciæ, vel tres num. 23.

Hæres non poteſt elapſo ſpacio à l. præfixo moram purgare. & inuentarium conficere, nec valet poſtea confectum.

Vt ex verb. d. l. fin. C. de iu. del. vbi tempus datū eſt pro forma, vt num. 24. & 25.

Per S. C. bis iudicatum inuentarium poſt tempus confectum hæredi non prodeſſe num. 26 & 27.

DECISIO XXXXII.

REferente, quōdam Petro Paulo Theodoro tunc vnius ex aulis S. Conſ. præfecto, non minus docto, quam oculato Conſiliario, accuratè egimus de interpretatione *tex. l. fin. §. ſin autem à locis, C. de iur. delib.* Cum enim deceſſeric
teſtator Neapoli extra Neapol. relicto hærede
Neapolitano, qui adijt hæreditatem, & ſolemne
1 confecit inuentarium, ſed poſt trimeſtre fuit cō-
trouerſum inuentarium, dicentibus creditoribus
hæreditarijs, non iuuare hæredem, tamquam con-
fectum poſt trimeſtre tempus in d. l. fin. præſti-
tutum, eo ex aduerſo replicante, quod cum de-
ceſſerit teſtator extra Neapolim in aliena pro-
2 uincia, ipſe habet annum ex eiuſdem l. diſpoſi-
tione ad conficiendum prædictum inuentarium,
infrà quem terminum confecerat, etiam quia
elapſo tempore potuiſſet moram purgare, ſuffi-
cere enim debet creditoribus inuentarium eſſe
confectum cum omnibus ſollemnitatibus à iure
requiſitis, de quibus non dubitabatur, & intra
annum prædictum, prout dicit text. cuius verba
3 ſunt. ſin autem à locis, in quibus res hæredita-
riæ, vel maxima pars earum poſita eſt hæredes a-
beſſe contingerit, tunc eis vnius anni ſpatium à
morte teſtatoris numerandum damus ad huiuſ-
modi inuentarij conſumationem, ſufficit enim
præfatum tempus, & ſi longiſſimis ſpatijs diſtant,
quare dicebat eſſe caſum legis pro ſe, & inuen-
tario confecto, quia teſtator deceſſerat procul ab
hac Ciuitate in aliena prouintia eodem hærede
abſente, potuit igitur intra annum conficere in-
uentarium, prout confecit.

Sed per Sacrum Conſilium fuit ponderatus
4 tex. prædictus, qui duo requirit. Primum, quod
res, de quibus eſt faciendum inuentarium abſint
à loco vbi reſidet hæres. Secundum, quod ſint in
partibus remotis, & longinquis ibi, & ſi longiſſi-
mis ſpatijs diſtant, quorum ſenſus eſt, non ſolum
ſi diſtant in remotis, & longinquis partibus, ſed
etiam longiſſimis Annus ſufficiat ad inuentarij
conſumationem conſiderauit enim Imperator
Iuſtinianus, caſum quo res ſint ſitæ in partibus,
tàm remotis, & longinquis, quod verè trimeſtre
tempus non ſufficiat hæredi ad illas perquiren-
dum, & faciendum inuentarium, vt puta ſi dece-
deret Romanus in Grecia, relicto hærede Ro-
mano, & res ſitæ ſint in Grecia, vel è conuerſo,
relicto hærede Greco, & res Romæ ſitæ ſint, vel
alibi in alijs partibus remotis, & in aliena prouin-
cia, & Regno, vt fermè impoſſibile ſit hæredi in-
tra tam breue tempus inuentarium conficere, &
5 ideo non ſine miſterio Imperator reſpexit abſen-
tiam rerum non perſonarum. Nā ſi teſtator Nea-
politanus decedat in Gallia, Hiſpania, vel in alia
mundi parte, relicto hærede Neapolitano, & re-

bus etiam Neap. vtiq; quia res non abſunt, hæ-
res habebit tantum trimeſtre tempus ad confi-
ciendum inuentarium ex diſpoſitione d. l. quia
tempus non currit hæredi, niſi à die ſcientiæ
mortis teſtatoris, & ideo eſt ac ſi Neapoli deceſ-
ſerit, vbi res Neapoli ſitæ ſunt, & licet tex.
dicat quod annus currat à die mortis teſtatoris,
intelligitur à die notitiæ mortis, & ſecundum
communem Doctorum opinionem à die adi-
6 tæ hæreditatis, ita enim Doctorum commu-
ni calculo hunc text. intellexerunt, & inter-
prætati ſunt, vt tempus in eo præfixum non cur-
rat, niſi à die aditæ hæreditatis, vt tenet *gloſa in d.
l. fin. in princ. in verbo delatam, & alios, qui in
hanc opinionem acceſſere cumulat Phanuc. in
ſuo tract. de Inuent. prima par. num. 2. & Vi-
uius tom. 3. com. opin. tit. 13. c. 3. verſ. ſed ad-
uerte, quod tempus.* Niſi hæres malitioſè, ac do-
loſè differat adire in perniciem creditorum, tunc
etenim non iuuaret inuentarium, vt vnanimitèr
etiam omnes concludunt, vbi ſupra. Sed licet
Docto. communi calculo teneant prædictam
7 opinionē, ego valdè dubitarem, quia ex diame-
tro repugnat *tex. in d. l. fin. verſ. omni tamen
modo inuentarium ab ipſo conficiatur, vt intra
triginta dies poſt apertas tabulas, vel poſtquam
nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam
ſibi ab inteſtato hæreditatem*, non dicit aditam,
ſed delatam. Item dicit à die, quo nota ſit aper-
tura tabularum, & ſic à die ſcientiæ, verba text.
prædicti non poſſunt loqui magis clarè, & ideo
8 durum eſt contra ſtimulū calcitrare, & commu-
nis opinio habet contrarium tex. prædictum, nec
tex. in quo ſe ſundat *gloſa in §. ſin verò*, poſtquā
probat, quod à die aditionis currat tēpus exclu-
dēdo à die delatæ, de quo loquitur expreſsè tex.
Quia Iuſtinianus Imperator fuiſſet ſibi ipſi con-
trarius, vel ſe incontinenti correxiſſet, quòd non
eſt præſumendum, etiam quia vtrumque poteſt
ſtare, quod à die delatæ currat tempus, vt expreſ-
sè dicit tex. prædictus, & etiam adhita hæredi-
tate, ſi inuentarium non ſit confectum à die de-
latæ, vt ſupra eſt expreſſum, teneatur hæres inſo-
lidum, & ita procedat tex. in d. *§. ſin vero poſt-
quam*, quod iudicant illa verba, & datum iam à
nobis tempus ad inuentarij confectionem efflu-
xerit, & ſic iſte §. refert ſed ad præcedentem, in
quo eſt præfixum tempus, at hoc tempus eſt da-
tū à die delatæ, & à die mortis teſtatoris, & ſcien-
tiæ, vt ſupra deduximus, ergo cùm iſtæ ſe refe-
rant ad præcedentem, non corrigit, quia ridicu-
lum, & abſonum eſſe hoc dicere, & ideo com-
munis opinio ſubtiliter intuenti, & intelligenti
tex. prædictum arridere non poſſet, ſed hæc per-
functoriè dicta ſint, quia non ſunt præſentis ſpe-
culationis, relinquā ingenioſis, & ſtudioſis anſam
cogitandi quando caſus occurrerit, quia de
9 communi opinione non eſt curandum quando
contra illam eſt euidens ratio, vel tex. vt dixi in
deciſ.

Et ideo cenſuit Sacrum Conſilium, quod vbi
teſtator decedit in aliqua huius Regni Prouin-
10 cia, etiam quod ibi res ſint ſitæ, non poſſit hæres
potiri, niſi trimeſtre ad inuentarium conficiendū,
quia non dicuntur res abeſſe in remotis, & lon-
ginquis partibus iuxtà ſenſum dicti tex. Nam ve-
rè eas, quas hodie prouincias appellamus, non
ſunt de quibus loquuntur iura ciuilia, & com-
munia Romanorum, nam olim Imperium Rom.
11 habebat ſub ſua ditione tot Regna, & illa Pro-
uincias nuncupabat, vt de Gallia, & Sicilia teſta-
tur Vlpian. iure conſ. *in l. notionem 99. ff. de
verbo. & rer. ſignificat.* & de Germania tota tā
ampla, & lata vnica erat Prouincia, à qua poſtea
fuit ſeparata Miſia, & ſic fuerunt effectæ duæ
Prouinciæ, vt teſtatur Marcellus iure conſ. in *l. ſi
12 eadem ff. de off. aſſeſſ.* & Regnum Neapolitanū
Pars Italiæ vna Prouincià eſt teſte *And. de Iſern.
in conſt. conſuetudinem in princ. ſub tit. de rei
act. & except.* & ideo res ſitæ intra Regnum, nō
dicuntur eſſe in aliqua Prouincia, & in remotis,
& longinquis partibus abeſſe, præſertim, quia ab
hac Ciuitate totius Regni Metropoli vſq; ad ex-
13 tremas illius oras percurritur quindecim, vel vi-
ginti dierum ſpatio, ita vt facillimè poſſit hæres
adhibere ſuam diligentiam in perquirendo res, &
faciendo inuentarium intra trimeſtre, quod fa-
ciēdum delegari poteſt procuratori, vt dicit tex.
prædictus Abſurdum enim eſſet ſi aliter tex. præ-
14 dictum interpretaremur, & intelligeremus, quod
ſi res eſſent ſitæ Salerni, Capuæ, vel in alijs locis
non diſtantibus ab hac Ciuitate vna, duabus, vel
tribus dietis, poteretur hæres anno, eo quia res
abſunt, & ſi Neapoli, & in eodem loco, vbi hæres
reſidet, trimeſtre tantum, quia non abſunt. Non
hæc quippè fuit mens Imperatoris, vt ſupra di-
ximus, ſed vbi verè res abſunt in remotis, & lon-
ginquis partibus in aliena Prouincia, ſeu Regno
ſub diuerſo Præſide, nam qui eſt in eadem Pro-
uincia, non dicitur eſſe abſens, ſed in eodem lo-
co præſens *l. fin. in prin. C. de præſcript. long.
temp.* & licet gloſa ibi dicat dictum tex. hodie
non habere locum, quia ſingulæ Ciuitates habent
ſua regimina ſicut olim ſingulæ Prouinciæ, tamē
15 vbi Prouinciæ reguntur per vnum Præſidem, vt
eſt Regnum hoc, quod per vnum Proregem re-
gitur habebit locum, quod dicit tex. prædictus,
quod tunc res in eadem Prouincia non dicantur
eſſe abſentes, ſed in eodem loco, vt admonet ibi
Bart. declarando gloſam prædictam, & qui eſt
in eadem Prouincia dicitur eſſe propè, & non in
remotis, ſed qui in aliena degit, dicitur eſſe mul-
tum abſens ſecundum glo in *l. parui refert ff. de
cond. furt.* de qua glo. mentionē facit ad hoc pro-
poſitum *And. in conſtit. edictorum, in verbo ex-
cuſatio legitima in 4. col. ſub Rubr. de lit. cit.*
dicens, quod vbi quis eſt citandus in eadem Pro-
uincia dabuntur tot dies infra quos arbitrio Iu-
dicis per Prouinciam poſſit perquiri, quia non
eſt multum abſens, ſicuti quando in aliena Pro-
uincia, & facit optimè pro hac deciſ. *tex. in di-
16 cta conſtit. ædictorum*, quæ ſtatuit, quod vbi
quis venit citandus, ſiuè pro cauſa ciuili, ſiue cri-
minali in quacumque parte Regni degat, trigin-
ta dierum terminus ſufficiat à die citationis nu-
merandus, & quandoque etiam minor ex quali-
tate temporum, & proximitate locorum, ſi ve-
ro citandus extra Regnum degat, duorum men-
ſium ſufficiat, intra quem teneatur comparere,
conſiderauit enim Federicus Imperator d. conſt.

lator,

Digitized by Google

lator, quod intra triginta dierum ſpaciũ facile eſt
in toto Regno, quem perquirere, & reperire,
17 ergo facilius erit reperire res, quæ non poſſunt à
loco diſcedere, ſicut perſona loquendo de ſtabi-
libus, nõ de mobilibus, quæ occultari facile poſ-
ſunt, cùm etenim ſub vno Præſide Prouincia re-
gatur, vt hoc Regnum ſub vno Prorege, vt dixi-
mus, promptum habet remedium hæres, nõ opus
habet alienam iuriſdictionem adire externas na-
tiones, & gentes inueſtigare, & rogare pro rebus
perquirendis, prout in aliena prouincia, quæ ſub
diuerſo Præſide regatur. Nam ſicut olim vna-
quæque Prouincia ſuum Pręſidem habebat, qui
proconſul appellabatur, vt ius redderet, & tri-
buta exigeret *l. 1. & toto titulo, ff. de offic. præ-
ſid. & l. 1. ff. de offic. proconſ. cum toto titul. &
declarat Alc. in d. l. notionem*, licet eſſent quæ-
dam Prouinciæ conſulares, quędam proconſula-
res, quędam prætorię, quas declarat *Budæus in
l. ſi in aliquam, ff. de offic. proconſ. pag. mihi* 86.
quia non eſt pręſentis ſpeculationis omitto, ita
cum hodie omne ius, & poteſtas, quæ olim apud
18 Conſules reſidebat, transfuſa ſit in eos, qui ho-
die Reges ſunt, & nuncupantur, immò maior ſit
vt ſicut olim Proconſules, ideo dicebantur, quia
in Prouincijs pro Conſulibus vices gerebant, ita
Proreges dicuntur, quia pro Regibus vices ge-
runt in Regnis ipſis delegatis, & ideo vnum-
quodque Regnum hodie Prouincia eſt, ſicuti
olim tempore Romanorum, quare meritò præ-
ſentes eſſe dicuntur, qui ſunt in eadem Prouin-
cia, vt præter alios firmat *Pet. Rau. in ſuo alpha-
beto aureo pag. mihi* 103. *in* 3. *col. in fine in
parua impreſſione, dicens tex. in d. l. fin. C. de
præſcript. longi temp. eſſe ad hoc ſingularem
ſecundum Bartol. & licet Cyn. in d. l. fin. C. de
præſcript. long. temp.* faciat differentiam inter
19 prouincias, prout inter Clericos, & prout inter
laicos (ne aliquid quod obijci poſſet relinquan-
tur) tamen ex ſententia *Hoſtien. quem ipſe alle-
gat in cap. nonnulli extra de reſcript.* concludit,
quod debemus attendere prouinciam, quæ vul-
go dicitur, quod ſit Prouincia, vt puta Apulia,
Terra Laboris, & Francia, credo, quod Cyn. &
Hoſtienſis intellexerunt de toto hoc Regno, eo
tempore, quo Regnum Apuleæ appellabatur,
*Bart. tamen in l. prima, C. de Metrop. Berito.
num. 4. lib.* 11. poſt relatam Cyni opinionem
arbitratur olim factam fuiſſe, diſtinctionem Pro-
uinciarum hoc modo, vt omnes Ciuitates, quæ
ſuberant vni Præſidi, & vni Metropolitano con-
ſtituant vnam Prouinciam, poterat allegare *tex.
in cap. ſcitote vi, quæſt.* 3. qui dicit eſſe Pro-
20 uinciam, quæ habet decem, aut vndecim Ciui-
tates, & vnum Regem, & totidem minores po-
teſtates ſub ſe, & vnum Metropolitanum, alioſq;
ſuffraganeos decem, vel vndecim Epiſcopos,
ideo cum hoc Regnum ſub vno Præſide ſit, eſt
21 vna Prouincia, licet ſit diſtinctum in duodecim
Regiones, quas hodie Prouincias appellamus, in
quibus conſtituuntur pro faciliori cultu iuſtitiæ
alijs Præſides ſubalterni, qui omnes vni Proregi
ſubſunt, tamquam capiti, & vero Præſidi gene-
rali, non ob hoc ea, quæ in his Regni Prouincijs
geruntur, poſſunt dici in diuerſis Prouincijs ge-
ri, ſed in eadem Prouincia, & Regno, ex ſupra
dictis.

Iſte punctus viſus fuit valdè nouus Sacro Con-
22 ſilio, quia nemo ex doctoribus ex multis, quos
viderim illum tangit ſolus *Guido Papa in tract.
de forma inuent. nu.* 11. exemplificat in defun-
cto, qui erat exempli gratia ciuis Lugdun. vel
habitator Papiæ, vel alterius loci remoti à Ciuita-
te Gratinopoli, quærit, an detur hæredi à lege
maius tempus conficiendi inuentarium, dicit
quod ſic videlicet vnius anni à morte defuncti, &
loquitur Guido quando decedit, quis in loco re-
moto, & in aliena Prouincia, quia & ſi Regnum
Franciæ ſubeſt vni Regi, quia tamen eſt valdè
amplum in vnaquaq; Prouincia reſident diuerſi
Præſides, & conſilia, & ideo hac ratione attenta
23 ibi poſſet habere locum diſpoſitio dicti tex. ſi-
cut haberet locum ſi quis decederet in vlteriori
Sicilia, vel Mediolani, ibiq; res adeſſent, quibus
in locis reſident diuerſi Præſides, & ſi vni Regi
noſtro inuictiſſimo ſubſint, quem Deus ad mul-
tos annos inimicorum triumphatorem, & Re-
gnorum, ac ſuæ Monarchiæ propagatorem con-
ſeruet, quia tunc in aliena Prouincia, in qua di-
uerſus Præſes, & natio, & in remotis partibus res
dicerentur eſſe.

Nec fuit recepta opinio, quod hæres poſt tri-
24 meſtre poſſit moram purgare, nam licet aliqui
ante Cyn. tenuerint hanc opinionem illa ratio-
ne, quia Imperator in d. l. fin. non expreſſit, quòd
inuentarium poſtea confectum non teneat, vt re-
fert *Cyn. in d. l. fin. num.* 5. tamen verior eſt
opinio, vt ipſe concludit, quod elapſo tempore
non valeat inuentarium per *tex. in l. diuus ff. de
integr. reſt.* & hæc eſt verior immo veriſſima
opinio, quia qui dixerunt, quod hæres poſſit in
inuentarij confectione moram purgare, quia tex.
non dicit, quod inuentarium poſtea factum non
teneat, aut tex. prædictum non legerunt, aut non
intellexerunt, nam tex. in manifeſtè præcipit, &
hoc tempus trimeſtre, & annus datur pro forma,
& ſubſtantia actus, vt habetur in d. *§.* ſin verò
poſtquam cuius verba ſunt, ſin verò poſtquam
adierint, vel ſe hæreditati immiſcuerint præſen-
tes, vel abſentes inuentarium facere diſtulerint,
& datum iam à nobis tempus ad inuentarij con-
fectionem affluxerit, tunc ex eo ipſo, quod inuen-
tarium non fecerit ſecundum formã huius prin-
cipalis conſtitutionis, hæredes omninò eſſe intel-
ligantur, & debitis hæreditarijs inſolidum teneã-
tur, ponderentur verba ibi datum iam à nobis
tempus, & ſecundum formam huius præſentis
25 conſt. ergo tempus datum eſt pro forma, & an-
nullat inuentarium poſt confectum, quia irrogat
pœnam hæredi, vt inſolidum teneantur debito-
ribus hæreditarijs, ac ſi non confecerit, hæc om-
nia inducunt, formam, vt magiſtraliter declarat
*Felin. in c. cum dilecta, ex. de reſcript. & in c.
quoniam frequenter poſt Abb. ex, vt lite non con-
teſt.* & hæc eſt veritas, quod etiam infra modi-
cum tempus poſt trimeſtre non poteſt hæres
moram purgare, vt tenent omnes, quos congerit
Phanuc. in d. tract. prima par. num. 34.

Ex his igitur in caſu præmiſſo cenſuit Sacrum
26 Conſilium non prodeſſe, inuentarium confectũ
ab hæ-

Digitized by Google

ab hærede poſt trimeſtre ; quia in eodem Regno
trimeſtre ſufficit, etiam quia teſtator, qui deceſ-
ſerat extra Neapolim relinquerat ferè omnia eius
bona, vel maiorem partem Neap. vbi reſidebat
37 ipſe hæres, & cùm iterum caſus accidiſſet in alia
aula, in qua nunc Præſideo referente Conſiliario
Marco Antonio de Ponte in cauſa Horatij de
Cardines cum Ludouico Indello V. I. D. apud
Longum actorum magiſtrum de Menſe Iulij
1603. in qua cauſa deceſſerat teſtator in Prouin-
cia Bari, relicto hærede Neapolitano idem iudi-
cauimus, etiam quia res erant ſitæ Neapoli, &
computauimus, quod inuentarium erat confe-
ctum non ſolum poſt trimeſtre, ſed poſt annum.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *INuentarium quando, & quanto tempore incipi, & finiri debeat.*

2 *Inuentarium factum poſt tempus non valet.*

3 *Tempus inuentarij currit à die adita hæreditatis.*

4 *Hæreditas ex quibus adita cenſeatur.*

5 *Inuentarij effectus.*

6 *Sollemnitates inuentarij.*

7 *Ommictens aliquam rem deſcribere in inuentario ad quid tenetur, & quomodo quando proteſtatus fuit addendi, vel minuendi, & quando doloſe ommiſit, & ibi dolus in tali materia, quomodo præſumatur.*

8 *Inuentarium quomodo fieri debet ne inſolidum hæres teneatur.*

9 *Hæres conueniri nequit durante tempore confectionis inuentarij, & ibi quomodo reſpectu creditorum hæreditariorum, vel legatariorum tantum.*

10 *Hæres ad inſtantiam omnium creditorum tenetur reddere rationem deſcriptorum bonorum in inuentario.*

11 *Hæres durante tempore inuentarij conueniri poteſt.*

12 *Inuentarij exceptio poſt ſententiam opponi poteſt.*

13 *Hæres cum inuentario poteſt ſoluere primo venienti, etiam ſi alij anteriores eſſent.*

14 *Tempus trium menſium intelligitur à die obitus teſtatoris, cum bona exiſtunt in eodem Regno, licet in diuerſis Prouincijs, ſecus extra Regnum, & in longinquis partibus, quia tunc datur annus ad conficiendum inuentarium.*

15 *Dilatio eſt danda arbitrio iudicis.*

16 *Dilatio citra montes eſt duorum menſium vltra montes quatuor.*

17 *Dilatio, qua datur pro examinandis teſtibus in Regno, & extra, &c.*

18 *Regnum vnica eſt prouincia, licet conſtet ex duodecim Prouincijs.*

19 *Regni huius multa curioſa enunciantur.*

CIrca tempus conficiendi inuentarium de quo loquitur quotidiana præſens deciſio; Addas D. Author infra in deciſ. 76. olim vitio correctoris 79. vbi non minus doctè, quã copioſè omnia reaſſumit, & omnes allegat, cum ibi additis, & *Theſ. quæſt. forenſ. 10. primo libro num. 16. & 17. Roman. conſ. 84. vol. 2. vbi Mandoſ. in addit. littera B. Bero. quæſt. 62. Vrſill. ad deciſ. Afflict. 66. Villalob. in ſuis com. opinionibus lit. T. num. 7. in opin. 351. parte prima, Caualc. de tutor. & curat. num. 80. Burſat. conſ. 96. num. 2 Magon. deciſ. Lucenſ. 40. num. 3.* vbi quando, &
1 quanto tempore incipi, & finiri debeat inuenta-
rium, & quod ſi inuentarium fuerit factum poſt
tempus non valeat, ad tradita *per Reg. de Ponte*
3 *conſ. 33. num.* 8. & quod currat à die aditæ hæ-
reditatis ipſum tempus, *Pacian. conſ. 165. num.*
69. Craſſ. in §. inuentarium quæſt. 5. Borrell.
in ſumm. deciſ. 3. par. tit. 19. num. 14. vbi in-
numeros allegat. & Gratian deſcept. forenſ. 563.
4 *num. 17. tom.* 3. & ſi vis videre ex quibus hæ-
reditas cenſeatur *Ricc. coll. deciſ. 556.* & de ef-
5 fectus ipſius inuentarij *D. Theodor. alleg 6. num.*
6 *33. & Theſ. cit. q. forenſ.* vbi pariter de ſollem-
7 nitatibus, quas debet habere inuentariũ, & pœna
illius, qui ommiſit in confectione inuenarij ali-
quam rem hæreditariam deſcribere, *vt Gamma*
deciſ. Luſit. 122. & 148 & Fab. Turrett. Pe-
ruſ. conſ. 47. lib. 1. Menoch. conſ. 671. lib. 6. &
Anna in conſ. 69. poſt infinitos modernos, quos
allegat more ſuo pro eius tempore, & vide cum
adeſt proteſtatio in inuentario addendi, vel di-
minuendi *per Grat. diſcept. forenſ. 34. vol. 1.* &
cum doloſè hæres ommiſit ponere in inuentario
rem hæreditariam *per Rotam Genue. deciſ. 35.*
in antiquis num. 1. & 2. vt audiui in Sac. Conſ.
referente D. meo eximio viro Conſil. Rouito de-
ciſum penes Cieffum Actuar. in cauſa Iſabellæ
Ereccìæ fuiſſe condemnatum hæredem in du-
plum *Thor. in Compen. dec. verbo hæres, tom.*
2. ſed an præſumitur dolus ex eo, quod reli-
quit omnia bona ponere *Grat. diſcept. 998. tomo*
5. num. 12. licet contra in diſcept. 35. num. 14.
tom. 1. & vide 532. num. 26. & 27. tom. 3. &
ſi facit conſil. D. Regent. Valenzuelæ 89. num.
8. & 9. quod qui inuentarium minus ſollemne
8 perficit dicitur non feciſſe, inde quomodo fieri
debeat ne inſolidũ hæres teneantur *Rel. à Val-*
le conſ. 72. per totum vol. 2. Ludouic. concl. 16.
fol. 53. Craſſ. de ſucceſſ. §. inuentarium lib. 2.
Honded. conſ. 13. vol. 1. id Gratian. diſcept.
59. tomo 1. vbi melior omnium ipſam materiam
inuentarij explanat, vt inter alios effectus collige
quod durante tempore conficiendi inuentarium
hæres conueniri nequit *de Franch. deciſio. 352.*
Vrſill. ad Afflict. deciſ. 66. D. Auth. d. deciſ.
allegata Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 11. num.
1. & 2.

1.& 2.& delimitat nos in *addit.ad ipſam deciſ.*
allegatam, & ſi intelligenda ſit ipſa concluſio,
quod hæres durante tempore conficiendi inuen-
tarium nequit conueniri à creditoribus hæredi-
tarijs, vt ampliant *Cancer. c.2. tit. de inuenta-*
rio Bardell. conſ. 58.num.31. Viu. opin. 257. in
primo Intrigl. caſ.conſcient. 99. num.14. reſpe-
ctu ipſorum creditorum,& legatariorum, vel le-
gatariorum tantum, & fideicommiſſariorum *R.*
Lauar. conſ. 46. nu. 6. Gutierez tit. de iuram.
confirmat p.2. cap.4. num. 28, Parlador. rerum
quotidianarum lib.2. c. fin.p.5. §.2. nu.7. Baez,
de debitore in ope c.6. num.15. & 16. Rebuff. ad
Reg. conſtit. tit.de appellat.artic.16. gloſ.1. nu.
26.& tit. de liter. oblig. artic.3. gloſ.2. num.32.
& Roderic. de exec.c.4.nu.5. & 7. vt alios citat
Giurba in conſuet. meſſanenſ.c.9.gloſ.5.p.2. nu.
10 *6.verſ. quid dicendum*, eſt verum tamen quod
talis hæres ad inſtantiam omnium legatariorum,
& creditorum tenetur reddere rationem deſcri-
ptorum bonorum in inuentario *Gratian. diſce-*
11 *ptat.981. num. 27.tom.2.* & ad propoſitum ad-
uertas, quod licet durante tempore inuentarij
non poſſit hæres conueniri tamen alios ipſe con
uenire poteſt *Boer.deciſ. 10. num.3. & 53.num.*
4. Surd.conſ.2.num. 36. Tiraq. de morte Sayr.
decl. 12. num 132. & Cancer. d.c. 2. num.169.
12 & nota pariter effectum inuentarij, quod adhuc
poſt ſententiam poteſt opponi *Grat.diſcept.660.*
num.27.& 28.tomo 4.Suarez in l.poſt rem iudi-
catam p.2.§.ſi per euidentiam num 44.ff.de re
iudicata Marant. de iudic. p.6 membro 9. num.
17. Craſſ.§.inuentarium q.26 Valaſc. deciſ. 87.
*num.8.*recepta declaratione cum iudex ſtatuiſſet
hæredi ad dilationes omnes,& peremptorias ex-
ceptiones proponendas *d.q. 26. ibi Craſſ. Emil.*
Gallus de except. 5. num. 41. p. 3. & Grat. di-
ſcept.forenſ. 495. num. 17. tom.3. & 496. nu.2.
& 3.& de alijs circa inuentarij effectus *per Con-*
ſil.Paſchal. de patr.poteſtate p p.c.2. per plures
numeros,& per Conſil.Rouit. in pragmat.26. de
feudis num.18.& in pragm. 1.de legatis pijs nu.
13 *12. & Annam alleg. 101.* qod hæres cum in-
uentario poſſit ſoluere primo venienti, etiam ſi
alij creditores priora iura haberent,vt de alijs *in*
addit. ad cit. deciſ. D. Anth. noſtri, & Ricc.
coll. 21. & 1112. & Grat. diſcept. forenſ. 998.
tom.6.num.2.& id.Ricc.coll.463.vt ſi Deo pla-
cuerit habebis omnia in prato meo ad tit. C. de
iure delberandi.
Et ad corroborationem noſtræ deciſionis,
14 quod tempus ſtatutum trium menſium intelli-
gatur à die obitus teſtatoris cum bona exiſtant
in eodem Regno, licet in diuerſis Prouincijs ſe-
cus extra Regnum, & in longinquis partibus, &
remotioribus, quia tunc datur annus ad confi-
ciendum inuentarium patet, quia ſemper S. C.
15 prouidit dandam dilationem iuxta longitudinē
patriæ, inde cauſidici, dicunt arbitrariam iudici
vt firmat Menoch. caſu 52. num. 1. Viu. deciſ.
11.num.9.Brrell. p.p.ſummæ deciſ. tit.47.num.
16 *42. & ſequentibus*, facit in dilatione citra mon-
tes, quæ eſt duorum menſium vltra montes qua-
17 tuor *Veral. deciſ. 261. lib. 1.* & in dilatione
vltra marina,quæ datur pro teſtibus tantum exa-
minandis extra Regnum, non in Regno *Doctiſſ.*
Rouit,in prag.3. de dilat. nu. 8. non autem cum
ſint extra Prouinciam,ſed in eodem Regno,cum
18 verum ſit Regnum vnicam eſſe Prouinciam,
Frecc. fol. 24. de feud. num. 16. de Ponte tract.
de poteſt. Proreg. tit.1.§.3. num. 16. Camp. in
proem. C.Regni num. 33. de Franch. deciſ. 622.
num.2. licet conſtet ex duodecim Prouincijs, *vt*
ipſe Frecc. de ſubfeud. num.1.fol.55. & per diſ-
curſum fol.76.nu.19. & 23. fol 49. vbi particu-
lariter de geneologia huius Regni Neapolitani.
19 Circa quod attendas ſemper fuiſſe deuotum, &
obſequioſum ſuis Regibus Sereniſſimis, pro vt
in præſentiarum eſt, & dici pretioſam hæredita-
tem,quia in eo eſt abundantia victualium,& fru-
mentum vt *Afflict. in proem. conſtit. §. cum igi-*
tur, hinc Rex Federicus appellat hæreditatem
paternam,& præclaram hoc Regnum,vt in con-
ſtit.vt hæreditatem, *& in c. Regni* 110. & dici-
tur, quod non ſolum hoc Regnum eſt peculiare
prædilectum,& hæreditarium, ſed etiam poma-
rium, & iardenum ameniſſimum, & Sereniſſimi
prædicti Reges multum dilexerunt illud,& gra-
uamina ſubſtulerunt, *vt Campana num.6. quæ*
nolui omictere pro ijs,quæ diſcurrit D. Anth. d.
num. 13.& ſequentibus.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Quo pacto probetur, quem eſſe à natura, aut ex accidenti mutum, dementem,vel imperfectum,& an valeat feudum obtinere.

SVMMARIVM.

MVtus,ac demens,an quis fuerit natiuitate ipſo caſu,aut morbo,in probationum conflictu, depoſitioni matris credendum, maximè ſi teſtis ſit omnium collitigantium, & omni exceptione maior nu. 1.

Probatio continens actus ſpecificatos, & poſitiuos præualere debet nu. 2.

Vnuſquiſq; perfectè natus præſumendus eſt,quia natura perfectè operatur nu. 3.

Mutus,aut aliter imperfectus, ſiue natura, ſiue caſu, quia ſeruire non poteſt feudum habere non poteſt nu. 4. & 5. & 10.

Seruitium pro feudo requiſitum,inter cætera, conſiſtere oſtenditur in loquela, & auditu, nu. 6.

Cauſa quoties reducitur ad non cauſam, etiam ſequuta ſolutione condicitur, quod datum eſt nu.7.

Feudum perit ob inhabilitatem ſuperuenientem

tem principali acquiſitori nu. 7.

Seruitium dicitur cauſa finalis, & ſubſtantialis inueſtitura conſideratum prout ineſt fidelitati nu. 9.

Tex. in c. primo §. mutus Epiſc. vel Abb. & in c. primo, an mut. etc. videntur inuicem contrarij nu. 11.

Deciſio d. §. mutus, barbara, irrationabilis reſpuenda, per quam multa iura feualia aqua, & rationabilia corrigerentur, Rubr. non congruens, & ex errore compilatorum ibi poſita, nu. 12. 17 & 18.

Conſuetudines feudales irrationabiles, tantum ſeruanda vbi vigent rationabiles ligant omnes, non vt dictum Oberti, & Gerardi, ſed vt ratio, ſicut dicta Gratiani in libro decreti nu. 13. & 14.

Feudum nouum, vel gratia, vel pretio, pro ſe, & filijs quaſitum cenſetur, nec poteſt feudatarius abſque culpa à domino deueſtiri numero 5.

Feudum pecunia quari poteſt hodie ex communi Doct. concl. nu. 16.

Feudum paternum ob Vaſſalli delictum non amittitur, ſed ad agnatos pertinet numer. 18.

Intellectus c. 1. an mutus difficilis ob duas opiniones inuicem contrarias ibi poſitas, quarum veritas exam. à nu. 10. ad nu.

Secunda opin d. c. 1. non minus Barbara, & iniqua quam c. 1. §. mutus. nu. 20.

Seruitium perſonale, ratione mutitatis, aut ſurditatis à ſim. poteſt adimpleri per aquipollens. prout in omnibus verò contingentibus num. 21.

Senectus decrepitas, podagra morbus à perſonali ſeruitio excuſant nu. 22.

Seruitium eſt de natura: non autem de ſubſtantia feudi, ita vt ad illud recipiens non teneatur niſi expreſsè ſit impoſitum num. 23. 24.

Fides ſiue fidelitas, à qua feudum denominatur eſt de ſubſtantia feudi nu. 25. & conceſſio ſub pacto, vt fidelitas non praſtetur intelligitur, quoad iuramentum fidelitatis, quod remitti poteſt, non quo ad fidelitatem ipſã, qua ineſt feudo, tamquam ſpiritus vita ipſius feudi nu. 26 & 28.

Vaſſallus ex pacto fidelitatem non iurans non habetur, nec eligitur inter Pares, qui iudicent, nu. 27.

Vaſſallus denegans ſeruitium dum poteſt, fidelitatem, & dominum offendit, & debet feudum amittere nu. 29.

Paupertas caſu contingens excuſat à perſonali ſeru. ſicut ſenectus, infirmitas, debilitas num. 38.

Seruitium perſonale in Regno ſublatum, & hodie praſtatur in pecunia, & dicitur Adobamentum, ſiue Adoha. nu. 31.

Iure communi feudorum attento vnuſquiſque poteſt ſeruire per ſubſtitutum, lege Imperiali hoc diſponente, qua vbique ſeruari debet, & facit ceſſare conſuetudines aliter diſponentes nu. 32.

C. ſi clericus, ſi de feu. def. cont. fuer. vbi Vaſſallus effectus clericus feudum amittit procedit in feudo tantum exigente ſeruitium perſonale, ſecus in exigente ſeruitium reale, vel per ſubſtitutum, qui etiam fœmina ſuccedere poteſt nu. 33.

Opinio illa in ambiguis eſt amplectẽda qua magis humanitati nititur iuri cõmuni plus cohærens, & miſerabilibus perſonis plus fauorabilis nu. 34.

Iure communi non reperitur cautum, quod muti, caci, ſurdi, bonis ſuis priuentur numer. 35. & 36.

Camerarius poſt Andr. primus feudorum interpres, & Floccarus eius diſcipulus, & in lectura feudorum ſucceſſor defendunt primã opinionem d. c. 1. mut. nu. 37. Ipſarum vltimam praualere in plurium opinionum conflicta, vt nu. 40.

Cannetius Camerarij, & Floccari mutilator perperam illos impugnat, ac male ponderat tex. l. qui filium §. Sabinus, & ibi Accurſius ff. ad Trebell. capiendo ſententiam Principis pro opinione eod. num. 37. 38. & 39.

Oberti, & Gerardi laudes ibid. Eorumque opinio tam aqua, & iuſta non eſt præſumendum primo loco poſita, vt à ſecunda Barbara, & inhumana corrigatur.

Lex Barbara, & irrationabili confundit ingenia interpretum nu. 42.

Verus intellectus d. c. 1. an mut. vt ſecunda opinio non corrigit primam, niſi in muto, vel aliter imperfecto à natiuitate: non ex accidenti, qui ſecundum primam, & ſecundam poteſt feudum retinere num. 43. 45. & 46.

Dictio etiam implicatiua ſimilium, & caſus minus dubitabilis nu 44.

Primogenitus Regis ſi ex accidenti demens ſit habebit Regnum, ſed dabitur ipſi curator, ſi vero à natura ſuccedet ſecundo genitus nu. 47. & ibi vide rationem.

Mutus ex accidenti ſeruiit per ſubſtitutum, vbi feudum requirit ſeruitium perſonale, & hæc regula procedit in quolibet inhabili, qui eſt habilis ad ſuccedendum num. 48. & 49.

Differentia ratio inter mutum, vel alias imperfectum a natiuitate, & illum ex accidenti nu. 50. 52. 55. & 57.

Regula

Regula multa tenent iam facta, quæ impedirentur facienda in hoc muto ex accidenti locum habet, contra opinionem Andr. hic allucinantem. ſecundum communem opinion. aliorum nu. 51.

Teſtatoris præceptum, quod ſeruari non poteſt iuxtà eius voluntatem, ſeruabitur in ſimili voto nu 53.

Mutus, & Surdus à natura de iure Com. Rom. non poteſt teſtari, ſecus ſi ex accidenti.

Collatio Pontificis in perſonam notoriè inhabilem à principio non tenet, ſi inhabilitas ſuperuenit ex poſt facto dabitur adiunctus, ſiue coadiutor nu 56.

Valetudine impediti ſeruire dicuntur numero 58.

Opin. tenentium mutum ex accidenti poſſe feudum retinere per Sacrum Conſilium approbata nu. 59.

DECISIO XXXXIII.

EX narratis in præcedenti deciſio. fuit de duobus hæſitatum in Sacro, & Colaterali Conſilio primum, an Ioſeph Caracciolus fuerit mutus, demens, & imperfectus à natiuitate, vel poſtea caſu, & ex accidenti.

Secundum, an mutus natura, vel ex accidenti ſit capax feudi.

Quo ad primum, licet facti quæſtio eſſe videatur non fuit ſine maxima diſcuſſione veluti, ex qua tota cauſa pendebat ſiquidem, qui Ioſeph à feudalium ſucceſſione excludere inſtabant dicebant illum à natura in lucem mutum prodijſſe, ac dementem: ad quod fundandum produxerunt multos teſtes, qui teſtificati fuerunt de hoc naturali vitio, & imperfectione natus enim, & ſucceſſiuis temporibus poſt natiuitatem, non fuit viſus, nec vnquam auditus plorare, eiulare, non ridere, non exultare in conſpectu lucis, ac nutricis, ſed ſemper capite reclinato ſine ſenſu, neminem, ac nihil cognoſcens inſpiciebatur, & alia ſigna infantibus, qui perfecti naſcuntur communia, ac propria procul, ac penitus aberant ab ipſo. Accedebat teſtimonium non nullorum medicorum adhibitorum pro parte D. Victoriæ Caracciolæ ſororis actricis Principiſſæ Sancti Seuerij, atteſtantium huiuſmodi vitium mutitatis, & imperfectionis, & dementiæ à natura non ex accidenti contigiſſe, quo caſu medicorum, & expertorum iudicio in ſimilibus ſtandum eſt *l. prima ff. de vent. inſpic. l. ſemel C. de re mil. lib. 12. & ibi Bar. & alij* cui accedebat, quod viſa per Sacrum conſilium pluries perſona dicti Ioſeph poſt vigeſimum primum ætatis ſuæ annum apparuit verè demens, inſenſatus, ac ſine iudicio aliquo, mutus, ſurdus, & cadaueri potius, quam homini ſimilis.

Ex aduerſo dicebatur non à natura, ſed caſu,
& ex accidenti tale vitium contigiſſe, ad quod
probandum fuerunt producti multi teſtes, qui
de actibus ſpecificis depoſuerunt, iudicantes na-
1 turaliter perfectum natum fuiſſe, inter quos ma-
ter eius, & omnium collitigantium teſtis omni
exceptione maior, cui ſoli credendum erat. Quæ
teſtificata fuit natum fuiſſe perfectum maxima
ipſius patris, ac omnium conſanguineorum læti-
tia, robuſtum, ſanumque in lucem proditum vo-
ces, & eiulatus emiſſe, ploraſſe, exultaſſe lucis
aſpectu ſuiſſe lac, cognouiſſe nutricem lactantē,
eo modo, quo cæteri infantes perfecti nati exul-
tant, plorant, & cognoſcunt, poſt modum cæpiſ-
ſe ea informi, & infantili voce loqui, qua cæteri
infantes ſolent, dicendo, tata, mamma, pappa, hæc
enim verba matris ſunt, quinimmo ipſam matrē
cognoſcebat, nam ipſi dicenti, vt matres aſſolent
veni Ioſeph fili mi ad me exultabat è nutricis
vbere iudicans ad matrem clamantem euolare
velle, in qua perfectione pręſtitit donec ad annos
duos peruenit, quo tempore grauiſſimo variola-
rum morbo affectus in vitæ diſcrimen peruenit,
quo morbo tandē ita imperfectus redditus fuit,
idemque teſtificata fuit Marchioniſſa vici vincu-
lo conſanguinitatis omnibus collitigantibus cō-
iuncta, & alij teſtes nobiles Capuanæ conſangui-
nei, & domeſtici de his actibus ſpecificis depo-
ſuerunt.

Hæc tam ſpecifica probatio coadiuuata fuit
iudicio, & teſtimonio plurium medicorum atte-
ſtantium non à natura, ſed caſu tale vitium, &
imperfectionem quæſitam, & hinc inde varia, &
differentia fuerunt medicorum iudicia. Attamen
2 dicebatur ſtandum eſſe probationi continenti
actus ſpecificos, & poſitiuos iudicantes perfectio
nem à natiuitate, cum quo concurrebant iudicia
peritiorum medicorum ex deciſ. *gloſæ in l. diem
pro ferre, §. ſi plures in verbo conſeruantur ff. de
arbitr. multos ad id cumulat Aym. conſ. 220. nu.
11.* Etiam, quia actrix ſe fundat in negatiua, quæ
non poteſt facile probari, reus vero in poſitiua,
ſeu in affirmatiua; quo caſu magis creditur duo-
bus teſtibus deponentibus de ſana mente, quam
mille de non ſana ſecundum *Abb. in cap. cum
dilectus extra de ſucceſſ. ab int. Iaſ. conſ. 11. num.
8 vol. primo, & conſ. 78. vol. 2. latè Boer. in deciſ.
3 23. num. 93.* & in dubio vnuſquiſque pręſumi de-
bet perfectè natus, quia natura operatur perfe-
ctè, & non præſumitur, quis imperfectus natura
ſui generis, teſte *Vincentio Godemino in add. ad
Bal in rubr. an mut. vel aliter imperf.* & qui ſe
fundat in imperfectione hominis tenetur illam
qualitatem plenè probare, vt firmat *Soc. in conſ.
42. volu. primo, & latè Boer. in d. deciſ. 23. num.
67. & Barb. in cap. cum dilectus, & Curt. Iun. in
conſ. 151.* itaque probatio præfertur ſemper, quæ
habet iuris concomitantiam, vt per *Aym. in conſ.
73. num. 41.*

Quoad ſecundum an mutus, & imperfectus
ſit capax feudi, pro parte Dominæ actricis, ſeu
4 eius hæredis dicebatur, quod ſiue à natura, ſiue
ex

ex accidenti fuerit mutus demẽs, & imperfectus non poterat Ioſeph feuda retinere, & proinde ſucceſſionem bonorum feudalium ad ipſos ſpectare. Nam circa diſputationem dicebam de hoc eſſe caſum in vſibus feudorum in *cap. primo §. Mutus Epiſc. vel Abb.* cuius verba clara sũt ibi ***Mutus feudum retinere non poteſt, ſcilicet qui nullo modo loquitur, ſed ſi feudum magnum fuerit, quo ei ablato ſe exhibere non valeat, tantum ei relinqui debet, vnde ſuſtineri poſſit, & his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur.***

Qui tex. non diſtinguit, an ſi mutus naturaliter, vel accidentaliter ergo, quemcũq; mutum compræhendit, ſiue à natura, ſiue ex accidenti idem ſtatuit *tex. in cap. primo, & vn. An. mut. vel aliter imperfectus*, in quo redditur ratio, quia tales
5 feudo ſeruire non valent, quæ ratio militat, tàm in muto, & imperfecto à natura, quàm caſu, & ex accidenti, idque ex origine inueſtituræ habetur, quia feuda ob hunc finem conceduntur, vt Vaſſallus domino ſeruiat, vt in *cap. primo §. huius autem generis, ex quib. cau. feu. am. vbi Andr. num. 11. verſ. quid ergo* firmat feudum concedi gratia vtriuſque ſcilicet domini, vt ſibi ſeruitium præſtetur, & accipientis, vt fructuum commodi-
6 tate, & feudi vtilitate fruatur, quod ſeruitium, inter cætera aduertit *Iac. de Belniſo in d. cap. primo an Mut. conſiſtere in loquela, & auditu, vt poſſit feudatarius audire credentiam domini ad denuntiationem ſibi factam pro ſeruitio, & pro alijs cauſis, vt in cap. vn. de form. fid. &c. primo de noua for. fid.* quæ facere, & explicare non poteſt ſurdus, & mutus, & hanc opin. in vtroq; muto tenet *Andr. in vtroque tex.* quia militat in vtroque eadem ratio, quia ſcilicet feudo ſeruire non valent, & quia feudum ſemper intelligitur cõceſſum, ob cauſam ſcilicet ob ſeruitiũ, vbi ergo quis eſt mutus, & imperfectus, ſiue ſit naturaliter, ſiue ex accidenti reducitur ad non cauſã, qua ceſſante cauſa ceſſare debet effectus *l. prima ff. de cond. cau. data, & cau. non ſequ.* & hac ratione etiam vtitur, & illam amplificat *Iac. de*
7 *Belniſo in d. ca primo. an mut.* dicens, quod quotiens cauſa reducitur ad non cauſam, etiam ſequuta ſolutione, condicitur, quod datum eſt, vt *l. ex his omnibus ff. de cond. ind. & d. l. prima de cond cau. data, & l. nihil refert. eo. tit.* ſed cauſa dãdi feudum eſt ſeruitium, vt in *§. beneficium in quib. cau. feu. am.* ergo ſi ſucceſſor eſt inhabilis ad ſeruiendum deficit, cauſa ergo nõ ſuccedit in feudo. Præterea ceſſante cauſa ceſſat effectus, *l. ſecunda §. fin. ff. de donat. ergo, &c.* Item certũ
8 eſt, quod feudum perit propter inhabilitatem ſuperuenientem in principali acquiſitore, vt in *d. §. mutus* ergo magis in ſucceſſore debet perire, quia propria prouiſio eſt validior, quàm prouiſio alterius *l. ſi cum multi ff. de compenſ. §. ex cõditionali inſt. de verb oblig. & l. vn. §. ſin autem ſub conditione, C. de cad. toll* eaſdem rationes ante omnes pro hac opinione deduxit *Ardizo. in ſua ſumma in 3. par. primæ par. principalis cap. 137. in tit. de ſucceſſ feudi in §. mutus pag. mihi in parua impreſſ. 173. & Bal. in d. cap primo, an mut. num. 3. & ibi Præpoſ. Aluar. & alij.*

9 Et hæc cauſa ſeruitij dicitur cauſa finalis, & ſubſtantialis inueſtituræ feudi, vt declarat per bellè *Camer. in rep. cap. Imperialem in prin. ſua repet. col. 2. litera G.* inquiens, quod ſi ipſius Vaſſalli ſeruitium conſiderabatur, prout ineſt fidelitati, vt in *cap. primo de for. fid. & in cap. primo de noua for. fid.* tale ſeruitium ſubſtantia ipſius feudi dicitur *cap. primo hic fin. lex. & allegat ad idem Rom. in conſ. 368.* cumque ex forma inueſtituræ debeatur ſeruitium, vtique ratio, & forma inueſtituræ cauſa finalis, & ſubſtantia appellatur, vt inquit *Bal. in d. cap. primo in fine per tex. in l. iuris gentium x. quod fere ff. de pactis, & ibi gloſa, & ſequitur Cannet. in repet. ca. ſi aliquem in §. ſeu cap. incip. ſed non ſic facile num. 35.* ſi ergo mutus, ſurdus, claudus, cæcus, vel aliter imperfectus non poſſet exhibere ſeruitium debet merito amittere feudum, cuius ſubſtantia eſt ſeruitium, & hæc ratio militat in vtroque muto, & imperfecto, & hanc opin. tenet *Affl. ſequens Andream in vtroque tex. & ibidem Paris de Puteo Capie. in ſua inueſt. in verbo feudatarij habiles in verſ. mutus Thom. de Marin. in ſuo tract. de generib feud. tit. 2. de feudo ex pacto, & prouid. antiquo, ſiue paterno num. 132. cum ſeq. & ex Siculis communem opin. Baptizat. Cannet. in loco ſupra citato pag. mihi 221. num. 37. cui adhærere videntur Intrigl. in ſua prima cen. quæſt. 8. num. 291. Mart. Land. & Præp. in cap. ſi quis deceſſerit ſi de feu. contr. fuer. Aret. in cap. in præſentia extra de prob. num. 84.* loquens vbi ab initio acquiſitionis eſt inhabilitas in acquirente *Bal. & Alber. in l. quiſquis C de Epiſ. & Cler. loquens in muto à natura num. 2. Barb. in tract. de præſt. cond. quæſt 5 nu. 2. & alij quos pro hac opinione citat Bolognet. in ſuo voluminoſo conſ. 4. num. 18* qui poſt rem deciſam ad manus meas peruenit.

Sacrum Conſilium in hac cauſa valdè anceps fuit, & poſt maximam diſcuſſionem coram Excellentiſſimo Prorege Comite de Oliuares hinc inde fuerunt vota varia, & hanc occaſionem acriter diſputandi dederunt iura feudalia ſuperius
11 relata, quæ videntur inuicem ex diametro aduerſari, & adeò confusè loqui, vt ingenia interpretum cõfuſa redidderint, adeò vt quis ſit verus eorum ſenſus, adhuc cum ambiguitate certetur. Nam tex. in *§.* Mutus inquit mutum feudum retinere non poſſe eum, qui nullo modo loquitur, ſed illud ammittere, & ad dominum reuerti, & tex. in cap. primo an mut. inquit ſecundum opinionem Oberti Gerardi, & multorum aliorum mutum, ſiue naturaliter, ſiue accidentaliter feudum paternum retinere poſſe, at ſecundum opinionem aliorum retinere non poſſe.

12 Et in primis deciſio *tex. in d. §. mutus* videbatur valde barbara in humana carens ratione, & æquitate, & cum ſit fundata in conſuetudine, quia iura prædicta conſuetudines feudales ſunt recollectæ per Obertum Gerardum, & alios dicebatur, quod talis conſuetudo irrationabilis, & iniqua non erat attendenda, ſed reſpuẽda etiam, quia illa attenta corrigerentur multa iura feudalia rationabilia, æqua, & iuſta, & huius opin. fuit

glosa

gloſa ibi, quæ teſtatur dictum tex. pleriſq; non
placere, & accurſ. ipſe ſe inoluit in intellectu illi-
us tex. vt non percipiatur, quid velit, aut quid cō
cludat, & Bal. ibi etiam firmat, & teſtatur eſſe
opinionem multorum, quod dictus tex. non de-
bet ſeruari de iure, quia eſt omnino contra natu-
ralem, & ciuilem obligationem *arg. l. ſi enim do-
tem §. ſi autem in ſæuiſſimo ff. ſol. matr. & huius
opin. eſt ipſe Andr* quod vbi conſuetudines feu-
dales ſunt irrationabiles, vel non ſunt vniuerſali-
13 ter ſeruandæ, vel tantum, in loco, vbi vigent ſer-
uandæ, in *cap in generali ſi de feu. def. mil. & in
conſt. vt de ſucceſſionibus in verbo fratres*, ſiue ex
vtroque parente, & concludit, quod ſi conſuetu-
dines feudales ſunt rationabiles ligabunt omnes
tamquam ratio non tamquam dictum ab *Oberto
de orto. & in prælud. feud. in prima, & ſecunda
quæſt.* dicit, quod in volum. feudorum, quicquid
irrationabile reperitur reſpuendum eſt, & *in ca.
primo, §. & cum ant. num 5. in fine de conſ. recti
feudi. & in d. ca. primo an mut. circa ſi em idem
ſemper firmat ſequitur Capic. in ſua inueſt. in
verbo feudorum leges in prima col. quicquid di-
cat Cannet. in repet. cap. volentes in cap. ſen §.
incip. & quia ſtat firma regula num. 9. & ſeq.*
quod ex quo liber feudorum eſt receptus in Re-
gno Siciliæ cenſetur receptus, & approbatus, quo
ad omnia contra opin. Andreæ errat ſi quidem,
quia cenſebitur receptus in eo in quo eſt ratio-
nabilis iuxta opin. Andreæ, quæ eſt conformis iu-
ri communi, & fundatur ratione, & non ſunt cō-
traria, ſed ſtant iſta ſimul, quod ſit receptus, ſed
in eo in quo eſt rationabilis, quia hoc iuris eſt, &
communis opinio de qua teſtatur Cannet eſt,
quod ſit receptus, & hoc nō negat *Andr. in præ-
lud.* ſed cum prædicta limitatione, ſicut dicimus
de opinionibus, & deciſionibus *Gratiani poſitis
in vol. decreti*, quod non admictuntur limita niſi
14 ratione inuentur, vt eſt videre *ex gloſa in cap.
euphemium in verbo in famem, quæ reprehendit
Gratianum ibi*. Hic fateor planè te mentitum
Gratiane, & ideo deciſiones Gratiani quatenus
ſunt irrationabiles dicuntur paleæ, vt concludūt
*Io. And. & cæteri canoniſtæ in cap. 2. extra de
reſcrip. immol. & Rom. in rubr. ff. de verb. obl. &
alij quos ad id citat Cur. Inn. de feu. in prima
par. in princ. in prædict. quæſt. principali num 3.*
quare vnus ex Dominis dicebat, poſſe facillimè
dici accredi quod d. conſuetudo, quæ in d. §. mu-
tus fuit poſita in aduertenter, & ex errore com-
pilatorum, vel impreſſorum in hoc vol. feud. Pri-
mo, quia non congruit Rubr. nam Rubr. dictat
Epiſcopum, vel Abbatem, vel Abbatiſſam, aut
dominum plebis feudum dare non poſſe. At
quid commune habet cum prædicta Rubr. quod
Mutus feudum retinere non poſſit, ſed ad domi-
num reuertatur.

Secundo, quid iniuſtius, quid iniquius, quam
ſtatuere, quod feudum ad dominum reuertatur
quia aut feudum eſt nouum, & ſiue quæſitum ſit
gratia domini, vel pretio, vtique de iure commu-
15 ni feudorum cenſetur quæſitum pro ſe, & filijs
in infinitum, & filijs non extantibus pro linea
tranſuerſali, vſque ad ſeptimum gradum, vt *in §.
& quia vidimus tit. primo de his qui feu. dare
poſſ. & attenta deciſ. tex. in d. §. mutus* venit e-
iam ſublata ſucceſſio, & correcta diſpoſitio d. §.
& quia vidimus, quòd fuit æquiſſima, & iuſtiſſi-
ma deciſio, quod eſſet abſurdiſſimum.

Præterea ſi feudum nouum emit Vaſſallus à
domino non poteſt citra ſuam culpam deueſtiri,
& priuari ſaltim non reſtituto pretio, vt expreſſe
deciditur in *cap. primo de nat. feudi*, licet enim
ſit prohibitum de iure cōmuni feudorum, quia
illud non prætextu pecuniæ, ſed honore, & amo
re domini acquirendum eſt *cap. primo de feu. da-
to in vic leg commiſſ.* tamen, & olim, & hodie
multa feuda prætextu pecuniæ acquiruntur, vt
inquit, & notat Accurs ibi, & domino vendente
non debet Vaſſallus ammittere feudum, quia
non committit in legem quinimmò, vbi pecunia
datur domino intelligitur etiam honore, & amo-
re domini acquiſitum quando pecunia ſola non
eſt cauſa quare feudum detur, vt declarat *Prapoſ.
16 in prælud. feud. in 4. diuiſ. in fine*, & hodie com-
munis concluſio eſt, quod diſtinctè feudum po-
teſt aquiri per pecuniam teſtè *Sei ſello in rubr.
de diffinit. & inuent. feudi, vbi citat ad id doct.
pag. mihi 45. in parua impreſſ.* & verum eſt dice-
re, quod in omnibus caſibus Vaſſallus ſine culpa
non poteſt feudo priuari *cap. primo de feu. ſine
culp. non amitt. d. cap primo de nat feu. & c ſan-
cimus, quo temp mil. cum ſimilib. & nihilominus
17 in d. § mutus* diſponitur ſimpliciter, quod mu-
tus amittat feudum, qui nullam culpam commi-
ſit naſcendo, vel poſtea caſu effectus mutus, & eſt
contra omnem humanitatem, & æquitatem ad-
dere afflictionem Afflicto cum non ſit iuſtum
duplici damno, quem affici, vt tenet, & notat
*glo. in dicto cap primo de nat. feud. in verbo pre-
tium.*

Aut feudum eſt paternum, & hoc caſu etiam
prouiſum eſt, quod Vaſſallo delinquente feudū
18 non amittatur, ſed ad agnatos pertineat, *vt in
cap ſi Vaſſallus culpam ſi de f n. def. cont. fuer. c.
primo ſi vaſſ. feu. priu.* quam opinionem veriorē
eſſe aſſerit ibi glo. ne ex delicto alterius alter
damnum patiatur, & ſi hoc in Vaſſallo commit-
tente delictum, qua ratione mutus, qui delictum
non commiſit, vt dictum eſt, debet ammittere
feudum, & ad dominum reuerti: Hinc diceba-
tur, quod non poteſt dici bona lex, neque bona
conſuetudo, quæ ratione caret, & induceret cor-
rectionem aliarum conſuetudinum rationabiliū,
vt induceretur diſpoſitio d. §. mutus, vt abundè
habetur *in cap. fin. & ibi canoniſtæ omnes, extra
de conſuet.*

Non minor diſcuſſio fuit in intellectu cap. pri
mi an. Mut propter multiplices varios, & con-
19 fuſos intellectus vt non ſine cauſa dubitauerint
doct. an deberat allegari in deciſionibus cauſarum
ex reg. *l. in ambiguis, vbi Bar. & alij ff. de reb.
dub.* ſed quia lex, quę multiplici intellectu intri-
catur debet interprætari, & extricari ſecundum
magis conſonam opinionem, & rationem, ſeu
vſum *l ſi de interpretatione ff. de legib. & latè
Butr. in d. cap. fin. extra de conſuet.*

Ideo fuit diſcuſſum an prima opinio recitata
in illo tex. Oberti Gerardi, & multorum aliorum
corrigeret vltimam, vel è contra, & quis ſit verus

ſenſus illius tex. prima ſiquidem opinio Mutum,
& Surdum, & alias imperfectum feudi paterni
ſucceſſione non priuat. ſecunda vero adimit, &
priuat, quia ipſum ſeruire non valet, vt idem in
fœmina clerico, & ſimilibus dicitur, & ex Domi-
nis aliqui ſpeculatiui altius repetentes dicebant,
quod ſi admitteremus, quod vltima opinio in il-
lo tex. corrigat primam ſequeretur, vtique quod
deciſio illius tex. non eſſet minus Barbara carens
20 ratione, & æquitate, quam præcedens in d. *§.*
mutus ex his met. rationibus ſuperius conſidera-
tis, item, quia ratio in qua ſe fundat vltima opi-
nio eſt pænitus erronea, & fallax ſiquidem iſte ca
ſus ſurditatis mutitatis, cæcitatis, & ſimilis im-
perfectionis eſt de raro accidentibus, vt expe-
rientia rerum magiſtra docet, & ideo vbi con-
tingit, vel à natura, vel poſtea caſu, & ex acciden-
21 ti huiuſmodi perſonas debere excuſari à ſerui-
tij perſonalis præſtatione adimplendo per æqui-
pollens. & iſta fuit opinio *Ardiz. in. ſua ſumma*
cap. 69. in rubr. quib. ex cau. Vaſſ. excuſ. à ſeruit.
præſt. domino ſuo, quæ loci ita firmat. Poteſt
etiam excuſari, qui vinctus à quocunque detine-
tur, & data opera erumpere vincula non poſſit,
Item imbecilles puta Surdus, cæcus, mutus, & fu-
rioſus *arg ff ad Sil. l. ſi quis in graui §. ſubueni-*
tur, & §. ignoſcitur, & in 3 parte primæ par. d.
ſummæ cap. 137 in rubr de ſucceſſ. feu. in §. mu-
tus idem repetit, & iterum firmat.

Secundo ſi vera eſſet prędicta ratio in qua ſe-
cunda opinio eſt fundata ſequeretur, quod ſenes
decrepiti morbo podagræ, & alijs ſimilibus mor-
bis continuo impediti, & affecti, qui ſeruire non
valent eſſent feudo priuandi in illis enim milita-
22 ret eadem ratio, ſed hoc eſt falſum, quia decrepi-
ti non ob id feudum amittunt, vt in *cap. vn. de*
Vaſſ. decrep. æt. Podagræ morbus excuſat à per-
ſonalibus ſeruitijs l. Podagræ, & ibi Bar. C. qui
morbo ſe excuſ. & in terminis noſtris Ioannes
Ferrarius in vſu feud. lib. 6. cap. 6. circa finem.
Item infirmitas ſuperueniens, etiam perpetua ex-
cuſat *l. quæſitum cum ſua materia per doct. ibi*
ff de re iud & l ſed, & ſi quæſitum §. primo, &
2. ff de lib & poſth. & §. ſed, & illud inſt. de
adopt ergo erronea eſt ratio.

Tertio, quod ſit verè erronea paret, quia ſer-
uitium non eſt de ſubſtantia feudi, nam poteſt ſta
re feudum, abſque ſeruitio, & erit feudum ſerui-
23 tium namque eſt de natura non de ſubſtantia
feudi, vt declarat *Andr. in cap. primo §. huius*
autem generis num 12. verſ ſed quid ſi detur feu
dum ex quib. cau feu. amitt. inquit enim, quod ſi
detur feudum, vt nullum ſeruitium inde fiat erit
contra naturam feudi, ſeu contra illa, quæ con-
ſueuerunt apponi in conceſſione feudi, tamen
ex quo in feudum eſt datum, iure feudi cenſebi-
tur, & retinebit naturam feudi, quantum ad om-
nia niſi quantum ad ea quibus conuenit ne fierēt,
& quantum ad expreſſe remota. ſicut quantum
ad ſeruitij præſtationem, & eiſdem cauſis modis,
& culpis amittitur excepto ſi non ſeruierit, &
id in dicit. & tenet in *cap primo. §. ſed nec alia*
iuſtior num 38. circa finem, quæ ſit pr. cauſa be-
nef. amitt. & Andream communi voto ſequun-
tur Doct. ibi vt per Aff. & alios, & Aluar. in
cap. primo nu. 8. in quib. cau. feu. amitt. Oldrad.
in conſ. 234. Alex. conſ. 30. num. 20. vol. primo,
quinimmo idem Andr. in d. *§.* huius autem gene-
ris num. 9. concludit, quod vbi feudum ſimplici-
ter datum eſt non dicendo, vt ſeruiat recipiens
24 ad ſeruitium non tenetur, quia ſeruitium non eſt
ſubſtantiale feudi, ſed fidelitas, *vt in §. nulla per*
25 *quos fiat inueſt.* quia vt ibi dicitur, feudum dici-
tur à fidelitate, vel fide, & ibi dixit *Andr. nem-*
pe in §. ſed. nec alia iuſtior num 38. circa finem,
quæ ſit prima cau. benef. amitt. quod fidelitas in
eſt feudo non ſeruitium, namque ſeruitium po-
teſt in totum, vel in partem remitti, vt idem te-
ſtatur *in cap. primo §. ſi. de cap. qui cur. vend.*
& ibi præpoſ. & alij, & ab initio poteſt concedi
feudum francum, vt Vaſſallus ad nullum ſerui-
tium teneatur, vt per Oldrad. in d. conſ 234. Cal
derin. in conſ. 7. in tit. de feudis, Io. Andr. in add.
ad ſpecul. in tit. de præſcrip. & eſt communis
opinio, vt teſtatur Iac de gello. qui ad id multos
citat in tract. de iure adoha num. 19. & ... op
timè more ſolito Camer. in ſua repet. cap. imperialem pag. 36. cum ſeq. ad ſatietatem. vſque &
Seiſell. eleganter in ſuo ſpec. in rubr. de diffinit.
& inuent. feudi pag. mihi in parua impreſſ 76.
& ſeq. quinimmo dixit idem Andr. in d §. huius
autem generis num. 12. quod non ſolum poteſt
26 dari feudum liberum à ſeruitio, ſed etiam eo pa-
cto, vt fidelitatem non præſtet, *vt in ca. primo in*
fine per quos fiat inueſt. & dicitur in ſumma,
ſed hoc dictum Andreæ ſanè intelligendum eſt,
quoad iuramentum fidelitatis, vt ipſemet decla-
rat *in cap primo in fine in finalibus verbis per*
quos fiat inueſt. non quo ad ipſam fidelitatem,
nam de iuramento fidelitatis non de ipſa fidelita-
te loquitur *tex. quem ipſe allegat. & Ardizo.*
quem ipſe citat in ſumma, qui hoc tract. in cap.
4. dicens feudum dici à fidelitate, & pro inde nō
eſſe concedendam inueſtituram illi, qui negat, &
recuſat fidelitatem facere niſi eo pacto daretur
illico tamen ſe declarat, & ſubdit nam, & quili-
bet debet iurare pacem, & ſi recuſat iurare bona
ei auferantur ergo de iuramento fidelitatis, non
de ipſa fidelitate, quæ in eſt feudo, tamquam ſpi-
ritus vitæ ipſius feudi, vt *idem Ardizo. tenet in*
ea ſumma cap. 141. in tit. quom. Vaſſal. fidel iur.
deb. in §. fidelitatem. & Pet. Iacob. in ſua pract.
in rub. de cauſis ex quib. dom. debet amit. propr.
in 9. diſt. aſſerens omne feudum eſſe cum iura-
mento fidelitatis niſi eo pacto acquiſitum ſit, vt
ſine iuramento habeatur attamen, ſiue cum iura-
mento, ſiue non ſemper Vaſſallus debet eſſe fi-
delis domino alias amitteret feudum, ex cauſis
quibus feudum amittitur. Illud autem detri-
27 mentum ſenſit, quod ex pacto non iurat fideli-
tatem, quia non habetur pro pari, nec eligitur ſu-
per cognitione feudi inter alios pares, *vt in cap.*
primo de contrcu. feu. apud par. termin. & ſequi-
tur Io Berberius in ſuo viatorio in tit de contra.
feud. ſiue de feudis, col. mihi 3. verſ alio modo, &
vltimo, & verſ aliud vero datur cum Sacramē-
to fidelitatis, dicens poſſe dari feudum liberum
à ſeruitio, & dicetur feudum francum liberum,
& honorificum, ſed non eſt adeo liberum quin
ad fidelitatem teneatur etiam ſi per pactum iura-
men-

mentum remictatur, & ſi talis vaſſallus co mictit in fidelitatem male fidus cenſebitur, *vt in d.§. nulla*, ſed non poterit, quia nõ curat fidelitatem eligi inter pares, quod autem ſeudum poſſit eſſe
28 liberum à ſeruitij præſtatione, & à iuramento fidelitatis conueniunt omnes doct. *Pet. R·buff. in ſua arbore feud. in 9. diuiſ. Io. Rainal. in d. cap. Imperialem in prin. in 2. diuiſ. num. 15. Cum. in ſuis prelud. repet. cap. ſi aliquem num. 176. & optime præpoſ. in prælud. feud. in 3. diuiſ.* vbi citat alios concludens libertatem, ſeu franchitiam, quod Vaſſallus ad ſeruitium non teneatur non eximere à fidelitate, *vt in tit. de forma fidel.* quia alias feudum contineret repugnantiam, & contrarietatem, quod ſcilicet eſſet feudum, & eſſet liberum à fidelitate, quod non eſt dicendum *ca. ſolicitudinem, &c. vbi repugnantia extra de reg. iur.* & eſſet potius quædam libera donatio ſi penitus eſſet liberum ſecundum *Io. Andr. in add. ad ſpecul. in tit. de feud. Bald. in cap. primo in vlt. q. de cap. qui cur. vend. & Oldrad. in d. conſ. 234. incip. factum tale, & conſ. 159. quidam miles, & abunde Curt. Iun. de feudis in 1. par. in 8. quæſt. principali num. 27. & ſeq.* ſi ergo ex his ſeruitiũ non eſt de ſubſtantia feudi, ſed ipſa fidelitas tantũ, ſatis erronea detegitur ratio prædictæ vltimæ opinionis, quæ mutos, ſurdos, cæcoſ. & alios imperſectos feudo priuat, quia ſeruire non valent.

Et id, quod dicit Camerar. quod ſeruit. prout ineſt fidelitati eſt de ſubſtantia feudi ſanè intelligendum eſt ſcilicet in eſſe fidelitati niſi remictatur, quod fieri poteſt, vel impediatur, vt latius ipſe per plures columnas declarat d. pag. 35. qua-
29 re, vbi Vaſſallus denegat facere ſeruitium, & poteſt, quia eo caſu fidelitatem offendit, & ipſum dominium, merito debet ammittere feudum propoſita conditione cauſa data, & cauſa non ſequuta, ita pũctualiter decidit, & declarat *tex. in cap. primo de feu. ſine culpa non amitt. & eſt de mente Andreæ in cap. primo §. de Manſo num. 16. circa med. de contr. inueſt. & tex. in cap. primo §. ſed nec alia iuſtior, quæ ſit prima cau. benef. amit.* ſed vbi ſeruitium præſtari non poteſt ob aliquam impoſſibilitatem naturæ, vel caſus, & accidentis eo caſu non offenditur ipſa fidelitas, neque dominus, quia per Vaſſallum non ſtat, & poterit ſeruire per æquipollens, vt inferius dicetur, quare doctrina Camer. in caſu iſto non eſt alicuius conſiderationis, quia ineſt ſeruitium fidelitati quando præſtari poteſt; ſed vbi præſtari non poteſt citra cuplam Vaſſalli tunc non ineſt, & excuſatur Vaſſallus, *vt per Ardizonem, vbi ſupra, & Andream in d. §. ſed nec alia iuſtior nu.* 35. quo loci excuſat Vaſſallũ etiam à ſeruitij realis præſtatione propter contingentem caſum pau-
30 pertatis, & in *cap. primo §. ſimiliter de cap. qui cur. vend.* excuſat ſenes, & infirmos dando alios æquè idoneos, qui ſint domino acceptabiles, item excuſat hæredem non ſtrenuum dando aliũ magis ſtrenuum, vt ibi per eum ergo Vaſſallus, quod non poteſt caſu fortuna, vel alias adimplere admictitur hoc caſu per ſubſtitutum, & eſt caſus materiæ noſtræ ergo ſeruitium non eſt de ſubſtantia feudi, nec ineſt feudo niſi adhibita ſupradicta declaratione.

Quartò, & hoc eſt maxime cõſiderationis pro prima opinione illius tex. ad delendam vltimam
31 dicebatur, quod ſeruitium perſonale hodie in Regno noſtro ſublatum eſt, & ſubrogatum in pecunia, quam adohamentum, ſeu adoham nuncupant, vt per *Andr. in d. cap Imperialem § firmiter num. 31. in ca. primo in fine, quis dic. Dux. in cap. primo num. 8. de contr ſen apud par. termin. verſ. erat in Curia cap primo § ſimiliter in oſtendit ijs de cap. Corrad. in prin. & in cap. primo ſimiliter num. 14. de cap. qui Cur. vend. & in d. § firmiter, & §. ſimiliter Affl. & alij, & latè Iacob. de Gello in prædicto tract. de iure adohæ num. 52. 53. & ſeq.* vbi optime explicat ſi ſeruitium eſt reale, præſtandum in pecunia non perſonale vtique illud poterit præſtare cæcus mutus, ſurdus, claudus, vel aliter imperfectus ſicut quilibet ſanus, & perfectus, ergo à primo ad vltimum quatenus vltima opinio poſita in illo tex. deberet præualere, quia tamen eſt fundata ſuper illa ratione ex quo feudum ſeruire non valent, quæ ratio hodie ceſſat, nam valent ſeruire ergo debet ceſſare illa tam rigoroſa diſpoſitio *ex reg. leg. adigere §. quamuis cum ſua mat. ff. de iure patron.*

Et hæc opinio, quod vbi ſeruitium nõ eſt perſonale, ſed per æquipollens adimpletur eo caſu mutus, cæcus, ſurdus, & imperfectus non priuetur feudo, quia ceſſat ratio priuationis prædicta communi, ac frequentiori omnium ſcribentium, & interpretum ſententia eſt recepta hanc tenet *Iac. de Beluiſo in d. cap primo, an mut. in fine.* ſic diſtinguens, aut ſeruitium eſt tale, quod poteſt per ſubſtitutum adimpleri, & tunc prima opinio Oberti, & Gerardi eſt verior, quem refert & ſequitur *Bal. in eo cap. num. 3. verſ. vel dic. & col. ſeq. verſ. Nam aut eſt tale, & ante alios firmauit hanc opin. Ardiz. in locis ſupra citatis,* vbi imperfectos huiuſmodi excuſat, quemadmodum excuſat Andr. in locis ſupra expræſſis, &
32 non videtur poſſe dubitari hodie, quia attento iure communi feudorum vnuſquiſque poſſit ſeruire per ſubſtitutum, quod ius corrigit conſuetudines contrarium diſponentes, nam *Imperator Pedericus in d. §. firmiter ita ſtatuit, ubi quicunque in dicta publica expeditione ſpatio competenti temere venire ſuperſederit, vel alium pro ſe domino acceptabilem mittere contempſerit, &c,* ergo poteſt, quiuis hodie per ſubſtitutũ ſeruire, & iſta eſt lex. Imperialis, quæ facit ius vniuerſale, & facit ceſſare conſuetudines aliter diſponentes, & Accurſ. ibi firmat hanc concluſionem dicens. Notare potes hic argumentum, quod Vaſſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutam perſonam, &c. & *in d. cap. ſi quis deceſſerit ſi de feu. def. contr fuer. in glo. in verbo cogitur* inquit, iſtud autem potiſſimum notabis, quod alius pro alio feudo ſeruire valet, & loquitur, vterque tex. de ſeruitio perſonali à fortiori habebit locum, vbi ſeruitium non eſt perſonale, & in *cap. primo de feu. fœm.* quo loci ſtatuitur clericum non debere ſuccedere in feudo paterno dicit, ibi idem Accurſ. in verbo ſuccedere, niſi ſit paratus ſeruire per ſubſtitutum domino *arg. l. quiſquis, & l. ad ſimilitudinem C. de Epiſ. & cler, & l. ſi ar-*

Digitized by Google

bitrer in fine ff. de arbitr. quam opin. veram eſ-
ſe teſtatur Abb. in c. in præſentia num. 69. ex-
tra de probat. dicens hoc pacto limitari. tex. in
c. ſi clericus ſi de feu. fuer. contr. volentem Vaſ-
33 ſallum effectum clericum amittere feudum, vt
intelligatur in feudo exigente ſeruitium perſo-
nale ſequitur *Aluar. in cap. primo de mil. Vaſſ.*
qui arma Bell. depoſ. Præpoſ. in c. primo §. &
quia vidimus de his, qui feudum dare poſſ. &
alij quos citat Siluan. in conſ. 3. num. 56. &
ſeq. vbi infert, & concludit, quod in tali feudo
poteſt ſuccedere fœmina, quia nullum ſeruitium
perſonale exigit allegat *Bal. in l. fin. C. de ſuis,*
& legit. & alios, & præter prædictos ex anti-
quioribus hanc opinionem tenet Pil. in ſua ſum-
ma feud. in 94. q. teſte Io. Andr. qui illum re-
fert, & ſequitur in addit. ad ſpecul. in rubr. de
feud. col. 2. c. circa finem, per tex. in l. ſtichum
ff. de ſtatu liber. firmans, quod vbi ſeruitium eſt
præſtandum in pecunia, per vnumquemq; pote-
rit ſolui nomine Vaſſalli, & Vaſſallus adimple-
uiſſe cenſebitur, quod dictum valde notabile
dicit eſſe *Præpoſ. in d. c. ſi quis deceſſerit prima*
col. circa finem, & ſubdit hoc notabile dictum
eſſe ſpiritum Baldi, vel verius Baldus habuit ſuũ,
& in eadem opinione reſidet expreſſe *Bal. in c.*
primo, § libellariæ in fine de pace conſt. loquens
in feudis quarumdam Eccleſiarum Lombardiæ,
pro quibus non præſtatur ſeruitium perſonale,
quia non curant de ſeruitijs annorum, ſed de
redditibus burſalibus, quod in his feudis ſucce-
deret mutus, & ſurdus etiam à natiuitate, & qui-
libet hæres *l. viam veritatis C. loc.* niſi tenor
inueſtituræ repugnaret, & *Baldum in ſpecie ſe-*
quitur Alex. in conſ. 136. vol. primo num. 3.
& Catel. Cotta, qui alios citat in ſuis memora-
libus in verbo pecunia Siluan. in d. conſ. 3. nu.
59. & Io. Thom. de Marin. in loco ſupra citato
num. 136. & Curt. iun. in 111. parte principa-
li in prin. num. 7. & 8.

Quinto, vbi opiniones ſunt ambiguæ, & igno-
ratur quinimmò differitur, quæ ſit verior, vtique
34 illa probanda, & tenenda eſt, quæ magis innti-
tur, humanitati, æquitati, diſpoſitioni iuris com-
munis, & magis fauet miſerabilibus perſonis, vt
laté explicat *Mathesil. qui citat ad id iura, &*
doct. in ſuo tracta. de elect. veræ opin. & Na-
uarr. in ſuo manuali c. 27. in fine de opin. delig.
ſed prima opinio poſita in d. c. primo, quæ fuit
Oberti, Gerardi, & multorũ aliorum eſt æquior.
humanior fauet his miſerabilibus perſonis, item
35 eſt conformis iuri communi, quo iure non repe-
ritur cautum, quod muti, cæci, ſurdi, & imperfe-
cti priuentur bonis ſuis, quinimmò totum con-
trarium, *vt in l. hac conſultiſſima l. ſeq. & leg.*
diſcretis cum ſua mat. C. qui teſt. fac. poſſ. l.
cæcus ff. de iud. l. prima, §. Appius denique
Claudius. ff. de poſt. & tenet Bar. in d. l. cæcus
per illum tex. dicens, quod ſi alicui Principi,
Baroni, vel Comiti ſuccederet aliquis filius cæ-
cus retinet iuriſdictionem, & magis eſt retinere
iuriſdictionem, quam feudum cum feuda eſſe
poſſint ſine iuriſdictione ergo prima opinio, non
ſecunda debet eligi, quam opinionem ſi recte in-
ſpiciatur tenet *Ardizo, in loco ſupra citato de*
ſucceſſ. feudi §. mutus dicens mutus verò, vel
aliàs imperfectus ſuccedit, & hoc vtilitate ſua-
dente receptum eſt, ne languor animi damnum
in bonis afferat l. iuſto, §. cum, qui ff. de vſu-
cap. (ſubdit,) vel dic, quod non ſuccedit, ſed ad
ſubſtentationem ſibi retinet ſi aliunde nõ habet,
iſtud tamen (declarat in fine) habere locum in eo
36 muto tantum, qui nullo modo loquitur, & mor-
tuo ſimilis eſt *arg. l. iubemus §. ſin autem* C. *de*
teſtam. muti tamen ſunt muti, & ſurdi, vt expe-
rientia docet, qui non ſolum mortuis ſimiles non
ſunt, ſed præter loquelam, & auditum præualent
viribus, ingenio, & robore corporis multis, qui
viui ſunt, & non poſſunt mortuis æquiparari er-
gu ſecundum Ardizonem iſti non ſunt excluſi, &
ſecundum primam opinionem Oberti, & Ge-
rardi feudum retinere poſſunt, & illam appro-
bare cenſetur, & hanc veriorem, & receptam o-
pinionem non vltimam defendit Camer. vir emi-
37 nentis doctrinæ, & ingenij poſt Andream pri-
mus feudorum interpres, & ſequitur Floccarus
eius diſcipulus, & in lectura feudorum ſucceſſor
qui fuit accuratus, & magnus Aduocatus, & ac-
cerrimé pugnans adhæret *Bologn. d. conſ. 4 nu.*
35. quicquid viſus ſit Canes. contrarium firma-
re, qui nil glorioſius ſibi putauit in loco ſupra ci-
tato, quam Camerarium, & Floccarum repræ-
hendere, ſed perperam non aduertens rationem,
in qua ipſe ſe fundat eſſe omnino erroneam, ac
nullius momenti dicit enim ex iuris diſpoſitione
ſemper vltimam opinionem non primam cenſe-
ri approbatam, & hæc quippe ſomnium eſt, &
diuinatio. Nam quis dixit, quis reuelauit, aut qua
lege cautum reperitur, & traditum pro regula
generali, quod ſemper vltima opinio cenſeatur
recepta, ſiquidem tex. quem ipſe allegat in *l. qui*
filium 24. §. Sabinus ff. ad Trebell neque id
ſanxit, neq; id annuit, nec ex eo poteſt ſumi tale
38 argumentum, ibi etenim non agitur de opinio-
num conflictũ, & electione, ſed iure conſ. ponit
ibi caſum, quo in prima inſtantia præſes aditus
in illa controuerſia pronunciauerat pro amita, ab
eius ſententia appellauerunt tutores pupillæ ad
Principem, qui tanquam Iudex ſuperior, ad quẽ
reuocauit ſententiam Præſidis, & pronunciauit
pro pupilla contra amitam, quis dubitat, quod
vltima ſententia preualet, tamquam Iudicis ſu-
perioris habentis facultatem à iure reuocãdi pri-
mam, ergo audebit, quis dicere, quod ibi agatur
de conflictu opinionum, vt eſt haſitatio veſtra?
ſed neq; Accurſ. quem faciunt huius opinionis
authorem id ſibi ſomniauit non enim ibi quærit,
vel dubitat Accurſ. quæ nam opinio præualeat
39 prima, vel ſecunda, ſed quę ſententia, & dicit,
quod Principis tamquam Iudicis maioris, & tam
quam vltimi, rectè non .n. ſententia eſt opinio
dubia: ſed certa, quæ facit ius inter partes, & di-
rimit omnem dubietatem, & ambiguitatem, &
vltima reuocat primam ex iuris effectu, quare ni-
hil commune habet ille tex. cum conflictu opi-
nionum de quo agimus, & hoc caſu credendum
Camerario doctiſſimo, & accuratiſſimo feudo-
rum interpreti, qui per tot annos, & vigilias mo-
rem horum compilatorum obſeruauit, idemque
Floccarus eius diſcipulus, qui per multos annos
in

Digitized by Google

in ſcholis publicæ iura feudalia interpretatus
40 fuit, qui teſtantur, ex diuerſis opinionibus in
vol. feudorum recitatis primam præualere vlti-
mæ, non è contra præſertim, vbi prima eſt ratio-
nabilis, æqua, ac iuſta, vt fuit prædicta opinio
Oberti Gerardi, & multorum aliorum de quo
Oberto dicit *Aluar. in c. primo in quib. cau.*
feu. amit. in prin. quod erat maximus Aduoca-
tus, & periſſimus in iure, qui multa viderat de
iſtis vſibus feudorum, & in frequenti diſcepta-
tione cauſarum valdè occupatus, & multa etiam
de eo recenſet *Caccialup. in repet. ſeu tract. de*
feu. cognit. articulo primo dicens tam ipſum,
quam Gerardum de Carapi, & Philibertum
Epiſcopum feciſſe multas deciſiones ſuper hac
materia quas, & multas alias conſuetudines, &
vſus in vnum redegit, & compilauit librum feu-
41 *dorum*, igitur Oberti, & Gerardi opinio, & ſen-
tentia tam iuſta non eſt præſumendum, quod
fuerit correctam per ſecundam iniquam, & in-
humanam *in d. c. 1. an. mut. idem Aluar. dicit*
non eſſe veriſimile, quod Obertus, author huius
operis poſuiſſet ſuam opinionem erroneam, ad
hoc vt immediatè corrigeretur ſed, quod magis
eſt opinio Oberti habuit multos ſequaces ibi,
multorum aliorum, quod indicat eſſe opinionem
receptiſſimam, at ſecunda fuit opinio quorundã
quorum nomina non exprimuntur, quod indicat
quod non habet authores inſignes, & eminentes,
nec numero, nec qualitate, nec authoritate ſicut
prima, quare ſtantibus omnibus ſupradictis dice-
batur, quod erat in arbitrio Sacri Conſilij ex his
duabus opinionibus eligere meliorem, & quod
melior, & iuſtior erat prima opinio, quæ habuit
ortum à viro tantæ doctrinæ, & ſcientiæ, vt fuit
Obertus, & non nulli ex dominis cenſuere abſq;
ſcrupulo primam opinionem eſſe eligendam, &
præferendam.

Tantum enim poteſt barbara irrationabilis,
42 & in humana lex, & conſuetudo, vt confundat
peritiorum ingenia, qui neſciant verum ſecerne-
re ſenſum, vt in d. c. primo, in quo quot capita
tot fuerunt interpretum ſententiæ hinc inde diſ-
ſentientes, & diuinantes, vt in varios differentes,
ridiculos fuerint ſenſus, quos ſeriatim recitat
Præpoſ. & Aluar. ibi, & alij ad quos delego cu-
rioſos.

Vnus tamen ex Dominis dixit, quod etiam at-
tenta opinione illorum, qui dicunt vltimam opi-
nionem poſitam in illo tex. corrigere primam, vt
latè defendit *Cannet. dicens hanc eſſe commu-*
43 *nem opinionem*: tamen verus ſenſus, & intelle-
ctus eſt illius tex. quod Mutus ex accident poſ-
ſit retinere feudum. Mutus verò à natura tantum
repellatur ſi etenim rectè verba illius tex. & vtri-
uſque opinionis inſpiciantur, & ponderentur ab-
ſque cauillatione id eſt, quod ibi deciditur duæ
ſiquidem ibi recitantur opiniones prima, quę fuit
Oberti, Gerardi, & multorum aliorum, & ſecun-
dum hanc primam opinionem mutus, qui vis ſi-
ue ex accidenti, ſiue à natura feudum paternum
retinere poterat de vtroque enim muto agitur in
dict prima opinione. Patet ibi *Mutus, ſurdus,*
cæcus claudus, vel aliter imperfectus, etiam ſi ſic
natus fuerit totum feudum paternum retinebit,
Obertus, Gerardus, & multi alij. Ponderando il-
la verba, etiam ſi ſic natus natus fuerit, vtiq; illa
dicuntur ad differentiam alterius muti, ſurdi, cę-
ci, & imperfecti, qui ſic natus non fuerit, ſed poſt
natiuitatem caſu, & ex accidenti factus ſit, & cõ-
ſequenter non poteſt negari, quin de vtroq; mu-
to ſenſerit, & ſtatuerit Obertus cum ſuis ſequa-
cibus, quod indicat, & probat illa dictio, etiam
44 (ibi etiam ſi ſic natus fuerit) quæ dictio eſt im-
plicatiua ſimilium, & implicat caſum minus du-
bitabilem, vt declarat *Aret. in conſ. 62. Alex. in*
conſ. 116. vol. 2. Dec. in l. qui ſe patris num.
11. C. vnde lib. & in conſ. 696. Gemin. in conſ.
61. & Bal. in conſ. 209. vol. 3. & ideo in muto
ex accidenti præſupponitur, quod nulla erat con-
trouerſia, & dubitatio, quin deberet ſuccedere,
& feudum paternum retinere, ſed dubitabatur
in muto à natura, & ideo adijciuntur illa verba
etiam ſi ſic natus fuerit, & in vtroq; (in quam)
Obertus, Gerardus cum multis, qui eorum opi-
nionem ſequebantur ſanxerunt, non eſſe priuan-
dum ſucceſſione feudi paterni, ſequitur ſecunda
opinio quorundam aliorum, qui tenuerunt con-
trarium corrigentes primam videndum eſt, in
quo corrigunt, nam in eo, in quo corrigunt, re-
manebit correctio, in cœteris verò prima opinio
remanebit valida, & confirmata, & vtique cum
prima opinio vtroque muto deferret ſucceſſio-
nem, & retentionem feudi paterni, vt ſupra vi-
ſum, & oſtenſum eſt ſecunda opinio corrigens,
non corrigit niſi, quoad mutum à natiuitate tan-
tum, cui aufert ſucceſſionem, & feudi retentio-
nem non autem muto ex accidenti, ergo mutus
45 ex accidenti tàm attenta prima, quàm ſecunda
opinione erat capax feudi, & illud retinere pote-
rit, & quod hoc ſit verum patet ibi. *Quidam ta-*
men dicunt eum, qui ſic natus eſt feudum retine-
re non poſſe, quia ipſum ſeruire non valet, etc.
Verba clara ſunt, quod ſi tenemus, quod hæc ſe-
cunda opinio corrigat primam, non corrigit, vti-
que niſi in muto à natura, patet ibi eum, qui ſic
natus eſt, ergo in muto à natura non in muto ex
accidenti corrigit; igitur prima opinio remanet
firma, & approbata, vt mutus ex accidenti valeat
retinere feudum, cum in hoc non ſit correcta,
ex reg. c. non ne extra de præſumpt. vbi ex duo-
bus illatis, & præſuppoſitis qui vnum negat alte-
rum affirmare præſumitur, & quod non mutatur
ſtare non prohibetur *l. ſancimus C. de teſtam.*

Et hæc opinio, quod Mutus ex accidenti ſit
capax feudi, & illud valeat retinere eſt communi
46 omnium Doctorum conſenſu, & ore recepta;
nam illam tenuit *Pil. in ſua ſumma, & Petrus*
de Cernia, vt teſtatur Bal. in d. c. primo, qui
col. prima dicit ſibi videri æquiorem, & verio-
rem opinionem, & ſententiam eorum, qui mu-
tum furioſum, vel aliter imperfectum ex acci-
denti feudo non priuant, nouo, vel paterno, *arg.*
l. nunquam §. ſi ſeruus, & §. ſiue autem clam.
ff. de vſucap. l. iuſto §. cum quis ff. de acquir.
poſſ. l. ſi is qui, & l. ſi id quod §. primo ff. de off.
Præſid. l. Diuus ff. ad l. Pomp. de parricid. c.
ſatis peruerſum 56. diſt. c. inuentum 15. quæſt.
7. eiuſdem opin. eſt Præpoſ. ibi, & Aluar. nu-
mero primo en primo not. loquens de feudo pa-

Digitized by Google

terno,& in c.ſi quis deceſſerit ſi de feu. fuer. cōtr.
& idem tenet Bal. in c. primo in prin. num. 10.
de ſucceſſ. feudi loquens in primo genito Regis,
qui debet ſuccedere in Regno , quod ſi fuerit à
natura demens, & vitium eſt naturale, & perpe-
47 tuum ſecundo genitus ſuccedat , & erit Rex , ſi
autem ex accidenti dabitur curator,& reddit ra-
tionem differentiæ , quia vbi ex accidenti ſuper-
uenit vitium iam reperitur radicatum in perſona
ſua ius Regiæ poteſtatis,*vt in c.grandi extra de*
ſuppl. neglig. prælat. per *Archid. in c. item*
obijcitur 2. quæſt. 7. cum alijs,quæ ad id allegat,
& non eſt dubium , quod maius periculum , &
ſcandalum naſci poteſt dando adminiſtrationem
Regni alicui dementi,quam adminiſtrationem,&
retentionem feudi alicui muto, ſurdo, & imper-
fecto , & ſi furioſo cæco muto , ſurdo adimitur
feudum,quia ſeruire non valent(ſi ratio illa vali-
da eſt) eadem ratione deberet adimi primo ge-
nito Regis, qui tenetur Regnum cuſtodire tueri,
& defendere Vaſſallos,ac iuſtitiam miniſtrare, &
alia tot onera ſuſtinere ad Regni tranquillitatem
neceſſaria,& nihilominus admictitur,quia iam
radicatum eſt ius Regiæ Poteſtatis in illo , ergo
idem in feudatario ex accidenti, in quo radicatū
eſt ius feudi, hic enim eſt caſus , quo huiuſmodi
imperfecti ex accidēti debent retinere feudum,
48 & admicti ad ſeruiendum per ſubſtitutum etiā
vbi ſeruitium eſt perſonale , vt expreſsè tenet
Bal. in cap. primo de mil. vaſſ. qui arma bell.
depoſ. loquens in feudatario, qui tenetur ad ſer-
uitium perſonale,& efficitur Monacus,quod po-
terit Monaſterium durante vita illius feudatarij
præſtare ſeruitium ſicut poterat præſtari per feu-
datarium per æquipollens , & facit regula num.
6. quod inhabiles ad ſeruiendum ſi ſunt habiles
49 ad ſuccedendum , poſſunt ſeruire per ſubſtitu-
tum, ſecus ſi ad ſuccedendum ſunt inhabiles,ſed
mutus ex accidenti fuit habilis ad ſuccedēdum ,
& iam ſucceſſit, licet poſtea effectus inhabilis ad
ſeruiendum, poterit per ſubſtitutum adimplere,
& feudum retinere,& vt dixi omnes ita conue-
niunt in muto , & imperfecto ex accidenti, præ-
ter relatos doct. ita tenet *Ioann. Rinald. in ſuo*
comphenſ. feud. ſeu repet. c. Imperialem in ſ.
præterea ducatus num. 12. Ottom. in d. ſ. mu-
tus num. 3. Iaſ. in tract.de feu. in tit.de ſucceſſ.
feudi in 8. par. pag. mihi 65. Iacobin. in ſua in-
ueſt. in prin. in cap. incip. quod ſi Rex, num. 7.
capit. in ſua inueſt. in verbo feudorum filijs, ſ.
limita 11. Freccia lib. 2. de ſubfeu. in cap.incip.
ſupereſt aliqua nu. 9. pag. mihi in noua impreſſ.
177. & in antiqua 122. Igenus in l. 111. ſ. ve-
rum num. 49. 50. 59. & ſeq. qui teſtatur hanc
communem opinionem ff. ad S.C. Sill. Lau. in
tract. de primo gen. in 40. quæſt. Corſet. in tract.
de poteſt. Regia q. 10. Tiraquell. in tract. de
iure primo gen. quæſt. 23. Pet. Gregor. in tract.
de ſucceſſ. feudi in 4. par. quæſt. 8. num. 29. Cu-
mia in rep. c. ſi aliquem in ſ. maſculus num. 27.
Liparul. in d. c. primo an mutus , ſuper verbo
non eſt nouum Archid. in d. c. grandi Martin.
Siliman. in tract. de feu. in tit. qui ſucced. in
feud. num. 205. Molina de primo gen. Hiſpan.
lib. 1. c. 13. num. 21. cum ſeq. Abb. in conſ. 46.
num. 2. vol. primo Soc. in conſ. 47. num. 1. &
11. vol. 3. Io. Lecirier. de primo gen. lib. 1. q.
5. & hanc dicit non ſolum eſſe communem , ſed
communiſſimam Bologn. in d.conſ. 4. num. 97. &
99. & egregiè Herman. Vlteius de feudis in c. 9.
de modis feudum acquirendi num. 64. vbi expli-
cat materiam, & in verſ. interpretes , & ſeq.
hanc receptam opinionem aſſerit, ad cuius opi-
nionis confirmationem addo *tex. in l. prima C.*
de præpoſ. agen. reb. lib. 12. vbi præpoſiti agen-
tium in rebus tenentur ſeruire de perſona ſi ta-
men morbo , vel ætatis ſenio capti, & imperiti,
vel quocunque alio vitio impediti ſe nequierint
ſeruire admictuntur ſeruire per ſubſtitutum, æ-
que idoneum, ergo ſuperueniēs impedimentum
excuſat.

50 Et ratio differentiæ inter mutum à natiuitate,
& mutum ex accidenti, vt ille non ſit capax feudi
iſte vero feudum retineat tradita eſt per Baldum
vbi ſupra, quia in muto ex accidenti, qui legitimè
feudum acquiſiuit , & in eo ſucceſſit eſt radicatū
ius nullo iure prohibente, vel reſiſtente, quicquid
dixerit *Andr. in d. cap. primo an mutus* , quod
51 ſcilicet non habet locum regula hoc caſu, quod
multa impediuntur contrahenda , quæ non im-
pediuntur iam contracta , nam parcat mihi tanti
viri authoritas allucinatus fuit ſiquidem com-
munis opinio eſt contra ipſum, vt vnanimiter cō-
cludunt doct. *in d. cap. primo , vbi Bal. num. 4.*
52 addit aliam rationem , quod difficilius tollitur
ius quæſitum, quam quærendum ſi quidem mu-
tus ex accidenti habuit originem fundamenti in
perſona patris, & de inde in perſona propria vn-
de quaſi in duabus radicibus fundamentum for-
tius eſt nam duæ rationes potentiores ſunt, quam
vna, vt in *auth. Itaque C. com. de ſucceſſ.* quo caſu
inquit debere commutari ſeruitium ſicut quan-
do præceptum teſtatoris non poteſt ſeruari iux-
53 ta teſtatoris voluntatem tamen ſeruabitur in ſi-
mili voto, *vt in l. legatū ciuitati ff. de vſufr. leg.*
& l. legatum ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.
& in Clem. prima de relig. domib. Vnde quaſi cui
ctis ſeruitijs ſic procedatur ad intereſſe, ſed æqui-
ualentia ſeruitiorum præſtetur , quod dicit etiam
ſubtile, & notabile, vt vere eſt, & quia dominium
eſt radicatum in perſona iſtius ideo facilius tole-
ratur, & cum *Baldo pertranſit Præp. in d. cap.*
primo, & in d. ſ. mutus, & ibi Aluar. num. 7. &
in d. cap. primo 2. col. & omnes alij doct. ſupra ci-
tati vno ore, & hanc differentiam inter mutum ,
& ſurdum à natiuitate, vel ex accidenti facit *tex.*
54 *in l. diſcretis C. qui teſt. facere poſſ.* vbi mutus , &
ſurdus à natura non poſſunt teſtari, ſi vero ex ac-
cidenti calamitate, vel morbo ſuperuenienti hæc
imperfectio ſuperuenit poterunt teſtari itaque
attento iure communi Rom. melioris conditio-
nis eſt mutus ex accidenti , quam à natura aliam
55 rationem affert Iaſ. vbi ſupra, quia mutus ex ac-
cidenti licet actu ſeruire non poſſit, ſperatur ta-
men aliquando ſanus futurus , vt ſeruiat, at mu-
tus à natura non habet vnquam talem ſpem, quia
naturalia ſunt immutabilia , & ſolus Deus mira-
culosè poteſt loquelam, & auditum, & ſanitatem
reſtituere, & facit communis canoniſtarum reſo-
lutio, & ſententia, quod ſi Papa mandat prouide-
ri ali-

56 ri aliquem, qui ſit notorie inhabilis, vt puta fu-
rioſus mente captus, infans mutus, aut aliter im-
perfectus, in quem cadere non poſſit collatio, ſeu
regimen aliquod, quod non tenet talis collatio,
vt firmat, *Bal. in cap. cùm adeo extra de reſcrip.
Felin. in cap. ſi quando eo tit. num. 4. ex authori-
tate Inn. in cap. inquiſitioni extra de ſent. ex-
comm. & omnes canoniſtæ in d. cap. cum adeò, &
in cap. cum apud extra de ſponſalibus*. At ſi
poſt collationem factam, & adeptam dignitatem
ſuperueniat dementia, ſurditas, vel alia imperfe-
ctio tolleratur, & datur adiunctus, ſeu curator
per *tex. in d. cap. grandi*, ergo vera eſt concluſio
quod multa prohibentur acquiri, quæ acquiſita
tenent, & quod poſtquam dominium eſt radica-
tum in perſona alicuius, non tollitur impedimẽ-
to ſuperuenienti, quod alias ab initio obſtitiſſet
acquiſitioni contra Andream.

Item muto, ſurdo, & imperfecto à natura ob-
57 ſtat præcipua ratio, quia non poteſt præſtare iu-
ramentum fidelitatis, quæ non obſtat muto ex ac
cidenti, qui iam præſtitit, & pro inde ſi ſuperue-
nit caſus, quo reddatur mutus, ſurdus, cecus, &
imperfectus meritò debet excuſari, quia per ip-
ſum non ſtetit, neque ſtat, quo minus ſeruiat, etiã
ſi perſonale eſſet ſeruitium, cenſetur enim ſer-
uire ex *reg. & deciſ. tex. in l. cum hæres, §. non
eſt ſtatu liber. verſ ſtiecus ff. de ſtatu liberis*, ibi
ſeruire nobis intelliguntur ſic quos curamus e-
gros, qui cupientes nobis ſeruire propter aduer-
58 ſam valetudinem impediuntur, quæ ratio non
poteſt fauere muto à natura, qui nunquam fuit
in potentia, & actu ſeruiendi, & declarandi eius
voluntatem, fidem, & obſequium erga dominum,
cui accedat, quod vitium naturale potentius im-
ped. quam accidentale, etiam ſi fuerit perpetuum
vt per *doct. in d. l. ſed. & ſi quæſitum §. primo, &
ſecundo ff. de lib & poſth.*

His diſcuſſis, maior pars dominorum cenſuit
59 veram eſſe opinionem doctorum tenentiũ mu-
tum ex accidenti poſſe retinere feudum: verum
in hac cauſa maior pars tenuit Ioſeph. Caraccio-
lum fuiſſe mutum à natiuitate non ex accidenti,
& in hoc fuit magna contradictio votorum, nihi-
lominus præualuit maior pars, & fuit lata ſen-
tentia contra prædictum Ioſeph, ſeu eius cura-
tores die 12. Ianuarij 1598. in cuius deciſione
inter fuere, Marthos de Goroſtiola tantum ex
dominis Regentibus, Ferdinandus Fornarius lo-
cumtenens Regiæ Cameræ D. Petrus de vera,
tunc Regius Conſiliarius, ego, Octauianus, Cæſar
cauſæ relator, & Commiſſ. Scipio de Curte, Al-
phonſus Ximenes, Io. Thomas Veſpulus, & Ca-
rolus de Tappia Regij Conſiliarij apud Actua-
rium de Felice.

ADDITIO.

Non indiget Summario.

PRo ſubiecto huius deciſionis, quod mu-
tus, & ſurdus à natiuitate ſint feudorum
incapaces. &c. addas dec. adiũtam eiuſ-
dem *D. Auth. in ord. 79.* infra in prima
impreſſione iſtarum deciſionum non poſitam li-
cet, & ipſe D. Auth. enuntiet eam dicens (ex
narratis in præcedenti deciſ. &c.) & ibi addita
cum *D. Camillo de Medicis conſ. 30.* vbi ampliſ-
ſimè diſcuſſit ipſum articulum, *& nouiſſimè D.
meum R. Tapp. in deciſ. S. C. ſexta.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Vxor mortuo viro etiam ante aditam hæ-
reditatem eius bona pro ſuis doti-
bus, & iuribus dotalibus poteſt
retinere.

SVMMARIVM.

1 *VXor poteſt retinere bona viri mortui etiam ante aditam hæreditatem pro dotibus, & num. 5. vbi deciſio, ac etiam pro legatis ſibi ab eo relictis num. 2. fallit num. 14 ſublimitatur num 15.*

3 *Vxor bona viri iure familiaritatis poſſidens poteſt eo mortuo illa vacantia incipere poſſidere pro dotibus.*

4 *Vxor poſt mortem viri tenetur declarare animum, quo bona viri poſſidet, ſed de veritate num 6. uer. & id quod.*

5 *Creditor propria auctoritate poteſt apprehendere poſſeſſionem rei ſibi obligatæ, & à nullo poſſeſſa pro ſui iuris conſeruatione.*

6 *Creditor habens bona debitoris hypothecata poteſt illorum poſſeſſionem vacuam apprahendere.*

7 *Poſſidere quilibet præſumitur eo iure, quod ſibi vtilius eſt.*

8 *Actus in dubio interpetrandus eſt, vt ſit vtilior gerenti, & num. 11.*

9 *Cauſa, quæ prodeſt, attendenda eſt, ſi concurrit duplex cauſa nociua, & proficua.*

10 *Filius inſiſtens in domo, vel bonis paternis pro dote matris obligatis non videtur patris hæreditatem adire, ſed in illis iure pignoris inſiſtere pro dote materna.*

12 *Vxor à viro hæres inſtituta, ſi viri bonis vtitur non cenſetur à dire hæreditatem, ſed ea pro dotibus retinere.*

13 *Hæredibus non ſufficit offerre cautionem de ſoluendo dotem, ſed tenentur verè, & realiter ſoluere.*

D E

DECISIO XXXXIV.

MVlier quædam in pro
uincia Calabriæ poſt
mortem mariti inſti-
tit in poſſeſſione do-
mus hæreditariæ,quã
ſimul cum ipſo viro
viuẽte habitabat,adi-
taque hæreditate per
hæredes Mariti ipſã
de facto eiecerunt à
poſſeſſione dictæ do-
mus,adijt ipſa Regiam Audientiam Calabriæ pe-
tens reſtitutionem poſſeſſionis intentans interdi-
ctum recuperandæ,dicens ipſa inſiſtente , in do-
mo prædicta poſt obitum mariti , illamque reti-
nente pro ſuis dotibus,& iuribus dotalibus ſu iſ-
ſe de facto eiectam,& ſpoliatam , & proinde re-
1 integrandam,& non eſt dubium poſſe vxorem
mortuo viro,etiam ante additam hæreditatem
inſiſtere in bonis etiã immobilibus mariti , illaq;
retinere pro ſuis dotibus,& iuribus dotalibus,vt
tenent *Bart.et alij in l.ſi non ſortem §.ſi centum
ff.de condit.indebit,et in ſpecie in dote, tex. in l.
ſi filio la prima ff.ſolut.matrim. vbi Bart. et alij
dicunt illum,tex.eſſe notabilem , ad hoc Bald.in
l.cum ibi C.qui pot.in pign.hab.et in l.prima nu.
4.C.de ſerno pign.dato man.et in l.pen. in princ.
C. de non num. pec. explicat optime Roland.à
Valle in conſ.77.num.35.vol.primo*, vbi conce-
2 dit,id licere mulieri etiam pro legatis ipſi à ma-
3 rito relictis,& quod mulier etiam iure familiari-
tatis poſſidens poſſit poſt mortem viri mutare
ſibi cauſam poſſeſſionis,alio nõ exiſtente in poſ-
ſeſſione,& incipere poſſidere pro eius dotibus ,
& iuribus dotalibus latè *Burſat.in conſ.8 num.
15.vol.primo,et conſ.9.n.2.cum.ſeq.*quare non
immeritò ſe ſpoliatam dicebat , & poſſeſſionem
reſtituendam prætendebat. Ex aduerſo dice-
bant hæredes ipſos eſſe vere hæredes,& reperiri
à prædicta muliere ſpoliatam hæreditatem poſ-
ſeſſione dictæ domus in hæreditate mariti re-
manſæ , licet enim prætendat debere conſequi
dotes,& iura dotalia, debet dirigere greſſus ſuos
ordinarie , quia multæ exceptiones ipſis hæredi-
bus competunt aduerſus eius prætenſionem, in-
terim ipſi,vt hæredes iure licito poſſeſſionem
omnium bonorum hæreditariorum adepti ſunt,
& creditores omnes , ſi qui ſunt tenentur actio-
nes (ſi,quas habent formiter proponere contra
4 ipſos,dicebant inſuper , quod dicta mulier poſt
obitum viri non declarauit animum ſuum, quod
in dicta domo inſiſtebat,animo mutandi, ſibi cau
ſam poſſeſſionis pro ſuis dotibus,quæ declaratio
erat neceſſaria,ex tradditis per *Rolan.in d. conſ.
77.num.29.cum ſeq.Curt.iun.conſ.168.& conſ.
110.num.22.Soc.conſ.131.Dec.dicto conſ.232.&
conſ.40.& l. quæ detis, C.de collat.* & proinde
cum prædicta declaratio non præceſſerit non po
terat modo mutare ſibi cauſam poſſeſſionem ,
ſed iure ordinario agere , Regia Audientia iudi-
cauit pro hæredibus dando , terminum in cauſa
in quo vtraque pars deduceret incumbentia , &
deuoluta cauſa ad M. Curiam per viam appella-
tionis a prædicta muliere interpoſitæ, idem cen-
ſuit Magna Curia,& deuoluta tandem cauſa ad
Sacrum Conſilium facta relatione per M.C.in
aula,in qua alias reſidebam reuocauimus Decre-
tum Regiæ Audientiæ , & Magnæ Curiæ , & iu-
dicauimus in fauorem mulierum , quam reinte-
grandam in poſſeſſionem domus prædictæ man-
5 dauimus, quia potuit poſt mortem viri ante hæ-
reditatem aditam,& nullo exiſtente in poſſeſſio-
ne inſiſtere bonis viri pro eius dotibus,& iuribus
dotalibus ex ſuperius allegatis , & firmat *Alex.
in l.prima C.de Repud. hæred. ex authoritate
6 gloſ.in l.fin.C.vnde vi.in verbo ignorantia*,quod
ſcilicet creditor, qui habet rem hypothecatam
debitoris poteſt ſi vacua ſit poſſeſſio , illam ap-
prahendere propria authoritate pro ſui iuris
conſeruatione , quam ſequitur *Burſat. in dicto
conſ.8.allegans ad idem Syluan.conſ 3. num.88.
vol.primo*,qui hoc tenet , & ampliat in quolibet
creditore habẽte rem hypothecatam,& id quod
pro parte heredum dicebatur hanc mulierem
nõ declaraſſe animum ſuum, quod inſiſtebat pro
ſuis dotibus,& iuribus dotalibus non mouit Sa-
crum Conſilium , quia iam id declarauit , & de-
clarat,vt primum ab hæredibus fuit ſpoliata, &
moleſtata, & præſumendum eſt , quod ipſa inſi-
ſtente,& retinente id faciebat pro ſuorum iuriũ
conſeruatione,& ita iudicauimus referente tunc
Ioanne de Miſtanza Iudice cauſarum ciuilium
M.C.V.nunc vero Conſiliario meritiſſimo,& poſt
hanc deciſ.ad manus meas cum in Hyſpaniã ac-
ceſſiſſem peruenit tract. *Morchequi de diuiſ.
bon.qui lib.1.cap.9 num.30.*in indiuiduo diſ-
putat hunc articul.an ſit neceſſarium,quod præceſ-
ſerit declaratio volũtatis mulieris,& tenet, quod
non,& refert ita fuiſſe etiam iudicatum per *Iu-
dices Regiæ Audientiæ Canar.* & afferr. ratio-
nes,pas volui hic tranſcribere , quia liber præ-
dictus ad manus omnium forſitan peruenire nõ
7 poteſt dicit ipſe,quod quilibet præſumitur poſ-
ſidere eo iure , quo ſibbi vtilius eſt,& ideo con-
currente in eadem perſona duplici cauſa poſſi-
dendi,ex vtiliori iudicãdum eſt poſſidere ex *tex.
in l.ſi paterna,& ibi Bald.& Paul. de Caſtr. C.
de repud.hæred.Alex.in l.2.C. quod met.cauſa,
& in conſ.31.vol.3. & conſilio 8. eodem vol.&
8 generaliter actus in dubio interpretandus eſt ,
quo vtilior ſit gerenti ex Aym.Cra conſ.106 &
conſ 32.& Soc in l. poſſideri § ſi ex pluribus ff.
de acquir.poſſ.* item ,quia vbi duplex cauſa con-
currit vna,quæ nocet altera,quæ prodeſt,atten-
10 denda eſt cauſa,quæ prodeſt *l. 2. §.ſi à pupillo,
ff.de vſucap.pro empt.*hinc eſt , quod ſi filius in
domo , vel alia re paterna remanſit, quæ ſpetiali-
ter,vel generaliter pro dote materna erat obliga-
ta,non videtur hæreditatem patris adire, ſed iure
pignioris pro dote materna inſtere , vt dicunt
*Doct.in l.prima C.de repud.hæred. Bar. in l.ge-
rit ff.de acquir. hæredit. & in l. pro hærede ff.
eod.Dec conſ.491.num.2,Grat.conſ.146. numero
10.vol.2.Maranta in repet.l.18 poteſt de acqui.
her.num.58. communem dicit Afflict. in deciſ.
372.& facit tex.in l.an vitium §. ex facto ff. de
diuerſ.*

diuerſ.& temp. præſcript.l. deibtor in principio ff. ad Trebell l. ex ſextante §. latinus ff. de except. rei iud. vnuſquiſq; enim præſumitur actum facere velle eo modo, quo ſibi vtilior eſt *l. 3. & ibi Bart. ff. ſolut. matrim.* & pariter ſi mulier à
12 marito hæres inſtituta remanſerit in domo viri illam colendo,& alijs bonis viri vtendo non cenſetur,ſed potius iure pignoris ea ratione pro ſuis dotibus,& iuribus dotalibus, vt per *Marant. in d. l. is poteſt num. 58. in fine Corn. conſ. 147. vol. 1. col. 1. & conſ. 311. col. 2. eod. vol. Maſcard. concluſ. 45. nu. 37. de probat. et Roland. in d. conſ. 77. num. 34. Hæc Morquechur*, & hæc opinio eſt verior, & in iudicando tutior fuit
13 etiam dictum, ex quo prædicti hæredes offerebant cautionem de ſoluendo dotem, & iura dotalia, quod non ſufficiebat, niſi dos verè ſolueretur ex dictis per *Iaſ. in d. §. ſi non ſortem num. 20. et Bald. nouell. in tract. de dote ſ. parte prin-*
14 *cipali priuilegio primo nu. 8.* ſed prædicta non procederent, vbi non adeſſent alia bona, quam ea, in quibus mulier inſiſtit, & retinere intendit, quia eo caſu vendenda eſſe bona, vel pro quantitate vxori debita danda eidem inſolutum, vt tenet *Rol. à Valle in tract. de inuent. in 4 par. quæſt. 24. per tex. et ibi doct. in Auth. hoc niſi debitor C. de ſolut. Greg. Lop. in l. 2. tit. 14. part.*
15 *et Morquechur vbi ſupra num. 38.* quod ego admicterem in hærede cum benefic. l. & inuent. ſecus in hærede ſimpliciter, qui teneretur etiam de proprio.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 Vxor habens bona viri obligata eo mortuo, poteſt propria authoritate remanere in detentione domus, quam cum marito ipſo viuente habitabat. & eum intelligentia nu. 5. & 7.

2 Vxor relicta tutrix ſi ſe obligauit ad rationum reditionem ea non redita habet ius retentionis pro dotibus. & ibi ſi mulieri dotē repetenti obijci exceptio, poſſit quod prius redat rationem tutela ſuorum filiorum.

3 Retentionis ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem.

4 Feudum etiam pro dote retineri poteſt.

6 Mutatio voluntatis non præſumitur niſi probetur.

8 Maritus poteſt retinere rem dotalem, quam meliorauit pro meliorationibus.

9 Coloni, & affittatores poſſunt retinere rem melioratā pro expēſis, & meliorationibus.

10 Meliorationum, exceptio exequutionem ſententiæ impedit cum larga materia in materia meliorationum.

11 Viro vegente ad inopiam competit vxori aſſecuratio cum pulchris caſibus in ipſa tractatione.

12 Vergere ad inopiam quando dicatur maritus.

13 Vergentia viri quomodo probatur cum pulchris caſibus in ipſa materia.

14 Mulier an poſſit aſſecurari dum dos eſt data patri, & filio, & vnus eorum ad inopiam vergit.

15 Dominus meus Reg. Valenzuela laudatur.

16 Retentio in quibus caſibus detur, & non detur.

17 Retentio datur pro mercede in ſcripturis, & ibi nu. 18. quid pro litis expenſis.

18 Retentio datur pro mercede ſcriptoris.

19 Retentio datur ſutori pro veſtibus.

20 Laborator retinet fructus pro labore.

21 Laborator præfertur creditoribus ſicut vendens herbam pecorarijs.

22 Nauta retinet res pro gabellis.

DE delectabili, ac quotidiana materia inſtantis deciſionis, quam mente tenendam dixit *Iaſon. in l. ſi non ſortem §. ſi centum col. fin. ff. de con-*
1 *dit. furtiua*, quod vxor habens bona viri obligata eo mortuo poſſit propria authoritate remanere in detentione domus, quam cum marito viuente inhabitabat iure familiaritatis, & tamquam vxor *vide Gram. deciſ. 58. num. 3. deciſ. 92. num. 19. Rola. à valle conſ. 77. num. 26. & 27. volu. 1. Ludouic. deciſ. Peruſ. 109. num. 1. & 2. Cartar. deciſ. Genue. 73. num. 1. & 7. Capyc. deciſ. 119. numer. 3. M noch. de recup. poſſ. remed. 5. num. 32. Cephal. conſ. 98. num. 32. vol. 1. de Franchis deciſ. 33. Vin. deciſ. 317. Cott. in memorab. verb. hipoteca. Canalc. de vſufruct. mulieri relicto num. 201. Riccius de perſonis exiſtentibus extra grem. Eccleſ. p. 5. c. 34. num. 36.*

2 Et amplia mortuo viro vxori relictæ tutrici, & quæ obligauit ad rationum redditionem: etiā adhuc non redita competere ius retentionis pro dotibus *Neguſ. de pignor. p. 5. membr. 1. 11. col. verſ. 10. Gram conſ. ciuili 114. num. 11. Ricc. collect. 1917. Molfeſ. in addit. ad p. 7. q. 15. & 16. num. 5. in com. conſuetud. et vide abundantius per Paſchal. de patr. poteſt. p. 3. c. 10. num. 43. vſque ad 47.* ſi mulieri dotem repetenti obijci exceptio poſſit, quod prius reddat rationem tutelæ ſuorum filiorum.

3 Et 2. amplia dictum priuilegium non ſolum in vxore procedere, ſed etiam in filio vxoris, quia iſtud ius retentionis tranſit in ſingularem ſucceſſorem *l. cum prætor. ff. de diſtract. pignorum Marc. deciſ. delfin. 181 p. p. Gram. deciſ. 92. nu. 10. attentis requiſitis per Ludouic. deciſ. citat 109. p. 2.*

4 Et 3. amplia, vt etiam feudum poſſit pro dote retineri *Iſern. in c. 1. §. douare qualiter olim feud. poteſt alienare Anna allegat. 136. num. 6.*

5 Et intellige concluſ prædicti loci ſi mortuo viro verbis expreſſis declarauerit, ac mutauerit animum ſuum, vel mutare cauſam poſſeſſionis pri-

priſtinę tempore viri idq; faciat factis, & fulciat verbis *l. qua ratione §. interdum ff. de acquir. poſſeſſ. l. 3. §. ſi rem in fine ff. eod.* cum eſt neceſſe, quod hoc animo conſtet *l. pro hærede l. gerit ibi Bart. ff. de acquirend. hæredit.* cum ſola animi deſtinatione quis fiat hæres *l. ſi auia C. de iure deliberandi Cardin. Pariſ. conſil. 14. num. 30. & conſ. 131. num. 20. vol. 1. & conſil. 15. num. 20. vol. 2. & conſ. 149. num. 12. vol. 4. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 23. num. 7.* & ex hoc mutatio voluntatis non præ-
6 ſumitur niſi probetur, *Neuiz. conſ. 2. num. 9. Grat conſ. 128. num. 5. vol. 1. Beron. conſil. 55. num. 8. vol. 3. Rimin. ſenior conſ. 82. num. 1. vol. 1. & conſ. 284. num. 8. Decian. conſ. 37. num. 30. & conſ 86 num. 41. vol. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 6 præſumpt. 6. Cacher. dec ſ. 49. num. 13. Magon. deciſ. Florent. 1. nu. 13. & deciſ. 88. num. 6. & deciſ. Lucenſ. 26. num. 38. et deciſ. 64. num. 9. Ludouic. cit. deciſ. Peruſ. 109. num. 4. Cartar. deciſ. Genuæ 73 num. 3. cum pluribus ſequentibus, et hanc opinionem recipio, ex qua apparet motum S. C ad deciſ. articuli Domini Authoris, vt num. 6. ipſe in verſ. Sacrum Conſilium, quia iam id declarauit non receptam opin. Moreheq. per eum allegati, et legas Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 5. 3. parte num. 36. et ſequentibus.*

Et declara ſecundo dictum priuilegium retē-
7 tionis vxori ſpectare pro ſuis dotibus, ac iuribus dotalibus, dummodo ſue poſſeſſionis retentio ſit ſine vitio, & res quam retinet ſit vacua, & ab alio non apprehenſa, vel illam habeat vigore conuentionis, vel decreto iudicis. *Bald. in d. l. penult. ſub num. 2. verſ. ſed quæro C. de pign. actione, et in d. l. ſi cui num. 1. C. de non numerata pecunia Soccin. conſ 131. col. 2. Dec. conſ. 232. num. 2. & conſ 400. num. 5. & conſ. 449. num. 3. & conſ. 621 num. 7. Magon. deciſ. Florent. 37. num. 13. & deciſ. Lucenſ 64. num. 9. Gabriel. conſ. 94. num. 5. & 6. vol. 1. & addas Fabium Timcum ad Magon. in deciſ. Lucenſ. 64. verſ. ſine vitio, et vide ſi facit de Franch. deciſ. 527. num. 11. Ven. deciſ. 317. num. 16.*

8 Et non ommiſſas pariter pro complemento tractationis iſtius deciſionis retinere poſſe pariter maritum rem dotalem, quam meliorauit, pro meliorationibus in ea factis, donec ſoluantur, *l. adeo §. ex diuerſo ff de acquiren. dominio Afflict. deciſ. 87. num. 5. et 257. et 359. numer. 2. Capyc. deciſ. 17. num. 7. Amat. conſ. 23. num. 1. Gratian. diſcept. 193. nu. 34. Giurba in conſuet. Meſſanenſ. p. p. cap. 15 gloſ. 11 num. 6. fol. 775.* vbi innumeros allegat cum abbūdantiſſimis ampliationibus, prout in num. 10. etiam contra tertium, cui vxor fundum dotalem ſoluto matrimonio vendidit, aut alio titulo conceſſit, *Menoc. de recup. poſſ remed. 11. num. 15.* & alij, vt per ipſum Giurbam loco citato. de qua tractatione retentionum meliorationum Anna conſ. 43. vbi
9 iuxta dec S. C. etiam colonis, & affictatoribus licere retinere rem melioratam pro expenſis, & meliorationibus, vt de ipſa materia cumulaui Collect. *Ricc.* 1917. 191. & 1348. vt de tracta-
10 tione contra dotem, de *Franch.* deciſ. 642. & 112. vbi dicit quod oppoſitæ meliorationes impediunt executionem ſententiæ [illegible] ſententiam deductæ, quod ſi poſtea tunc hæres executio cū cautione, & pariter ſubdit nec oblatio bancaria, & fideiuſſores operat, &c. *Ant. Maſ. Galleſ. ad form. cum oblig. part. 4. quæſt. num. 2. & vide de tempore, quo deducuntur meliorationes per Annam ſingul. 162.* vbi addidi, & non diſpliceat obſeruare etiam circa ipſas meliorationes alias deciſ. de *Franch.* 456. & 506. dum fuerint factæ in re obligata, & in re empta ſi cedunt ſolo, &c. & 527. & de meliorationibus factis per fratrem in re communi in deciſ. 91. & quod tranſeat retentio pro meliorationibus ad heredes, *Galleſ. vbi ſupra quæſt. 2. in fine Crau. conſ. 148. Menoch. de recuperanda poſſeſſione remed. 11.*

10 Et in vita etiam fieri retentionem per vxorem dum ipſe vir vergit ad inopiam, *Bapt. ſta de Sancto Blaſio priuileg. 64. in tract. de priuil. actual. Bald. nouell. de dote part. 6. priuilegio 70. & p. 7. priuilegio 24. Ioann. Campeg. de dote par. 3. quæſt. 18. Couarr. var. reſol. lib. 2. c. 0. in fine Decian. conſil. 13. num. 11. & 46. numer. 136. volum. 2. de Ponte deciſ. 19. num. 19. & 20. Maſtrill. deciſ. 142. num. 1. & 2. Giurba deciſ. Siciliæ 16. num. 1. & 2. Caſtillo deciſ. Siciliæ 25. num. 1. & 2. Gramm. deciſ. 92. num. 1.* vt de ipſis ſententijs S. C. in cauſa aſſecurationis, de *Franch. deciſ 617. num. 7.* & aduertas ſecundum Annam, vbi addidi, quod ſi vxor pro aſſecuratione dotis, viro vergente ad inopiam egerit, & inſtructo proceſſu mortuus vir, namque caſus reſtitutionis proceſſus ille expeditur in caſu re-
12 ſtitutionis, ſed quando dicatur maritus ad inopiam vergere, & dilapidare, *R pa in obſeru. 163. num. 13. & vltra Giurbam, & Maſtrill. loco cit. Menoch. conſ. 39. num. 14 probari cum vir frequenter fideiubet pro alijs, & in conſ. 101.*
13 *num. 12. in diſput. num. 12.* & non ommittas ad probandum viri vergentiam multas cauſas probabiles per *Gaill. obſeru. 83. lib. 2. num. 11. vltra diſtin. Afflict. in cap. 1. §. ſed quid num 41. quæ ſit iuſta cauſ. benef. ammittend. & Maril. deciſ. 82.* & an ſi maritus ſit luſor iudicetur vergere ad inopiam, *Petra ad Capit. deciſ. 41. Angel. de Maleſic. in tit. metidos mali nadi nu. 7. Rota Luc. deciſ. 22.* & quid ſi ſit latitans, & bannitus, per *Rom. conſ. 392. Ioan. Andr. ad Specul. de dote poſt diuortium reſt. §. fin. verſ. ſed quid ſi vir eſt in banno,* & an poſſit aſſecurari mulier dum dos eſt data patri, & filio, & vnus
14 eorum ad inopiam vergit, *Anna conſ. 63. num. 2.* & vide de ipſa aſſecuratione per *Ricc. collect. 142. & 124. verſ. referam, & in collect.* 1310.

15 Nec pariter diſpliceat ad iſtam retentionum tractationem, quæ vtdicebat eximius ille *R. Valenzuela* Dominus meus particularis in *conſ. 51 num. 31. & 94. num. 73.* fauorabiliter eſt quam acquiſitionis notare aliquos caſus, in quibus da-
16 tur, & non datur retentio, vt primo pro merce-
17 de detur retentio in ſcripturis, ſed non pro expenſis litis, *Boer. deciſ. 15. num. 3.* & ſcriptori
18 pro mercede licet retinere quinternos, vt ſemper cātabat copiſta meus dum præſentia traſcribebat

bebat *Bart. in d. ſ. ſi ceñſum, l. ſi non ſortem,*
19 & in furore, qui retinet veſtes, *Bald. in l penul.*
19 *C. de poſit. Socc. regul.* 84. & in laboratore, qui
20 retinet fructus pro labore, *Aufrer. ad deciſ. Cappella Tholoſ.* 500. *Caualc. deciſ.* 43. *quæ eſt* 14.
21 *de contractibus,* imo præfertur [illegible] creditoribus ſicuti vendens herbam, & paſcolum pecoriarijs, qui paſcit beſtiamina, *ad Caualc. deciſ.* 44. *Rom. ſingul.* 336. *Guglielm. de Benedict in cap. Raynutius, verſ. uxorem nomine Adelaſiam num.*
22 408. *fol.* 546. & nauta retinet pro gabellis ſolutis, *Ferrettus de gabellis num.* 87. *& Anna ſing.* 187. famuleque recedente remanente debitore, poteſt dominus retinere bona, donec ſoluat, &c. *Cappell. Tholoſ. deciſ.* 357.

ARGVMENTVM.

An teſtamentum ad pias cauſas iuxtà formam c. cum eſſes, & c. relatum de teſtamentis valeat teſtibus etiam non rogatis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio ad pias cauſas ex c. relatum il primo extra de teſtamentis videtur requirere teſtes rogatos communis opinio in contrarium falſa. & contra verba dicti c. relatum demonſtratur nu.* 2.

3 *Duæ ſpecialitates, quod valeat ſ. diſpoſitio coram duobus teſtibus, & quod teſtes etiam non rogati probent: non poſſunt concurrere.*

4 *Teſtes de iure ciuili requiſiti in teſtamento militis oportet eſſe rogatos.*

5 *Rogitus requiritur non ad ſollemnitatem, ſed ad declarationem voluntatis teſtandi.*

6 *Opinio, quod rogitus non requiratur eſt verior, & magis communis in teſtamento ad pias cauſas.*

7 *Parochi teſtimonium æquipollet quinque teſtibus.*

8 *Conſuetudines variæ circa teſtamenti factionem.*

9 *Verbum requiſitis poſitum in d. c. relatum, quo pacto intelligatur.*

10 *Sollemnitas numeri teſtiũ, & quod ſint rogati eſt iuris merè poſitiui ſublata per ius canonicum, quo ad omnia.*

11 *Teſtamentum nuncupatiuum in Hiſpania valet confectum coram tabellione, & tribus teſtibus non rogatis, ſed fortuitis.*

12 *Sollemnitas iuris ciuilis relaxata per ius gẽtium ſcilicet, quod in ore duorum, vel triũ teſtium ſtet omne verbum non requirit rogitum teſtium, nec quod ſint maſculi.*

13 *Statutum derogans iuri ciuili, quo ad numerum textum derogare videtur omnibus, quæ ſunt de ſollemnitate.*

14 *Numerus duorum teſtium etiam quod ſint fæminæ ſufficit in teſtamento inter liberos, & multo magis ad pias cauſas.*

15 *Per Sacrum Conſilium deciſum non requiri rogitum teſtium in piæ cauſæ diſpoſitione.*

DECISIO XXXXV.

MAgna fuit altercatio Doctor. an diſpoſitio ad pias cauſas ſeruata forma *tex. in c. cum eſſes, & c. relatum, lo primo extra de teſtamentis,* teneat etiam ſi teſtes non ſint rogati.

Siquidem pro parte negatiua vigere videtur verba tex. in d. c.
1 relatum ibi, tribus, aut duobus teſtibus legitimè requiſitis. Concordat diſpoſitio *Auth. rogati, C. eod. & l. hæredes palam cum ſimilibus ff. eod.* accedunt præterea authoritates grauiſſimorum virorum, & præcipuè *Lapus hanc opinionem tenuit in allega.* 29. *& eandem tenuit conſulendo Franc. de Albergotys de Aretio, vt teſtatur Butri. & Im. in d. c. relatum,* quia quo ad hoc non reperitur ius ciuile correctum, & immutatum per canones, & pluribus medijs hanc partem tuetur *Lud. Rom. in Rep. auth. ſimiliter nu.* 61. *C. ad l. falcid.* qui licet dicat, quod contra-
2 ria eſt communis opinio legiſtarum, & canoniſtarum, tamen eſt falſa, vt ipſe ibi oſtendit, & idem in *conſ.* 306 *idemque tenet Barb. in d. c. relatum, & Zabarella conſ.* 73. *& in hanc opinionem videtur inclinare And. de Beſſetiis in rep. l. primæ, C. de Sacroſ. Eccleſ. num.* 211. dicens, quod licet contraria ſit communis ſententia legiſtarum, & canoniſtarum, eſt tamen contra *tex. in d. cap. relatum,* vbi expreſsè requiritur conuocatio teſtium.

Dicebatur etiam, quod fuiſſet inducere duas ſpecialitates. Primam, quod valet diſpoſitio, ab-
3 ſque ſollemnitate iuris ciuilis. Secundam, quod teſtes probent etiam non rogati, & duo ſpecialia non concurrunt ex vulg. *l. Mæuius* 68. *ſ. duobus ff. de leg.* 11. vbi eſt materia etiam, quia cum tex. dicitur, quod teſtes ſint legitimi, ac non poſſunt dici legitimi, qui non ſunt requiſiti, quia tunc à parte requiſiti, & rogati cenſentur legitimi.

Et in ſimili adducebatur, quod de teſtamento militis diſpoſitum eſt, in quo idem ius ciuile relaxauit eis ſollemnitatem, contentum tantum numero duorum teſtium *l.* 1. *ff. de milit. teſt. l. quamquam C. eo.* nihilominus exigit teſtes eſſe rogatos *l. diuus ſecundum communem intelle*

ctum

ctum ff. eod. §. 1. inſt. eo, & eſt communis, &
vera opinio teſte *Natta in repet. l. hac conſultiſ-*
ſima §. ex imperfecto, num. 64. C. de teſtam. &
Iulio Claro in §. teſtamentum quæſt. 58. quam
declarat Corn. in conſ. 149. num. 6. vol. 2. niſi
conſtitutus ſit miles in mortis articulo, quia ſi
conſtat de animo teſtandi, licet teſtes non ſint
rogati, valeret teſtamentum *arg. d. l. primæ, &*
d. l. quamquam, & ita rectè intuenti probat tex
5 in d. l. diuus, ex quo demonſtratur, quod rogi-
tus teſtium exigitur ad non ſollemnitatem, ſed
ad declarandum animum, & mentem delibera-
tam teſtandi, vt ibi per eum, & idem tenet *Andr.*
de Beſſetis vbi ſupra, quod vbi miles teſtatur in
tentorio non in conflictu, teſtes debent eſſe ro-
gati.

Sed præmiſſis non obſtantibus Sacrum Con-
ſilium contrariam opinionem cenſuit veriurê, &
6 illam ſequutum ſuit, quam frequentior ciuiliſta-
rum, & canoniſtarum numerus amplexatus eſt,
nam eam tenet *Hoſt. in d. cap. cum eſſes num. 4.*
vbi dicit pro hac opinione facit lex diuina, lex
canonica, & generalis conſuetudo Eccleſiæ, &
præcedit ipſa veritas, quæ eſt Deus, & pro con-
traria eſt lex humana, & perniciosa ſubtilitas,
& ideo ſtandum eſt legi diuinæ reprobans num.
6. opinionem ſimplicium tenentium, ideo valere
teſtamentum ad pias cauſas cum duobus teſti-
7 bus, & parocho, quia teſtimonium parochi ęqui-
pollet quinque teſtibus, & duo alij faciunt nu-
merum ſeptem, idem tenebt *Zabarella in d. c.*
relatum in fine, Anchar. in d. cap. cum eſſes nu.
8 6 *Boch. in eodem cap. num. 6. & 10.* vbi refert
varias conſuetudines, quæ vigent circa teſtamen-
ti factionem. ſ. quod Tholoſæ valet teſtamentum
coram duobus teſtibus, Caſtellæ requiruntur
ſeptem, in Regno Nauarræ requiritur præſentia
Epiſcopi, vel ſui officialis, alias non valet, idem
tenet *Ant. de Butr. in d. cap. cum eſſes num. 3.*
Butr. in d. cap. cum eſſes num. 5. latè Imol. in
d. cap. relatum num. 9. & 15. vbi reſpondet ad
verbum requiſitis, de quibus in illo tex. quod
hoc non refertur ad teſtes, quod debeant eſſe
rogati, ſed ad Iudicem quod vt valeant iudicare
cauſas pro relictis Eccleſiæ, vel ad pias cauſas de-
9 bent requirere, vt fiat probatio ipſorum relicto-
rum per duos, vel tres teſtes, & iſta propria fuit
mens litteræ, & hunc ſenſum ſequuntur com-
muniter Docto. omnes, licèt re vera ſit diuina-
tiuus, *Bart. in l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. num*
75. & 76. Paul. de Caſtr. in l. hæredes palam
& in teſtamentis ſuper gloſ. in verbo rogatis
num. 5. ff de teſtam. Emanuel Coſta in repet. c.
ſi pater de teſtam. lib. 11. in verbo in ſuo teſta-
mento num. 9 Bal. verò in d. l. 1. C. de Sacroſ.
Eccleſ. num. 48. in prima lect. dubitat. dicens
per verbum fortè, quod in relictis ad pias cauſas
ſufficiunt duo teſtes, etiam mulieres forte non
rogati, ſed quicquid ſit hæc eſt receptiſſima opi-
nio, vt teſtatur *Soccin. in Reg. 420. in verbo te-*
ſtes. Tiraquell. qui alios recenſet in tract. de pri-
uileg piæ cauſæ priuilegio 111. in prin. & Iul.
Clar. in §. teſtamentum quæſt. 6. vbi dicit poſt
alios relatos, quod licet hæc opinio ſtricto iure
non tranſeat ſine difficultate, tamen ex quo cō-
muniter ita obſeruatur ab ea in iudicando, &
conſulendo non eſt recedendum, & omnes illa
10 potiſſima ratione, quia ſollemnitas numeri te-
ſtium, & quod ſint rogati eſt iuris meré poſitiui,
non iuris diuini, aut gentium, quæ ſollemnitas
cum ſit ſublata per ius Canonicum, eſt ſublata
quoad omnia, tam reſpectu numeri, quam rogi-
tus, *Hoſt. & Ioann. Andr. vbi ſupra conclu-*
dunt omnes, ex quibus ceſſat contraria, & in
proprijs terminis faciunt, quę notat *Ant. Gomez.*
in l. 3. Tauri num. 29. vbi tenet diſpoſitionem
illius l. volentis teſtamentum nuncupatiuum in
11 Hyſpania valere coram tribus teſtibus, & tabel-
lione confectum de qua etiam mentionem facit
Couar. in d. cap. cum eſſes in prin. habere locum
etiam, quod teſtes non ſint rogati, ſed ſi fortuito,
vel tranſeuntes adhibeantur, nam iure regio non
requiruntur rogati in teſtamento in ſcriptis, mi-
nus in nuncupatiuo, nè per tam leuem ſollemni-
tatem peruertantur teſtamenta, quæ poſt mortē
teſtatoris reſtaurari non poſſunt, vt ibi lex dero-
gans iuri ciuili expreſsè non requirit talem ſo-
lemnitatem, de ea non eſt curandum, & ita nota-
biliter dixit *Paul de Caſtro in d. l. hac conſultiſ-*
12 *ſima §. ex imperfecto*, quod vbi relaxatur ſolem-
nitas iuris ciuilis, & remanet diſpoſitio iuris gen-
tium, quo attento in ore duorum, vel trium ſtat
omne verbum, non requiritur rogitus, nec quod
teſtes ſint maſculi, inferens, quod ideo ſubſtine-
tur teſtamentum imperfectum ratione ſolemni-
tatis inter liberos, quia ſufficiūt duo teſtes, quòd
melius explicauit *Corn. in Auth. quod ſine, num.*
6. C. eod. inquiens, quod ſi ſtatuto caueatur ſuffi-
cere in teſtamento duos teſtes, quia derogat iuri
13 ciuili, quòad numerum teſtium videtur deroga-
re, quòad omnia, quę ſunt de ſolemnitate, & ideo
mulieres non rogatæ ſunt teſtes idonei per glo-
ſam ibi, quia receditur à diſpoſitione iuris ciuilis,
& remanet diſpoſitio iuris gentium, & ideo in-
14 fert num. 7. quod in teſtamento inter liberos, &
ad pias cauſas ſufficit numerus duorum teſtium,
etiam, quod ſint fœminæ, & non rogatæ a fortio-
ri arguendo, quia ſi inter liberos id permiſſum
eſt à fortiori debet cenſeri permiſſum in relictis
ad pias cauſas, quia non minus cogitare debemus
de anima, quam de liberis, ſequūtur communem
intellectum *Doct. in d. cap. relatum in verbo re-*
quiſitis, quod ad Iudicem referatur, vt requiſiti
ſcilicet in teſtamento, quia ſunt neceſſarij, vt vo-
luntas probari poſſit, & idem tenet *in conſ. 215.*
col. 2 per totum, quia rogitus eſt de ſolemnitate
iuris ciuilis, quæ eſt ſublata de iure can.

Quare ex his Sacr. Conſ. cenſuit non eſſe ne-
ceſſarium rogitum in cauſa venerab. Monaſterij
Sancti Dominici de Neapoli cum hæred. Quon-
dam Ioan. Franciſci Frecciæ, Relatore Conſilia-
rio de Ponte die 8. Octobris 1603.

AD-

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *TEſtamentum ad pias cauſas non tamen coram teſtibus ad hoc rogatis ſub ſiſtit.*

2 *Sollemnitates multæ exiguuntur in teſtamēto in ſcriptis vna quarum deficiente corruit ipſum teſtam.*

3 *Teſtes debent eſſe rogati in teſtamento in ſcriptis.*

4 *Pia cauſa eſt priuilegiata.*

5 *Legata pia deducuntur ex ſcriptura manu teſtatoris ſine teſtibus ſubſcripta.*

6 *Imperfectum teſtamentum ad pias cauſas tenet.*

7 *Teſtamentum inter liberos non tantas exigit ſollemnitates.*

8 *Femina poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos cum declaratione.*

9 *Teſtamentum factum Ruri à ruſticano valet ſine ſollemnitatibus.*

10 *Teſtamentum in rure valet cum quinque teſtibus.*

11 *Teſtamentum tempore peſtis non exigit ſollemnitates, & ibi quot teſtes requirat.*

1 EX hac belliſſima deciſione, quod teſtamentū factum ad pias cauſas coram teſtibus non tamen ad hoc rogatis ſubſiſtet, *Achilles de graſſ. deciſ. prima de teſtam. Gamm. deciſ. luſit 81. num. 3. Thoming deciſ. Rot. lipſiens 4. Ricc. coll. deciſ. 229. & nouiſſimè Thorus in ſumma priuil. piar. cauſ. priuil. 257. ad peunam obſeruatur.*

2 Licet in teſtamento in ſcriptis multæ exigantur ſollemnitates, *vt per Emau. Suar. receptar. ſent. §. teſtam. num. 13 14. & 15. Vaſq. de ſucceſſ. crea. §. 2. num. 1. Gram. deciſ. 62. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib primo tit. 7. ſub num. 2. & 7. Capic. deciſ 29. Couarr. in cap. Raynutius de teſtam §primo num. 6. Corn. conſ. 47. num. 1. vol. primo* & ſi deficiat vna ex illis nullum ſit teſtamentum *Iaſ. conſ. 67. vol. 3. Menoch. de preſum. lib. 4 preſumpt 2. num. 3. Afflict. deciſ. 143. & latiſſimè Surd. conſ. 158. num. 21. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 7. & 11. & Rol. à*

3 *valle conſ. 36 vol. primo*, & inter alias, quod teſtes debeant eſſe rogati *Boer. deciſ. 34. vltra Sur. Marc. dec ſ840. num. 6. vol. 1. deciſ. Magon. luceuſ. 32. num 6. Gamma luſit. 45. num. primo, &*

4 *deciſ. 81. num. 3. & Ricc. coll. 229.* cum pia cauſa ſemper in aliquo remaneat priuilegiata, vt plures caſus recenſet *Ricc. id. in collet. 808. dum* ſit actus vergens principaliter ad animæ ſalutem *Bald. in l a3 eo C. de fideicomm. Dec. conſ. 71. col. 2.* inde ex *eod. Thomingo. deciſ. germ. 4. num. 3.*

5 cauetur legata pia deduci ex ſcriptura manu teſtatoris ſine teſtibus ſubſcripta prout de teſtam. ad pias cauſas reſpondet *Franc. Cantucc. deciſ. Rom. 74. per totam in Romana nouiſſima vol. 2.*

6 quæ nota pro ampliatione huius deciſionis prout pariter teſtam. inter liberos nō tātas exigit ſollem-

7 nitates *viu. lib. 1. com. opin. 410. Clar. §. teſtam. q. 8. Boer. dec 93. n. 10. Gall. obſeru. 112. lib. 2. n. 10. Grat. dec. Marcb. 112. Duran. de arte teſtandi tit. 2. Cautel. 11. num. 2. & Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 7. & Achilles de graſſ. deciſ.*

8 *prima tit. de teſtam.* inde etiam femina poteſt eſſe teſtis in teſtam. inter liberos *Franciſ. Niconit. in rub. de teſtam. ſub nu. 24. Craſſus de ſucceſſ. §. teſtam. quæſt. 11 num. 5. Ripa de peſte de priuil. volunt nu. 24. & Natta in §. ex imperfecto nu. 166.* ſed quando filius eſt præteritus in teſtamentis prædictis tunc non recipias ipſas opiniones *Boer. deciſ. 240. num. 7. vſque ad 10. & Socc. conſ. 5. num. 10. verſ primo, quia vol. 3.*

8 Et teſtam. factum Ruri à Ruſticano *Capra conſ. 75. nu. 5. Placent. in ſumma codicis lib. 6. tit. 23. col. 2. verſ. excipitur teſtamentum ruſtici faber in C. fabr. lib. 6. tit. 5. defin. 26. num. primo vol. 2. & Choppin. de priuileg. ruſticorum lib. primo p. 2. cap. 2. in primo, & Ripa de actis in articulo*

14 *mortis cap. 62. num. 14.* inde cum quinque teſtibus tale teſtam. valet, vt *Bart. in l. conficiuntur ff. de iur codicill. l. fin C de teſtam. Gomez leo deciſ. 55. & Marc. Mantua conſ. 25. vol. primo*

11 & de teſtam. facto tempore peſtis, &c. *Pariſ. conſ 32. n. 6. & 33. n. 26. vol. 2. quod valeat corā quinque teſtibus Afflict. deciſ 25. num. 2. Barba. conſ. 87. vol. 4 Peregrin deciſ. Patauin 70. numero primo Franciſc. Hottom. conſ. 20. & in conſ. 59.* qui dicit valere tempore peſtis corā quattuor teſtibus, & Notario, *vt Guido Papa deciſ Delfin. 543. n. 14. et ſed de veritate vide Ricc. coll. 2475. per totam, & Theſ. deciſ. 180. vt id. allegat in coll. deciſ. 228.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An conſtitutio dictorum iurium Seruetur, tum in terris Imperij, tum aliorum Dominorum temporalium.

SVMMARIVM.

1 *DIſpoſitio cap. cum eſſet, & relatum ſecundum aliquos Doctores non ſeruatur niſi in locis iuriſdictionis Eccleſiaſticæ num. 2. 3. 4.*

R Sacrum

5 *Sacrum Conſilium tenuit contrariam ſen-*
tentiam, vti veriorem num. 6.
7 *Sollemnitas iuris ciuilis exigitur, vbi non*
agitur de pia cauſa.
8 *Legatum ad pias cauſas probari per duos te-*
ſtes iuxtà diſpoſitionem dicti cap. relatum
cenſuit S.C.

DECISIO XXXXVI.

IN eadem cauſa de
qua in precedenti de
ciſ. fuit etiam dubita
tũ an diſpoſitio *dd.*
cc. cum eſſes, & rela-
tum ſeruaretur in
Terris Imperij, &
aliorum dominorum
temporalium, & ra-
tio dubitandi fuit,
quia nonnulli grauiſ-
1 ſimi doct. tenent non ſeruari niſi in terris ſubdi-
tis iuriſdictioni eccleſiaſticæ, in alijs ſeruabitur
ius ciuile, & in primis *Ium. ita tenet in d. cap. re-*
latum in finalibus verbis reſidens in vltima opi-
nione relata, ibi alij dicunt canones ſeruandos in
foro eccleſiaſtico leges ſeruandas in foro ſecula-
2 ri, & hanc opinionem tenuit etiam *Specul. in*
tit. de inſtrum. edit. § compendioſe verſ num. 16.
& ibi ſequitur Io. Andr. in addit. & idem Io.
Andr. in d. cap. cum eſſes in fine, vbi dicit, quod
communiter ſeruatur Zabarella idem tenet nu.
2. circa finem Auchar. num. 8. Odofred. in l. pri-
ma num. 6. verſ. nos ciuiliſtæ. C. de Sacroſ. Eccle.
vbi dicit, quod Ruſtici habent hanc opinionem,
quod ſicut ſacerdos habet ſeptem ordines, ita vi-
cem ſeptem teſtium obtinet, & quod ideo valent
relicta coram Sacerdote, quòd non eſt verum ni-
4 ſi ſeruata forma *d. cap. cum eſſes, idem tenet Albe.*
in d. l. prima num. 2. allegat Ioannem Andr. in
cap. 2. de reg. iur. lib. 6. & dicit, quod hæc opinio
eſt vera, idem tenet Alex. in conſ. 17. 3. vol. & eſt
verior, & magis recepta opinio, teſte Euerardo,
in ſua Topica à ratione legis largæ num. 20. &
Alex. conſ. 41. vol. primo, & conſ. 47. vol. 2. & ita
tenet Martin. Laud. relatus per Guid. Pap. in de-
ciſ. 543.

Sed Sacrum Conſilium contrariam opinionẽ
cenſuit veriorem, & ipſam recepit, quam ſequũ-
tur Docto. omnes frequẽtiori calculo, eam ſi qui
dem tenet *Hoſt. in d. cap. relatum, Zabarella ibi-*
dem num. 2. col. 2. verſ. Io. Andr. tenet, Butr. in d.
cap. cum aſſensnum. 3. verſ. & credo, quod hæc
decretalis. Brix. in add. ad gloſam in cap. primo
2. quæſt. 4 in glo. fin. incip. vel tribus in fine, &
Guido Pap. in dec. 543. teſtatur ſeruari in Fran-
cia, & quod ita fuit iudicatum Couar. qui alios
citat in d. cap. cum eſſes num. 2 in fine, verſ. ſe-
cundo, hanc veram, & communem opinionem
affirmat. & Iul. Clar. in d. § teſtamentum q. 6.
in princ dicit, quod diſpoſitio prędicti *ca ſerua-*
tur in omni foro, tam eccleſiaſtico, quam ſeculari
& quod ita communiter obſeruatur, quæ opinio
intelligetur, vbi teſtamentum factum fuerit ad
pias cauſas, nam eo caſu ſeruabitur, etiam in ter-
ris non ſubiectis eccleſiæ, diſpoſitio prædictorũ
capitulorum, ſecus ſi eſſet factum ad cauſas pro-
fanas, nam eo caſu valebit teſtamentum, & ſubſti-
nebitur tantum modo in terris Eccleſiæ ſubie-
ctis, non autem in Terris Imperij, & in foro ſe-
culari, nam eo caſu ſolemnitas iuris ciuilis in
7 confectione teſtamentorum requiſita exigitur,
vbi non agitur de pia cauſa, vt tenet *Corne. in*
conſ. 77. vbi alios allegat *vol primo, & latius Co-*
uar. in d. cap. cum eſſes num. 12. vbi alios coacer-
uat, & quod eſt opinio moribus recepta, & com-
munis. Quare Sacrum Conſilium die. 8. Octo-
bris *1603.* referente Conſiliario de Ponte iudica-
uit legatum factum ad pias cauſas probari per
duos teſtes, & ſeruandam diſpoſitionem d. c. re-
latum.

ADDITIO.

Non indiget ſummario.

SI diſpoſitio ipſorum capitulorum proce-
dat in terris imperij, & alijs Eccleſiæ nõ
ſubiectis, vt hic fuit deciſum, *vide Capr.*
in tract. regularum cap. 104. num. 3. Bel-
lon. conſ. 14. n. 3. Turzan. opin. comm. 44. Durante
de arte teſtandi tit. 2. cautel. 2 n. 2 Clar. in § te-
ſtam. q. 55. verſ. quæ quidem cõcluſio, & Craſſ. de
ſucceſſ. § teſtamentum q. 56. n. 2. Coler. deciſ ger-
maniæ 35. num. 5. & Boer. deciſ. 93. n. 2. qui latiſ-
ſimè.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An alimenta præterita ad hæredem tran
ſmictantur, & an peti poſſint
quaue actione.

SVMMARIVM.

1 *ALimentorum triplex diſtinctio.*
2 *Alimenta debita ex legis diſpoſit. quæ*
ſint.
3 *Maritus quando cogitur alere vxorem.*
4 *Alimenta debita ex l. diſpoſit. præſtantur in*
ſubſidium ſecus ſi ex hominis.
5 *Alimenta debita ex hominis diſpoſit. quæ*
ſint.
6 *Iudicis officio debita quæ ſint.*
7 *Debita filijs à patribus an debeantur officio*
Iudicis.
8 *Præterita quando peti poſſunt.*

Et

9 *Et quando à tempore motæ litis.*
10 *Obligatus officio Iudicis conſtituitur in mora per litis conteſtationem.*
11 *Spurÿ: quo iure debeantur alimenta.*
12 *Filia etiam ab extraneo dotata poteſt petere dotem à patre ſtante ſtatuto.*
13 *Filiæ debetur dos in Regno ſtante conſtitutione iure actionis.*
14 *Stante conſuetudine Neapol. Alimenta debentur filÿs iure actionis.*
15 *Filÿs ſpurÿs an debeantur alimenta præterita, & illa an tranſmittantur ad heredes.*
16 *Et quid fuerit deciſum per S.C.*

DECISIO XXXXVII.

INcidit queſtio me referente deciſa, & inter parres valde controuerſa. An alimenta præterita tranſmittantur ad hæredem, cuius deciſio pendet ex alia quæſtione. An alimenta præterita peti poſſint, & qua actione, in quo articulo Docto.in diuerſas fuerunt opiniones, ideo reaſſumam conclusiones,& quid Sacrum Conſilium in cauſa prædicta iudicauerit.

1 Siquidem alimentorum. Quædam ſunt debita ex diſpoſitione legis,vel ſtatuti, quædam ex diſpoſitione hominis,quædam officio Iudicis,& in hac triplici differentia ex ſcribentium authoritate conſeruntur.

2 Alimenta debita ex legis diſpoſitione ſunt illa exempli gratia,quæ iubet lex præſtari, vt à marito vxori,qui ab vxore poteſt cogi ad ipſam alendum ex Pompon.ſententia *in l. quod ſi nulla 2. ff de relig.& ſumpt fun. iuncta l. præced. notant Docto in l.quod in vxorem C. de negot. geſt. quo loci Iacob. de Arena* elegantiſſimè diſtinguit, quod aut maritus eam habet in ſuo obſequio, & eius operibus vtitur,& tenetur alere,aut non hēt in obſequio, & mulier nullam dotem habet, & etiam tenetur alere ſi non habet alium de *arg. l. quod ſi nulla,& l.penul ff.vt in poſſ leg* ſi habet vnde alatur,tunc vſque ad quantitatem dotis tenetur ei ſubuenire *l.ſi cum dotem 23. ſ. ſin autē ff ſolut.matri.*ſed vltra quantitatem nō tenetur, cùm non ſit in eius obſequio,quia eſt ægra, & eſt diues,& vxor tunc debet affectioni ſuæ impendere ſi aliquid impendit, quam diſtinctionem ſequitur Cyn.& addit primo caſu etiam alendam vxorem,ſiue dotem dederit,ſiue non ſed vbi vir non habet iam in ſuo obſequio, aut contingit propter propriam vxoris temeritatem,& culpam, & nullo pacto tenetur, aut propter culpam, & temeritatem viri,& tunc tenetur,vt in primo caſu, aut præter vtriuſque culpam, vt puta propter infirmitatem, & in hoc caſu, aut habet mulier aliunde,& tenetur maritus ſecundum quantitatem dotis,aut eſt inops,& tenetur, etiam ſi nullam receperit dotem, & hanc diſtinctionem ſequuntur communi voto *Docto.ibi Bart poſt glo. in l.ſi cum dotem ſ. ſin autem in ſæuiſſimo, vbi ſcribentes omnes ff.ſolut. matrim. Abb.conſ.85. vol.2.Rom.conſ.517 Bal in l. de alimentis C. de tranſact. & reaſſumit Papa in deciſ. 439 latè Surdus in ſuo tract.de Alim.tit.3. quæſt. 2. per totum,& Docto.in l.pro oneribus ff. de iur. dot. Iac.de Arena,& Bal in l.ſi cum dotem ſ. ſin autem in ſæuiſſimo ff.ſolut. matr. Alex. conſ. 7.*
4 *num.2.vol.2.* Et iſta alimenta non debentur ei, qui aliunde habet, & poteſt ſe alerè, vt probat *Iaſ.in l.diuortio num.19 ff.ſolut.matrim.*vbi dicit,quod hæc eſt differentia inter alimenta, quæ debentur legis ſtatuto, vel Iudicis diſpoſitione, & ea quæ debētur ex diſpoſitione hominis, quia ex legis diſpoſitione non ſunt præſtanda, ſi alendus aliunde habeat,quæ verò ex diſpoſitione hominis ſunt præſtanda etiam ſi aliunde habeat ſecundum *Bal.& alios in l. de alimentis, C. de tranſact.*

5 Et ſunt alimenta debita ex hominis diſpoſitione,quæ præſtari debent, vel ex contractu inter viuos,vel ex vltima voluntate, & ſiue ex legis diſpoſitione hominis peti poſſunt iure actionis, etiam præterita,& futura *leg. vſufrui ſ. fin. ff. ſi vſufru.per l fructus 34 in fin.cum l. ſeq.ff. de rei vend.l.qui vſum fructum 42. ſ. fin. & l. quæſitum 43.& l. defuncta 64. ff. de vſufr. ita declarat Gigas in tract de penſ eccleſ.q.52.n.5 & procedit opinio Alex.in conſ.40 in fine vol.3.& eodem modo procedit opinio Tiraqvelli in tract.de iure primo genit.in 57.q.n.4. per tex. inter alios in l prima in fin ibi,ſi quæ in præteritum præſtita non ſunt,& ibi Bal.& Salic.C.de fideicomm. & Cyn in l ſancimus C de nupt.*

6 Alimenta debita officio Iudicis ſunt, quæ tenetur præſtare pater filijs,ſiue naturalibus,ſiue legitimis,& naturalibus,nàm cum inter patrem,& filium de iure nulla detur actio *l lis nulla ff. de iud.& declarat Corduba in repe.l.ſi quis à liberis in princ ff.de liber.agnoſc.*ſed tantum oriatur naturalis obligatio,non ciuilis,vt declarat *Bal.in l.dominos num.16.& 17.C. quod cum eo.* Non
7 erat iuſtum ſine remedio dimittere filios indigētes,ideo fuit introductum iudicis officium loco actionis, quia talis obligatio filios alendi dependet à ſola charitate,& ſanguinis coniunctione *l.ſi quis à liberis ſ vtrum ff de lib. agnoſc.* & licet pater dicatur quadam obligatione naturali obligari,non tamen intelligi poteſt verè de naturali obligatione,ſed æquitate quadam à natura inſita cum brutis omnibus communi argu.eorum,quæ dicit *glo.in l.ſed,& ſi ſ.conſuluit ff. de petit.hæred.in verbo obligauerunt, & declarat Surdus in d tract de alim. tit. 3. quæſt. prima num.14. tangit Gonſal.V ar.reſol.cap.38 num.25.*Tamen neceſſitas alendi patribus impoſita eſt à iure ciuili,teſtè *Couar.in Epit.2. part. cap.8. ſ. 6. per totum,& Gonſal.vbi ſupra*, ideo fuit inquam introductum officium Iudicis loco denegatæ actionis vbi ſupra, vt per eundem *Surdum tract. 6.quæſt.13.Lup.in rep.cap. per veſtras in 3. not,*

Digitized by Google

8 ſ.23.num.21.& Paleot.de not. & Spur.cap.47.
& hoc caſu alimenta præterita non poſſunt peti,
niſi alendus proteſtatus fuerit contra patrem de-
negantem, & pro ſe alendo pecunias mutuo ab
alio ſuſceperit,vt declarat Bart. communiter re-
ceptus in l.libertis,quos ſ.mannmiſſis ff. de ali.
& cib.leg.Paul.Alex.& Iaſ.& alij in d.l.de ali-
mentis C.de tranſact. Alex.conſ. 43. vol.3.&
conſ.72.vol.5.Guttierez in allegat.14. & hoc vl-
timo caſu datur actio creditori mutuanti,vt per
Doct. ſupra relatos & optimè Marant.in noua
impreſſione in ſuis notabilib.poſt practicam in
q.alimenta.

Eſt verum,quod Rebuff.in conſt. Galliæ tomo
2.in tit.de ſent.proniſ.art.primo gloſ.num.31.di-
cit ſeruatum, & iudicatum fuiſſe in Cur. Pariſ.
in Anno 1552.deberi alimenta præterita illa ra-
tione,quia ſi non deberentur daretur occaſio il-
la debenti protelandi litem in infinitum, & ideo
9 fraudibus eſt ſuccurrendum, ſed hoc caſu ego
dicerem deberi alimenta non tamquam præteri-
ta,ſed tamquam præſentia, quia à die motæ litis,
& ſic iudicialis interpellationis conſtituitur in
mora debens alimenta præſtare,& ideo erit, ac ſi
qualibet die per interpellationem debeantur, &
10 denegentur,nam qui tenetur officio Iudicis,cō-
ſtituitur in mora per litis conteſtationem, qui ve
rò iure actionis per interpellationem extraiudi-
cialem,vt notat glo.in l qui Romæ 122 ſ. cohæ-
redes in glo.parua.ff.de verbo obligat.& in l.am
plius non peti 15 ff rem rat.hab. & in l. fideiuſ-
ſor obligari 17.ſ.fin.ff.de fideiuſſ.

11 At vbi alimenta petuntur per filios ſpurios, &
inceſtuoſos, & ipſis debentur dicebam illa iure
actionis deberi,ſiquidem iſti ſpurij, & inceſtuoſi
ſunt pœnitus excluſi, & qud ad alimenta inco-
gniti de iure ciuili auth.ex complexu,C.de inceſt.
nupt.ſolùm naturales ſunt cogniti, & ad petitio-
nem alimentorum admiſſi, & ad vnicam de qua
per tex.in ſ.ſi quis autem iuncta glo auth.quib.
mod.nat.effi.ſui,& Capic.deciſ.164.Paleot. de
noth.& ſpur.cap.38. At ſpurij, & inceſtuoſi erāt
deterrimæ conditionis, quia pænitus excluſi, vt
ſupra,& dixit Bal.in con.456.vol.6.quod ius ci-
uile, amauit tantum caſtitatem, quod deſtruxit
pietatem, ſuperuenit poſtmodum ius can, quod
piè agens,reſtaurauit pietatem, & mandauit, vt
iuxta parentum facultates iſti alantur, vt expreſ-
sè ſtatuit Clemens III.in cap.cùm haberent ex-
tra de eo,qui dux. in matr. & ideò ex dicti cap.
æquitate,& diſpoſitione hodie filij ſpurij poſsūt
petere alimenta, cuius diſpoſitionem ſeruandam
eſſe vbique locorum,& in Terris Imperij frequē
tiori Doctor. calculo receptam eſſe docet Ga-
briel.in ſuo tract de communi opin.lib 6.tit.de
alim.concluſ.prima in priu. & non eſt dubium,
quod vbicunque lex noua ſuperueniens immutat
diſpoſitionem iuris ciuilis, tunc naſcitur actio ex
illa lege noua,vt eleganter tènet Alex. in conſ. 7.
vol.2.num.10.& 11.dicens,quod vbi ius nouum,
ſtatutum vel conſuetudo ſuperueniens immutat
diſpoſitionem iuris communis,tūc naſcitur actio
12 ex illo nouo iure,ſtatuto,vel conſuetudine, hinc
licet verum ſit, quod filiæ non debeatur dos iure
actionis,ſed officio Iudicis,& conſequentèr, vbi
reperitur dotata ab alio,non poteſt petere dotem
à patre,quia dos ſuccedit loco alimentorum, &
alimenta non debentur filio aliūde habenti, nam
ceſſat hoc caſu officium Iudicis, vt per Bart.
communiter receptum in l. obligamur ff. de act.
& obligat.ſi tamen ſtatutum præcipiat filiam do-
tari eo caſu etiam ſi fuerit dotata ab alio poterit
petere à Patre,quia iure actionis ſ. condictione
ex illo ſtatuto lege, vel conſuetudine l. prima ff.
de cond.ex lege Bart.in l.omnes populi fin.col ff.
de iuſt.& iure,& in l.prima ff.ad l.Falcid.Gul.
de Cun.& Bart.in l.de quibus ff. de legib. & in
l.ſi duo patroni ſ.ſi quis iurauerit ff.de iur. dot.
& Bald.in l. ex placito in 10. quæſt.C. de rer.
permut.& poſt.Alex.Iaſ in d.l. de alimentis in
fine C.de tranſact.& in l.diuortio num.20. ff.ſo-
lut.matr.Pariſ.conſ.85.num.54.vol.2.& in ſpe-
13 tie Andr.in conſt.in aliquibus,quæ præfert ma-
ſculos in ſucceſſione,dummodò ſorores dotent,
concludit, dotem deberi iure actionis.ſ. condi-
ctione ex illa conſt.& ex ea imponi neceſſitatem
præciſam dotandi, etiam ſi ab alio fuerit dotata,
vel propter nobilitatem, vel pulchritudinem, &
idem dicit Petr.Gregor.in tract. de dote, & pa-
ragio quæſt.9.12 & 38.vbi concludit doctrinam
Bart.in d.l.obligamur,habere locum ſimplicitèr
attenta diſpoſitione, & obligatione patris de iu-
re ciuili,ſed vbi adeſt ſtatutum,vel conſuetudo,
quod pater teneatur dotare tunc filia,poterit pe-
tere dotem iure actionis condictione ex illo ſta-
tuto,vel conſuetudine etiam ſi ab alio dotetur,
cui irrefragabili opinioni accedat Neapod. in
proprijs terminis alimentorum in conſuet. quod
ſi aliquis in glo.& verbo pro alimentis num. 34.
verſ.item iure actionis,& verſ.at hic,& in con-
ſuet.mulier,in verbo quibuslibet num. 65.verſ.
nec obſtat, & in conſuetud. in omnibus in princ.
14 in prima gloſ.num.78.verſ. ſed pone, quibus in
locis dicit,quod alimenta, quę vigore dictarum
conſuetudinum debentur à patre filijs etiam ſi
cum ipſo morari noluerint,non debentur officio
Iudicis, ſed iure actionis condictione ſ.ex illa
conſuet. & ita tenet Caſſan. licet videatur ali-
quantulum dubitare, ſed relinquit reſpondendū
pro amico in hac dubietate in conſuet. Burg. in
tit.des en fans ſ.4.verſ.veſtis rubr. 6.pag.mihi
in noua impreſſ.717.2.col.vbi concludit, alimen-
ta debita per mortem filijs,de quibus loquitur d.
conſuet.peti poſſe iure actionis,& ideo præterita
peti poſſe,& idem in proprijs terminis tenet Sur
dus in d.tract.tit.6.q.3. num. 30.quia ceſſat offi-
cium Iudicis,vbi lex noua diſponit principaliter
non acceſſoriè, ſed datur actio ex illa lege noua
per tex.in l.ex placito,C. de rer. permut & l.ſi
15 quis argentum C. de donat, quare cum ſpurij
ſint admiſſi ad petendum alimenta ex noua iuris
canonici diſpoſitione,quæ in hoc immutauit iu-
ris ciuilis diſpoſitionem, vtique iure actionis po-
terit petere,ceſſatque Iudicis officium,& conſe-
quenter ex ſupra dictis debentur eiſdem præte-
rita,& illa ad ſuos hæredes tranſmictunt, vt in
in dote concludit Petr.Grego.in d.tract. de dote
quæſt.39 & in alimentis Soc.conſ.161.vol.2.&
omnium optimè Corduba in repet.d.l.ſi quis à li-
beris in verbo.mater num.84.& in verbo, item
reſcrip-

Digitized by Google

reſcriptum num.64. Cumque caſus, de quo agebatur eſſet huiuſmodi, quia ſpurius erat alẽdus, & decedens matrem reliquit hæredem, videbatur, quod alimenta debeantur pœnitus iure actionis, & ideo præterita venire, & fuiſſe tranſmiſſa.

16 Fuit deciſum in cauſa prædicta me referente, deberi à die litis motæ, & officio Iudicis, licet aliqui tenuerint iure actionis per ſupradicta, quæ valde vrgent. Decretũ latũ fuit die 20. Decembris 1596. apud Actuarium de Mondellis.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *TRanſmiſſionis legati ad deſcendentes materiam poſuit doctiſſimus Regens Valenzuela in quodam ſuo conſil.*

2 *Alimenta præterita debita ſpurio à die litis motæ Iudicis offic conſequuntur non iure actionis cum ampliat nu. 3. & declarat nu. 4. & curioſis quæſtionibus.*

4 *Alimenta præſtans extraneus filio actione negotiorum geſtorum repetit à patre iuſta requiſitum nu. 5 & ampl. nu 6.*

7 *Alimenta præterita in quibus priuilegiãtur, & in quo differunt à futuris.*

8 *Fauores maximi concurrunt in alimentis præſtandis.*

9 *Pater negans alimenta filijs dicitur eos necare.*

10 *Pater neque conſuetudine, & ſtatuto tollit alimenta filijs cum ampl nu. 11.*

12 *Pater cogitur emere libros filio in ſtudio cũ ampl nu. 13.*

14 *Spurij debentur alimenta inſpecta æquitate canonica.*

15 *Qui de adulterio naſcitur non eſt eius culpa, ſed illius qui generat.*

16 *Alimenta quomodo ſint taxanda.*

17 *Spurijs, & naturales nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ſuccedere poſſunt.*

18 *Filijs naturalibus vltra alimenta nil relinqui poteſt.*

19 *plura circa alimenta præterita, & futura, & de larga tractatione alimentorum vſq; ad finem.*

1 CIrca currentem hanc deciſion. ſcripſit doctiſſimus, ac inſignis *Reg. Valenzuela in conſ.* 10. vbi abundantiſſimè de tranſmiſſione legati ad deſcẽdentes.

2 Et ad eius puntualitatem, quod alimenta præterita debita ſpurio à die litis motæ officio Iudicis conſequantur, non autem iure actionis, *vide in prato meo copioſius ad l. de alimentis C.*
de tranſactione Gomeſ. in l. Tauri 80. num. 13. Mareſcott. 2. reſol. 83. num. 2. Anna conſ. 71. num. 2. Cancer. 3. reſol. c. 11. num. 34. Tuſc. litera N. concl. 287. num. 188. Theſ. deciſ. 211. num. 19. Decian. conſ. 9. num. 42. & 48. vol. 1.
3 *Grat. diſcept. 104. num. 57.* etiam quod ſe ipsũ
aluit filius, quia tanquam officio Iudicis ipſa
non debentur, vt abbundantimè *Giurba in con-*
4 *ſuet. Meſſan. c. 7. gloſ. 15. 1. p. n. 6.* qui etiam declarat niſi alimenta ab extraneo præſtita fuiſſent
qui actione negotiorum geſtorum illa contra
patrem repeteret *l. Neſennius ff. de negotijs geſtis Theſ. deciſ 44. & 211. num. 15. & 19. de*
Franch. deciſ. 203. & 605. nu. 2. Molfeſ. conſ.
9. num. 35. & 36. & in conſ. 1. 5. 94. num. 14.
5 ſi patri extraneus ipſe intimauerit quamuis ſciret, *vt Tuſc. concl. 302. num 32. & 33.* &
idem ſi à coniuncto fuerint præſtita ipſa alimenta, *vt Decian. conſ. 10. num 9 vol. 3. & Ceſal.*
6 *conſ. 534. num. 1.* & quando filios mutuo pecuniam accepiſſet pro ſe alendo, vel debita contraxiſſet tunc illa ſolueret pater, *Afflict. deciſ 10.*
ad finem, Franch. deciſ. 607. num. 1. & 83. Calnacc. de vſufruct. num. 192. Paſchal. de patr.
poteſt. p. 2. c. 3. num. 17. & Grat. diſcept. 60.
7 *num. 22 26. 28. & 29.* & *Vin. opin. 45.* inde, &
priuilegiantur alimenta præterita, vt ſuper eis
admittatur petitio ſi iure actionis ſintdebita,
quamuis alendus de ſuo ſe alimẽtauerit. *2. Gratian. diſcept. forenſ. 954. num 30. tom. 5. vt in*
diſcept 815. num. 4. latius de ipſis tractantes in
eod. com. Cancer. c. 11. num. 34. & ipſe Giurba loco præcit. num. 10. vbi ex Borrell. conſil.
71. num. 35. & Theſ. deciſ. 111 num. 19. in fine
Aldonin. conſ. 73. num. 32. licet ab alio præſtita fuerint alimenta, &c. inde aduertas præterita
non eſſe priuilegiata ſicuti futura, *Grat. diſcept. 728. num. 34. tom 4. & 954. tom. 5. num.*
39. eſt verum tamen, quod ab alimentis prædictis tàm debitis iure actionis, quàm officio Iudicis non futuris, ſed præteritis datur appellatio
ſuſpenſiua, prout in illis deuolutiua tantum
Verall. deciſ. 24. lib. 1. Franch. 203. Canalec.
deciſ. 8. num. 72. & 10. num. 42. p. 3. Vin. deciſ. 523. num. 42. & deciſ. 33. nu. 4. Rugginella
de appellat. §. 2. c. 3 nu. 272. quæ omnia hoc loco non displiceat habere, eſt vt dicebat *D. meus*
8 *Conſil. Theodor. alleg. 64. nu. 4.* maximi concurrunt fauores in alimentis præſtandis, vt eſt videre, &c. & precipuè reſpectu liberorum, vt in
ipſa inſtanti noſtra deciſione mentio fit, & cum
pater negat alimenta filio dicatur eum necare
arg. *l. necare ff. de liber. agnoſc. & eſſet anathema c. ſi reliquerit 30. diſtinctione. & non immerito Crauett. conſ. 189. num. 3.* & alij efficacius
deberi liberis, quam vxori dixerũt cum ad educationem docuit imp. ex inſtintu arg. *§.*
ſi quis ex ijs l. ſi quis à liberis ff. de liberis agnoſcend §. 1. inſt. de iure naturali gent. & ciuili,
ſed etiam à iure ciuili l. fin. C. de alend. liberis, vt amplè in meo prato ad eam omnia collexi
annuente Deo, ſi immatura mors non præueniat
10 in lucem de proximo dando, inde patet neque
cõſuetudine, & ſtatuto, ac patto tolli poſſe, quin
pater nõ teneatur filios aducare cũ naturali l. re-

Digitized by Google

pugnet *Emanuel Suarez. Recept. ſent. verbo*
alimenta num. 169. Cranett. conſ. 189. num. 3.
& conſ. 115. num. 2. Intrigl. ſingul. 136. num.
11 *1. in 2. libro*, & etiam filios filiorum alere te-
nentur patres eorumque vxores, *Benincaſ.*
de paupertate quæſt. 8. in ſpetiali in iudic. nu.
12 *7. Natt. conſ. 378. vol. 2.* & nedum tenetur pa-
ter preſtare alimenta filio, ſed ei cogitur eme-
re libros in ſtudio *Horat. Lut. de priuileg. ſchol.*
13 *in 16. priuil. per totum*, & deſcendendo ad no-
ſtram deciſionem id procedere etiam in filijs na-
turalibus tantum habeas *Auth. licet vt in meo*
prato C. de naturalibus liberis. Menoch. conſ.
60. num. 6. vol. 1. Bero. conſ. 167. num. 20. & ſeq.
vol. 2. de cuius tractationis prouincia intendo
hic diffusè aliqua tangere, vt amicis paream cum
ſint qui non deſinant ſubſtinere contrarium *ex*
Auth. quibus modis naturales efficiantur legiti-
mi §. vltimo, ſi quidem dum ſic loquitur vlti-
ma, ſi quidem nos pars legis eſuperat, vt ipſa
competenté ſuſcipiat ordinem, & enumeremus,
qui neque ipſo naturalium nomine digni ſunt,
primo quidē omnes, qui ex complexibus non. n.
hos vocamus nuptias aut nefarijs, aut inceſtis,
aut damnatis proceſſerit iſte neque naturalis no-
minatur, neque alendus eſt à parentibus, neque
habebit quodam ad præſentem legem partici-
pium *Accurſ. ibidem in verbo participium*, &
notabiliter optimè declarat iſtam iuſtiſs. proui-
ſionem, & ſententiā, vt iſtos inceſtuoſos, & nefa-
rios filios patres nō teneātur alere, nec alimenta
miniſtrare, *Bart. in conſ. 119. incip. Dominus Do-*
minicus vol. 1. inde Antonius faber deciſ. 8. de
natural. liber. ligari, neque poſſe dixit natis ex
damnato coitu. vt Ricc. coll. 1212.

14 Sed ea ſunt intelligenda extra benignitatem
canonicam Caſſad. deciſ. 1. de ſucceſſ. ab inteſt.
cum ea inſpecta omnino debentur alimenta *Pa-*
norm. conſ. 50. & 115. vol. 2. Gratian. diſcept.
forenſ. 567. num. 22. tom 3. & 134. num. 16. &
60. num. 31. tom. 1. Marſil. ſingul. 158. Neuizz.
in Silua nuptiali lib. 3. num. 25. Mantica de
coniecturis vltimar. volunt. lib 10. tit. 4. nu. 10.
Plaz. Epitome delictorum c. 41. num. 21. Gomez.
l. 9. tauri num. 37. Molina de Hiſpan. primoge-
nit. lib. 2 cap. 15. num. 42. Gram. conſ. ciuil. 33.
num. 1. & Aſcan. clem. de patr. poteſt. c. 5. nu.
37. & effectu 17. num. 18. quæ benignitas pro-
pter ſummam æquitatem, ſeruanda eſt etiam in
foro laicorum, & profano *Natta conſ. 108. nu.*
4. vol. 1. Guglielm. de benedictis in c. Rainutius
in verbo, & vxorem nomine adelaſiam nu. 123.
de teſtam. Iacob. Mandell. conſ 44. Capic. de-
ciſ. 164. num. 2. & Clement. d. effectu 17 nu. 20.
nec poſſe patrem prohiberi quin eis non relin-
quat alimenta, *ſecundum Bald. in l. id quod*
pauperibus numer. 38. C. de Epiſcop & cleric.
quod omnictam, quia patribus, qui ſimilia faciunt
æqualis pœna non eſt, vt præſtent ſuo ſan-
guini alimentum, quia D. Hieronymus in epiſto-
15 la ad Rufinum, naſci inquit de adulterio non
eſt eius culpa qui naſcitur, ſed illius qui generat,
16 de quo habetur *in c. naſci 56. diſtinctione*, ſed
an ipſa alimenta ſint taxanda habito reſpectu ad
qualitatem, & facultatem patris, vel ſolum qua-
tenus ſufficiant ad ſubſtentandam eorum vitam,
& vide *Benint. deciſ. 22. num. 8. Gram. deciſ.*
343. num. 4. Cranett. conſil. 219. num. 8. lib. 2.
vbi ſolum ſecundum vitæ indigentiam eſſe
præſtanda concludit, & vide *Barbeſ. ſoluto ma-*
trim. in l. p. nu. 4. p. & facit cap. paſce 86. diſtinc.
vt ſequitur Paſchal. de viribus patr. poteſtat. p.
2. ca. 3. num. 43, vſque ad 47. & ibi de alimento-
rum materia latiſſimè, & *Grat. diſcept. Forenſ.*
4 613. num. vſque ad finem.

17 Licet ſpurij naturaleſque liberi nec ex teſta-
ſtamento, nec abinteſtato ſuccedere poſſint in
bonis parentum, nec aliquid eis relinqui *Auth.*
ex complexu C. de inceſt. nupt. quē famoſum vo-
caui *tex. in meo Prato ad cum Carol. de graſſis*
regal. Franciæ lib. prime iur. 7. pariter Alciat
lib 4. parerg. cap. 5. Duen. regul. 966. Roias de ſuc
ceſſ. cap. 20. Ludouic. deciſ. Peruſ. 18. num. 13. Bor
rell. ad bellugam in ſpeculo pri. rub. 7 litera K.
Cruned coll. iur. canon. cap. 168 num. 2. Clar. §. te-
ſtam. quæſt. 31. verſ. regulariter quidem ad quæ
concinunt, quod dixit *Diuus Aug. in lib. quæſt.*
ſuper leuiticum cap. 77. lege Dei inque conſtitu-
tum eſt, vt quicunque nati ſunt ex inceſtuoſo
coitu, nec filij reputentur, nec parentibus ſucce-
dant, & habetur *in c. quid eſt 35. q. 7. Rol. à*
Valle conſ. 74. vol. 1 & aliqui pertranſeunt ne-
que valeret ſtatutum, aut conſuetudo in
contrarium, *Ioan. Royas de ſucceſſ. in d. c. 20.*
num. 12. habilitantes tales filios ad ſucceſſionem
patris Nat. conſ. 619. num. 15. vol. 4. Ioan. Lo-
pes de palatios Rubios de donat. inter vir. &
vxor. in c. per veſtras notab. 3. §. 10. num. 12.
Gabriel. conſ. 140. num. 25 vol. 1. Gaſp Caball.
Milleloq 767 Boer. deciſ. 127. numer. 9. & in
conſuet. Bituricenſ tit. des coſtumes concernans
teſtam. §. 7. col. 2. verſ ſedam valeat, & inde
contra illum Cardinalem Palleottum de nothis,
& ſpurijs c. 53. per totum vbi auſus fuit contra
rium defendere cum multis argum. laborat com-
munis Doctorum Caterua, vt Federic. de Senis
conſ. 228. & conſ. 277. Durante de arte teſtan-
di tit. 1. cautela 14. num. 8. Villalob. opin. com.
§ ſtatutū. & Rebuff. ad conſt. Galliæ tom. 2. tit.
de liter. natur. artic. 33 gloſ. 1. num. 6. & latiſſi-
me Borrell. de magiſtr. edict. lib. 2. c. 2. num. 38.
& ſequentibus, & vide Gratian. diſcept. forenſ.
18 *758. num. 16. tom. 5.* & ex hoc vltra metam ali-
mentorū nil relinqui poteſt *Mothed deciſ. 178.*
& ita ego conſului, & *Ricc. coll. deciſ. 1212.* &
vide pulcra per *de Franch. deciſ. 173.* in mate-
19 ria alimentorum, prout id *Ricc. coll. 549.* in
materia diſcriminum alimentorum præterito-
rum, & futurorū, & quo tempore ſint præſtanda
alimenta *per Simonem de Petris de interpetr.*
vltimar. voluntat. lib. 4 interpetr. 1. dubio 11.
num. 98. cum ſeq. Anna ſingul. 22. vbi addidi
Rol à Valle conſ. 22. num. 22. & ſeq. vol. 1. &
quod tranſmittat alimentarius petitionem ad
hæredes dum decedit pro toto anno de Franch.
deciſ. 155. Caluacc deciſ. 8. num 69. 3. par. Mol-
feſ. in conſ. Neap. 5. p. tit. de alim. q. 9. num. 13.
& ſeq. & videas quæ veniant appellatione ali-
mentorū, per *Borrell. conſ. 71. Menoch. de præ-*
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. num. 13. cum ſequen-
tibus

Digitized by Google

tibus Borgh. de vſufructu mulieri relicto nu. 27. & ſeq. Bart. in l.legatis de alim. & cibar. legat. & ſi debeantur filio alimenta per patrem, qui non valet habitare cum ipſo vigore conſuetudinis Neapolitanæ, *latiſſimè Ricc. coll. 2435. & omnia in add. ad alleg. Annæ* 102. *dixi.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An recuſans reſpondere ſi eſt hæres, & tenet, ac poſſidet bona hæreditaria poſſit in progreſſu cauſæ demonſtrare contrarium, & dicatur impertinens probatio.

SVMMARIVM.

1 *PRagmatica de depoſitione, & interrogatione principalium, & illius obſeruantia.*
2 *Confeſſus fictè an poſſit probare contrarium.*
3 *Et an hoc poſſit eius hæres.*
4 *Et an bannitus deficiens in purgatione.*
5 *Et an hoc valeant agere poſt ſententiam.*
6 *Quid de hac re practicetur in Regia Audientia Hiſpaniæ.*
7 *Confeſſus fictè per contumaciam in ciuilibus num ſibi præiudicat in criminalibus.*
8 *Confiteri reus an teneatur in criminalibus remiſſiuè.*
9 *Negatiuè poſitioni an quis teneatur reſpondere.*
10 *Confeſſus fictè poteſt confeſſionem reuocare.*

DECISIO XXXXVIII.

1 STatuit pragmatica 6. ſub tit. de ord. Iudic. quod vbi reali actione agitur poteſt interrogari conuentus, quod declaret ſi tenet, & poſſidet. Item teneatur reſpondere alijs interrogationibus iuſtè factis, veluti ſi hæres eſt, quod ſi reſpondere, & declarare recuſauerit, procedatur, ac ſi legitimè reſpondiſſet, & quantum ad interrogationes prædictas habeatur pro confitente, vel negante, prout deterius erit ipſi contumaci, quam pragmaticam præter iuramentum de calumnia de quo ibi, practicamus quotidie, & facimus præcepta, & decreta comminatoria partibus, quod declarent, alias declaratio habeatur facta prout deterius, ex qua ficta confeſſione, ſeu declaratione, & reſponſione poteſt procedi ad cauſæ deciſionem contra comminatum.

2 Sed dubium eſt an talis fictè confeſſus in progreſſu cauſæ poſſit probare contrarium, & ſi probauerit dicatur probatio impertinens ita, vt de ea nulla debeat haberi ratio *Io. Andr. in addit. ad ſpecul, in tit. depoſitio. §. 9. n. 3. in ver. habetur*, dicit, quod poteſt probare contrarium etiã non probato errore, quia error non conſiſtit in facto, & ibi allegat *l. quoniam, ff. de infam. Ang. in l. ſi is C. qui teſt. fac poſſ. in prin. ex illo tex. dicit eſſe caſum notabilem, quod ille, qui habetur pro confeſſo, & pro condemnato ratione fictæ confeſſionis, poteſt probare contrarium*, & etiam
3 hæres eius, & ſic non operatur plus ficta confeſſio, quam vera, & idem habetur in *l. fin. ff. de bon. cor. Alex. in d. l. num. 5.* inquit quod ſi fuit quis contumax in reſpondendo poſitionibus, habetur pro confeſſo per *tex. in c. ſi poſt præſtitum de confeſſ. lib. 6.* poterit nihilominus probare contrarium, latè, & doctè *Aret. conſ. 146.* vbi refutat, & reſoluit cõtraria, & optimè *Ant. de Butr. in c. ex parte col. fin. circa finem verſ.* Ideo ſi iuſſus reſpondere poſitionibus, cõcludens, quod ſi iuſſus reſpondere poſitionibus, non reſpondet ſi tamen venit ante ſententiam, & velit probare rem ſe aliter habere, & idem de bannito deficiẽ-
4 te in purgatione, poterit, & dicit eſſe, *Gl. apertam, in cap. ſignificantibus ext. de purg. vulg. & notat gloſ. in c. tuarum extra de purg can. & in*
5 *c. fraternitatis ext. de frig. & malef* poſt ſententiam vero non admictitur reuocatio erroris. Quod putat verum, niſi de errore conſtaret notoriè per *not. in d. c. fraternitatis, & in c. pleriq; ext. de immunit. Eccleſ. & Anton. de Butr. ſequitur Alex. in conſ. 145. vol. 6. num. 10. in omnibus, & eundem ſequitur, Imol. in l. ſi. §. iuſſus nu. 6 ff. de appell. allegat Io. Andr. vbi ſup. in add. ad ſpecu. in tit. de poſit. & hanc opinionem tenet Auiles in cap. prætorum cap. 15. num. 22.* aduertens Iudicem, quod ſit cautus dum aliquem condemnat pro confeſſo. quia litem non conteſtauit inf. nouem dies, vel quia non reſpondit poſitionibus, vel propter aliam iuſtam cauſam iuris, quod ſemper in tali declaratione pro confeſſo. recipiat partem ſic declarant pro confeſſo ad probandũ, quæ voluerit infra nouem dies, quia forte probaret innocentiam, & nihil debere, & rem, ſe aliter habere ex quo reuocatur dicta confeſſio, & liberabitur, quod inquit ipſum ſemper facere, & audiuit ita ſeruari in Regali Audientia, & in iuſſo reſpondere poſitionibus, qui habetur tacite pro confeſſo, ſubdit poſſe probare contrarium, etiam non allegato, & probato errore ex doctrin. Io. Andr. vbi ſupra, & abundè explicat, & ſequitur Didacus Perez in l. prima tit. 3. in verbo haſta nueues dias, verſ. dubitatur præterea, vbi etiam agit de remedioſ, quod habet confeſſus ex ficta confeſſione. & in l. prima lib. 3. tit. 4. in verbo par. cõfeſſo, vbi declarat, quod hæc concluſio, quod quis habeatur pro confeſſo contumax in non reſpondendo procedit in ciuilibus non in criminalibus

palibus, vel vbi agitur de dolo ex Bart. in l. 2. col. 2. verſ. ſcias tamen C. de pæn. iud. qui male iud. Capy. deciſ. 60. ſed Bart. in d. l. 2. id non dicit. credo, quod voluit allegare Bal. in l. prima d. tit. num. 3. qui ad idem allegat Archid. in cap. ex pænitentibus 50 diſt. quicquid dicat Bart. in leg. Marcellus ff. rerum amot. ſed Bart. non male loquitur in caſibus, in quibus ibi per eum, ſed in quantum dicit, quod in cauſis criminalibus non tenetur quis reſpondere per verbum credo, vel non credo, ſed ſecundum veritatem dubitarem,

8 & an quis in criminalibus teneatur reſpondere poſitionibus, & ſe ipſum prodere conſiderandi ſunt multi caſus, quos poſt Archi. explicat optimè Turrecrem. in d. cap ex pænitentibus, & poſteum alij, & idem Archid. in cap. primo de confeſſ. lib. 6. vbi num. 4. tractat an quis teneatur re-

9 ſpondere poſitioni negatiuæ, quæ non poteſt probari niſi per depoſitionem, & confeſſionem partis de qua materia eſt text. & ibi gl. abundè, & Doct. omnes in cap. primo de confeſſ. lib. 6. dicit tamen Baldus in l. 2. C. de edendo n. 25. quod ille, qui habetur pro confeſſo in cauſa ciuili, quia nõ reſpondit poſitionibus non præiudicat ſibi in cauſa criminali, quod ob hoc habeatur pro confeſſo, quod dicit eſſe notãdum, & prædicta adeo

10 vera ſunt, vt & fictè confeſſo Doct. dederint facultatem reuocandi confeſſionem, vt latè Padilla in leg. error. num. 18. C. de iur. & fact. ignor. Nam vbi quis non reſpondens habetur pro confeſſo, poterit ille tacitam illam confeſſionem reuocare prætextu erroris, vt ſentit Gl. in l. quoniã ff. de his qui not. infam. & illam Gl. ad id allegant, & ſequuntur omnes fere canoniſtæ in cap. fin. extra de confeſſ. Bald. in d. l. error. Iaſ. nu. 22. Imol. in l. fin. §. iuſſus ff de appell. recip. Ang. Salic. Paul. de Caſtro, & alij in l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. & ibi Alex. num. 5. & Iaſ. ibidem teſtatur eſſe communem opinionem, & idem Ang. conſ. 42. & expendit hanc eſſe communem opinionem Padilla vbi ſup. exemplificando in eo, qui eſt cõtumax in non reſpondendo poſitionibus, & habetur pro confeſſo. Sed quia hæc non ſunt præſentis ſpeculationis omitto ſatis ſit tetigiſſe forſan alibi melius explicabimus, Et redeundo ad rem cum caſus contigiſſet pluries in Sac. Conſ. ſemper practicaui, & iudicaui probationes factas aduerſus fictas confeſſiones, eſſe recipiendas, & admictendas ex ſupradictis, & ſecundum illas iudicauimus.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 Probatio in contrarium facta per contumacem nolentem reſpondere ſi tenes, & poſſides, & eſt heres, quod ſit recipienda.
2 Contumax dicitur confeſſus.
3. Ficta confeſſio quomodo purgetur.
4 Expenſarum ſolutio receſſit in S. C. & M. C. V.
5 Poſitio acceptata ad quid iuuet, & quid negata.
6 Reus in quacumque parte iudicij, ſiue negauerit, ſiue faſſus fuerit delictum admictitur ad probandum ad ſui defenſionem.
7 Interrogandi praxis à quo ſit ſumpta, & quomodo intelligatur cum larga tractatione declaratur facienda per heredem, tàm in feudalibus, quàm in burgenſaticis.

1 Qvod probatio in contrarium facta per contumacem nolentem reſpondere ſi heres, &c. teneat, &c. & poſſideat, &c. bona hereditaria in progreſsũ cauſę ſit recipienda iuxta hanc deciſ. firmat D. Rouit. in pragm. 6. de ord. iudic. nu. 22. vbi & ipſam allegat, & videas ſingulariter per Maſcard. de probationibus concluſ. 1182. num. 71.

2 Et benè iudicio meo, quia & ſi non in alio eſt difficultas, quod ratione cõtumaciæ, ex qua contra ipsũ apparet inducta confeſſio, vt Rom. conſ. 174. num. 5. Ibeſ. quæſt. Forenſ. lib. primo quæſt. 6. num. primo Reuſner. deciſ. 15. num. 27. lib. 3.

Datis citationibus neceſſarijs de quibus in rit. 79. & 120. vbi Carauit. prag. 5. de ord. iud. Gaill. lib primo obſeruat. 80. Afflict. conſt. penam eorum num. 37. & Borrell. in ſumma deciſ. tit. 46. num. 28. 29. & 39. prima par. & p. 2. tit. 3. nu. 153. & talis ficta confeſſio purgetur ſolutione expenſarum, vt Alexand. in l. p. §. fin. ff. ſi quis ius dicent. non obtemperauer. Cacher. deciſ. pedẽ q. num. 2. nulli dubium eſt, quod poteſt audiri, & probare, & probationes recipiẽde ſunt, vt hic, & hodie neque ſolutio expenſarum practicatur cũ receſſit ab aula prout in M. C. V. Gallup. in pra. S. C. p. 2. cap. 4. num. 24. & c. 6. num. 56.

Inde, etſi acceptata fuerit poſitio poteſt, quis iuuari, ſed non cum fuerit negata Io. Monach. & Archid. in cap. primo de confeſſ. in 6. Rot. in antiquis deciſ. 311. Guid. papa deciſ. 182. Franciſc. perſonalis conſ. 22. num. 1. Bellon. decij genuæ 60. num. 10. ſpecul. tit. de poſit. §. 8. num. primo verſ. ſed ſecundum premiſſa, & Borrell. in ſumm. 2. p. tit. primo depoſit. articulis, & capitulis num. 150. & ſeq. vbi per multos, & proinde contumax in non reſpõdendo poſitionibus purgat Moram, teſtibus ſenat. pariſienſ. cuius iudicium refert Rebuff. ad cõſt. Galliæ tit. de reſponſ. per verbum credit art. 5. gloſ. vnica num. 4. tom. 3. Rol. à valle conſ. 73. vol. 7. Ceſal. conſ. 241. num. 77. vol. 2. & vide in terminis præſentis noſtræ deciſ. Ma-

6 ſcard. de probat. concl. 1181. num. 55. inde, & in criminalibus reus in quacunque parte proceſſus ſiue negauerit, ſiue faſſus fuerit delictum poterit probare ad ſua defenſionem feciſſe Maſcard. id concl. 867. n. 6. prout ad tractationem prædictę practicabilis materię quod reus teneatur reſpondere ſi tenet, & poſſidet ac alijs iuſtis interrogatorijs ſatisfacere alias reſponſiones prædictæ intelliguntur factæ prout deterius vide D. Rouit. in

7 ipſa prag. 6. de ord. iudic. vbi docet talem practicam interrogandi à quo ſit ſumpta, & quomodo intelligatur, & ſuper quibus tenetur re-

ſpon-

ſpondere reus latiſſimè, & quod indifferenter talis praxis ſeruetur etiam in herede in burgenſaticis *Capit. deci. 97. n. 3.* nam in feudalibus ſufficit, quod quis declaret venire ad feudū de iure ſucceſſorio feudorum, vt ibi & melius explicat Frecc. de ſubfeudis quæſt. 20. fol. 265. verſ. & omni die fit controuerſia in aduocatos, dicens hoc procedere quando quis venit ad feudum ex pacto, & prouidentia, quia ſi ad hereditarium tunc tenebitur declarare, & hoc in actore pariter cum actor, & reus viciſſim iudicantur prout de reo ipſe *D. Rouit. nu. primo, & ſeq. loc. cit.* & talis declaratio de herede preiudicat facienti reſpectu petentis tantum, & non alterius de *Frauch. dec. 694. D. Rouit. num. 9.* & ſi non factis dictis præceptis iudex procedit ad vlteriora ſatis preiudicat parti illā petenti *Menoc. de præſump. lib. 2. q. prima num. 31.* & vide omnia in hac materia poſitionum, & declarationum, &c. per *Borrell. 2 p. tit. primo per totū, & in tit. 11.* & ſi heres in feudalibus tenētur declarare, vt ſupra per *Muſc. in praxi S. C. gloſ. hereditaria vbi de* tota materia, & *Gaill. lib. primo obſeruat. 79. & 82. latiſſimè, et Maſcard. concl. 1181. & 1182. per totam.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An confirmatio contractus per maiorem geſti ab ipſo peti poſſit, vbi ſuus conſenſus tantum neceſſarius eſt abſque Iudicis decreto.

SVMMARIVM.

1 E*Tiam maiores poſſunt petere confirmari eorum contractus à Iudice, qui tenetur etiam ſi altera pars contradiceret, & num.* 10.

2 *Actus introducti de iure gent. vt ſunt venditio, locatio, non debent peti confirmari in iuditio, quia nituntur ſolum voluntati partium: fallit ſi adeſt voluntas ipſarum, & num. 3.*

4 *Confirmationem contractus pars ſemper petere poteſt in omnibus caſibus, in quibus dubitatur, an poſſit peti infringi.*

5 *Confirmatio ſententia peti poteſt, & etiam tranſactionis, & ſimilium contractuum.*

6 *Caſus quibus ſola electio abſque confirmatione, vel ipſa confirmatio tribuit ius remiſſiuè.*

7 *Confirmatio contractus operatur, vt neuter contrahentium poſſit dicere ſe deceptum vltra dimidiam iuſti pretij.*

8 *Confirmato contractu per decretum, nemo poteſt de dolo, vel metu conquari.*

9 *Contractus ab initio ſunt voluntarij, & ex poſt facto neceſſarij.*

DECISIO XXXXIX.

DVbitauimus in S. C. an maiores poſſint petere confirmationem contractus per eos geſti, vbi eorum conſenſus tantū ſufficit, & non opus eſt decreto Iudicis, cum etenim in quadam trāſactione, inter partes cōuenerint illam decreto S. C. confirmari ad maiorem eorum cautelam me commiſſario exiſtente fuit haſitatum an tale Decretum eſſet interponendum, quia videbatur cautela inſolita, & non neceſſaria, & pro inde arguebat verſutiam, & ſuſpitionem ne lateret anguis in herbis, & Sacrum Conſilium non debet interponere authoritatem ſuam in his in quibus de iure authoritas non exigitur, his nō obſtantibus fuit concluſum, quod partes quantū
2 cunque ſint maiores poſſunt petere à ſuperiore, & iudice confirmari eorum contractus, & Iudex tenetur confirmare ex ſing. *doctr. Bar. in l ſi quos per illum tex. C. de decur. lib. 10. vbi dicit num. 2.* quod partes poſſunt petere à Iudice, vt confirmetur contractus ab eis factus licet eorum conſenſus ſufficiat, & ad hoc faciendum Iudex tenetur, & dicit hoc eſſe notandum, quia non reperitur alibi, & nunquam vidit niſi modo, & allegat *Inn. in cap. de confirmationibus extra de confir. vtil. vel inut. vbi nu. 2. dicit Innoc.* quod actus introducti de iur. gent. vt ſunt venditio, vel locatio, & alij huiuſmodi non debent peti in iudicio confirmari, quia iſti contractus tantum de volūtate partium nituntur, ideò in eorum confirmatione nihil facit Iudicis authoritas, niſi eſſet de
3 voluntate partium, vt in *cap. primo extra de tranſact.* dicit enim *Bar.* ſibi videri, quod in omnibus
4 caſibus in quibus dubitatur an quis poſſit contractum petere infringi, quod pars poteſt petere confirmari ſicut dicimus de ſententia de qua
5 plenè dixit in *l. ſi expreſſim ff. de appell. & allegat tex. in cap. fin. extra de tranſact.* vbi petūtur tranſactio, & ſimiles contractus confirmari, & ſubdit, quod hoc ſuggerit æquitas, quid enim ſi timeo, ne altera pars propter aliquam cauſam petat contractum reſcindi propter deceptionē & ſimilia quare non mihi licet petere confirmari & hoc dictum Bart. vt aureum ſequitur *Petr. Rau. in ſuo alphab. aureo in litera D. pagina mihi 34. in parua impreſſione in prima col. & ibi notant Andr. de Bar. & Pirr. aur. in d. l. ſi quos* vbi etiam latè tangit caſus quibus ſola electio abſque confirmatione, vel ipſa confirmatio tri-

buat

buat ius ſed non eſt præſentis ſpeculationis, &
Bart. dictum ſequitur *Io. de platea in d. l. ſi quos*
vbi refert prædictam opinionem, & verba *Innoc.*
7 *& num. 3.* dicit, quod hęc confirmatio operabi-
tur, vt neuter contrahentium poſſit dicere ſe de-
ceptum vltra dimidiam iuſti pretij allegat *l. pri-
mam, & ibi etiam Bart. C. de præd. decur. lib.
11.* quo loci dicit Bart. quod tale decretum ope-
8 rabitur etiam, vt nemo poſſit de dolo, vel metu
conqueri, & cum opinione Bart. ſimpliciter vide
tur concurrere *Hoſt. in d. cap. de confirmat di-
cens ipſum non comprehendere hanc ſubtilita-
tem Innoc.* facientis differentiá in confirmatione
contractuum de iure ciuili, & contractuum de
9 iure gentium: quia, & ſi contractus ab initio
ſunt voluntarij ex poſt facto tamen neceſſe eſt
ipſos obſeruari vnde patet, quod poteſt peti ip-
10 ſorum confirmatio, etiam ſi pars contradiceret,
& cum Hoſtienſ. videtur ſe conformare *Abb. in
cap. primo num. 12. circa finem extra de con-
firmat. vtil. vel inutil. & adheret Butr. in d. cap.
de confirmat.* Sacrum Conſilium, ex his ſuo de-
creto confirmauit prædictam tranſactionem.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Minor præſumitur prouocatus ad diui-
ſionem cum preuio decreto diuiſit.*
2 *Decretum omnem frau[...]m ſuſpitionis abſtu
lit eum ampl & declarat.*
3 *Authoritas S. C. ſimilis eſt præfecto præto-
rio.*
4 *Decretum, vt operet multa requiritur.*
5 *Iudices damnantur, qui eleuato velo inter-
ponunt iudiciariam authoritatem.*
6 *Decretum abſque cauſa interpoſitum non
tenet.*
7 *Cautela abbundans eſt ſuſpecta, & facit do-
lum præſumere.*

Circa effectus decreti, & authoritatis
iuditiariæ in contractibus ad las *Pa-
ſchal. num. 4. in tract. de virib. patr.
poteſt p. p cap. 2 num. 4 Menoch. de
præſump. lib. 3. præſump. 61.* vbi prouocatus prę-
ſumitur ad diuiſionem minor cum reperitur pre
uio decreto diuiſionem feciſſe licet minor diui-
dere non poſſit niſi prouocatus, vt *Menoch. ca-
ſu. 151. num. 34. in tract. de arbitr. Petra ad Ca-
2 pic. deciſ.* 113. & vide in contractu venditionis
ſi decretum interuenit, quod omnem fraudis ſu-
ſpitionem abſtulet ſecundum veram *deciſ. 163.
p 3 num 8. & Rol. conſ 33. vol. primo, & ſecundū
Bald ſingul.* 194. præſumptionem turpitudinis
excludere, quod intellige ſecundum *Dec. conſ.
336. num. 5. & Hipolit. ſingul* 438. in decreto in-
terpoſito à maioribus iudicibus non minoribus,
3 vt ſunt conſiderandi S. C. cuius authoritas ſimilis
eſt præfecto præ orio antico *Pugnatar in prag.
4 de falſis teſtibus num. 11. & vide Afflict. in
conſt. vt Vniuerſis num. 40. & Surg. de Neapol.
illuſtr. cap. 17. num. 42. verſ. quidacum
& num 45. vbi quæ ſit propria S. C. authoritas,
vt allegat D. Roūt. in rub. de off. S. C. num. 5.* &
4 aduerte, quod ad hoc, vt operet decretum, vel
authoritas iudiciaria multa requiruntur *ſecun-
5 dum Hipolit. ſingul. 399* cum multi ſunt iudices,
qui vt ita dicam (eleuato velo) interponunt
eorum authoritatem in contractibus hominum,
vel mulierum, vel ſimilium perſonarum, quæ ta-
men authoritatis interpoſitio nihil valet cum
6 quando Decretum petitur interponi debent cau
ſæ ſigillatim exprimi, & ſollemniter probari ſe-
cundum *Bartol. in l. prima C. de præd. cur. lib.* 10
& potes videre plura *per Crauett. conſ. primo pro
genero num 154. Rol. conſ. 7. vol. 3. num. 64. qui
in conſil. 33. vol primo* decretum habere præſum
ptionem pro ſe quando declaratur, quod fuerit
appoſitum cum cauſę cognitione, vt ex *Dec. cōſ.
351. num. 7. vel. 2.* & in tantum id eſt verum,
quod ſi decretum iudicis fuerit appoſitum in
contractum minoris illius ſemper non conuali-
dat immò erit nullius valoris ſi propere, & ſine
cauſæ cognitione fuerit interpoſitum Anton.
corſet in ſuis ſingul. litera M. ſingul. p. inde ad
hoc vt operet ipſa cognitio cauſæ debet præce-
dere *Bart. in l prima C. de præd. decur. lib.* 10 &
poteſt peti interuenire debere licet nō fuerit ne-
ceſſarium, vt in deciſione noſtra in contractu
geſto per maiorem &c. cuius conſenſus tantum
neceſſarius erat abſque ipſo iudicis d creto etſi
7 dicant aliqui eſſe cautelam abbundantem, &
vt talem operare præſumptionem doli vt ex *D.
R. Valen. conſ 62. n 52. & alijs dixit Muta de-
ciſ. Sicil. 74. num 37. & nos in prato ad l prima
cap. de nouo cod faciendo nu. 3. ex pluribus alijs*
cum verum ſit ex conuentione legis accipere cō-
tractus *Bart. in l. 1. §. nunc ff. commodati, & in
terminis ipſius deciſ firmat Vital. de camb. in
tract. clauſularum clauſul quatenus ritè, & re-
ctæ precceſſerit nu 9. cum ſeq. & Gaill. obſeru. p.
lib. 2.* quem omnino videas ad confirmat. vbi
de ratione, & quid inducat ipſa confirmatio, &
quid quando non ambæ partes petunt confirma
tionem ipſam, & interpoſitionem prædictæ alle-
gate Authoritatis.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An Dos habeat priuilegium, vt ab vno
quoque ex hæredibus inſolidum
exigi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Dos an poſſit exigi ab vno ex hæredi-
bus viri inſolidum.*

2. L. cum

3 *L cum ab vno in princ. de legat. 2. intell. diſcutitur, & num. 3.*

4 *Gloſa accurſij l. cum ab vno de legat. 2. ratio, & intell.*

5 *Gloſ in l. 2. C. de hæred. act. locus ſingularis animaduerſus.*

6 *Com. opin. non eſt tenenda contra tex. & apertam rationem.*

7 *L. cum ab vno ratio non eſt ſpetialis in dote ſecundum Cyn.*

8 *Bal. Theorica in l. cum ab vno tollit ſpetialitatem: & ſequitur Paul. num. 10.*

9 *Cuman opin. d. l. cum ab vno tollit eſſe ſpetiale in dote.*

11 *Lud. Bolog in nou. interpret. l. cum ab vno ſenſus.*

12 *Dini, & Floriani ratio in dicta l. cum ab vno.*

13 *Surdi deciſ. 99. ſuper conciliatione l. cum ab vno cum l. ſeruo §. ſi teſtator confutatur.*

14 *Florianus dicens communiter DD. tenere l. cum ab vno procedere ſpetiali fauore dotis taxatur, & catalogus DD. refertur.*

15 *L. cum ad vno procedit generaliter in teſtatore, qui grauauit vnum ex hæredibus ſoluere creditori animo compenſandi.*

16 *Communis ſenſus in d. l. cum ab vno exactè explicatur.*

17 *Antinomia implacabilis l. cum ab vno de leg. 2. cum l. ſeruo §. ſi teſtator de legat. 1. nouè conciliatur etiam ſecundum communem mentem.*

18 *Iudicis officium fundatũ in æquitate eſt diſtinctum ab actione, & non venit appellatione actionis.*

19 *Actio realis datur contra vnum ex hæredibus inſolidum.*

DECISIO L.

COntingit hæſitari in Sacro Conſilio. Num verum ſit dotem habere priuilegium (inter cœtera) vt poſſit exigi ab vnoquoque ex hæredibus inſolidum, cùm alias certũ ſit hæredes non poſſe cõueniri, niſi pro portionibus hæreditarijs *l. 2. C. de hæred. act. cum concordantibus allegatis in gloſa*, & quia hic eſt vnus ex difficilibus iuris articulis, & in varias ſententias, ac ſenſus iuerunt Doct. tanquam in inextricabili laberintho inuoluti, ideo arbitratus ſum neceſſarium eſſe illum ex profeſſo explicare, & quid Sacrum Cõſilium ſenſerit docere.

Si quidem qui tenent eſſe dotis priuilegium
2 ſunt *glo. in l. cum ab vno 83. per illum tex. ff. de leg. 2. & ibi Bart. & in l. continuus 137 §. fin. nu. 10 ff de verbo. obligat. & in l. debitorum C. de pactis* inquit enim in l. cum ab vno eſſe caſum ſingularem, quod actio perſonalis hæreditaria detur contra vnum ex hæredibus inſolidum, etiã ad quantitatem refragantibus *l. ſeruo l gato 72. §. ſi teſtator ff de leg. primo l. nomen 33. §. vni ff. de leg. 111. l. ſi filia 26. ff. fam. hæreiſ. & l. pacto ſucceſſorum C. de pact.* & ideò tenenda prima ſolutio gloſæ, quod ſpetiale ſit fauore dotis, & ita dicit tenere *Din. Cyn. in d. l. 2. C de hæred. act. eandem tenet Imol. in d. §. ſi teſtator Rafael cum in d. l. cum ab vno*, quia melius dici non poteſt, & idem *Florian. ibi ex profeſſo, dicit etiam eſſe cõmunem opinionem Bald. Nouell. in tract. de dote in 8. parte priuilegio 31. dicens procedere hanc ſpecialitatem quando concurrit fauor vltimæ voluntatis, & eſt de mente Bart. expreſſè in d. l. continuus, & omnes teſtantur hanc opinionem ſumi neceſſario, ex d. l. cum ab vno per tex. ex aduerſo in d. §. ſi teſtator, qui ex diametro decidere videtur contrarium*, quare non valẽtes tex. prædictos conciliare confugerunt ad refugium miſerorum dicentes in d. l. cum ab vno eſſe caſũ ſpecialem fauore dotis, ſed inciderunt in ſcillam cupientes euitare Caribdim, nam tex. in d. l. cum ab vno non ſolum minimè id priuilegium ſibi vult, ſed apertiſſimè contrarium probat. Siquidem in eo tex. grauauit teſtator vnum ex hæredibus ad præſtandum legatum vxori in compenſationem dotium, deciditur ibi, quod ſi vxor maluerit dotes petere, quam legatum prædictum conſequi, eo caſu teneatur hæres pro quantitate, & æſtimatione legati, pro reliqua verò quantitate dotium omnes hæredes conueniantur, ergo
3 non inſolidum quiſque poteſt conueniri, quia ſi vnuſquiſque inſolidum, non eſſent pro reliqua quantitate conueniendi omnes, quia priuilegium non diuiditur, vt pro vna parte dos ſit priuilegiata, pro alia nequaquam, & allucinantur omnes,
4 qui dicunt *Accurſium in d. leg. cum ab vno fuiſſe huius opinionis, quandoquidem ipſe ibi refert, & recitat tres opiniones, & intellectus.* Primum, quod ſit ſpetiale in dote, cauſa euitandi circuitus. Secundum, quod alij dicunt dari in eum ſolum actionem, non directo, ſed per obliquum, quia conuenientur hæredes omnes actione de dote, & cæteri cõuenient iſtum actione fam. herciſ. Tertium ibi, vel dicas actione ex teſtamento, etſi vera eſt opinio, quod vbi gloſ. plures recitat opiniones cenſetur in vltima reſidere niſi expreſſè præcedentes amplectatur, quia ſemper vltima opinio recitata cenſetur in dubio recepta, vt teſtatur, *idem Accurſ. in l. qui filium 74. in glo. fin. ff. ad S. C. Trebell per illum tex.* Ergo non reſidet in prima, quod ſit ſpetiale pro dote. Sed tantum ab eſt (etiam circumſcripta prædicta ratione) quod Accurſius in ea fuerit opinione in d. l. cum ab vno, quod alibi expreſſè contrarium ſenſerit,
5 ac dixerit in *d. l. 2. C. de hæred. act.* & miror, quòd

nemo

nemo ex Doctoribus quos viderim hunc Ac-
curſij locum aduertit, ibi enim firmando regu-
lam vniuerſalem, de qua in illo tex. quod hære-
des non poſſint inſolidum, ſed pro hæreditarijs
portionibus conueniri, ponit etiam exceptiones,
& limitationes vniuerſales, & inter cæteras dicit,
quinto fallit ſi teſtator legauerit ab vno hærede
creditori hæreditario cauſa debiti compenſandi,
tunc enim hæres ille vſque ad quantitatem legati
onus æris alieni ſubſtinebit, allegat ff. de leg. 1 s.
l. cum ab vno, ergo hunc textum intelligit ſibi
vendicare locum generaliter in quocumque cre-
ditore, cui animo compenſandi à teſtatore lega-
tum ab vno hærede relictum ſit, & parum refert
dos debeatur, vel aliud quod non ſit dos, ergo
non priuilegium dotis, hinc non mirum ſi Do-
ctores dubitauerunt, & ceſpitauerunt in huius
tex. vero ſenſu. nec eſt curandum, quod Docto-
res dicant illum eſſe communem ſenſum, & opi-
nionem, truffa eſt communis opinio, vbi repu-
6 gnat irrefragabilis ratio, & verba tex. ipſa repu-
gnant, vt dixi in deciſ. mea Et ideo cum
verba tex. d. l. cum ab vno, expreſſè repugnent
non poteſt ex eo tex. fundari ſpetiale pro dote,
niſi velimus monſtra edere in iure, & quod dos
habeat duo capita, & in vno concurrat priuile-
gium, & ſpecialis in alio minimè, & ſcindatur
priuilegium, quod quam abſonum ſit, & abſur-
dum, quiſque facilè intelligit, & ideo Cyn. in d.
7 l. pro hæreditarijs, & ſi eandem dicit eſſe caſum
ſpecialem pro dote, in d. l. cum ab vno, nihilo-
minus dubitat, dicit enim rationem, in qua fun-
datur opinio prædicta non eſſe multum fortem,
vt eius verbis vtar, quod conſiderans *Bald. in eadem l. cum ab vno num. primo, col. 2. verſic. primo*, quod ſit ſpetiale dicit, quod licet glo. &
Bart. teneant, quod ſit ſpetiale in dote per iura
per ipſos allegata, & idem Din. & Cyn. vbi ſu-
pra, tamen tex. in d. l. cum ab vno, in ratione
ſui non conſiderat prærogatiuam dotis, ſed iudi-
8 cium defuncti, & ideo ſolutio prædicta non vide-
tur procedere, quia non emanat ex ratione lite-
ræ, quare ſubdit alij dicunt, quod iſte hæres
non tenetur actione de dote, inſolidum tamen
per obliquum præſtabit ſolidum cohæredibus
hæc petentibus, & hoc pacto iſte tex. eſt confor-
mis *§. ſi teſtator*, & hæc fuit opinio *Gul. & Bu-
trig. in l. auus, ff. de pactis*, quem ego habeo
manuſcriptum ſuper ff. vet. & ibi optimè decla-
rat, ſubditq; Bald. ex Petri opinione, quod aut
vnus ex hæredibus rem poſſidet, tunc ſi actione
reali agatur, vel quaſi vnus ſolus, qui poſſidet
conuenitur, *l. ſi poſſeſſor 56. ff. de rei vendic. l.
2. ff. de pret. ſtipul. l. ſi plures 9. ff. de vi, & vi
arm.* aut actione mære perſonali, & tunc aut eſt
actio ſtricti iuris, & quilibet pro hæreditarijs
portionibus, d. l. pro hæreditarijs, aut eſt actio
bonæ fidei, vel quaſi, tunc ſi vnus ſolus poſſidet
ille ſolus conuenietur actione, ex eo contractu,
& idem officio Iudicis, quod quaſi bonæ fidei
dicitur, *leg. 111. §. ſi hæres, ff. commod. l. ſi quis
ex argentarijs, §. primo, ff. de æd.* Et quia actio
de dote bonæ fidei dicitur, *§. fuerat. inſtit. de
act.* ideo diſponendo maritus, vt vnus ſolus ſol-
uat dotem, propter quam ei aſſignauit portio-
nem hæreditariam marito, ille hæres tamquam
poſſeſſor quantitatis iuſſæ ſolui poterit conueni-
ri inſolidum, vt in d. tex. ſicut ſtatutum eſt in
actione pro ſocio, quod ſi vnus poſſidet pecuniã
deſignatam ſolutioni, ille prius conuenitur. *l. ve-
rum, §. ſi cum omnes, ff. pro ſoc. & l. actiones,
§. ſi communis, ff. eod.* concludit tandem, quod
omnibus ſupradictis valdè repugnat tex. in d. §.
ſi teſtator, cui abſque diuinatione reſponderi non
poteſt, ſed in l. *pro hæreditarijs num. 10. verſ.
decimoquarto*, ſiſtit pedes, quod ibi non ſit ſpe-
tiale pro dote, dicens quod in intellectu d. l. cum
ab vno muſſitat Petrus volens, quod ille tex. lo-
quatur de actione ex teſtamento, alij quod ibi eſt
ſpetiale in dote, vel mixta ratione dotis, & vlti-
mæ voluntatis, alij quod eſt ſpetiale in dote, vel
mixta ratione ex teſtamento, tu (inquit ipſe) dic,
quod neſciunt quid dicant, ſcire autem debes,
quod ſicut inter viuos poſſum delegare vnum ex
promiſſorem creditori meo, ita in vltima volun-
tate poſſum delegare vnum debitorem conſen-
tientem creditori meo conſentienti. Cum ergò
hæres intelligatur conſentire delegationi defun-
cti, & creditor agendo acceptat. Nil mirum ſi
ex iſta delegatione ſolus obligatur, vt idem ope-
retur conſenſus vltimæ voluntatis, accedens,
quod operatur accedens contractui, & ideo in
d. l. cum ab vno, conſenſus creditoris ab vno
inducit obligationem ad alios, &c.

9 Raphael Cum. in d. l. cum ab vno dicit tex.
prædictum non videri ſe fundare fauore dotis,
ſed quia ſi mulier omnes conueniret illi virtute
taciti legati illum conuenirent, qui eſt grauatus,
ideo ille ſolus conuenitur, & dicit hanc eſſe
communem expoſitionem, licet concludat, quod
ad euitandum circuitum fauore dotis. hæres gra-
uatus conuenitur inſolidum actione de dote, vbi
alias deberet conueniri pro parte, licet poſtea
teneretur cohæredibus pro alijs partibus, mirum
tamen eſt de iſta ſpetialitate, inquit, quia clarum
eſt, quod ſi teſtator non legaſſet mulier omnes
deberet conuenire, quæ nunc repudiat legatum,
quomodo ergo conueniet inſolidum, prætextu
legati, quod repudiat, tamen ita tenendum, quia
melius dici non poteſt.

10 *Paul. de Caſtr. in eadem l. cum ab vno num. 5.*
accedit potius Baldo, quod non ſit ſpetiale, ſed
idem in quolibet alio debitore per rationem,
quæ ex tex. colligitur, quia pœnes iſtum graua-
tum erat pars hæreditatis ſubiecta per teſtatorẽ
huic oneri perſoluendo nimirum ſi de æquitate,
licet non de rigore poſſit dari actio inſolidum
contra illum ſolum, *per tex. in d. l. 3. §. ſi hæ-
res, ff. comod. cum alijs ſupra allegatis*, & ideo
dictum Baldi, & Petri debet intelligi habere lo-
cum non ſolum in dote, ſed in omni debito de-
ſcendente ex contractu bonę fidei.

11 Ludou. Bologn. in ſuis interpretationibus in
d. leg. cum ab vno, dicit tex. prædictum mini-
mè probare priuilegium dotis, vt vult Bart. ſed
procedere tantum quoad illam quantitatem, quę
eſt legata, ſecus ſi dos eſſet maior legato, quia
tunc poteſt agi etiam contra alios pro reſiduo,
tex. ibi reliqua parte dotis ab hæredibus, &c. ita
dicit ipſum nouiter intelligere d. tex.

12 Sed

Digitized by Google

12 Sed ante omnes Din. vt teſtatur Florian. in d.
l. cum ab vno, dicit d. tex. procedere, quia le-
gando teſtator ab vno ex hæredibus animo com-
penſandi cum dote videtur deſignare eum ſolum
poſſidere dotem, & ſic ipſe ſolus tanquam poſ-
ſeſſor cõuenitur inſolidum actione de dote, *arg.
d. l. 3. ꝟ. ſi hæres, cum alijs ſupra allegatis, &
hanc opinionem tenet Angel. teſte eode Florian.*
qui licet conetur eas impugnare, tamen attento
Dini fundamento, facilè eius rationes diluuntur.

13 Surdus in eius deciſionibus, deciſ. 90. tangit
etiam ex profeſſo articulum ponderat optime d.
tex. l. cum ab vno, non dicere generaliter, &
indiſtinctè poſſe vnum hæredem pro tota dote
inſolidum conueniri, ſed id admittit certo caſu,
quando teſtator animo compenſandi reliquerat
vxori, quæ deinde repudiauit legatum, & ratio
eſt, quia ex forma legati oſtenditur maritum im-
poſuiſſe legatario onus ſoluendi dotem, ipſe er-
go tenetur illud agnoſcere, at vbi voluntas, con-
ſenſus, & ordinatio mariti non interuenit ius
commune, non eſt immutatum, ſed omnes hæ-
redes proportionibus hæreditarijs conueniri de-
bent, conaturque conciliare tex. d. l. cum ab vno,
ꝟ. ſi teſtator, vt ſcilicet procedat tex. l. cum ab
vno creditore volente agetur contra vnum, tex.
vero in d. ꝟ. ſi teſtator, creditore nolente, ſed
errat, & nihil dicit, quia expreſſe contradicit li-
tera, & mens dicto ꝟ. ſi teſtator, concludit opi-
nionem, quod ſit ſpeciale pro dote eſſe commu-
nem, à qua in iudicando, & conſulendo pericu-
loſum ſit recedere, ſed quod in caſu ſuo fuit de-
ciſum, hæredes proportionibus hæreditarijs te-
neri, quia non interuenit legatum, & nihil corũ
de quibus in d. cum ab vno.

14 Verum ſi Doctores numerentur, qui tenent
eſſe ſpeciale pro dote diſpoſitum in d. l. cum
ab vno, & rationes ſecernantur, vtique non po-
teſt dici communis, ſiquidem vt ſupra diximus,
non eſt verum Accurſium eam tenere opinionem
ſed contrariam, quam teſtatur Raphael eam
eſſe communem expoſitionem. Diſſentit deniq;
*Din. Petr. Bald. Angel. Paul. de Caſtro, Lud.
Bologn. dubitat Cyn. impugnat Cuman.* & de-
mum repugnat verba tex. quando poteſt dici
communis ille ſenſus, qui paucos habet ſequa-
ces, & etiam leui, ſeu diuinatiua ratione ful-
citur.

Concederem eſſe priuilegium, ſi indiſtinctè,
& ſimpliciter à quolibet hærede dotem exigi
poſſe ſtatueret, quia priuilegium nitidum eſſet,
ſed id non ſtatuit, niſi concurrente voluntate de-
functi debitoris, ergo voluntas teſtatoris fuit, vt
ab hærede grauato poſſit exigi inſolidum, non
dos ipſa, quia deficiente voluntate ab omnibus
proportionibus hæreditarijs exigetur, quod ſi
doti, vt doti conceſſum eſſet id priuilegium non
curaret tex. de voluntate teſtatoris, in qua Do-
ctores omnes vim omnem conſtituunt, quia etiã
ſi illa abeſſet competeret, quod non eſt verum.

15 Quare contraria opinio, quod in d. tex. non
ſit priuilegium dotis, facilius defendi poteſt, ſci-
licet, quod diſpoſitio illa l. cum ab vno, proce-
dat generaliter in omni caſu, in quo teſtator ab
vno hæredum legauit creditori animo compen-
ſandi, *vt tenent Accurſ. Din. Bald. Paul.* &
alij ſupra relati, & non obſtat *tex. in d. §. ſi te-
ſtator*, qui cauſa fuit tanti Doct. conflictus, &
hæſitationis, ſiquidem non aduerſatur aliquo pa-
cto d. l. cum ab vno. Nam, vt tetigerunt Bald.
& Paul. de Caſtro, licet non exactè explicaue-
16 rint tex. in d. §. teſtator, procedit attento rigo-
re iuris communis, quo certum eſt diuidi inter
cohæredes actiones tam actiuas, quam paſſiuas,
vt d. tit. C. de hæred. act. & dixi in deciſ.
quandoquidem hæres non repræſentat defun-
ctum, niſi pro ea parte, pro qua eſt hæres, pro
alia reputatur extraneus, & ideo iuſtum eſt, quod
pro illa parte tantum conueniatur, & licet teſta-
tor grauet vnum hæredem magis, quam alium,
tamen creditori non datur actio directa, niſi pro
portione hæreditaria, quia inter creditorem, &
hæredem grauatum nil actum eſt, quo ei detur
actio inſolidum contra illum, ſed cohæredibus,
quorum intereſt grauatum oneri iniuncto ſatiſ-
facere, & ipſos indemnes ſeruare à moleſtia cre-
ditoris, datur actio directa contra grauatum,
fam. herciſc. vt ſupra dictum eſt, quare creditor
qui omnes hæredes ex perſona defuncti obliga-
tos habet, debet omnes conuenire, & hoc eſt de
rigore iuris, quod ſtatuit tex. in d. §. ſi teſtator,
17 ſed æquitate attenta, ac rei veritate ſecus eſt,
quia cum in effectu tota faba debeat cadere con-
tra hæredem grauatum, qui ſuſcepit onus, &
delegationem ſoluendi à teſtatore, ad quid cir-
cuitus ille inutilis, quod cohæredes ipſum com-
pellant ad ſolidum ſoluendum, vel quod id agat
creditor, in cuius beneficium circuitus ille, &
ſolutio tendere debet, etiam ideo quod directa
actione creditori denegatur de iuris rigore con-
tra hæredem grauatum agere, æquitas, & Iudi-
cis officium ſupplet, & concedit, & hoc ſtatuit
tex. in d. l. cum ab vno, qui æquitate ſuadente
voluit poſſe agi contra hæredem grauatum ad
ſolidum præſtandum pro quantitate legati, ibi
æquum eſt enim. Nam non ſine miſterio ſe fun-
dat text. in æquitate, quaſi ſenſus ſit, vbi teſtator
id iuſſit non opus eſſet illo circuitu inutili, de
quo ſupra dictum eſt, ſed officio iudicis cõpelli
poſſit à creditore hæres grauatus ad ſolidum pre-
ſtandum, ſiquidem nil aliud eſt æquitas, quam
officium iudicis, & nil aliud officium iudicis,
quam æquitas, à qua illud manat, & deſcendit,
*l. plane, ff. de petit. hæred. per quem tex. id ele-
ganter dicit, & declarat Bald. in auth. ſed om-
nino, C. ne vxor pro marito num. 17. & ſeq. &
eſt tex. vulg. in l. quod ſi Epheſi, ff. de eo, quod*
18 *certo loco*, Iudicis enim officium eſt diſtinctum,
& ſeparatum ab actione, & introductum ab æ-
quitate, vt quod actio, & rigor iuris denegat
ſuppleat æquitas, & officium Iudicis, quod ideo
non venit appellatione actionis, *vt per gloſ. &
Doct. plenè inſtit. de action. in princ. declarat
optimè Cæpol. in l. verbo oportebit 8. §. actionis
ff. de verb. ſignificat. num. fin. poſt Bart. in leg.
1. §. 2. ff. quod vi, aut clam.* & hinc eſt recep-
tiſſima iurium conciliatio, dicere ille tex. proce-
dit de rigore, iſte de æquitate, vt dicit *gloſ. no-
tab. in l. cotem ferro, ꝟ. fin. de publican. & di-
xit Aret. in conſ.* 163. quod æquitas, & rigor

ſunt directo contraria, nam æquitas temperat rigorem, & ſemper prævalere debet opinio, quæ magis æquitati innititur ſecundum *gloſ. in l ſi cum exceptione §. ſed, & ſi quis ff. quod met. cau.* ſemper enim præfertur æquitas rigori, vbi rigor, & æquitas ſcripta reperiuntur vulgatis iuribus, de quibus per *Accurſium in l. ait prætor §. ſi debitori ff quæ in fraud. cred. Canon in cap. fin. extra de tranſact. Felin. in cap. 2. poſt. Abb. & alios extra de iud. & Dec. in l. in omnibus quidem 90. ff. de reg. iur.* & non eſt dubium tandem, quod æquitas faciat ceſſare ſollemnitatem iuris ciuilis *l. Diuus ff. de reſt. in integr. & not. in Auth. vt ſine prohib. matr. per illum text. in verbo exiſtimo.*

18 Præterea non eſt dubium, quod vbi quis agit actione reali poteſt conuenire vnum ex hæredibus inſolidum, vt per *gloſ. & Doct. in d. l. 2. C. de hæred. act. At officium Iudicis aſſumit in ſe naturam actionis realis, vt concludit Bart. communiter receptus in l. 4. § cato num. 6. ſeq. ff. de verbo. oblig. vbi eleganter Iaſ. num. 26. dicit, quod officium Iudicis ideo introductum, vt operetur, ne vnus pro alio grauetur,* quia hoc ſuggerit æquitas, & bona fides, ergo ſicut poteſt vnus ex hæredibus, actione reali inſolidum conueniri, ita officio Iudicis, & id dixit *Ang. notab. in d. §. cato nu. 12.* quod æquum eſt illum hæredem inſolidum teneri, ad quem res tota peruenit, & ſatis dicitur in caſu d. l. cum ab vno iudicio teſtatoris ad vnum hæredem perueniſſe, cui partem hæreditatis reliquit hoc onere adiecto præſtandi legatum in compenſationem dotis, nam illud legatum deſtinatum iudicio teſtatoris in compenſationem dotis vxori debitæ ſubrogatur quodammodo in locum dotis prædictæ, & ſic hæres grauatus cenſetur poſſidere dotem, quam teſtator reſtitui iuſſit, ergo ex communi omnium ſententia in d. §. cato, ille ſolus conueniri poteſt creditore volente, & aliter eſſet indebitè grauare, & moleſtare cohæredes, qui in effectu repeterent à grauato, ideo meritò dicitur in d. l. cum ab vno æquum eſt enim, &c. & in hanc opinionem inclinabat Sacrum Conſilium.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *DOS an ab vno ex hæredibus inſolidum exigi poſſit.*
2 *Caſus in quibus datur actio aduerſus hæredes inſolidum.*
3 *Dos gaudet priuilegijs alimentorum.*
4 *Actio inſolidum datur pro alimentis cum diſtinct.*
5 *Maritus pro dotis reſtitutione non poteſt conueniri inſolidum, & ibi quid in reſtitutione antefati.*
6 *Maritus habet beneficium deducto ne egeat ob maritalem reuerentiam cum declarat.*
7 *Hæredes in quibus caſibus teneantur inſolidum.*

1 AD hanc deciſionem 50. in ordine ex impreſſoris errore in prima impreſſione notatam ſub nu. 52. &c.) quod dos non habeat priuilegium vt ab vno ex hæredibus inſolidum exigi poſſit cum teſtator non grauauerit aliquem ex hæredibus reſtituere, *vide poſita per de Franch. deciſ. 581. n. 4. Viſconte concl. hæres dicitur in medio, & quæ copiosè ſcripſi in prato meo ad l. p. l. ſi certum petatur, & in l. pro hæreditarijs C. de hæredit.*
2 *actionibus*, vbi & in quibus alijs caſibus detur actio aduerſus hæredes inſolidum, *vt Vrſill. ad Afflict. deciſ. 232. & latè Bald. nouell. de dote p. 8. priuileg. 33. & latiſſimè Borrell. in 3. parte ſummæ deciſ. tit. 5. num. 490. & 491. & ſequentibus*, vbi etiam in iſto caſu aduertit concurrente volunte dominæ dotis volentis exigere ab vno ex hæredibus, quia alias ſi velit exigere ab omnibus rectè exigit, vt potes videre, & talis opinio eſt tutior nec nullam reſiſtentiam habet
3 licet dos gaudeat priuilegijs alimentorum, & magis ſit priuilegiata quã alimenta, *vt ipſe Bal. nouell. p. 6. priuileg. 4. §. prohibemus auth. de*
4 *triente, & ſemiſſe*, & pro alimentis abſq; ſpeciali tali diſpoſitione teſtatoris detur actio in ſolidum vt pariter *dixi in d. prato ad l. 1. C ſi certum petatur ex de Franch deciſ. 203.* ſi alimenta non erunt præterita ex pluribus, de quorum alimentorum priuilegijs dixi *in addit. ad deciſ. 47.* cum
5 diſtinctione inter præterita, & futura, & amplia maritum pro reſtitutione dotis poſſe conuenire in ſolidum ab vxore. *Barz. deciſ. 56. num. 19. Afflict. deciſ. 222. Matthæſil. ſingul. 261.* ſed an pro reſtitutione antefati, *de Franch. in dec. 164 num. 4.* & videas præterpoſita in add. ad deciſ. primam, antefati, & dotis diſcrimina, & confor-
6 mitates, ex *Ric. coll. 1458.* cum habeat beneficium deducto ne egeat ob maritalem reuerentiam, vtputa non conueniatur ad reſtitutionem dotis ex cauſa repudij, vel diuortij vt *Maſtrill. latiſſimè deciſ. 93. p. parte per totam*, quod declarat niſi eſſet facienda reſtitutio extraneo dotanti vt *Paſchal de patr. poteſt. p. 2. cap. 9. num. 29. qui nu. 22.* aduertit; neq; procedere de iure noſtro conſuetudin. *arg. conſuet. incip. vbi dos ſub tit. de iure dotium*, qua cautum eſt in caſu reſtitutionis dotium faciendæ iam à marito, quam à quolibet alio; condennationem, & exactionem inſolidum fieri debere non obſtante l &c. vt per *Afflict. deciſ. 222. & Vrſill. & ita per S. C. alias deciſum de Franch. deciſ. 366. & 424. & 164. & vide Molfeſ. ad conſ. Neap. p. 6. qæſt 9 num. 7.*

7 Sed in quibus caſibus hæredes teneantur inſolidum *Ricc. coll. 528.* & ex obligatione inſolidũ facta per defunctum teneri hæredes inſolidum doctiſſimè *Gratian. diſcept. 766. num. 32. tomo 4.* licet non conueniatur hæres niſi pro hæreditarijs portionibus *id diſcept. 150. tom. 1.* ſed an pro opere faciendo quilibet hæredum teneatur inſolidum ipſe idem *diſcept. forenſ. 323. nu. 1. & 3. tomo 2.*

tomo 2. & quod teneatur heres actione perſonali ſoluere defuncti debita *Camillus de Medicis conſ.* 124. *num.* 5. & cum teſtator mandauerit, aliquis hæres aliquid emat intelligitur, vt emat de ſuis, vel de bonis hæreditarijs *Gratian. diſcept. forenſ.* 149. *num.* 29. *tomo* 3.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An donatio facta conſanguineo abſenti, habitanti cum donatore in eadem domo, & cum eo viuenti per multum temporis ſpatium præſumatur perueniſſe ad conſanguinei notitiam, & ab ipſo irreuocabiliter acceptata.

SVMMARIVM.

Donatio facta præſenti, & tacenti, & ſi expreſſè non acceptata valida cenſetur, & reuocari non poteſt, nam in eius commodum præſens, & tacens cenſetur acceptare, Aret. & Dec. opinione communiter damnata num. 1. 2. & 19. Idem in facta abſenti, qui de ea habuerit ſcientiam nam non contradicendo præſumitur aſſenſiſſe nu. 3.

Scientia, & atteſtatio huiuſmodi etiam præſumenda in donatario conſanguineo donantis abſentis, ſed cum eo cohabitanti, ex temporis diuturnitate num. 4. 7.

Donatio abſentis facta palam coram notario, iudice & teſtibus præſumitur ad notitiam donatarij perueniſſe num. 5. nec actus occultus dici poteſt nu. 10.

Item ex vicinitate loci in quo donatarius degit, item ex coniunctione ſanguinis nu. 5.

Præſumptio talis ſcientiæ donatarij eſt adeo potens, vt transferat in aduerſarium onus probandi contrarium nu. 6. cum.

Donationes tales à communiter accidentibus peruenire ſolent ad notitiam etiam extraneorum, & exterorum nu 8.

Commodum ſentiens ex facto alieno præſumitur eiuſdem facti notitiam habuiſſe numero 9.

Dubitationes in contrarium, quod regula vicinus, & coniunctus præſumuntur ſcire facta vicini, & coniuncti nu. 11.

Procedat quo ad mores, iura ſanguinis, & diuitias non quoad alia facta, quæ poſſunt eſſe occulta.

Opiniones Doct. dicentium in his, quæ continent factum momentaneum, vt videlicet ſunt contractus, non præſumi ſcientiam, vt numer. 12.

Teſtiſq; depoſitionem dicentis ſcire contractum factum, quia vicinus, vel coniunctus non concludere nu. 13.

Abſurdum, quod ſequeretur duorum ſpecialium ſ. præſumpta ſcientia ratione coniunctionis, & vicinitatis, & ratione diuturnitatis temporis num. 14. & 15. & reſoluuntur à nu. 17 ad 20.

Carolus Ruy. in hoc articulo parum ſibi conſtans nu 6. & 14.

Deciſio S.C. num. 16. & 22.

Præſumptio ſcientiæ ceſſat, vbi coniunctio, vel vicinitas tantum concurrit, abſque cohabitatione, & temporis diuturnitate numero 17.

Doctoris conſilium non attenditur: ſed potius ſententias ſuper eod. facto prolata quando eſt contraria conſilio nu. 18.

Donatio præſenti, & tacenti ex parte donantis lex aliud non exigit niſi præſentiam, contra Decium ab omnibus reprobatum numer. 19.

Fictiones duæ conſequutiuæ vna ad aliam poſſunt ſimul concurrere, ibid.

Notarius, qui pro abſente ſtipulatur & acceptat donationem cum clauſula conſtituti, & precarij, donatario acquirit vtilem actionem ſine ceſſione nu. 20.

Diuturnitas temporis per biennium inducitur, vel per decennium, & multò magis per 20. annos num. 21. & 23.

DECISIO LI.

Communis eſt Doct. reſolutio, & opinio donationem factam præſenti, & ſi expreſſè non acceptat, ſed tacet, eſſe validam, reuocari non poſſe, vt late *per Cagnolum in Rubr. C. de pactis num.* 15. *cum ſeq. & in l. ſemper qui non prohibet in princ. vſq; ad num.* 8. *ff. de reg. iur.* *qui de communi teſtatur Curt. Iun. in eadem Rubr. num.* 8. *cum ſeq.* ſufficit enim præſentia, & ſcientia donatarij, & promiſſio, ſeu donatio expræſſa donatoris, vt actus validus ſit & perfecta donatio iuxta *gloſ. communiter recept in l. cum pater* §. *mæuio. ff. de leg.* 2. *& in l. illud, C. de ſacroſ. Eccl. in ver. alia cauſa, in finalib. verbis,* quia cum agatur de comodo, & beneficio illius, qui præſens eſt cenſetur acceptare, non recuſare, l. *qui patitur cum ſua mat. ff. mand.* &

Digitized by Google

quidem non improbare, approbare eſt in his,
quæ reſpiciunt acquiſitionem, *ex doctr. Bart. in*
l. quo enim, ff. rem rat.hab. & licet hæc opinio
fuerit valdè controuerſa, & illam impugnauerit,
Aret. in l. *2. ff. de leg. primo num. 2. & ſeq. &*
Dec. accerrimè *in rubr. C. de pactis*, & alijs in
locis, & etiam conſulendo, tamen opinio *Aret.*
& Dec. ac ſequacium damnata eſt ab omnibus,
& anterior frequentiori omnium calculo recep-
ta, *teſte Couarr. in rubric. extra de teſtam. in*
tertia par. num. 13. colum. 2. & Iulio Claro in
§. donatio, quæſt. 11. verſ. ſed pono, & dicit
Cagnol. in dicta rubr. C. de pactis num.17. quod
tam legendo, quam conſulendo in foueam erro-
rum incidit Dec. qui ſemper defendit opinio-
nem contrariam, & quod à vertice ad plantas
non eſt ſanitas in dictis ſuis, propterea commu-
niter per Scribentes, maximè modernos omnes
qui poſt ipſum ſcripſerunt, reprobatur, vt ibi
per eum. Hanc opinionem extendunt Doctor,
3 ſiuè donatio fiat præſenti, & tacenti, ſiue fiat ab-
ſenti, qui poſtmodum ſcientiam, & notitiam ha-
buerit, nam ſola ſcientia ſufficit, ex doctr. Bart.
in d. l, quo enim, nam cum actus fiat pro vtili-
tate abſentis, ſtatim quod ille abſens ſcit, & non
contradicit, conſentire dicitur, l. *ſi abſenti, cum*
ibi not. per gloſ. & Doctores C. ſi cert. petat. ſe-
quitur Abb. in cap. nonne extra de præſumpt.
Guid. Papa in conſ. 23. num. 12. & ſic data
ſcientia in vtraque, non videtur differentia inter
abſentem, & præſentem, nam quemadmodum
præſens cenſetur conſentire, vbi de eius vtilitate
agitur eadem ratione abſens, vt primum ſcit, &
non contradicit, vt teſtatur ex his *Dec. & Cagn.*
ac alij in d. l. ſemper, qui non prohibet in prin-
cipio.

Præſuppoſita igitur prædicta opinione, orta
eſt hæſitatio, ſi donatio facta eſt conſanguineo
4 abſenti, ſed cohabitanti cum donatore in eadem
domo, & cum eo viuente, & donatio diutina ſit,
num ex ſanguinis coniunctione, & cohabitatio-
ne, ac temporis diuturnitate inducatur, & præ-
ſumatur ſcientia, & acceptatio, ita vt reuocari
amplius non poſſit, vel in alterum conferri, ſeu
collata, nihilominus prima donatio præferatur
ſecundæ, prout caſus accidit in Sacro Conſi-
lio.

Hanc quæſtionem tractant *Guido Papa in*
conſ. 23. num. 13. vbi tenet donationem factam
5 abſenti, ſed palam coram Notario, & teſtibus,
ac Iudice, præſumi perueniſſe ad notitiam dona-
tario, de qua ibi agit per *Gloſ. in reg. præſumi-*
tur, extra de reg. iur. & glo. in l. ſi tutor, C. de
peric. tut. Item ex vicinitate locorum ſi eſt cele-
bratus contractus donationis in loco vicino, vbi
degit donatarius, præſumitur ſcientia, præſertim
ſi eſt celebratus coram teſtibus, & Iudice, *ex do-*
ctrina Bart. in l. ſi cui, §. ijſdem, ff. de accuſ. &
habetur in cap. quoſdam, & cap. quanto extra
de præſumpt. Item ſi donatio eſt facta inter con-
iunctas perſonas, quia ex coniunctione ſanguinis
præſumitur ſcientia, *per tex. in* l. *de tutela, &*
ibi gloſ. C. de in integr. reſtitut. min. & l. *octa-*
6 *ui, ff. unde cogn.* & eſt adeo potens hæc præ-
ſumptio, vt transferat onus probandi contrarium
in aduerſarium, iuxta ea, quæ habentur in *l. ei*
qui, ff. de probat. & interim in præiudicium
donatarij nihil fieri poterit, per *tex. in cap. cum*
tibi abſenti, de præben. lib. 6. vbi eſt caſus, &
materia hactenus Guido Papa, poſt quem eandē
opinionem in indiuiduo ſequutus eſt Roland. a
Valle in conſ. 19. volum. primo num. 38. & 39.
cum ſeq. & in conſ. 4. vol. 2. colum. pen. & lo-
quitur in conſ. 19. de donatione facta à patruo
nepoti abſenti ducatorum duorum millium,
quam reuocauit illinc ad duos annos, & alteri
contulit, concludit tandem primam donationem
præferendam eſſe ea ratione, quia cum facta
fuerit coniunctæ perſonæ iam diu, & donans, ac
donatarius inſimul viuerent, & cohabitarent ex
prędicta ſanguinis coniunctione, cohabitatione,
& temporis diuturnitate, præſumitur donata-
rium habuiſſe ſcientiam prædictæ donationis,
quod ſufficit, vt dicatur perfecta, acceptata, &
reuocari non poſſit, vel in alterum conferri, vel
7 collata non teneat, ſiquidem reſultat præſumptio
legis, quod coniunctus, & cohabitans in eadem
domo ſciuerit facta, & geſta per donantem in
eius beneficium, & ex curſu temporis non eſt
veriſimile ad eius notitiam huiuſmodi factum
non perueniſſe ex dictis per *Alex.* in conſ. 213.
volum. 2. num. 12. *Anchar.* in conſ. 170. num.
5. & 7. *Aret.* in conſ. 73. num. 9. vbi optimè de
contractu celebrato à patre pro filio, & de con-
tractu celebrato à fratre pro fratribus, & per
Soccin. conſ. 264. *Bologn.* conſ. 13. *Ruin.* conſ.
165. col. 2. vol. primo, & conſ. 47. num. 13.
eodem volum, & alios quos ibi allegat, ſiquidem
8 à communiter accidentibus ſimiles donationes
notabiles ſolent venire etiam ad notitiam extra-
neorum à fortiori ad notitiam coniunctorum, &
in conſ. 4. loquitur de emptione facta per fra-
trem eius nomine, & nomine fratris abſentis
concludit, præſumi ſcientiam, & rati habitionē
ex coniunctione ſanguinis, & cohabitatione in
eadem domo, in qua communi viuebant, vt ar-
guit, & tenet *Bald. in conſ. 392. volum. primo.*
Abb. in conſ. 19. vol. 2. & ſequitur Granett.
in conſ. 123. & alios ad idem congerit Tiraqu.
in tract. de iure conſt. poſſeſſ in 3. par. 30. limit.
num. 11. & ſeq. vbi varijs ex cauſis, & coniectu-
ris hanc tacitam ratificationem, ſeu ſcientiam, &
acceptationem induci concludit, quæ ad rem, de
qua agitur, faciunt eandem opinionem, ſequitur
Cephal. in conſ 33. primo volum. num. 19. Burſ.
optimè in conſ. 218. num. 10. & 11. & in conſ.
ſeq. 119. vbi ampliat etiam in donatario coniun-
cto abſente ex curſu, & temporis diuturnitate,
vt ibi per eum latè, *& Rimin. iunior in conſ 292*
num. 139. vol. 3. Menoch. in conſ. 92. num. 66.
volum. primo, & in ſpecie hanc opinionem
veram aſſerit Theſaur. in ſua deciſ. 70. num. 12
& Surdus in deciſ. 111. num. 13. & deciſ. 206.
num. 9. & idem tenet Ruinus in conſ. 47. num.
primo, volum. ſecundo, loquens de patre coha-
bitante cum filio, ad cuius beneficium diſpoſuit,
quod præſumatur ad ſcientiam filij perueniſſe
geſta per patrem, quia quando ex facto alieno
9 quis ſentit commodum pręſumitur habuiſſe no-
titiam illius facti, ita *Card. in Clem. prima, §.*
fin.

ſin. de conceſ. præben. quem ſequitur, & allegat Marant. in repet. l. is poteſt num. 229. ff. de acquir. hæred. & Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumption. 23. num. 84. & eſt opinio ab omnibus recepta.

Facit etiam id, quod dicit *Bald. in cap. quanto extra de præſumpt.* præſumi ſcilicet ſcientiã conſanguinei, & vicini in actibus multum publicis, quam opinionem ſequuntur *Doctores omnes in l. 1. ff. ſi cert. petat. Corn conſ. 232. volum. 2. latè Felin. in cap. literis extra de præſumpt. in*
10 *3. limit. poſt num. 5.* Sed donatio, quæ fit coram Notario, Iudice, & Teſtibus palam, & publicè, non poteſt dici actus occultus, & qui non poſſit peruenire ad notitiam omnium illius loci, vbi eſt geſtus, ergo à fortiori debet dici, quod peruenerit ad notitiam, & ſcientiam coniunctorum, quibus ex illo actu iut, & commoditas, ac beneficiũ quæritur, ac paratur. Nec ipſum Notarium (veriſimile eſt) tacuiſſe, & non notificaſſe donatario, pro quo abſente ſtipulatus eſt, & acceptauit, vt ſibi pro labore ſuſcepto gratificetur.

Ex aduerſo conſiderabatur, quod & ſi vera eſt regula, in qua fundatur, prædicta opinio, quod coniunctus præſumitur ſcire facta coniun-
11 cti, ſicut vicini, tamen regula prædicta procedit, quoad mores iura ſanguinis & diuitias, non autem ad alia facta, quæ poſſunt eſſe occulta, etſo fiant coram teſtibus, & exemplum ponunt Doctores in contractu facto ab aliquo ex vicinis, vel conſanguineis, *ita Bald. in l. quoniam ſororem, C. de tur. delib.* loquens in teſtamento coniuncti, quod fit coram Notario, & teſtibus, & inquit non præſumi ſcientiam, ſed ignorantiam, & dixit *Paul. de Caſtro in l. prima, ff. ſi*
12 *cert. pet num. 20. & 21.* quod in his, quæ continent tractum momentaneum, vt eſt contractus, qui momento expeditur non præſumitur ſcientia, ſecus in his, quæ continent tractum ſucceſſiuum, & ſequitur *Felyn. in dicto cap. literis num. 5. in princ. extra de præſumpt.* Nam magna eſt differentia inter factum momentaneum, & factum ſucceſſiuum ad finem præſumendi ſcientiam, vt declarat *Abb. in cap. fin. extra de conſuetud. & in cap. cum cauſam, & cap. conſtitutus extra de teſtib.* & ideo de contractu inquam facto per coniunctum non præſumi ſcientiam, tenent Doctores omnes quot ſunt poſt *Bart. in d. l. prima, ff. ſi cert. pet. Soccin. Dec. Curt. iunior num. 43. & ſeq. Purpur. num. 115. & ſeq. ac alij omnes communi calculo, quos reaſſumit ibi Bologn. num. 31. & 32. & facit regulam Soccin. in reg. 71. in verbo coniunctus, & aliam Bernardus Diaz in lib. regularum reg. 225. in eodem verbo coniunctus, & alios multos ad id cumulat Gabriel in ſuis commun. opinion. lib. 1. tit. de præſumpt. in 5. concluſ. num. 22. & ſeq. vſque ad 27.* quos non tranſcribo, quia ad inſtar litaniæ recitare, & cumulare Doctor. in opinionibus iam receptis, & canonizatis, non modo non eſt ingenioſum, & ſubtile, ſed nec neceſſarium. Hinc quia in coniuncto præſumi-
13 tur ignorantia contractuum geſtorum per coniunctos, non concludit depoſitio teſtium dicentium contractum non eſſe factum per coniunctos, quia ſcit, vt coniunctus, vel vicinus, dixerunt *Fulgos, & Paul. in d. l. prima, & Fœlyn. in d. cap. literis num. 7. verſ.* aduertendum, nam quid poteſt ſcire vicinus meus, inquit Caſtr. ſi aliquem contractum feci in domo, & ideo non eſſet ſufficiens depoſitio prædicta, nec concludens ſcire, quia vicinus, nam non poteſt ſcire niſi fuiſſet præſens, vel niſi deponeret, quod non potuiſſem contrahere, quia ipſe ſciuiſſet *per gloſ. ſingul. in l. prima in princip. ff. de itin. actuq; priu. in gloſ. magna in fine* per quem modum probatur negatiua, de qua gloſ. mentionem fecit Fœlyn. vbi ſupra referens eadem verba Pauli, ipſo tamen tacito.

Et in ſpecie, quod non præſumatur ſcientia
14 donationis à coniuncto factæ tenet *Ruin. parum ſibi conſtans in conſ. 174. vol. primo*, in quo loquitur de donatione facta à patre filiæ, & maior coniunctio non poteſt dari, quam inter patrem, & filiam, & tamen dicit Ruinus non præſumi ſcientiam, quia coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti quò ad ea tantum, quæ concernunt iura ſanguinis, & proceſſum naturæ, vt ibi per eum.

Tertiò prædictæ primæ opinioni videbatur obſtare irrefragabilis ratio, nam ſi concederemus ſcientiam præſumptam in conſanguineis ratione coniunctionis, & aliarum circumſtantiarum ſuperius expreſſarum, ſequeretur, quando in vno,
15 & eodem ſubiecto concurrerent duæ ſpecialitates, ſeu fictiones prima, quod ſola præſentia inducat conſenſum, & ideo non poteſt eſſe niſi per fictionem, quia expreſſus conſenſus deficit, vbi præſens tacet, ſed iuris præſumptione ſubintelligitur ſecunda, quod præſumatur ſcientia ex temporis diuturnitate, & alijs, vt ſupra, ſed duæ fictiones, ac duo ſpecialia non poſſunt ſimul concurrere in eodem ſubiecto per *gloſ ſingul. in l. prima C. de dot promiſſ & in l. cum poſt ſ. gener. ff. de iur. dot. & habetur per Docto. in l. ſi*
16 *is qui pro emptore ff. de vſu cap.* quia non datur fictio fictionis ergo opinio prædicta, quod præſumatur ſcientia, & ex ſcientia præſumpta reſultet ficta acceptatio ſuſtineri non poteſt.

His tamen non obſtantibus, Sacrum Conſilium ſequutum fuit primam opinionem, ac cenſuit præſumi ſcientiam ex temporis diuturnitate, & ſanguinis coniunctione, & cohabitatione donatoris, & donatarij.

Siquidem contraria non obſtant, nam vera ſunt in caſu ſuo, vbi tantum concurrit coniun-
17 ctio ſanguinis, vel vicinitas tantum abſq; cohabitatione, & temporis diuturnitate, nam primo caſu vera eſt opinio, quod coniunctus non præſumitur ſcire geſta per coniunctos, præter ea, quæ attinent ad iura ſanguinis, ætatem, & ordinem naturæ, & ita loquuntur Docto. omnes ſupra allegati, & quot ſcripſere in *d. l. prima ff. ſi cert. pet.* & alibi ſecus vbi cum ſanguinis coniunctione accedit cohabitatio, & temporis diuturnitas, & ita procedit prima opinio, pro qua faciunt etiam notata per *Docto. in l. procula ff. de probat.* vbi in effectu ex ſanguinis coniunctione, cohabitatione, & rationis calculo cenſetur debitum remiſſum tantum operatur hæc

Digitized by Google

coniunctio, cohabitatio, & temporis diuturnitas, etiam quia non ſolum ex prædictis, ſed alijs circumſtantijs in caſu præmiſſo inducitur, & præſumitur ſcientia, vt per *Gabriel. in d. 6. concluſ. de præſumpt num.* 13. vbi alios congerit tenentes præſumi ſcientiam vbi ex coniecturis apparet.

Nec obſtat conſ. Ruini, primo quia non adſunt omnes circumſtantiæ, de quibus in prædicta prima opinione. Secundo quia in caſu, de quo ibi fuit iudicatum contrarium, & ipſe nititur impugnare ſeutentiam, vt ipſe teſtatur ibi quare deciſio fuit contra eius opinionem, & ſecundum
18 noſtram, & magis debemus attendere ſententiam in eo caſu latam, quam eius Conſilium fundatum in læuiſſima ratione, ſcilicet quod coniunctus non præſumitur ſcire facta coniuncti præter iura ſanguinis, &c. quæ ratio, & opinio procedit in caſu ſuo ſimplici, vt ſupra diximus.

Nec pœnitus aliquid negotij facit tertia obiectio, quia non eſt verum, quod concurrant duæ fictiones, & ſpecialitates in hoc caſu, ſi quidem, quod donatio facta præſenti, & tacenti valeat non eſt per iuris fictionem, ſed eſt donatio expreſſa, & nõ præſumpta, vt optimè poſt alios declarat *Couar. in dicta Rubr. extra de teſtam. p. 3. nu. 13. col. 2. verſ.* verum ſi donatarius, quia ex parte donaotis, donatio expreſſa eſt, & ex par-
19 te donatarij lex nil aliud requirit, niſi præſentiam tantum, eſto taceat, vt dicit *gloſ. in l. illud C. de Sacroſ. Eccleſ.* & ſatis erit præſentem donatarium tacere l. *qui patitur ff. mand. & ideo ſufficit ſola præſentia illius cui donatio eſt facta, allegat Angel. in conſil.* 183. *col.* 2. *& idem tenent Curt. Iunior, & Purpur. in Rubr. de pactis,* qui dicit, hãc opinionem eſſe communem, quicquid contrarium tenuerit, ac conſuluerit Decius, qui ab omnibus eſt reprobatus, ſi quidem, quod præſens non teneatur expreſsè acceptare, iſtud eſt ſecundum regulas iuris communis ſufficit enim tantum præſentia, vt declarat etiam *Cagnol. in d. l. ſemper qui non prohibet num. 4. & in d. Rubr. C. de pact.* præterea quando plures fictiones veniunt conſequutiuæ vna ad aliam benè poſſunt concurrere, vt hic, vt magiſtraliter declarat *Bart.* in d. l. ſi is, qui pro emptore numer. 71. ff. de vſu cap. quia non eſt præſentis ſpeculationis ibi, habentis materiam.

Et facit etiam pro hac opinione, & deciſione, quia notarius ſtipulatus fuit, & acceptauit pro abſente, cum clauſula conſtituti, & præcarij, quo
20 caſu licet ſecundum magis communem, & receptam opinionem, notario ſtipulante, & acceptante cenſeatur donatario, quæſita vtilis actio abſq; ceſſione, & dicatur perfecta donatio, tamen donatio poteſt re ipſa reuocari, antequam ab abſente acceptatur ſecundum aliquos illam transferendo cum poſſeſſione in alterum: & ſecundum alios poteſt reuocari verbis, etiam quod non deueniat ad actum tradditionis in alterum, ſed hæ opiniones habent maximam controuerſiam hinc inde Doct. grauiſſimæ authoritatis digladiantur, vt vtraque opinio ſit communis, & magis communis, vt *per Iul. Clar. in §. donatio. quæſt.* 13. *& Couar. in d. rubr. de teſtam. par. 3. num.* 13. *in princ.* Sed non eſt præſentis ſpeculationis, clauſula vero conſtituti, & præcarij operatur fictam traditionem, ſed ſi donator rem donatam in alterum tranſtulerit, poſſeſſionemque rei donatæ conceſſerit ante donatarij acceptationem, illa facta per conſtitutum, & præcarium nihil operabitur ſecundùm *Dec. in l. contractus ff. de reg. iur.* & alios, quos more ſolito ad id congerit Tiraquell. qui enumerat acies Doctorum pro vtraque opinione pugnantium in d. tract. de iure conſt. poſſeſſ in 30. limit. num. 9. cum multis ſeq. & num. 50. cum ſeq. tenet clauſulam conſtituti prædicti operari, vt illicò ſequuta acceptatione donatarij in illum ſit tranſlata poſſeſſio, & dominium, & proinde non poſſit aliquo pacto donatio reuocari, & ſi in alterum transferatur, nihilominus præferatur primus, vt late etiam per *Doct. in l. quoties, C. de rei vendic.* Præſuppoſita ergo ſcientia in caſu noſtro ex temporis diuturnitate, quam diuturnitatem ſpatio
21 annorum duorum conceſſit *Rolandus* in d. cõſ. 19. Ergo donatio in caſu præmiſſo eſt firmiſſima, & non poteſt reuocari, vel in alterum conferri, & præferetur omnino primis, qui habent dominium, & poſſeſſionem, etiam ſi ſecundus nactus fuerit poſtea poſſeſſionem, & dominium.

22 Et ita iudicauimus in cauſa Portiæ Pulicellæ cum Buccis apud actuarium de Fœlice, referente Conſiliario Marco Antonio de Ponte vbi eſt caſus, quod Portia donauerat eius nepotibus abſentibus, & cum ipſa cohabitantibus, & viuentibus in eadem domo quædem prædia in anno 1572. illinc ad viginti annos donauit, ſed non tradidit alteri preſenti iudicauimus, in quam ex ſupradictis pro primo donatario ex præſumpta ſcientia, quæ facit ſecundam donationem, & traditionem non valuiſſe. Qui Notarius pro primo donatario ſtipulatus fuit, & acceptauit cum clauſula conſtituti, & præcarij.

Et ſi ſpatium duorum annorum ſufficit, vt in caſu præmiſſo diuturnitas temporia cenſeatur,
23 & ſi ſecundùm alios ſpatium decem annorum induceit diuturnitatem, vt per *Ioannem Andream Butr. Abb. Fœlyn. & alios in cap. illud extra de præſumpt. & Fœlyn. cap ſicut extra de re iud. Alex. conſ.* 123. *vol.* 1. *Anan. in cap. licet heli extra de ſim. & alios*, ergo à fortiori, vbi tempus viginti annorum defluxit, vt in caſu noſtræ deciſionis.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta abſenti quando teneat, vſque ad finem.*

1 PRO abundanti hac deciſione, quod donatio facta abſenti teneat dũ ad eius notitiam potuit deueniri, quia tunc præſumitur acceptata, & proinde in

casu

caſu doctiſſimi D. Authoris donationem factam ab aliquo eius conſanguineo abſenti, ſed habitanti in domo eius fuit habita irreuocabiliter acceptata) & licet poſtmodum fuerit aliter facta (apparet) deciſum de ea non fuiſſe receptam rationem, *vide Borrell. 3. part. ſummæ deciſ. tomo 3. a num. 131. & ſequentibus, vbi poſt omnes omnia cumulat, & ſcripſit Ricc. In collect. 43. in materia acceptationis donationis non omiſſis, Molina de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 67. Gen all. pract. quæſt. commun. contra commun. quæſt. 54. num. 1. & 2.* vbi & ſi ſufficiat Notarij præſentia, & ex hoc nota donationem ante acceptationem reuocari poſſe, ſi res non fuit tradita, & fortius ſi donatarij fuiſſent infantes, nec adhuc in mundo viuentes, ſicut fuit annis præteritis diſputatum, & deciſum iunctis Aulis per Sacrum Conſilium in cauſa illorum de Brancatis, cum D. Præſid. Sac. Conſil. vt *Paulus Staibanus conſ. 6. num. 10. & 13. in fine*, ſed quid fauore piæ cauſæ per *Thor. ſecunda parte compend. deciſ. Regni verbo donatio irreuocabiliter*, vbi alia portat more ſolito, ex allegat. cuiuſdam Doctoris, vt per eum.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An meretrix poſſit mercedem ſibi cauſam fornicationis, & concubitus iudicialiter petere.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix an valeat agere in iudicio petendo mercedem pollicitam, cauſa fornicationis, & concubitus.*

2 *Meretrix licet iure fori, non poſſit petere mercedem promiſſam, tamen ei ſolutum repeti non poteſt.*

3 *Cm. diſtinctio conſtituentis differentiam inter meretricem publicam, & occultam circa derogationem actionis recenſetur, & num. 4. quid ſentiant Theologi, & de veritate num. 19. & 20.*

5 *Meretrix eſt domina ſui corporis, & ſe vendere poteſt. & quando num. 9.*

6 *Multa iam facta tenent; quæ ſi non eſſent facta impedirentur.*

7 *Mulier pecuniam pro concubitu ſolutam turpiter petit, ſed non turpiter accipit, & quo iure id verum intelligatur num. 16.*

8 *Exceptio ſi detur ad retinendum non arguit dari actionem ad petendum.*

9 *Opinio, quod ſicut datur actio ita detur exceptio ex promiſſione, & ſolutione facta meretrici apud omnes communis tum Canoniſtas, tum Ciuiliſtas, & num. 11.*

12 *Promiſſio facta meretrici concubitu, non ſequuto non valet, & habet locum pœnitentia. idem in meretrice reſpectu fornicatoris num. 13.*

14 *Meretrix falſum aſſerens ſe ſcilicet virginem & ob id maiorem quantitatem exto r quens tenetur id, quod recepit reſtituere ſecus ſine fraude num. 15.*

17 *Pretium exceſſiuum ſi detur meretrici poteſt condici in eo, quod excedit, & limitatio num. 18.*

21 *Stuprans virginem tenetur eam dotare habito reſpectu ad qualitatem vtriuſque.*

22 *Deciſio Sacri Conſ. exiſtimantis dari actionem meretrici ex promiſſione ſibi facta licet non publica ſit.*

DECISIO LII.

Opinio valdè controuerſa eſt inter Theologos, Canoniſtas, & Ciuiliſtas, an meretrix poſſit agere in iudicio pro merceide ſibi promiſſa ex cauſa fornicationis, & concubitus. Nam *gloſ. in l. 2. C. de condit. ob turp. cauſ. & in l. 3.*
1 *& 4. §. ſed, & quod meretrici. ff. eo, & in l. affectionis. ff. de donat.* tenet meretrici non dari actionem ad petendum, ſed tantummodo exceptionem ad retinendum, & defendendum quod datum eſt, ne poſſit repeti. Huic opinio-
2 ni accedit. *Iſern. licet de Accurſio non faciat mentionem in tit. quib. mod. feud. amit. num. 11.* vbi dicit, quod iure fori non poteſt meretrix petere mercedem pro meretricio, licèt ſi ſoluatur, quod ſolutum eſt, non poſſit repeti, per *tex. in d. § ſed, & quod meretrici*, cuius authoritas non minus valet apud nos, quam apud omnes opinio *gloſæ*, *habet hæc opinio ſuos ſequaces, Bal. Angel. Paul. & Iaſ. in d. §. ſed, & quod meretrici, Imol. in d. l. affectionis Zaſ. in l. generaliter, ff. de verb. oblig. Fortun. Garzia in rep. l. iuris gentium, §. ſi ob maleficium, ff. de pactis*, & omnes illa ratione, quia huiuſmodi promiſſiones, & pactiones illicitæ, ſunt à iure reprobatæ ex turpi cauſa, & ideo nullæ, & nullam poſſunt parcre actionem, *d. l. 3. & 4. §. quod, & meretrici. l. mercedem. C. eo. l. ſi plagii, & l. generaliter, ff. de verb. oblig. d. l. iuris gentium, § ſi ob maleficium, & l. ſi vnus. §. pacta, ff. eod. cum alijs per dictos Doctor. cumulatis.*

3 *Cyn. verò in d. l. 2. C. de condit. ob turp. cauſ.* facit differentiam inter meretricem publicam, & occultam, & primæ non denegat actionem, num. 5. quia palam omnibus ſe proſtituit ſecundæ denegat etiam receptionem, & receptorum acquiſitionem, & dominium num. 3. quia mulieres non meretrices, quæ à fornicatoribus ſuis

Digitized by Google

ſuis accipiunt dona in cintutis aureis, & perlis,
ſicut de quibuſdam ipſe ſcit, quæ quorundam
amaſiorum ſubſtantiam exauſerunt, retinere non
poſſunt, & in iudicio fori, & animæ ad reſtitu-
tionem tenentur, & dominus fiſcus, qui talium
eſt ablator poterit auferre per *tex. in l. Lutius,*
ff. de iure fiſci ſequitur Angel. in d. l. 2. Paul.
Caſtr. in l. prima §. ob rem igitur. ff. de condit.
ob turp. cauſ. Abb. in c. quia pleriq. num. 14.
extra de immunit. Eccleſ. Io. Lup. in repet. c.
per veſtras extra de donat. inter vir. & vxor
§. 40.

4 Alij Theologi ſummiſtæ, & Ciuiliſtæ tenent
meretrici, quæ publicè ſui corporis quæſtum
facit, dari actionem, & èxceptionem, nam li-
cèt actus venereus ob quem pecunia datur, vel
promittitur illicitus ſit, & turpis, ipſa tamen re-
ceptio pecuniæ turpis non eſt, vel de iure im-
probata, *vt in d. § ſed, & quod meretrici,* ideò
ſicuti data turpitudine vtriuſq. dantis, & acci-
pientis, non eſt locus repetitioni, ita cùm ex par-
te recipientis non detur turpitudo in ipſa rèce-
ptione, non tantum locus non eſt repetitioni,
ſed etiam locus eſt exactioni, & quamuis forni-
catio prauaſit, & iure diuino prohibita, ipſa ta-
men meretrix domina eſt ſui corporis, & mate-
5 ria vendibilis eſt, nec ipſa venditio actus venerei
illicita cenſetur, & ſi actus in ſe illicitus eſt, non
tamen eius venditio eſt prohibita, nec illicita ra-
tione materiæ, quia dare alicui mulieri pro con-
cubitu, antequam is ſequatur, malum eſt, quia
à luxuria, & à praua ſenſualitate procedit, ſed
dare meretrici pecuniam promiſſam poſt actum
venereum, malum non eſt, ſed actus iuſtitiæ à
nullo vitio imperatus, vt explicat doctè, & ele-
ganter. *Caet. 2. ſecundæ queſt. 32. art. 7. poſt*
diuum Thomam ibi, & relatus per Couar. in
relect. cap. peccatum de reg. iur. lib. 6. §. 2. per
totum. vbi hanc materiam latè, doctè, & di-
ſtinctè more ſolito expendit, & articulum diſpu-
tat ad partes, & refutatis, & declaratis omnibus
prædictis, & alijs rationibus, quæ in contrarium
vrgere videntur, hanc opinionem firmiſſimam
aſſerit, & pluribus iuribus, rationibus, & autho-
ritatibus corroborat, ac tuetur, & receptiſſimam
ac communem, & veriſſimam fatentur omnes
poſt *Couarr. Nauarr. in ſuo Manuali cap. 17.*
à num. 30. vſque in finem, Molin. de iuſtitia,
& iure tract. 2. quæſt. 94. per totum, noniſſimè
Iacob. de Graff. lib. 2. ſuarum deciſionum ca-
ſuum conſcientiæ cap. 124. per totum. vbi re
aſſumit articulos, & concluſiones, ac poſtremò
poſt omnes, & poſt hanc rem deciſam vidi *Car-*
roc. in tract. de locato, tit. de condit. ob cauſ. ſeu
de mercede remunerat. quæſt. 10. à num. 94.
cum ſeq. reaſſumentem etiam articulos, & iura
prædicta contraria ex doct. Couar. & aliorum
conciliantem, vt mihi nihil addendum foret,
niſi quid in contingentia facti in S. C. fuerit de-
ciſum referre, ſe vt curioſis, & his, qui authori-
bus prædictis carent ſatisfaciam rem per capita
abſoluam, & licèt prædictæ rationi, in qua fun-
6 datur hæc opinio, ex dictis per *Diuum Tho-*
mam, Caetanum, & relatos per Couarr. poſſet
obijci, quod non eſt abſurdum, nec adeò à iure
alienum, quod meretrici detur exceptio, & de-
negatur actio, quia multa ſ. ſtā tenent, quæ fieri
prohibentur, & ideò pro factis, quæ tenent po-
teſt competere exceptio, non autem actio, pro
his, quæ fieri prohibentur ex Regula, *l. biduum,*
ff. quand. appell. ſit, præſertim quando actus
prohibetur propter honeſtatem, vt hic factum
tenet, licèt prohibeatur fieri, vt per *Feder. de*
Sen. in conſ. 293. factum tale eſt plura cumulat.
Iaſ. poſt alios in leg. patre furioſo, ff. de his,
qui ſunt ſui, vel alien. Iur. & Pet. in l. in
ambiguis §. non eſt nouum, ff. de regu. iur. &
quædam honeſtè accipiuntur, quæ non honeſtè
petuntur l. prima §. primo, ff de var. & ex-
traordin. cognit. & ideò non mirum ſi datur ex-
ceptio, & non actio, & non ab re tex. in d. §.
ſed, & quod meretrici conſiderauit caſum,
7 quo pecunia eſt ſoluta pro concubitu, & pro
turpi cauſa, fuit dubitatum, an teneretur reſti-
tuere, dicit tex. quod turpiter facit, & hæc
pars reſpicit actum, & actionem ſubdit, quod
non turpiter accipit, & hæc ſecunda pars re-
ſpicit exceptionem, quaſi contineat tex. quod
poſſit accipere à ſponte dantibus, quia non tur-
piter accipit, ſed de petenda mercede, & præ-
tio in eo tex. verbum nullum, quia ex actu tur-
pi, eſt turpiter facere, quod tamen factum to-
leratur, ergò cùm eſt ſoluta pecunia, quia hoc
voluntarium eſt, poterit retineri, & pro reti-
nenda, & tuenda dabitur exceptio, non autem
actio ad petendum, & ſibi imputet, qui volun-
tariè ſoluit, nec ſequitur conſequentia datur
8 exceptio ad retinendum, ergò actio ad peten-
dum, nam regula eſt in contrarium, quod cui
datur actio à fortiori exceptio, ſed non è con-
tra quia in multis caſibus datur exceptio, &
non actio, & hoc non eſt abſurdum, præſertim
quando ratio diuerſitatis reddi poteſt vt ſupra,
& actio, & exceptio tendunt ad diuerſum fi-
nem, vt hic, quia exceptio ad retinendum iam
datum quòd lex permittit, actio verò ad pe-
tendum promiſſum non datum, quod lex im-
probat, quam materiam declarat. *Dec. latè in*
l. iniuſtus. §. cui damus, ff. de reg. iur. item ad
9 ſecundam rationem, quod eſt domina ſui cor-
poris, poſſet obijci, quod eſt verum ad vſum
licitum, & non improbatum, nam alias nemo
eſt dominus membrorum ſuorum *l. liber ho-*
mo. ff. ad l. aquil. qua ratione vtitur Couar.
pro opinione tenentium, non dari actionem,
10 ſed quia opinio prædicta, quod detur actio, ſi-
cut datur exceptio eſt receptiſſima in vtroq. fo-
ro tam ſ. in foro poli, ſeu conſcientiæ, quam
in foro fori, in foro poli inquam, quia tenetur
fornicarius dare quod promiſit, & meretrix non
tenetur reſtituere, quod recepit in foro fori,
quia poteſt cogi fornicarius dare mercedem, &
prætium, ſiuè promiſſum, ſiuè non promiſſum,
ideo ab hac opinione recedere non eſt iuſtum,
ita enim placitum eſt. *Cyno, Baldo, Angelo,*
& alijs in d. l. 2. C. de cond. ob turp. cauſ. ad-
uerſus gloſam ibi, quam communiter repræ-
hendunt, & *Bart. in d. l. affectionis, Alex. in*
d. l. generalitèr Rip. in d. l. ſi plagij num. 10.
& ſeq. & ibi Iaſ. ac Zaſ. num. 29. qui dicit
hanc

Digitized by Google

hanc eſſe communem opinionem, pro. vt etiam
teſtatur Couar. vbi ſupra num. 2. & poſt ip-
ſum Nauarr. d. cap. 57. Molina vbi ſupra, de
Graffijs, & Carroc. vt iam de hac opinione
dubitare etiam ex Theologorum opinione,
quos prædicti doctores citant, ſit ponere os in
11 Cœlum quid materia eſt vendibilis. vt inferius
dicetur, ergo competit actio, & exceptio quem-
admodum datur contrahentibus in contractu
emptionis, & venditionis, & quia eſt domina
vſus ſui corporis, quem poteſt locare, & ven-
dere, & eſt domina membrorum ſuorum ad
hunc vſum, licèt turpiter faciat, vt ſupra, &
ideo obiecta prædicta, non obſtant aduerſus
hanc opinionem communem: ſed vt prædicta
opinio ſibi vendicet locum, neceſſe eſt, quod ſit
ſequutus concubitus, & effectus, nam ante for-
nicationem, & concubitum datur pœnitentia,
& non poteſt dicere meretrix per ipſam non
ſtetiſſe, & ideo limitatur prædicta communis
opinio in caſu prædicto, quia non ſolum dene-
gabatur actio meretrici, ſed etiam exceptio ſi
fuerit aliquid datum, & ſolutum pro futuro
concubitu, & fornicatione non ſequuta pote-
rit enim re integra repeti, vt concludit poſt alios
Molin. vbi ſupra pag. 403. verſ. tertia pars.
quia pactum, & promiſsio pro re turpi ante
rem turpem patratam nullam vim habet inquit,
per *tex. d. l. generaliter, & leg. ſi ſtipuler. ff.*
de verbor. obligat. cap. fin. extra de pactis cum
alijs, quæ allegat, & in malis promiſſis reſcin-
de fidem in turpi voto muta decretum, impia
eſt enim promiſsio, quæ cum ſcelere adimple-
tur, admonet *tex. in cap. in malis 22. quæſt. 4.*
Idemq. quò ad meretricem dicendum eſt, vt
13 ante patratam fornicationem detur pœniten-
tia, & reſtituto pretio, ſi quod pro futuro con-
cubitu receperit, non teneatur ad ſe proſtituen-
dum, neq. ſi ſe proſtituerit, & obligauerit ex
pacto, & conuentione, illi conuentioni ſtare in
futurum, quia vt inquit, & concludit Molina
loco ſupra citato, pactum, & conuentio quæuis,
vt in futurum conſentiat in peccatum eſt nul-
lius effectus. Item limitatur prædicta commu-
nis opinio non habere locum, vbi fraude, & do-
lo meretrix à fornicario extorſerit, tunc enim
tenetur ad reſtitutionem, & denegabatur exce-
ptio, vt concludunt. *Cyn. in d. l. 2. Bar. in d.*
l. affectione Couar. num. 2. Nauarr. Molin.
pag. 406. & de Graff. num. 3. & 10. & Carroc.
14 *qui* exemplo declarant, vbi ſe virginem vendi-
diſſet, & aſſeruiſſet, cùm non eſſet ibi à nemine
alio cognoſci ſe pateretur, quam ab ipſo ſolo, vel
aliquo magnate tantum, vt maius pretium extor-
queat à fornicario, non daturo, ſi virgo non
fuiſſet, & ſi alij ad ipſam acceſſum haberent ſe-
cus ſi blanditijs, & lenocinijs extorſerit, ſed ceſ-
ſante fraude, non ſolùm pretium petet, & reti-
nabit datum, ſed vbi nulla merces data, vel
promiſſa fuerit poſſe meretricem, quæ ſui cor-
poris, quæſtum facit agere, vt fornicarius ſol-
uat conſuetam mercedem, tenent omnes. *Co-*
uar. vbi ſupra num. 4. verſ. ſecundo probatiſſi-
mi iuris, vbi dicit id venire ex vi taciti pacti
declarat Molina pag. 45. quia non eſt cenſenda
mulier meretrix ſe gratis, ſed pro conſueto præ-
tio corporis ſui copiam facere, & hanc opinio-
nem dicit eſſe communem, & idem fatetur. *Na-*
uar. num. 36. verſ. tertio ex tex. in d. §. ſed,
& quod meretrici, vbi dicit verum ſenſum dicti
tex. eſſe meretrici turpe eſſe. ſ. iure naturæ, non
tamen iure humano, & licèt turpiter faciat at-
tento iure naturali, quod ſi meretrix, non ta-
men turpiter accipit mercedem attento iure hu-
mano, quod permittit eſſe meretricem, & ideo
inquit illum tex. habere locum, quò ad forum,
& territorium in quo opera meretricis eſt per-
miſſa, non quò ad forum, & territorium, in quo
eſt damnata, nihilominus licitè recipit, & tuta eſt
(licèt peccet) quia non tenetur reſtituere, vt
probat, & tenet num. 34 & 38. limitatur, & de-
17 claratur etiam prædicta communis opinio, vbi
prætium datum, vel receptum eſſet exceſſiuum,
quia vt declarat Molina ſunt prætio æſtimabilia
fornicari mulierem in gratiam viri, de quo ple-
niùs. *Couar. in prin. d. §. 2.* & ideo modera-
tum debet eſſe prætium & ab eo ſolutum, vel
promiſſum, qui ſit ſui iuris, quia ſicut in alijs
contractibus exceſſus pretii attenditur, quia eſt
cauſa iniuſtitiæ, & accipiens tenetur reſtituere
exceſſum ſic in pretio dato propter fornicatio-
nem, vbi fuerit exceſſiuum, niſi conſtet dantem
voluiſſe donare, non autem pretium ſoluere,
moderabitur arbitrio iudicis, vt ante prędictos
tenuit. *Bobic. in cap. peruenit extra de adult.*
Io. Lup. in d. cap. per veſtras. 6. 41. Carroc.
num. 100. Couar. num. 4. de Graff. num. 8. al-
legat Sotum de iuſt. & iure lib. 4. quæſt. 7.
artic. primo.

Nec diſtinctio Cyn. inter publicam, & occul-
tam meretricem probabilis eſt, & tenenda: ſi
quidem Theologorum, & noſtratum ſcholæ
19 communi voto concludit contrarium, quia il-
la, quæ occultè peccat, & copiam ſui facit iu-
ſtius quam publica poteſt recipere, quia pro-
pter maiorem honeſtatem pluris eſt æſtimanda,
vt dicit Sot. 1 loco ſupra citato, & quia nulla
lex poſitiua ipſam incapacem reddit, & ideo
mercedem, quam ex cauſa fornicationis recipit,
ſuam facit, ſibi acquirit, & non tenetur reſtitue-
re, quia licitè recipit, & tenetur fornicarius in
foro conſcientiæ ſoluere, nec fiſcus hoc caſu ali-
quid prætendere poterit, quia *tex. in l. Lucius*,
in quo fundatur opinio Cyn. & ſequacium ha-
bet locum in his, quæ ſcelere acquiſita ſunt, &
ob crimen à recipiente commiſſum, & vbi rece-
ptio eſt illicita, quia tunc Fiſcus vendicat, ſed
receptum ob cauſam fornicationis, non eſt illi-
citè receptum, vt fundatum eſt, ergo ille tex.
in iſto caſu non procedit, & conſequenter cor-
ruit opinio Cyni, ita declarant omnes. *Couar.*
num. 3 Carroc. num. 99. Nauarr. num. 34.
verſ. ſecundo, ideo Molina pag. 405. verſ. de
occulta fornicaria, de Graffijs vbi ſupra num.
6. & 8 alia etiam ratione non poteſt opinio Cy-
ni defendi, quia meretrix occulta verè meretrix
eſt, licèt non ſtet in lupanari, ſed in quacunque
domo, & loco corporis ſui copiam facit pudori
ſuo non parcens, meretrix dicitur, vt concludit,
Alexand. conſ. 99. num. 10. vol. 7. per tex. in l.
palam

palam ff. de Rit. nupt. cũ *alijs, quæ allegat Abb.*
in cap. cum decorem extra de honeſt. Clerico. &
in cap. inter opera extra de ſponſalibus Angel.
in conſ. 10. & Ioan. Lup. in repet. Rub. cap. per
veſtras ſ. 40. & ideo concludunt prædicti Do-
ctores, quod nec monialis, quæ concubitus cauſa
aliquid receperit, nec mulier, quæ virum habet
tenetur reſtituere, aut monaſterio, vel viro tra-
dere, nec virgo ipſa pretium amittet, & illicitè
recipiet, & in virginibus defl oratis practicamus,
ac iudicauimus quotidie in Sacro conſilio, quod
illis petentibus cõdemnamus ſtupratores ad do-
tãdum, & dotem arbitramur ex qualitate vtriuſ-
que perſonæ.

Nos iudicauimus in Sacro Conſilio dari actio-
nem meretrici, etiam quæ non degit in lupanari
in cauſa Hippolitæ de Leo, quæ conuenerat in
22 Magna Curia Vicariæ quoſdam nobiles, & vnũ
ex eis ex ſedili huius Ciuitatis primario ad ſol-
uendum penſionem domus per ipſos ſolui pro-
miſſam mediante albarano eorum manuſcripto
ex cauſa acceſſus, quam ad ipſam habebat, cuius
cauſa domum prædictam ipſis inſtantibus loca-
uerat. Magna Curia ipſos condemnauit, appel-
lauerunt ad Sacrum Conſilium, & ad relationem
Magnæ Curiæ, decretum prædictum fuit confir-
matum nomina conuentorum taceo, vt præcla-
riſſimæ familiæ, non vt ipſis indulgeam, non
enim digni eſſent, quod eorum nomina tacerẽt,
qui pro re tàm minima, & indecora, & per ipſos
promiſſa paſſi ſunt publicè in iudicio conueniri,
& condemnari.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *MEretrix quando poſſit petere mercedẽ ex cauſa fornicationis,*
2 *Meretrix quæ dicatur.*
3 *Meretrix licitè accipit ſuæ turpitudinis quæſtum.*
4 *Concubina an legari poſſit.*
5 *Legatum, vel donatio facta à concubina concubinario an teneat.*

1 TRactat quando meretrix poſſit pete-
re ſibi deberi mercedem promiſſam
ex cauſa fornicationis, & concubitus
promiſſam dum concluditur per Sa-
crum Conſilium deciſum in facto (competere
actionem meretrici, etiam ſi in lupanari non de-
giſſet de quodam Amaſio, qui promiſerat me-
diante Albarano manuſcripto pẽſionem domus
locatæ, & promiſſis talibus contrauenerat) tù
nota tãquam materiam curioſam, & in dies cur-
2 rentem, & primo agnoſcas, quæ dicatur meretrix,
ſecundum de Franch. deciſ. 68. & nos in l. mi-
nima in præto ad ipſam, C. de epiſcopali audien-
tia Aſciam determ. 159. numero 12. Caball.
Caſ. 123. numero 7. Maſcard. concl. 1067. &
Menoch. caſ. 535. num. 2. & 3 & Paſchal. de
patr. poteſt. par. 2. cap. 10. num. 27. D. Rouit.
in rubr. de meretric. ſuper pragm. num. 1. Ricc.
coll. 163. qui in reſol. 135. late ponit non dici
meretricem, quæ amoris cauſa copiam facit, *&*
in deciſ. 63. p. p. & ibi, q̃ ꝓprie dicatur meretrix,
& ſi dicatur, q̃ ſemel fornicata fuit, & q̃ concu-
bina *penes Gram. voto 4. Vrſill. ad Afflict. de-*
ciſ 392. num. 16. Burſat. conſ. 62. num. 5. Ca-
priol. in tract. de ſucceſſ. fol. 106. nu. 55. Ma-
ſcard concl. 342. & Surd. de alimentis tit. 1.
3 *quæſt. 9. num. 7. & ſequentibus*, cum meretrix
licitè accipiat ſuæ turpitudinis q̃ſtum, *vt Meſ-*
cua tract. de poteſtate in ſeipſum lib. 2. cap. 15.
per totum Paſchal. loco præcit. num. 39. &c.
Rouit. in d. loco num. 2. vbi an meretrici ſit ſol-
uendum prætium, vel merces meretricij, &c. li-
cet turpiter agat, vt *Ricc. deciſ 143. par. prima.*
4 *num. 1. & in reſol. 149. num. 7.* & ſi concubi-
næ poſſit legari *Ricc. id. par. 4. deciſ. 73 latiſ-*
ſime & Vrſili. deciſ. 102. *Farinac. in fragm. vol.*
6. à num. 542. cum ſequentibus. Seraphin. de-
5 *ciſ. 46.* & è contra ſi valeat legatum, vel donatiõ
facta à concubina concubinario, &c. *vt Rota*
deciſ. 102. poſt conſilium Farinac. & quid in me-
retrice, &c. *Menoch. d. caſu num. 26.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An teſtes in cauſa criminali recepti ſuper quadam violentia, & ſpolio minimè; repetiti probent in cauſa ciuili ad finẽ prouidendi ſuper ſpolio, & reſtitutione poſſeſſionis ex remedio cap. reintegranda.

SVMMARIVM

1 *TEſtes recepti in cauſa criminali: ſed non repetiti, an in eadem cauſa fidem faciant ſi iuſſum ſit ciuiliter agi ad finem prouidendi ſuper ſpolio?*
2 *Teſtes recepti ad informationem curiæ, & ad alium finem parte non citata quam probationem faciant.*
3 *Iudicium ſuper Spolio ex cap. reintegranda eſt ſecundum, & extraordinarium iudicij ordinem non requirens, nec partis citationem ſuper teſtium receptione.*
4 *Iudex in hoc iudicio poteſt procedere receptis probationibus ad ſui informationem, & inſtructionem.*
5 *Remedium cap. reintegranda non habet locum vbi quis iuſta cauſa, vel ſua culpa, &*
negli-

negligentia à poſſeſſione ceciderit, vel ex proprio contractu vt nu. 6.

7 *In iudicio ſummario reus ſummariè audiendus eſt.*

8 *Fatuum eſt affirmare in hoc remedio paſſim credi etiam teſtibus non iuratis praterquam, vbi iudex eos recepit ad ſui inſtructionem.*

9 *Cardinales deponentes abſque iuramento regulariter non probant.*

10 *Deciſio cauſa per S. C. in fauorem conuentorum.*

DECISIO LIII.

1 FVit dubitatum in Sacro Conſilio ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ, an teſtes recepti in cauſa criminali, non repetiti ſuper quadam violentia, & ſpolio facerent fidem in cauſa ciuili ad finem prouidēdi ſuper ſpolio, & reſtitutione poſſeſſionis ex remedio *cap. reintegranda 111. quæſt.* 1. fuerunt enim quidam, vt prætendebatur de facto deſtituti poſſeſſione cuiusdam domus egerunt criminaliter contra deſtituentes in Regia Audientia Capitanatæ, quæ capta, ac viſa informatione prouidit ſuſpenſa criminalitate, eſſe procedendum ciuiliter, non aliter prouiſo ſuper ſpolio, & deuoluta cauſa per viam grauaminis ad Magnam Curiam Vicariæ, ipſa Magna Curia prouidit eſſe ante omnia reſtituendam poſſeſſionem deſtitutis. Appellauerunt deſtituentes, & per viam grauaminis facta relatione per Magnam Curiam in Sacro Cōſilio, dicebant deſtituti conſtare pleniſſimè ex depoſitione dicto teſtium receptorum in informatione Iudicij criminalis de ſpolio, & deſtitutione, & proinde cum liqueat non eſt denegandum remedium reſtitutorium. Ex aduerſo dice-
2 batur dictos teſtes nullam probationem facere, tanquam receptos ad informationem Curiæ, & ad alium finem, parte non citata, & non audita *ex l. ſi quando 15. C. de teſtib.* & proinde debebant deſtituentes audiri ſuper prætenſo ſpolio.

Replicabatur, quod ſufficiebat in hoc iudicio qualis probatio, & ſat eſt conſtare aliqualiter, & quo quomodo Iudici de ſpolio, nam hoc iudi-
3 cium ſummarium eſt, & extraordinarium, & ideo ordo iudiciarius non exigitur ex *gloſ. in Clem. 2. vt lite pen.* & eſt opinio recepta à Doctoribus, quos congerit ad id *Menoch. de recuper. poſſeſ. remedio vltimo num.* 34 & in iudicio ſummario non requiritur partis citatio in receptione teſtium *ex Bal. in cap. 1. §. ſi duo de pace ten. Neuiz. conſ. 80. num. 7. verſ. & fortè*, & iu-
4 dex poteſt procedere receptis probationibus ad ſui informationem, & inſtructionem ex authoritate gloſæ in d. §. ſi duo in verbo teſtimonium, quam ſingularem dicit Cotta in ſuis memorialibus in verbo teſti iurato verſ. & ideo dicebat gloſa.

Ex aduerſo conſiderabatur, quod quantumcunq; ſit ſummarium dictum iudicium pars debet audiri, nam multæ poſſunt eſſe cauſæ, quibus dictum remedium non competat, & ſit denegandum, quas enumerat *Bal. Nouell. in rep. §. nihil commune l. naturaliter num. ff. de acquiren. poſſeſſ. poſt Præpoſ. & alios in d. cap. reintegranda. Alex. poſt Bart. in addit. in l. ſi colone C de agricol. & cenſ. lib 11. vbi alij Doctores.*

5 Præſertim non habet locum, vbi quis iuſta cauſa cecidiſſet à poſſeſſione, vel ſua culpa, aut negligentia, vt *per Imol. & Caldesin. & omnes Canoniſtas in cap. cum ad ſedem ex de reſt. ſpol. Lapum alleg. 51. Imol. Butr. Abb. & alios in cap. cum ad ſedem il primo extra vt. lite non conteſt. Aret. Soc. & noſtrates omnes in l. rem quæ nobis, ff. de acquir poſſeſ. idemq; Soc. conſ. 266. Alex. conſ. 94. vol. 5. & conſ. 92. vol. primo.*

6 Idem vbi quis ex proprio contractu cecidiſſet à poſſeſſione, vt per *Alex. d. conſ. 92. & Lapum d. alleg. 51.* & ideo Inn. & poſt eum omnes alij docent reum conuentum in hoc iudicio in cap. poſt electionem extra de conceſſ. pre. & in d. cap. ſæpe de reſt. ſpol. vt excipiat, & probet actorem cecidiſſe à poſſeſſione ex iuxta cauſa, & idem *Lap. d. alleg. 51. & Præpoſ. in d. cap. reintegranda, Abb. in d. cap. ſi diligenti extra de præſcriptione, Alexand. conſil. 6. volum. tertio.* ſi ergo dantur à iure cauſæ, quibus deſtituentes ſe defendere poſſunt, & remedium prædictum deſtitutis denegari poteſt quo quomodo poteſt id fieri, niſi pars citetur, & audiatur, nam alias eſſet procedere ex inordinato proceſſu, & Iudex ipſe ſpoliaret, quos fortè ſpoliare non poſſet iuxta traddita in l. meminerint, C. vnde vi.

7 Et parum refert, quod iudicium ſit ſummarium, nam etiam in hoc iudicio ſummario Reus, qui conuenitur debet ſummariè audiri, & ita paſſim obſeruatur in noſtris tribunalibus, & non negant hoc ijdem Doctores ſuperius citati, præſertim *Neniz.* qui alios congerit in dicto conſ. 80. à prin. vſq; ad . . . & ibi refert opinionem Docto. quod credatur teſtibus etiam non iura-
8 tis loquitur ſub verbo fortè, & rectè quidem, nam id affirmare paſſim, & regulariter fatuum eſt, quia vbi proceditur ad finem pronuntiandi inter partes in cōtradictorio iudicio opinio prædicta non eſt vera. Sed tantum vbi Iudex ad ſui
9 inſtructionem, & informationem, vt idem Neniz. ſuper declarat, nam alias etiam Cardinales deponentes abſq; iuramento nō probant ex glo. ſing. in cap. cum olim il primo extra de priuil. quam ſequuntur ibi Canoniſtæ communi conſenſu, & comendat Cotta in loco ſupra citato. Quare ex
10 his Sac. Conſ. cenſuit male iudicaſſe Magnam Curiam decernendo reſtitutionem poſſeſſionis parte non audita, & ſic de facto ex depoſitionibus teſtium in cauſa criminali receptorum præ-

ſertim

ſertim, quia Regia Audientia, quæ cæpit ab initio informationem decreuerat, quod ſuſpenſa criminalitate ageretur ciuiliter, quod indicabat, quod aliqua cauſa ſuberat pro prætenſis deſtituentibus, quæ criminalitatem excuſabat, & ipſis proficiebat. Decretum fuit de menſe Aprilis 1604. in cauſa Marini Roberti, & Caſſandræ de Aloyſio coniugum cum Ioanne Leonardo, & Aloyſio de Aloyſio de Terra Collis, niſi apud Secretarium Sacri Conſilij.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *TEſtes recepti in criminalibus an probent in ciuilibus.*

2 *Teſtes vſq. ad quot tempus poſſint repeti.*

3 *Teſtes mortui ante repetitionem an probent.*

4 *Teſtes in quibus caſibus non repetiti probant.*

5 *Teſtes quomodo ſint repetendi per examinatorem.*

6 *Carauita non potuit teſtare de praxi, quia nunquam fuit in noſtris tribunalibus.*

1 SI teſtes recepti in criminalibus probent in ciuilibus, dum non fuerint repetiti addas, quia teſtes tanquam non recepti parte citata non probant, vt latius potui in prato meo, *ad l. ſi quando, C. de Teſt. Vin. opin. 996. par. 3. de Franch. deciſ 60. num. 11. & 462. num. 1. foller. inprac. crim. Verbo repetantur. Teſtes curiæ num. 1. vbi pariter addidi, vt annuente Deo videbis, & in verbo ſi confitebuntur Maſcard. de probat. concluſ. 682. Fuſc. ſingul. 32. litera T. Gabriel. tit. de citat. concluſ. 2. Muſcat. Gloſ. Iuramenta num. 2. cum ſequen. qui allegat plures ritus M.C. Cabal. caſu 269. idem de franch. 668. num. 5. Cartar. deciſ. 21. Grat. deciſ. 231. num. 1. & Honded. conſil. 56. num. 21. & ſequen. vol. 2. Farin. de Teſtib. queſt. 72. num. 1. & ſequent. vbi adducit ampliationes, & limitationes niſi repeterentur argumento Clem. 2. de teſtibus Fuſc. lo-*
2 *co citato in fine, ſed vſq. ad quot* tempus poſſunt teſtes in cauſa recepti, & examinati parte non citata repeti *Gram. deciſ. 28. num. 6. poſt Caplc.* quem allegat dicit repetitionem poſſe fieri vſque ad concluſionem cauſæ, poſt verò concluſionem cauſæ, vel citationem ad dicendum factam in cauſa repetitio ipſa fieri nō poteſt *Foll. dictis locis Canen. in prag. reſponſ. num. 2. in fine Baiar. ad clar. queſt. 45. num. 21. de franch. dicta deciſ. 668. num. 1.* qui de verita-
3 te addendus eſt in deciſ. 716. & quid ſi Teſtes fuiſſent mortui ante repetitionem an probent poſtquam ſint examinati parte nō citata. *Baiard. loco allegato num. 22. Farin. dicta queſt. 72. nu. 129. quia morſ. vim.* Iuramenti habet Iuramentum autem, & citatio æquiparantur *vt num. 130. & 132.* qui refert ita per Rotam Iudicatum; *ſed Cabal. in caſu 269.* contrariam tenet opinionem, vt teſtes èxaminati abſque partis citatione, & mortui antequam repeterentur non probant, vt ſequitur. *Natta conſil. 398. num. 21. Honded. conſ. 101. num. 22. Farinac. dicto loco 153.* ſed prima opinio eſt verior, & ita ego practicaui, vt refert Baiardus in loco alle-
4 gato, & hodie adeſt *prag.* delli 89. capi, & ſi vis videre alios caſus in quibus teſtes non repetiti probent addas *Foll. in dicto verbo, & ſi confitebuntur, num. 41. & ſeq. & in verbo repetantur, Baiard. ad Clar. quæſt. 45. Io. Gran. de bello exulum fol. 94. 212. Farinac. in dicta quæſt. 72.*

5 Sed an dicti teſtes repetendi per examinatorem ſint interrogandi, & eorũ dicta redigenda per extenſum, an vero per viam ſimplicis repetitionis ſe referendo ad primum examen, & habes deciſum eſſe interrogandos, & eorum dicta per extenſum redigenda, vt refert decit. eximius ille Conſiliarius Dominus meus *Rouitus in pragm. 9. num. 13. de ordine Iudiciorum*, quem nota licet contrarium tenuerit in facto *Carauit. in*
6 *ritu 72. num. 14.* cum ille non poſſit teſtare de praxi noſtrorum Tribunalium, cum nunquam in illis verſauit, vt dicebat *D. meus Author deciſ. 27. num. 6.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Mulieres nuptæ inhoneſtè viuentes non poſſunt habitare in vicis, & locis honeſtis, etiam ſi ibi habeant domos proprias.

SVMMARIVM.

1 *MEretrices probibentur cohabitare inter bonas, & in loco honeſto de iure Regni, ac etiam de iure communi num. 4. 5. 6. & 8.*

2 *Meretrices, & exteri abſque vxoribus, ac ſcholares, ex particulari priuilegio Neapolitanorum poſſunt expelli a vicis, & locis, vbi perſonæ honeſtæ habitant.*

3 *Meretrices, & lenones de iure communi poſſunt compelli habitare in extremis partibus, & etiam extra mœnia Ciuitatis.*

7 *Meretrix, quæ dicatur.*

9 *Vicinos malos habere, quam ſit malum, & quàm ſint fugiendi remiſſiuè.*

10 *Meretrices nuptæ non iudicantur ad paria, ſicut ſolutæ, & gaudent priuilegijs, & fauoribus honeſtarum nũ. 18. fallit nu. 19.*

11 *Statutum permittens meretricem impunè poſſe percuti non habet locum in maritata.*

12 *Meretrix maritata poteſt accuſari de adulterio, quia in ea conſideratur matrimonium.*

13 *Mulier honeſta non poteſt carcerari pro debito ciuili, quod ampliatur etiam in meretrice nupta num. 14. & in vidua nobili meretrice num. 15.*

16 *Raptus meretricis de iure communi non punitur, fallit de iure Regni num. 17.*

20 *Maritata de conſenſu viri habitans in domo non ſibi coniuncta poteſt expelli.*

22 *Maritus conſentiens mulieri adulteræ ipſe, & non vxor debet puniri.*

24 *Maritus certioratus, & conſcius adulterij vxoris dicitur tacitè leno, & num. 24.*

25 *Maritus vilis, & leno vxoris cum ea expelli debet.*

26 *Mulier nupta, quando permittitur, etiam à domo propria poteſt expelli.*

27 *Mulier nupta inhoneſtè viuens marito conſentiente poteſt expelli, & hanc opinionem approbat Sac. Conſ. & quam in hoc caſu praxim obſeruis num. 28.*

29 *Mater tutrix obligans ſe pro tutela filij, & renuntians omni ll. auxilio poteſt carcerari, ſed ue veritate remiſſiuè num. 30.*

DECISIO LIV.

HAbemus in hoc Regno conſtit. quæ paſſim ſub rubrica de ſummota conuerſ. inter bonas fœminæ, & quæſtuoſæ, & in antiquis eſt rubrica de prohib. habit. meretr. inter bonas mulieres, qua cauetur ne mulieres meretrices cohabitent inter bonas, quæ
1 conſtitutio poſtmodum confirmata, & aucta fuit ex priuilegio particulari huic fideliſſimæ Ciuitati conceſſo per Regem Ferdinandum Primum, inter eius capitula cap. 59 vt ſcilicet non ſolùm
2 meretrices, ſed exteri abſque vxoribus, & ſcholares, ſeu ſtudentes non poſſint ex habitare in vicinijs, in quibus nobiles, & ciues cum eorum vxoribus, & familijs viuunt, & fuit data poteſtas per eundem Regem facultas, & iuriſdictio electis huius Fideliſſimæ Ciuitatis huiuſmodi perſonas eijciendi à vicis, & locis, vbi Neapolitani, & perſonæ honeſtæ habitant, de qua re obiter feci mentionem in deciſione præcedenti, ſed inſurrexit dubitatio in Sacro Conſilio in quadam cauſa, an mulieres nuptæ inhoneſtè viuentes ſubiaceant diſpoſitioni, & rigori dicti cap. & poſſint expelli etiam à domibus proprijs.

3 Et iure communi certum eſt meretrices, & lenones eſſe compellendos morari in extremis partibus Ciuitatis, quinimmo extra menia, vt in *authent. de lenon. per totum, & firmat gloſ. dicta conſtit. & ibi Aſflict. in principio.* dicit dicta
4 conſtitut. eſſe in viridi obſeruantia in Ciuitate noſtra, vbi expelluntur à conuicinijs mulieres inhoneſtæ ſicut ſunt meretrices, & facit optimè *tex. in cap. reſecandæ 24. quæſt. 111. tex. in l. ſi qua, C. de ſpect. & ſcen. lib. 11.* quod in loco honeſto non licet inhoneſtas perſonas collocare, de quo textu meminit ad hoc propoſitum *Bal. in authent. ſi quas, C. de Sacroſanct. Eccleſ. num. 5. in fine, & Luc. de Penna in dicta l. ſi*
9 *qua num. 9.* non dubitat de iure communi meretrices, vel alias inhoneſtas perſonas non poſſe habitare in contitua honeſtarum, *argum. l. non aliter, ff. de vſu. & habit & l. cum antiquitas, C. de teſtam. ibi cum coram his, &c. & l. cum ſupra, C. de re milit, l. fin. C. de pact inter emp. & vend.* cum alijs, quæ allegat ſubdens eadem ratione, immo maiori non poſſe eſſe poſtribula, iuxta Eccleſias, & ibi num. 12. declarat meretri-
7 cem eſſe, ad quam multi habent acceſſum, & quod tres dicuntur multi, *l. 2. ff. de ſec. tab. in fin.* cum alijs, quæ allegat, & quod etiam meretrix dicitur ad quam vnus habet acceſſum, ſi illa pro concubitu, & acceſſu mercedem recipit, *argum. l. mariti, §. qui quæſtum, ff. ad leg. Iul. de adulterijs, de qua re videndus eſt Menochius de arbitr. iudic. caſu 291. & 338. Matthienſis Hiſpanus lib. 5. tit. 3. l. 10. gloſ. 4 nouæ recompil. num 7.* & quia ad dignoſcendum, quæ ſit meretrix vacillant, ac differunt Doctor. videndus eſt præter prædictos *Maſcard. de probat. volum. 2. concl. 1603. per totum, abundè Decian. volum. 2. de delict. lib. 8. cap. 7. num. 10. Azeued. lib. 8. tit. 13. l. 2. nouæ recompil. à num. 14* Itaque de iure communi etiam circumſcripta particulari diſpoſitione capitulari articulus iſte non habet dif-
8 ficultatem, quod meretrices expelli poſſint à vicinijs honeſtarum, vt præter prædictos aſſerit *Ripa de peſte in tit. de remed. præſeruat. num. 164, ne bonis mulieribus malo ſit exemplo, Alex. in l. Maſſurius 144 ff. de verb. ſignific. vbi eleganter, & optimè Rebuff omnino videndus Menoch. dicto caſu 328 num. 14. Maſcard. in dicta concluſ. 1067. nu. 8. & ante hos Modernos Paulus de Caſtro in l. nullus num. 5 C. de ſumm. Trinitate, & Fide Catholic. & ibi Addentes, ac Dec. in l. ſemper in contractibus, ff. de reg. iur. & Anend. de exequend. mandat. Reg. lib. 2. cap. 6. num. 3, Auna in ſingul. 338. & ibi Fabius filius in addit.*, quem immatura mors collegio noſtro rapuit virum doctum, & benemeritum, & facit illud Virgilianum.

Mantua væ miſeræ nimium vicina
Cremonæ.

Et rurſus.

O malè vicinis hic mœnia condita
Gallis.

9 Et quam malum ſit malos habere vicinos, & quam fugiendi ſint, docet *Petr. Gregor. in ſuis*

ſintagm prima parte lib. 4. cap. 24. de vicinis, quem legant curioſi.

Dubium eſt igitur in muliere nupta luxurioſè
10 viuente cum ſcandalo, ac malo exemplo vicinorum, nam quod meretrices nuptæ non iudicentur ad paria, ſicut aliæ meretrices ſolutæ tenent multi Doct. quorum ante ſignamus fuit. Ioa.
11 And. in adit. ad ſpecul. in tit. de iniur. in rubrica, vbi firmat ſtatuta permittentia meretricem impunè poſſe percuti, non habere locum ſi ſit maritata, & quod ita fuit iudicatum per tex.
12 in l. ſi uxor. §. primo ff. de adult. per quem patet, quod etiam in meretrice ponderatur matrimonium, quia locus eſt accuſationi adulterij, quem ſequitur. Roman. in l. ſi verò §. de viro num. 23. ff. ſolut. matrim. & dicit eſſe valde notandum Alex. in l. plerique ff. de in iuſ. voc. & ibi Iaſ. num. 35. & idem Iaſ. in l. ad egregias num. 9. ff. de iur. iur. Marſil. in repetit. l. vnd. C. de raptu Virgin. num. 30. Ioa. Lup. in repetit. cap. per veſtras in 3. not. §. 21. nu. 22. extra de donat. inter vir. & vxor. hinc eſt, quod licet meretrix pro debito ciuili capi, & carcerari poſſit. cum alias mulier honeſta non
13 poſſit, Auth. nouo iure C. de Cuſt. reorum not. Bart. in l. nemo Carcerem, vbi etiam alij C. de extraſt. trib. lib. 10. & in l. ſacrilegij, ff. ad
14 leg. Iul. pecul. nihilominus ſi meretrix fuerit nupta gaudebit eodem priuilegio ratione matrimonij, quò honeſtè, ne carcerari poſſit, vt per ſupradictos Doct. & Iaſ. in d. l. pleriq; Capic. deciſ. 44. Caccialup. in tract. de deb. ſuſp. fug. in q. q principali, num. 22. & 23. Barb in cap. Paſtoralis extra de Iud. & ibi Felyn. num. 4. Soc. in reg. incip. materfam. in 3 limitat. Duennat in reg. 312. incip. fæmina in prima repetit. vbi coacernat Catalogum Doct. pro hac opinione Auil. in cap. prætorum in prohemio in principio num. 27. 4. col. vbi alios allegat, & multos præter prædictos ad idem congerit Mattieu. d. l. 10. lib. 5. tit. 3. gloſ. 4. num. 4. noua Recompil. & ibi Azeued. num. 31. & 32. abunde, & ideo opinio, & regula prædicta, quod meretrix poſſit carcerari, non habet locum in muliere nupta meretrice, ſeu inhoneſtè viuente, nec in vidua nobili, quæ meretrix eſt ſecundum Auiles. vbi ſupra quia vt bene aduertit, Acud. in d. l. 10. num. 32. eſſet indirectè de adulterio cognoſcere, quod non licet, vt ibi quicquid Dec. in d. cap. Paſtoralis num. 28. & alij relati per Duennam ind. reg. in prima limit. verſ. eſt tamen verum, & alij quos allegat Plaza in epit. delict. cap. 34. num. 13. contrarium ſentiant, quo loci ipſe pro meretrice nupta infinitos Doctores adducit quos videre poteris, & in ſimul. Cottam in ſuis memorialibus in verbo meretrix, eadem ratione ſtatuere Doct. vt licet in mere-
16 trice raptus non ſit punibilis ſecundum magis communem opinionem in l. vn. C. de Rapt. Virgin. vbi gloſ. & alij relati per Carrer. in ſua practica §. circa quartum num. 276. Gomez in l. 80 Tauri num. 45. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 1259. num. 9. & Azeued. d. l. 2. tit. 13. num. 107. noua recompil. vbi eſt videre de materia, quia non loquor de iure noſtro conſt.

17 Regni, quo iure violentia meretricibus illata eſt punibilis pœna vltimi ſupplicij, vt in conſt. omnes noſtri ſub. rubr. de pœn. meretric. illata, nihilominus in meretrice nupta eſt punibilis ſecundum Doct. prædictos, qui alios citant, ergo
18 meretrix maritata gaudet fauoribus, & Priuilegijs quibus aliæ honeſtæ mulieres gaudent, & proinde non poteſt expelli.

19 Sed ſublimatur ſupradicta opinio, & conditio, vbi mulier nupta inhoneſtè viueret marito conſentiente, ita tenet. Afflict. in d. conſt. num. 3. dicens, quod ſi maritata de conſenſu viri habitat in domo alterius non ſibi coniuncti poteſt expelli, vt not. in cap. cum tua, &c. fin. extra de cohabit. cler. & mul. idem tenet Caccialup. in d. tract. & q. 5. principali num. 24. dicens,
21 quod ſi Maritus talis mulieris eſſet leno, vel infamis, qui toleraret tantam miſeriam, quod tunc non erit habenda ratio coniugij, & huic opinioni aſſentit. Auiles in loc. ſupra cit. allegans, Caccialupum quem ad id etiam ſequitur, & pro ſingul. refert Hipol. in ſingul. 279. incip. dixi tibi ſuperius, & dicit facere tex. & quæ ibi habentur per Doct. in l. in actiam C. de inoffic. teſtam. & eſſe menti tenendum, quia faciliter poteſt euenire in facto pluribus modis, Mattieuc. in loco ſupra citato num. 5. Plaza in præ-
22 dicto capitulo 34. num. 14 afferens rationem, quod vbi vir contentit vxori adulteræ, & fornicariæ, & eius vitam inhoneſtam ſuſtinet, ipſe debet puniri, & non vxor ex tex. in cap. ſi abſtinet 27. quæſt. 2. quam rationem adaucit etiam Duennat in regul. prædicta in d. prima limit. circa finem verſ. circa, quod aduertendum eſt Menoch. d. quæſt. 88 num. 14. Azeued.
23 in loco ſupra citato num. 33. affert exempla, quando maritus eſt certioratus, & videt ingredi adulteros de nocte, & de die recipit dona ab eis, non indignatur de adulterio, &c. tunc leno præſumitur, & hæc opinio non poteſt habe-
24 re contradictorem, quia vbi maritus eſt conſcius, tacitè leno eſt, & ex reg. tot. tit. de lenonibus ipſe cum vxore venit expellendus, & ideo Rebuff. in d. l. Maſſurius 144 ff. de verb. ſignific. col. 6. verſ. ad hæc limitatur, aſſerit, quod
25 ſi maritus eſſet vilis, & leno vxoris ſuæ, tunc cum vxore expelletur, & quod ita vidit ſeruari, & ante Rebuff. huic opinioni aſſentitur Marſil. quē ſequitur Caccialup. vbi ſupra in repet. l. vn. C. de rapt. Virgin. num. 45. & Maſcard. in dicta concluſione 1259. vol. 2. num. 19. Carrer. in d. ſua pract. & §. circa quartum num. 276. in fin. & Azeued. in d. l. 2. lib. 8. tit. 13. num. 109.

26 Et hoc caſu, vbi mulier nupta expelli poteſt poterit expelli etiam ſi in domo propria habitet ita tenet. Caſſan. in conſuet. Burg. in tit. des droictum, & appar. ageus maritum rub. 4. §. 5. num. 57. & ſeq. vbi dicit vidiſſe in illa Ciuitate, quod quidam conqueſti fuerunt de illis, qui domos ſuas locabant meretricibus, quod per Curiam compellebantur exire, & collocabantur in Carreria remota iuxta hortalia, & in ſub vrbijs, & talis Carreria in tota Gallia vocatur Burdellum, & ſubdit, quod poſſunt tales mulie-

res

res de domibus proprijs expelli *l. non aliter, cum ibi not. ff. de vſu. & habit. cuius opinionem amplectitur, & ſequitur Auendan. d. lib. 2. cap. 6. num. 5. in 2. ampliat. & eadem opinio eſt recepta in addit. quæ habetur ad d. cap. 59. Regis Capt.* ex generalitate prohemij d. cap. quod emanauit generaliter proponitur publicam vtilitatem, quo caſu debet habere locum ſiue domus propria, ſiue aliena habitetur ex dictis *per Barb. in conſ. 48. vol. 2. & allegat Caſſan. vbi ſupra*, & ratio eſt in manu cuius reſponderi non poteſt, nam ſi cauſa expulſionis eſt vita inhoneſta talium mulierum, & honeſtas vicinarum, quæ poſſet coinquinari, & tales mulieres ſunt cauſa mali exempli, & ſcandali in Rep. quia facilè poſſunt corrumpere bonos mores, & caſtitatem aliarum, præter alia multa inconuenientia parum refert, quod in domo propria, vel conducta degant, non enim domus propria debet eſſe ſpelunca, & refugium ad obſcenitates, & fœditates cum ſcandalo, & ideo ſicut non tolerantur hac ratione in domibus conductis, & alienis, eadem debent expelli à propria, & in Catalunia idem obſeruari teſtatur. Peguera, vt etiam à domibus proprijs expellantur iure particulari illius Regni, in deciſ. ſua 12. quem ad id allegat Rouitus in Pragmatica 4. de meretricibus.

27 Sacrum Conſilium habuit pro vera opinione, quod mulier nupta inhoneſtè viuens poſſit expelli ſi quo quomodo maritus ſit conſcius, & impudicæ vitæ vxoris conſentiat illam non compeſcendo, & proinde, quod poſſit habere locum diſpoſitio iuris communis, & capituli prædicti, etiam ſi in domo propria habitauerit, & dixit nobis Dominus Petrus Paulus Theodorus Aulæ præfectus, & S. Conſilij Decanus, quod alias eo exiſtente conſultore huius fideliſsimæ Ciuitatis, ita practicauit, & non eſt dubium, quod in hac Ciuitate ſuperabundat hoc hominum genus qui ex vxoribus, ſororibus ac filiabus quæſtum faciunt abſque verecundia, & non ſunt tolerandi inter vicinos probos, & honeſtos, & ego ſcio quendam ex honeſtiſsimis parẽtibus natum iam mortuum, qui mediante albarano propria manu exarato tribuerat vxori facultatem, & licentiam coeundi cum quibus libuerit abſque metu pœnę, & querelę de adulterio, & ego vidi albaranum, & fui Commiſſarius controuerſiæ hac de cauſa inter maritum, & vxorem ortæ nolo nominare perſonas deferens vtriuſq; familiæ honeſtati vidimus etiam his temporibus quendam Doctorem noſtræ profeſſionis publicum lenonem vxoris ex nobili, & gentilitia familia ortæ, quam poſtmodum etiam per Ciuitates Italiæ, lupanaria exercentem duxit, voluimus ſæpe illum doctorali dignitate priuare, & exauthorare, vtinam feciſſemus, nam illum poſtmodum ad hanc Ciuitatem reuerſum nõ vidiſſemus inter regios aſſeſſores ius dicẽtem duplici aſſeſſoratu potitum pro temporis Calamitate deploranda, quo ignominioſi, deterrimiq; honorantur, & proueuntur, probi vero, & benemeriti deſpiciuntur, & mendicant.

28 In hac cauſa relata in qua præſupponebatur de conſenſu viri vxorem luxuriari, & impudicè viuere, & erat apud nos aliqualis notitia, noluit Sacrum Cõſilium proferre decretum in ſcriptis proprioum conſequentiam, quam huiuſmodi decreta ſecum trahunt, & noluimus aperire hãc portam in hac Ciuitate propter multa ſcandala, quæ indè poſſent oriri, ſed mandauimus ſcribæ, & Porterio Sacri Conſilij, quod accederent ad domum in qua habitabãt, & ſecreto mandarent, quod infra tot dies diſcederent ab illa domo, & ita fuit exequutum.

Et quia obiter ſupra diximus mulieres honeſtas pro debito ciuili non poſſe capi, nec carcerari, limitant nonnulli Doct. in matre tutrice, quæ
29 ſe obligauit pro tutela filij, & renuntiauit omni legum auxilio, quam limitationem tangunt ſu-
30 pradicti Doct. ſed de veritate, & pro matre, quod non poſſit ob hanc cauſam carcerari, & non poſſit huic beneficio etiam in ſpecie renunciari, videndus Matienc. in loco ſupra citato gloſ. prima, vbi diſcutit, & Doct. hinc inde altercantes refert, & pro matre concludit, & benè, & Menoch. quæſt. 88. num. 17. de arb. Iud. & omnes Doct. ferè ſupra citati.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *MVlieres inhoneſtæ viuentes, quamuis nuptæ non poſſunt habitare in honeſtis vicinijs, & ſi in domo proprio habitaſſent, cum ampliatione, & ratione, & num. 7. & declarat num. 13.*

2 *Coniugium quando non eſt in conſiderationem.*

3 *Meretrix coniugata carcerari pro debito non poteſt, cum pluribus curioſis in materia meretricuum.*

4 *Mulier meretrix petiens condemnatum pro marito eſt ei dandus, & ibi quid in condemnato petiente meretricem pro vxore.*

5 *Suſcipiens pro vxore meretricem, melioris eſt conditionis, quam alius.*

6 *Iudex meretricuum non habet iuriſdictionem in nuptam meretricem.*

7 *Scholares, & exteri non poſſunt habitare in vicinijs honeſtis, cum declaratione reſpectu ſcholarium Neapolitanorum, & illorum de caſalibus.*

8 *Doctor, aut Clericus cum Scholaribus non poteſt expelli à vicinio honeſto.*

9 *Hæretici, excommunicati, & morboſi expelluntur à Ciuitate.*

10 *Affecti morbo peſtilenti, & leproſi expelluntur à Ciuitate, prout alia genera perſonarum, num. 11.*

12 *Bucciaria non poſſunt fieri intus Ciuitate.*

14 *Meretrices certum habitandi locum tenent Romæ.*

15 *Meretrix, dominus domus, vel vicini ad quorum inſtantiam extractauit meretrix debent ſoluere penſionem.*

AD curioſam frequentemque hanc deciſionem omnino addas cumulata in meo *Prato ad l. Mimæ, C. de Epiſcopali Audientia*, vbi *D. Auth.* in hoc loco allegaui præter alios modernos, & quod mulie-
1 res inhoneſtę viuentes quamuis nuptæ non poſſint habitare in vicis, & locis honeſtis, etiam ſi ibi habeant domos proprios, *ponit D. Rouit. in pragmat. 4. de meretr. num. 4. in nouis, & 2. ex Theſaur. quæſt. forenſ. 33. lib. 1. Paſchal. de virib. patriæ poteſtat. parte 2. cap. 10. num.* 38. (ibi ſi adeo corrupti ſunt mores, vt vicinis ſcandalum præbeat, etiam à propria domo expelli poteſt) & eam cogitur vendere, & aliam conducere in loco pro meretribus deputato, prout etiam filia luxurioſè viuens à domo propria eſt repellenda per parentes, Theſaur. dicto loco num. 5. & etiam ſi nupta eſſet, vt in terminis *D. Auth. Caball. caſ. 179. prope finem*, cum forte quæſtum publicè
2 facit, & habet maritum lenonem, & infamem, quia tunc coniugium non eſt in cōſiderationem alias, *vt idem Caball. in caſ. 184. num. 7. poſt Capic. in relata deciſ. hoc loco expelli non poſſit,*
3 *idem Paſchal. num.* 37. prout meretrix coniugata carcerari pro debito non poteſt, *Gomez in repetit. cap. mulieres num. 19. & ſeq. de iudicijs, Plaz epithome delictorum cap. 34. num.* 13. licet meretrix pro debito carcerari poſſit, *Menoch. de arbitr. quæſt. 88. num. 13. Caball. caſ. 73. num. 2.* cum faueant iura matrimonio, & addas pariter meretricem nuptam non comprahendi ſub ſtatuto excludente meretrices à teſtimonio, *Alex.* & ſic in addit. ad *Bald. in l. conſentaneum C. quomodo, & quando iudex, Arnon. epit. 19. Baiard. ad Clar. quæſt. 34. numero* 102.
4 & ſi meretrix petierit condemnatum pro marito quod debet ei dari iuxta conſuetudinē Franciæ, *Tiraquell. de pæn. cauſa 56. per Principem ſecundum Neuizz. in Sylua nuptiali verſ. eſt nubendum num* 33. *& vide Guglielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius fol. 108. num. 248. & Boer. deciſ. 217. num.* 20 dicentem pluries vidiſſe hoc ſeruari in puella rapta petentem raptorem, ſed quo ad hominem condemnatum ad mortem vidiſſe ſeruari contrarium, & bene, quia ſi hoc modo ſententię capitalis exequutio impediretur, vtique omnes condemnati, qui non haberent vxores euaderent, & non ommiſſas, *Iacob. de Beluiſio in ſua pract. crim. ſub de iniurijs num.* 33. *hinc ſubdit Baiard. ad Clar. quæſt. 98. num.* 4. quod ſi condemnatus hoc modo eſſet liberatus nō poſſet diceret matrimonium eſſe nullum
5 tamquam metu factum *Couar. in 4. decret. par. 2. cap. 3. num. 17.* & accipientem meretricem ſcienter in vxorem eſſe melioris conditionis, quam alios, quia eſt certus de qualitate prædicta vxoris, & de ipſis meretricibus emendatis.

6 Et addas pariter neque iudicem meretricuum habere iuriſdictionem in meretricem nuptam, Riccius collect. deciſ. 163. in medio.

7 Et amplia concluſionem noſtrę deciſionis non ſolum in meretricibus, vt in loco honeſto habitare nequeant, ſic in toto Regno ſeruatam, vt in *conſtitut. qua paſſim, & Caball. reſol. 184. de Franch. deciſ. 316.* Sed etiam in ſcholaribus, & exteris, qui habitant Neapoli abſque mulieribus, vt ex capitulo Regis Catholici num. 66. vt pariter dixi ſupra in addit. 5. num. 13. licet non procedat contra ſtudentes Neapolitanos, & etiam Caſalium Ciuitatis, *l. qui ex vico, ff. ad municipalem*, & etiam Caſalium diuiſorum. quoad
8 iuriſdictionem à Ciuitate, prout Doctor, aut Clericus cum ſcholaribus non poteſt expelli à conuicinio honeſto, vt tradit deciſum Anna ſingul. 338.

9 Et amplia pariter in hæreticis, excommunicatis, & morboſis, quod poſſint à Ciuitate expelli, *Marant. de multiplic. alienat. num 330. Caball. d. caſ. & Grat. diſcept. 135. num 20. lib. 1.*

10 Et amplia in affectis morbo peſtilenti, & leproſis, *Palomba tract. de regim. Official. regul. 6. num. 34.*

11 Et amplia in lanionibus tarbenarijs ſulphurarijs artē fetidā exercentibus, *Apoſtill. Maugrell. ad Bart. in l. prima, ff ſolut. matrimon. Io Grande de bello exulum fol. 140. atr.* prout ſcandaloſi, rixoſi, & infeſti, *de Ponte in tract. de poteſt. proregis fol. 4.* & per eos quid de ſpatarijs, in-
12 de bucciariæ non poſſunt fieri intus Ciuitatem, vbi interficiuntur vaccæ, porci, & alia animalia, ex quorum macellatione cauſatur fetor, & malus aer, ſed debent extra Ciuitatem fieri, & Terras, ac loca habitata, *Afflict. in conſtit. ſalubritatem aeris* ad finem, ſed male ſeruatur in hac noſtra Ciuitate, vt ibi per Afflict. quam in alijs Ciuitatibus. & Regni terris, vt omnibus notum eſt.

13 Declaratione recepta ſemper, quod mulieres, de quibus noſter D. Author loquutus fuit, non poſſint eo modo, vt tales expelli extra Ciuitatē, vt ipſe Palomba loco citato, *ex tex. in l. ancillarum, ff. de petitione hereditatis*, ſed tantum à locis, & vicinijs honeſtis, vt in dicto meo *Prato ad l. mima num. 10. & 11. & ſeq. Menoch. caſ. 328. in fine, & 535. num 16. de Franch. deciſ. 316. num. 2. Paſchal. loco cit. num. 36 Theſ. cit. quæſt. forenſ. 33. lib. 1. per totam.*

14 Inde Romæ certum locum eſſe datum, dicunt addēt. *ad Capic. in cit. deciſ. 44. & vide ad hunc propoſitum ſingularia per Borrell. de Mag. lib. 3. cap. 13. num. 4.* & per ſequentes de ipſis meretricibus ſi poterant expelli à Ciuitate.

15 Sed pulchrum excito dubium, an debeat perdere ipſa meretrix penſionem, vel debet perdere dominus, vel vicini ſoluere, & tetigi in d. *Prato num. 12. & ſupra in deciſ. 38. vbi latiſſime.*

Baldaxar de Angelis.

A R-

ARGVMENTVM.

An Vaſſallus ſubijciens ſe gratiæ, & miſericordię baronis, ac ob id ab eo compoſitus in aliquam pecuniæ ſummam, poſſit appellare, ſi grauatum ſe cognoſcat.

SVMMARIVM.

1 *SVbijciens ſe aliquis gratia, & miſericordia alicuius, & ita admiſſus ad compoſitionem, an appellare valeat ſentiendo ſe grauatum, & quomodo iuri ſuo cenſeatur renunciaſſe nu. 2.*

3 *Remittens ſe voluntati alterius, intelligitur ob arbitrium boni viri.*

4 *Remittens ſe aliquis iudicio offenſi, ſi ille excedat modum reducitur ad boni viri arbitrium.*

5 *Verba ſignificantia liberam, & abſolutam poteſtatem, & arbitrium boni uiri, quenam ſint*

6 *Compromiſſum adiecta clauſula, vt poſſit arbiter de iure unius auferre, & dare alteri intelligitur etiam boni viri arbitrio.*

7 *Verba etiam ſi liberam voluntatem importent, tamen cum agit de damno vitando intelligitur arbitrio boni viri,*

DECISIO LV.

QVidam Baro Vaſallum ſuum inquiſitum de iniurijs in rixa, & pugnis ad inuicem cum alio, quia petijt admitti ad tolerabilem compoſitionem, & remiſit ſe gratię, & miſericordię ſuę, mãdauit, quod ſolueret ducatos centum nomine compoſitionis, erat ille ruſticus ex ditioribus vaſallis, & ideo nactus occaſionem opulentam compoſitionem induxit, appellauit ille ad S. Conſ. ab exceſſiua compoſitione, & cum eſſem commiſſarius grauaminum Vaſallorum, cauſa fuit etiam mihi commiſſa. Quare inhibui in forma Baroni mandanique, quod acta tranſmitteret, & interim nihil innouaret. Comparuit Baro dicens non eſſe deſe-
2 rendum prædictæ appellationi ſi quidem ſuus Vaſallus renunciauerat omni iuri ſuo ſubijciendo ſe gratiæ, & miſericordiæ ſuæ, & ideo a dicta compoſitione non datur appellatio, nec erat audiendus ex not. per *Doct in cap. ne innitaris. ext. de conſtit. vbi Butr. Abb. & reliqui, & ex not. in cap. ſanè ext. de renunt.* His non obſtantibus decreui deferendum eſſe appellationi, & procedendum ad vlteriora, quia ſubijciendo ſe quis miſericordiæ alterius, ita demum cenſetur renunciaſſe iuri ſuo ſi ille tanduam bonus vir, ſe habuerit, arbitratus fuerit atq. iudicauerit, alias ſi iniquè, & immoderatè poteſt adire ſuperiorem tãquam bonum virum, qui ſuo arbitrio ac æquitate moderet, ac temperet, ita tenet. *Gl. in Clem. prima de iur. patr. in verbo oneramus, & eſt doctr. ſingularis Innoc. in cap. veniens ext. de renunt.* dicens quod iſta remiſſio, ſeu ſubmiſſio proteſtationem in ſe continet, quod ſcilicet gratiam expectat, & ideo gratia non ſequuta ius primum recuperat *l. fine apud acta C. de tranſaction. & tot. tit. C. de condit. cauſa data*, & ſubdit idem de eo, qui ſubmiſit ſe miſericordiæ
3 alterius *d. c. ſanè* idemque de eo, qui ſubmiſit ſe alterius voluntati, quia his caſibus gratia, miſericordia, & voluntas debet ad arbitrium boni viri referri *l. ſi libertus, ff. de oper. lib & cum Innoc. tenet Hoſt. ibi Abb. num. 5. in d. cap. ſanè num. 4. vbi etiam alij Butr. Abb. & alij in d. cap. ne innitaris, & ibi Dec. in 2. lect. num. 4. ext. de conſtit. & Pet. Rau. in ſuo Alphab. aureo in verbo verbum iudicio ſuo verſ. quid de his verbis pag. mihi 147. col. 3. in parua impreſſione, & fuit opinio Gl. fin. in fin. in l. penult. ff. de recept. arbit.* tenentis quod ſi compromiſero in aliquem, quem offendi, quod me iudicet ſecundum quod vult, vt eius verbis vtar quod ſi ille excedat modum reducitur ad arbitrium boni viri, & gl. prædictam comendat ibi Bart. & allegat aliam, & eſt *gl. penult. in d. cap. ſanè.* Et ex noſtratibus late ad ſatietatem, vſque explicat hanc materiam. *Alex. & poſt ipſum Iaſ. in l. ſi ſic 78 ff. de leg. primo*, vbi congerunt, quæ verba importent liberam, & abſolutam poteſtatem, & quæ arbitrium boni viri. Sed non omitto *Bart. & ibi Alex. & alios in addit.* in conſtit. ad reprimendum in verbo videbitur per totum, & in l. filiusfam. & ibi etiam Alex. in additionibus, & cæteri *doct poſt Bart. ff. de donat. & Bald. in l. 3. num. 2. C. de dot. promiſs. & in l. fin. in princ. C. de contrah. empt.*
6 *& in Rub. C. de pæn. ind. qui male iud.* loquens de clauſula compromiſſi, quod poſſit arbiter de vnius parte auferre, & dare alteri, vt id etiã intelligatur arbitrio boni viri, & in hac mat. non eſt omittendum quod vbicumque tractatur de
7 damno vitando omne verbum etiam ſi ſua natura inducit liberam voluntatem, reduci debet ad arbitrium boni viri, vt tenet. *Bal. in l. prima in repet. in 16. quæſt. princip. ff. de leg. 2. allegat Cynum in l 3. C. de dot. promiſs. & peralta in in d. §. ſi inter duos num. 40. & Affl. deciſ. 21. num. 13.* Ex his viſa fuit Sac. Conſ. dicta compoſitio ſatis exceſſiua, delictumque leue, maxime inter ruſticos, qui vt plurium, & manibus, & pugnis, & verbis inuicem altercantur, & congrediuntur. Et fuit redacta ad decimam. Diſcant Barones conſeruare, & non excoriare Vaſſallos præſertim pro leui cauſa. Modeſtiæ indulgendo perſonas non nomino.

T 3 AD

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *VAſſalli ſupponentes gratijs Baronum, an poſſint poſtea appellare ab eorum compoſitionibus.*

2 *Promittens ſtare ſententiæ arbitri, an appellet.*

1 DE vaſſallis ſupponentibus gratiæ Baronis, ſi poſſint appellare poſtea à grauoſis cõpoſitionibus poniti & ait deciſum ſi exceſſiuè grauati fuerint non prohiberi, &c. & proinde reformatam compoſitionem, *Baiard. ad Clar. quæſt. 49. num. 68. D. Rouitus in rubr. de compoſition. num. 11.* vbi hunc D. noſtrum Author allegat, & in pragm. 8.
2 in nouis nu. 9. Et firmatur etiam ex terminatis in eo, qui iurauit ſtare ſententiæ arbitri, & ab ea non appellare, ſi tamẽ fuerit maximè læſus, quod appellet, *Viu. deciſ. 58. ex ampl. Deiÿ conſ. 60. col. 3.* & adhuc ſi cum iuramento, &c. ex ratione per *Guido Papa deciſ. 519. Boer. deciſ. 284. Maſtrill. dec. 90. Balb. deciſ. 168. & Papon. lib. 6. tit. 3. arreſt. 1.* etiam nulla abſolutione à iuramento.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Hæres excuſatur non conficiens inuentarium, vbi maior impenſa concurreret, quàm vtilitas inde ſequens.

SVMMARIVM.

1 *TVtor excuſatur ſi debitum pupilli non exigat, vbi maiores eſſent expenſa, limitatur num. 2. & ſublimitatur num. 3.*

4 *Deciſio Sacr. Conſil. non teneri hæredem vltra vires, quando nihil vtilitatis ſequeretur.*

5 *Hæres liberatur à confectione inuentarij ſi conſtet ex partis confeſſione non adeſſe alia bona.*

6 *Præſumptio iuris, & de iure non recipit probationem niſi per confeſſionem partis.*

DECISIO LVI.

IN hærede non conficiente inuentarium practicauimus alias doctrinã. *Bart. communiter receptam in leg. mediterraneæ, C. de ann. & trib.* quod ſi eſſet maior impenſa in inuentario cõficiendo, quam vtilitas quæ ex eo reſultaret, excuſatur hæres, illud non conficiens, & non tenebitur vltra vires hæreditarias, inquit enim Bart. ex illo tex. excuſari tutorem ſi non exegit debitorem pupilli, pro quo compellendo, & exigendo oportebit plus expendere quam inde perciperet, eodem pacto excuſari ſi domum pupillarem non refecit in qua plus expendiſſet, quàm valeret, idemq; (& eſt caſus de quo agimus) ſi non fecit inuentariũ eo caſu in quo plus expenderetur in confectione, quàm eſſet vtilitas *l. qui repertorium in primo, ff. de adminiſtr. tut. idem tenet ibi Andr. de Barulo*, quem habeo manu ſcriptum licet in impreſſio deficiat, & ſubdit, quod ſi pro habendo recurſum ad ſuperiorem pro faciendo mihi iuſtitiam obſeruari in cauſa mea, plus expenderem, quam cauſa valeret, non dico poſſe habere recurſum, & *Bart. ſequitur ibi Io. de Plat.* idem etiam tenens, quò ad recurſum, licet de Barulo mentionem non faciat, & cum *Bar. concurrit, Dec. in l pactum curatoris num. 6. C. de pact.* li-
2 mitando eius opinionem, quando expenſæ, quæ fierent per tutorem poſſent recuperari, quia debitor veniret condemnãdus ad expenſas, *§. oportet Auth. de Iudicib & l properandum § ſin autem alterutra C. de Iudic.* ſed ego ſublimitarem in debitore notoriè paupere à quo neque debi-
3 tum, neq; expenſæ poſſent recuperari, nam qui non poteſt ſoluere debitum principale, neq; expenſas. *Curt. iunior in conſ. 19. num. 8.* teſtatur, Bar. opinionem eſſe communiter receptam, & ampliat illam Boer. in quolibet alio adminiſtratore, qui teneretur conficere inuentarium in deciſ. 124. num. 16. & tandem in hærede non cõficiente inuentarium, ob cauſam prædictam teſtatur. Sacc. vidiſſe practicari Doctr. Bart. à peritioribus doctoribus in regul. 214. incip. hæres inuentarium in 12. & vltima limit. vt eo caſu non
4 teneatur vltra vires hæreditarias, & in cauſa cuiuſdam pauperculæ Venetiæ de ſumma, quæ fuit relicta hæres à Iuſeph Stella marito, ſeq; fecit declarari hæredem cum benefic. l. & inuẽt. ſed ſollemne inuentarium non confecit, ſed vere conſtitit non adfuiſſe alia bona, quàm mobilia propria ipſius Venetiæ, quæ ſecum traduxit tempore contracti matrimonij modici valoris, & tẽpore obitus mariti inſtante Innocentio Stella fratre mariti fuerunt annotata omnia bona remãſa poſt eius obitum ord. M. C. & non reperta alia quàm prædicta mobilia dictæ Venetiæ maritus enim non ſolum non acquiſiuit, ſed deceſſit

pau-

Digitized by Google

pauperrimus iudicauimus ipſam non eſſe moleſtandam à Cornelia Staiana matre prædicti Ioſeph mortui, quæ prætendebat creditum annuorum prædictorum nouem conſequi ſuper hæreditate filij, & conſequenter teneri dictam Venetiam eius vxorem hæredem declaratam cum benefic. l. & inuentarij, quæ inuentarium non confecerat.

Illud etiam ommittendum non eſſe cenſui
5 quod vbi per confeſſionem partis conſtaret Iudici, quod non aderant bona in hæreditate de quibus inuentarium eſſet faciendum, vel quod non erant alia, quàm deſcripta per hæredem, quæ non ſufficiebant ad creditorum, & legatariorum debita perſoluenda eo caſu hæres, & ſi inuentarium ſollemne non confecit, nihilominus non tenetur vltra vires hæreditarias, quia ratio quare hæres non cõficiens ſolemne inuentarium tenetur creditoribus hæreditarijs vltra vires, eſt quia lex iſto caſu præſumit ipſum ſurripuiſſe bona hæreditatis illaq. occultaſſe in fraudem, & perniciem creditorum *vt in §. ſancimus, auth. de hæred. & falcid.* & hæc eſt præſumptio iuris,
6 & de iure, quæ non recipit probationem in contrarium, niſi per confeſſionem partis, vt in *Aut. ſed iam neceſſe C. de donat. ante nupt. & per gloſam in corpore vnde ſumitur, & in l. contrahentibus §. primo C. de non num. pecuniæ ſecundum Bald. in l. filium, quem habentem C. fam. hærciſcun.* at hæc præſumptio ceſſat, vbi pars ad cuius beneficium eſt introducta à iure declarat contrarium, & hoc pro cautela tradit. Cæpolla in Cautela 7. incip. hæres ſi non conficit inuentarium, vbi admonet hæredes aduocatos & procuratores, vt ſint cauti in extorquẽdo hãc confeſſionem à creditoribus, vbi caſus occurrerit, quia facient clientulos ſuos abſolui, vt ſingularia vocat. *Paul. de Caſtro in l in ratione §. quod vulgo, ff. ad l. Falcid.* & dicit eſſe notanda perpetuo, vt quiſq. ſciat adiuuare amicum hæredem, qui non confecit ſolemne inuentarium.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Haeres non conficiens inuentarium excuſatur ſi maior impenſa concurrebat in eius confectione, quam vtilitas.*
2 *Hæres non conficiens inuentarium excuſatur ſi nihil in hæreditate eſt.*
3 *Hæres non conficiens inuentarium excuſatur ſi nihil in hæreditate ſit, & ibi exemplum.*
4 *Hæres illius, qui bonis ceſſit excuſatur, ſi inuentarium non confecerit.*
5 *Hæres non conficiens inuentarium excuſatur ſi creditores prius conſcripſerant inuentarium.*
6 *Hæres non conficiens inuentarium non tenetur cum teſtator credita ex bonis ſuis ſoluenda iuſſerit.*
7 *Hæres non conficiens inuentarium non tenetur pro pœna defuncti.*
8 *Hæres non conficiens inuentarium dum eſt ſucceſſor eius, qui non tenetur vltra quam facere poteſt, non aſtringitur vltra vires.*

1 DE materia inuentarij diximus ſupra in addit. ad deciſ. 7. & 42. & infra in addit. 76. & vt hic ſecundum D. Author. quod hæres non conficiens inuentarium excuſetur ſi maior expenſa concurreret, quam vtilitas, *Roland. de inuent. quæſt. 49. parte ſecunda, Phanut. de inuent. par. 7. num.* 271. vt de tutore, iuxta eundem Dom. Author. *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 56. num. 101. Menoch. caſ. 72. num. 8. Vin. deciſ. 364. num. 16. & 20. Garz. de expenſ. cap. 20. num. 22. Guttierez de tutel. par. 2. cap. 1. nu. 34. & 47.* prout pariter excuſatur hæres non conficiens inuentarium,
2 rit ſi nihil in hæreditate fuerit, quod deſcriberetur, *Riminald. iunior conſ. 53. num. 1. & 12. Card. Tuſc. lit. L. concluſ. 347. num. 4.* & quando cer-
3 ta eſſet hæreditas puta matris dos, *Cancer. cap. 2. reſol. num. 114. Fontanell. gloſ. 5. num. 47.* facit cum vna res ſit in hæreditate *Baez de debit. inope cap. 6. num. 20. Montan. de tutelis regul. 5. nu.*
4 *97. Vin. deciſ. 25. num. 12.* & quando hæres aliquis fuerit illius, qui bonis ceſſit, quia tunc inuentarium conficere non tenetur, *Rol. dicta par. 2. quæſt. 53. & Baez num. 12. loco citato cap. 6. Emil. Gallus de except. 5. num. 53. Cala*
5 *de modo articulandi gloſ. 1. num. 1018.* & quando inuentarium conſcripſerint creditores *Bald. conſ. 221. num. 3. vol. 4. Sanchez cap. 1. num. 32.*
6 prout non teneatur hæres non conficiens inuentarium ſi credita ex bonis ſuis exoluenda eſſe teſtator iuſſerit ſi commodum erit, vel cum potuerit, *Surd deciſ. 142. n. 5. & de alimentis priuileg. 13. tit. 8. nu. 4. Barz. deciſ. 35. n. 3.* & quando con-
7 uenitur hæres ex pœna defuncti, tunc non tenetur, licet non confecerit inuentarium, vt dixi in Prato meo ad *l. pen. C. ſi reus, vel accuſ. mor-*
8 *tuus Caball. caſu 288. num. 44* & quando hæres ei ſucceſſit, qui vltra quam facere poterat, non tenebatur, *l. ſunt qui ff. de re iudic.* nam & ſi beneficiũ hoc non tranſeat ad hæredes, *l. quia tale, ff. ſolut. matrim.* ne tamen deterioris in hoc caſu conditionis ſint, quam defunctus, ſupra vires hæreditarias non tenentur, *Cala gloſ. 1. num. 1016. Gall. de except. 5. num. 51. vt Giurba abbundantiſſimè ad conſ. Meſſaneſ. cap. 9. gloſ. 5. num. 38. & per plures numeros.*

Baldaxar de Angelis.

A R

ARGVMENTVM.

A diuiſione per ſortes an poſſit appellari, ſi altera pars dicit ſe læſum.

SVMMARIVM

1 *A Iudicio ſortis non appellatur, quia fortuna non habet ſuperiorem in mundo.*

2 *Minor in iudicio ſortis non reſtituitur, niſi ratione ætatis læſus, nec occaſione damni non inconſultè prouenientis.*

3 *Minor eligens in diuiſione peiorem partem, reſtituitur fallit ſi ſortè contingat.*

4 *Reſtitutio contra aduerſam fortunam non datur limitatur nu. 5.*

6 *Læſio, vel deceptio intolerabilis iudicio ſortis prouenient debet in melius per ſuperiorem ex officio reformari, & nu 7.*

8 *Diuiſio per ſortes ſemel facta, quando ſit iterum facienda eſt deciſio Sacri Conſilij.*

9 *Sortis iudicium non tenet niſi in caſibus à iure expreſſis, & quando eſt dubium in iure, ſecus ſi in facto, etiam ſi Iudex ſuas interponat partes, fallit in vtroq; caſu ſi partes conſentiant nu. 10.*

DECISIO LVII.

FRatres diuiſerunt ſibi, per ſortem communem patris hæreditatē vnus ex eis poſt aliquos mēſes dixit ſe læſum in diuiſione, petijt iterato eſſe faciendam electis bonis viris, qui arbitrarentur, & vnicuiq; iuſta, & æqualis pars aſſignaretur. Alter dicebat non eſſe locum iteratæ diuiſioni iam ſemel factæ, & deciſæ per ſortem à qua non datur appellatio, lite in M. C introducta decreuit partes eſſe audiendas, & procedendum ad ea, quæ incumbunt pro iterata diuiſione facienda, fuit appellatum ad Sacrum Conſilium, & porrectis præcibus domino Præſidi mandauit quod M. C. faceret verbum in S. C. & facta relatione per Dominum Miſtantiam tunc Iudicem cauſarum ciuilium, qui poſtea collega noſter deceſſit, fuit dubitatū an à iudicio ſortis, daretur appellatio, & reclamatio, quia vt inquit. *Bald. in l. ſi duobus in princ. C. com. de legat.* fortuna non habet ſuperiorem in hoc mundo, & ideo à iudicio ſuo non appellatur, & cum *Baldo ſentit idem, Iaſ. ibi num. 10. Rom., in l. in tribus num. primo, ff. de Iudic. Dec. in rub. extra de appell. num. 39. & in cap. licet cauſam num. 210. extra de probat. Philippus Francus in rub. eod. tit. de appell. num. 10. Corn. in conſ. 143. num. 10. vol. 4. quem allegat Cotta in ſuis memor. in verbo ſortis adiudicatio, vbi tenet idem Petr. Rau. in ſuo Alphab. aureo. litera ſ. 15. ſententiæ ſortis pag. mihi 133. in parua impreſſ. 3. col. Tiraquell. de iur. primogen. q. 17. prima opin. num. 95. Ant. Gomez. in l. 38. Taur. num. 7. in fine Mattienzus lib. 5. tit. 4. l. 12. nouæ recompilationis gloſ. 5. num. 2. & Zaccar. in addit. ad Abbatem. in cap. licet num. 37. in ver. ſorte extra de probat.* in tantum eſt verum, quod ſi minor in hoc
2 fortis iudicio fuerit læſus non propter aliquam ætatis imbecillitatem non reſtituitur teſte. *Vulpiano in l. verum 22. §. ſciendum eſt autem ver. item non reſtituetur* ibi occaſione damni non inconſultè accidentis, ſed fato, & verſ. ſi locupleti ibi, & quod fato contingit, ff. de minoribus, & ita per prædicta iura tenet *Bal. in l. ait prætor 7. §. fin. ff. eod.* vbi dicit, quod ſi minor in diuiſione
3 optat peiorem partem, reſtituitur, ſecus ſi contingat ei ſor einbreuium, quia tunc vtitur iure
4 communi, & contra aduerſam fortunam non datur reſtitutio, & *Bald. ſequitur Frācus in d. rub. de appell. num. 11. verſ. ſed dubitatur, & dicit* etiam facere tex. in l. de fideicommiſſis in ratione ſui C. de tranſact. & etiam eſſe hæc menti tenenda, quia alibi non reperientur, idem tenet *Hier. Gigas in addit. ad Dec. in ead. rubrica. num. 39. litera B Celſus Hugo in addit. ad Rebuff. in l. meminimus, C. quando & quibus quarta pars debeatur lib. 10. & Alex. in addit. ad Bart. in d. l. meminimus in littera cap. & Tiraquell. in loco ſupra citato num. 96.* Sed licet prædicta vera ſint, tamen non habent locum, vbi exceſſiua læſio ex hoc iudicio ſortis, & fortunæ contingeret, ita ſingulariter limitat ipſemet. *Bal.*
6 *in l. maioribus num. 3 C. com. vtriuſq. iud.* dicens, quod ſi fratres diuidant ad breuia, & ſortis infelicitate emergit intolerabilis deceptio debet in melius reformari per *d. tex. & d. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debetur lib. 10.* & cum Baldo tranſeunt Doct. omnes communi voto, poteſt enim eo caſu adiri ſuperior, vt in melius reformet Rom. in d. l. in tribus num. 1. ff. de Iudic. Filippus Francus in dicta rubrica de appell. num. 10 vbi dicit eſſe ſingularem limitationem ad materiam, idem. *Dec. in d. cap licet cauſam num. 211. Iaſ. in d. l. ſi duobus numero 10 Corn. in d. conſ. 143. eod num. 10.* Cotta in dicto verbo ſortis adiudicatio, & in *d. Alph.* aureo in verbo ſententia, vbi dicit, quod talis læſio per officium Iudicis poterit reformari, & omnes D. D. ſupra citati cum Baldo conueniunt, & alios allegat Tiraquellus, vbi ſupra num. 97.
8 quare ex his Sacrum Conſilium mandauit, ac decreuit, quod fieret appretium bonorum ad vnūquemq; ex dictis fratribus iudicio ſortis per vētorum, & ordinauit Magnæ Curiæ, quod ſi ex appretio prædicto apparuerit adeſſe ænormem,

& ex-

& exceſſiuam læſionem procederet ad iteratam diuiſionem æquis portionibus, quia iudicium ſor
9 tis licet non teneat, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt per *Bald. in d. l. 2. C. quando, & quib. & Doct.* ſupra relatos, & non poſſit fieri niſi vbi eſt dubium in iure, non vbi eſt dubium in facto, vt per eoſdem latè, nihilominus iſtud procedit vbi Iudex interponeret partes ſuas, & mandaret fieri diuiſionem per ſortes, non autem vbi par-
10 tes conueniunt de diuidendo per ſortes, quia tunc ſi vtraq. pars conſentiat iudicio ſortis, ſiuè de iure, ſiue de facto ſit altercatio, valet iudicium vt per. *Abbat. in cap. licet cauſam num. 37. extra de probat.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *APpellari poteſt à iudicio, ſortis, & fortunæ, concurrente enormi læſione, & traditur exemplum, licet non detur appellatio, ea non concurrente.*
2 *Sors ſuperiorem non habet.*
3 *Sortes in quibus caſibus permittantur.*

PVlchra eſt; ei adde dum habetur concluſum à iudicio ſortis, & fortunæ ap-
1 pellari concurrenti enormi, & exceſſiua læſione. vt ibi in diuiſione per ſortes) alias non dari appellationẽ, *ſecundum Matthiam Colerum deciſ. Germ. 54. num. 8. ex ratione Bald. in d. l. ſi duobus in principio C. com-*
2 *mun. de legat* quia qui ſortes dirigit ſuperiorem neminem habet, quia ſi ſors ſit idem cum fortuna, & fortunæ dux Deus ſit, ſequitur illud Platonis dictum de legibus Dialog. 9. fortunæ legislatorem nullum imperare poſſe, quaſi cum nullus ei ſuperſtet. ideo ab eius ſorte appellatio non datur hinc Iuuenalis eam [illegible] facit dicens.

Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed te
Nos facimus Fortuna Deam, cæloque locamus.

3 Data tamen aduerſione cum in caſibus permiſſis fuerunt ſortes factæ, *vt gloſ. in cap. fin. extra de ſortilegijs, & numerat Cicero lib. 2. de Diuinatione.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An acta tempore feriarum confecta ſint nulla, ſi pars dictam exceptionem minimè oppoſuerit, & patiatur ad aliquos actus procedi.

SVMMARIVM.

1 *DIſpenſatio Principis tempore feriarum ad quid deſeruiat, quo loco vide deciſum acta eſſe valida.*
2 *Feriæ quotuplices ſint, & earum explicatio nu. 3 4 & 5.*
6 *Feriæ Neapoli à quo tempore indicantur.*
7 *Ferijs quando dicatur quis renunciare, & conſentire.*
8 *Teſtes non poſſunt cogi ad teſtificandum in iudicio, vbi proceditur tempore feriarum, ac partium conſenſu.*
9 *Feriarum exceptio non obſtat (quæcunq; illæ ſint) vbi res eſſet tempore peritura, & periculum in mora.*
10 *Feriæ quæ poſſunt tolli ſtatuto. & num. 13. & quod vbi proceditur ſine ſtrepitu iudicij num. 11.*
12 *Statutum mandans, quod procedatur nulla iuris ſollemnitate ſeruata, non inducit vt poſſint exerceri iudicia diebus feriatis in honorem Dei, & ratio ibidem.*
14 *Textus in l. Prouinciarum C. de ferijs quomodo intelligatur.*

DECISIO LVIII.

TEmpore feriarum fuerunt facta nonnulla acta abſq; Regia diſpenſatione, prout aſſolet fieri, & diſpenſari per dominos Proreges, quod procedatur ferijs non obſtantibus, conuentus non contradixit, nec excepit de ferijs, & conſequenter acta fuerunt facta de tacito conſenſu partium, deinde conuentus poſt multos actus dixit illos fuiſſe nullos, quia tempore feriarum facti abſque dicta Regia diſpenſatione, nam cum ad finem procedendi ferijs non obſtantibus ſit neceſſaria Regia diſpenſatio, ergo omnia acta facta abſque dicta diſpenſatione corruunt, & ſunt nulla, dixi, ac decreui Regiam diſpenſationem in ca-

2 in caſu præmiſſo non fuiſſe neceſſariam, quia prædicta diſpenſatio deſeruit ad finem, vt conuentus etiam inuitus tempore feriarum teneatur reſpondere in iudicio, & non poſſit, vti exequutione feriarum, diſpenſando enim Princeps quod procedatur, eſt ac ſi non eſſent feriæ, & conuentus tenetur ad inſtantiam actoris, vel è contra aſſiſtere iudicio velit, nolit, & acta erunt valida, ſed vbi partes tacitè, vel expreſsè renunciant exceptioni feriarum procedendo, & non excipiendo nec contradicendo, acta ſunt etiam valida, & quia quotidiana, & frequenter hæc occurrunt, eſt faciendum, quod feriæ ſecundum *Goffred. Hoſtien & Azon. in ſumma* ſunt in duplici differentia, nam quædam ſunt repentinæ, quædam vero ſolemnes, at ſecundum *Specul. in tit. de ferijs in primo* ſunt in triplici differentia, quia quędam ſunt ſolemnes, quædam repentinæ, quædam verò ordinariæ, ſeu publicæ, ac ruſticæ, & cum diſtinctione *Specul conuenit Odoffred. in l. à nullo num. 2. C. de fer.* & Petr. Rau. licet Speculatorem non allegat in ſuo Alphab. aureo in verſ. feriæ pag. mihi 44. in parua impræſſione
3 col. 3. ſolemnes ſunt, quæ in honorem Dei, & Sanctorum ſunt introductæ, quæ enumerantur per tex. in cap. fin. ex. de ferijs per Specul. vbi ſupra Goffred. Hoſt & Azon. in ſumma, & his ferijs partes renunciare non poſſunt, & ideo etiã ipſis conſentientibus acta facta ſunt nulla, & non valent, niſi aliqua neceſſitas vrgeat, vt inquit *tex. in d. cap. fin. declarat optime Vulp. in l. prima, §. ſed excipiuntur cum ll. ſequentibus ff. de fer. gloſ. fin. in l. omnes la ſeconda C. de fer. & in l. ſi feriatis ff. de arbitr. & ſupradicti Doct. in ſummis, & optimè Specul. vbi ſupra §. 2. & Boniſ. in Clemen. ſæpe §. nos autem num. 34. de*
4 *verb. ſignific. poſt Zabarellam, & alios*, Repentinæ ſunt, quæ inducuntur ob aliquam cauſam repentinam ob publicam lętitiam, vt puta natiuitatis filij Principis, prout indictæ fuerunt nobis, tempore quo feliciſſimus Nuntius aduenit natum eſſe Hyſpaniarum Principem Philippum Quartum, quam Deus pro Auo, Auo, ac Pater ſapientiorem, potentiorem, ac feliciorem, reddat, ac conſeruet, vt quem vidimus natum Hyſpaniarum, & noui orbis Principem poſt longæuos annos Patris Regis noſtri, videamus totius orbis dominum; ſolent etiam feriæ repentinæ indici ob aliam publicam lætitiam, & cauſas de quibus *Vulp. in l. ſed ſi §. a feriæ ff. ex quib. cauſ. maior*, ibi ſi feriæ extra ordinem ſint indictæ ob res puta proſperè geſtas, vel in honorem Principis concedit enim Vulp. reſtitutionem in integrum læſo ob ferias repentinas, quæ præuideri non potuerunt, quę negatur ob ferias ſollemnes, quæ iam certæ ſunt, & præuiſæ, de qua re videndus eſt, *Bald. in l. prima, C. de fer.* & de his ferijs repentinis habetur etiam in *l. à nullo C. eo. per gloſ. ibi & Specul.* ac aliquos Summiſtas ſupra citatos, & his ferijs repentinis, neque partes renunciare poſſunt, & ideo nec expreſſo, nec tacito conſenſu acta per eos facta valent, de his enim iudicatur ſicut de ferijs ſollemnibus, ita tenet *Specul. vbi ſupra §. in principio Hoſt. in ſumma num. 6. Azo. in ſumma num. 6.* vbi allegat rationem loquendo, tàm de ſollemnibus ad honorem Dei, quàm de repentinis, quod conſenſus non poteſt aliquid operari, quia qui prohibetur poſtulare ob reuerentiam prætoris, etiam, vtraque parte conſentiente repellitur à poſtulando *l. quos prohibet ff. de poſt. & c. & in ſpecie id etiam tenet gloſ. in Clem. ſæpe de verb. ſignific. in verbo ob neceſſitatem, quam ad id allegat Bald. concurrens cum hac opinione in l. 1. num. 8. ff. de fer. & ante alios Odofr. in l. prima num. 6. C. eod. Felin. in cap. ſi diligenti num. 20. extra de foro compet.* & hæc opinio non habet contradictorem, quem viderim, & dicit *Rom. in l. 1. ff. de fer. numer. 11. quod hæc eſt communis opinio, & DD. in d. Clem. ſæpè, &*
5 *ibi Zabar. num. 23. & 24* feriæ publicæ ordinariæ, ſeu ruſticæ ſunt, quæ ob publicam hominum vtilitatem à lege ſunt introductæ, vt ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum, quæ tempore Romanorum indicebantur à die viij. Kalend. Iulij, vſque in Cal. Auguſti pro colligendis menſibus, & à Kalend. Auguſti, vſque in diem decimi Kalend. Septẽmbris patebant iudicia, ſed à decimo Kalend Septembris, vſque in idus Octobris vindemialis feria erat, vt explicat *tex. in l. 3. C. de fer.* Sed quia in his attenditur mos regionis *l. præſides ff. eod. ac teſte gloſ in d. l. omnes dies in verbo menſibus, & Odoffr. in l. à nullo. C.*
6 *eod.* indicuntur feriæ nobis à Menſis Iulij, vſque ad diem octauum Septembris incluſiuè, & iſtæ ſunt ordinariæ, eſt verum quod multoties inualeſcente calore, & aeris intemperie, conſueuere, ac obſeruant Excellentiſſimi Domini Proreges illas prorogare quandoque per totum menſem Septembris prout tempus, & neceſſitas ſuadet, & expoſtulat, & his ferijs ordinarij publicis, & ruſticis non eſt dubium, quòd partes renunciare poſſunt, & acta facta de partium conſenſu ſunt valida teſte, *Vulpiano in l. ſi feriatis ff. de fer. & gloſ. in l. omnes la 2. C. de fer. conſentiunt omnes Doctores ſupra relati Odofr. in l. à nullo num. 2. C. eod. Bald. in l. prima num. 7. ff. de fer. poſt gloſam, ibi Paul. de Caſtr. in rubrica, & in l. omnes Iudices num. 3. C. eodem, Felyn. in dicto cap. diligenti, Petr. Rau vbi ſupra, & Roman. in dicta l. prima, ff. de fer. num. 8. & 9. Paul. de Caſtr. in l. prima, §. excipiuntur num. 1. & 2. & in l. præſides, ff. eodem, & Zabar. in dicta clement. ſæpe de verbor. ſignific. numer. 23. cum ſeq. & Doct. omnes nemine diſcrepante, & dixit Alex. in conſ. 213. volum. 2. num.* 3. quod
7 tunc demum cenſetur, quis ferijs renunciare, & conſentire, quod procedatur, quando ille, qui eſt citatus ad actum comparuit, & non oppoſuit
8 exceptionem feriarum eſt verum, quod vbi proceditur de conſenſu partium omnia acta valent, ſed teſtes non poſſunt cogi venire ad Iudicem, & teſtificandum, vt dicunt omnes *Doct. & Didacus Perez lib. 3. ordinat. tit. 7. l. vnic. colum. 4. pag. mihi 582.* quo loci teſtatur ferias meſſium ruſticas nõ ſeruari in Hyſpania apud Regia Tribunalia illius Regni, & ego tempore meo, ita vidi in Regno Caſtellæ ſeruari, tam in ſupremo Regali Conſil. quam in omnibus alijs Supremis Tribunalibus, nec in Curia Romana, neque in

Fran-

Francia, vt ibi vbi allegat Speculatorem, ita teſtantem in §. primo de fer. & ideo ex his decretis non obſtantibus nullitatibus oppoſitis ex cauſa feriarum eſſe procedendum ad vlteriora in cauſa, & partes acquieuerũt decreto, & fuit proceſſum ad alios actus. & hæc eſt differentia inter ferias ſolemnes, repentinas, & ordinarias, ſeu ruſticas. Sed verum eſt quod vbi res eſſet tempore
9 peritura, & periculum eſſet in mora, non obſtaret exceptio feriarum, ſiue ſolemnium, ſiue repentinarum, ſiue ruſticarum, vt declarant præfati
10 *Doct. & iura ff. de fer.* ſed feriæ ruſticanæ, & ordinariæ benè poſſent tolli ſtatuto, aut contraria conſuetudine, non autem ſolemnes inductæ in honorem Dei, & repentinę in honorem Principis, & ob publicam lætitiam, vt dicit, & firmat & bene. *Alber. in d. l. omnes la ſeconda C. de fer.* quia cum ſolemnes ſint inductæ de iure diuino, vel iur. can. quod idem eſt leges humanæ, ac ſtatuta nihil poſſunt operari, & dicit in hac opinione vidiſſe magnos peritos, & quod hæc eſt tutior opinio maxime pro animæ ſalute, ſecus in ruſticis, & ordinarijs quicquid dixerit. *Paul. de Caſtr. in rubr. C. eod* aſſerens poſſe per ſtatutum tolli ferias inductas in honorem Dei, ſed ſe emẽdat poſtea in *d. l. quadraginta C. eod. & cum Alberic.* concurrit, & defendit optimè ſtatuto non poſſe tolli has ſolemnes, & repentinas, & bonas rationes adducit quas ſi caſus occurreret videre poteris, & ante omnes iſtos. *Bar. in extra-*
11 *uagante ad reprimendum in verbo, & figura num. 9.* quod vbi cunq. datur facultas procedendi in iudicio ſimpliciter, & de plano abſquę ſcriptura, & figura iudicij, poterit procedi diebus feriatis, ſi feriæ ſunt inductę ob neceſſitatem hominum, ſecus ſi in honorẽ Dei ratio eſt quia de iure naturali ſunt ſeruanda feſta inducta in honorem Dei, quia præcepit Deus in decalogo ſabata ſanctifices, & ſequitur. *Anchar. in Clem. ſæpè num. 39.* & præcęteris optimè explicat Imol. in l. filiuſfam. num. 7. & 8. ff. de donat.
12 quod ſi ſtatutum mandat, quod poteſtas procedat nulla iuris ſolemnitate ſeruata, non ob hoc poterit procedere diebus feriatis inductis in honorem Dei, quia illa facultas procedendi non auferť niſi tantum ſolemnitates de iure ciuili, non quæ ſunt de iure naturali, aut diuino ſecundum. *Bart. vbi ſupra & licet tex. in l. Prouinciarum C. de fer.* contrarium videatur innuere dicit Immol. quod ius ciuile licet non poſſit tollere in totum ius diuinum, tamen poteſt, illud diſtinguere, & limitare, de quo ego dubito cum ſolus Pontifex poſsit id facere, & ideo nimirum ſi ius ciuile le potuit inducere, quod in caſu illius leg. cõtra illos perfidos latrones poſſet procedi etiam die feriata in dicta in honorem Dei, & forte poſſet etiã ſtatuere, quod in omnibus maleficijs poſſit tali die procedi ſaltim quando multis craſſantibus locus eſt exemplo *l. aut facta §. fin. ff. de pœn.* ſed quod generaliter ſtatutum id poſſit facere in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus diebus feriatis indictis in honorem Dei dubitat, quod non poſſit id inducere, & rectè quidem ex ſupradictis, & ad partes hunc articulum diſputat referens doct. hinc inde. *Didac. Perez. d. lib. 3. ordinat. tit. 7. l. vn. col. verſ.* verum autem per ſtatutum, & opiniones hinc inde ita conci-
13 liat, quod reſpectù eorum, quæ conſiſtunt in facto, & eſt libelli oblatio, & alia huiuſmodi benè ſtatuto tolli poſſunt feriæ inductæ in honorem Dei, allegat. *Alber. de ſtatutis lib primo quæſt. 57.* reſpectu eorum, quæ ſunt iuris minime, & alia huiuſmodi, & optimè ibi explicat, & idem ſubdit, & firmat in ferijs repentinis, quo loci citat ad id multos doctores, quos non tranſcribo, & ego tempore meo vidi practicatum, quod dixit Imol. cum quidam Medicus Fabius Cicchettus in hebdomada sãcta fuiſſet interfectus à proprijs ſeruis, ſeu mancipijs Dominus Prorex non obſtantibus prædictis ferijs in honorem Dei, & illis diebus Sanctis mandauit procedi, & in die Sabbati Sancti Serui illi fuerunt furca ſuſpenſi, & ideo *tex. in dict. leg.* Prouinciarum procedit in caſu particulari ob atrocitatem criminis hinc malè ſumunt argumentum Bart. & Bald. ibi ex illo text. quod ſtatutum poſſit diſponere, quod in criminalibus procedatur etiam in diebus feriatis in honorem Dei, & Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, quod idem *Bart. tenet in leg. filiuſfam. num. 5. & in tract. repræſal. in 4.*
14 *quæſt. 9. principalis, quia tex. in d. l.* Prouinciarum in quo ſe fundat loquitur in caſu ſpeciali, & non poteſt eorum opinio procedere niſi, vt declarat Imol. in dict. l. filiuſfam. eſt verum quod *Rom. in dict. leg. prima ff. de fer. num. 10.* dicit, quod ferijs inductis in honorem Dei poteſt derogare conſuetudo dubitarem de his, quæ in decalogo continentur, quia ſunt de iure diuino inductæ, contra, quod nulla conſuetudo nulla præſcriptio etiam mille annorum opitulatur, vt alibi diximus, bene admitterem in caſu ſpirituali neceſſitate vrgente, ſed non indifferenter.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *AVthores enuntiantur, qui loquuti fuerunt de diſtinctione dierum ferialiũ, & ibi per ſequentes numeros vſque ad nu. 4. de ampla tractatione feriarũ, & curioſis notabilibus.*

4 *Acta iudiciaria fieri non debent diebus feſtiuis, & num. 6. quid ſi pars non contradixerit.*

5 *Feriæ an ſint inductæ in fauorem hominum vel iudicum.*

6 *Conſenſus partium circa ferias non præiudicat iudicibus & teſtibus.*

7 *Feriæ non obſeruantur in Regia Camera Summariæ.*

8 *Feriæ non obſeruantur in cauſis miſerabilium perſonarum.*

9 *Feriæ non procedunt in curia Principis.*

10 *Sententiæ exequutio fit etiam die feriato.*

11 Tute-

11 *Tutores, & curatores poſſunt dari etiam die feriato.*
12 *Cauſa Magiſtratuum die feriato tractantur.*
13 *Alimentorum cauſa tractantur die feriato cum diſtinctione.*

1 DE diſtinctione dierum ferialium per
noſtrum Authorem tàm abbundè
hoc in lucem enucleata loquuti pari-
ter fuerunt *Anton.Fab. in eius cod.*
Fabr. lib.3 tit.11. def.num.2. & num.6 in alleg.
vol.1. Placent. in ſumma codicis lib. 3. cap. 12.
vbi de ferijs ſollemnibus in honorem Dei, Glo-
rioſiſſimæ Mariæ Virginis, ac Sanctorum, & San-
ctarum omnium, vt pariter ipſe *Placent. in lib.*
3. num. 12. ibi de tempeſtiuis ferijs, quas tempe-
ſtiuas aliqui vocãt, & ſunt meſſium, & vindemia-
rum proditæ ad ruſticorum priuilegium ex ora-
tione Marci in Senatu habita *l.1. & 2. ſolent ff. de*
ferijs l. vt in die Dominico l. publicas, & l. omnes
dies C. eod. ità de tempore ſecationis, meſſium,
& vindemiarum, de quo longius de vagando lo-
quitur *Azz. in ſumma codicis lib.3. cap.12. di-*
cens ob neceſſitates hominum ſunt ſollemnes fe-
riæ ſunt duo genera, ſunt duo menſes, vnum è
gratia meſſium, alius gratia vindemiarum, quia
ſtatuantur decerpendi in æſtate, & in autunno
ad requiem laboris, vt quieſcant homines à cau-
ſis dum laborant circa meſſes, & vindemias, &
inducũtur dictæ feriæ arbitrio Præſiduũ Prouin-
ciarũ *Goffred. de Trano in ſum. tit. de ferijs col.*
2 *1. & D. Rouitus in rub. de ferijs num. 3.* & ad ip-
ſarum meſſium plura deducit *Renatus Choppin.*
de priuileg. ruſtic. lib.2. cap.7. & Ioann. Zager.
in tract. exceptionum par.2. cap.7. per totum, &
has ferias ob cauſam profanam ad differentiam
feſtorum ob cauſam diuinam rectè appellauit
Germanus Vulreius *iur. prudent. Romanorum*
3 *lib.2. cap 30 ſub tit. de ferijs, & dilationibus*: de
repentinis patet, quæ à Principibus ordinantur
vt ipſe idem Placentinus ob ipſorum victoriam,
Valteius d. loco lib. 2. cap.3. & poſſunt videri
exempla penes *Dioniſ. Carluſ. Hiſtor. lib. 43.*
de Iulio Cæſare victo in Pompeo in Hyſpania
Romæ triumphum egit, & quinquaginta feriæ
factæ ſunt, *& lib.2. Machabeor. cap. fin. Ioann.*
Zonar. annal. am lib. 1. & ante eum Ioſeph.
Antiq. iudaicar. lib. 12. cap 17. de alijs feſtibus
repentinis, & penes Nicolaum Dolinum in cõp.
hiſtoriarum *par.6. Campan. Hiſtor. lib.2. vol.1.*
& loquitur propriè Reſtaurus Caſtaldus *tract. de*
Imperat. quæſt. 110. notabili 149. iuxta gloſ. in
idem ſæpe in verb. neceſſitate in fine de verb. ſi-
4 *gnif.* qui propriè eſt locus, & his diebus acta iu-
diciaria fieri non debere ſub nullitatum pena,
Troyſ. in tit. 116. num. 1. & 2 Cara. nam. 80. Rot.
in antiquis deciſ 95. Argel de Clauas in ſumma.
§. feria in principio, Calvol, in ſua praxi iudic.
§ feriæ concl 2 Borrell. in ſum. deciſ. a par. tit. 38.
per totum, D. Rouit. in rub de ferijs, & nos latiſ-
ſimè præter omnes cumulauimus *in tit. C. de fe-*
rijs, ibi in prato noſtro nuper ſub prælo ſtante,
5 *& vide Annam in ſingul. 182.* vbi adidi ſi fe-
riæ ſint inductæ in fauorem hominum litigantium,
vel Iudicum, prout pariter *Theſ. deciſ. 39.* & in
d. prato cumulauimus deciſ. hanc, quod acta
facta tempore feriarum licet ſint nulla, tamen ſi
partes non contradicant remaneant valida, & in-
ficiari non poſſint niſi fuerint confecta in diebus
feſtiuis ſollemnibus, *vt firmarunt Berreti. conſ.*
48. num.2. Caran. tit. 92. Aſia in praxi §. 3. cap.
7. D. Rouit. in rub. nu.4. & 5. Ioffred. Lanfranc.
Balb. deciſ 313. Daniel venatorius in Analyſi
iur. pontif. lib. 2. tit. 9. §. quis finis, & effectus
verſ. an autem ferijs Cened collect. iur. canon. p. 2.
6 *coll. 141. ſub num 1.* ea ratione, quia partes renũ-
ciare poſſunt talibus ferijs, ſed aduerte talem
cõſenſum non præiudicare iudicibus, & teſtibus
ex Anna ſingul. 192. niſi fuerit obtenta Regia diſ-
penſatio, &c. quia tunc debent venire, & iudex
cogitur iudicare aliter tenetur nõ iudicando, &
Theſaur. deciſ 39. num. 2. quos cit. D. Rouit. loco
cit. num.6. & ibi de pluribus alijs, & in pragm.
14. de officio procurat. Cæſar. num. 1. notat pro
ampliat, quod huiuſmodi feriæ ſeruentur in
7 Sacro Conſilio, non tamen in Regia Camera
Summariæ, quo ad cauſas fiſcales tantum,
8 prout in cauſis miſerabilium perſonarum,
Nouar. de priuileg. miſerab. perſonarum num.
9 *52. per totum,* & in curia Principis, quod poſſit
procedi ferijs non obſtantibus *Martin Laudenſ.*
tract. de Principibus §. 201. incip. citatus, & in
10 caſu quo eſſet facienda exequutio, ſecundum
quæ etiam die feſtiuo ad honorem Dei fieri po-
teſt *Menoch. de arbitr. quæſt. 39. num. 10. Aene-*
11 *as Robertus rerum iudicat. lib. 10. cap. 15.* & tu-
tores, & curatores poſſe dari diebus feriatis *cap.*
fin. verb. pietas extra de ferijs Iaſ. in l. 2. ſed
excipiuntur ff. de ferijs a 6, & in cauſis Magiſtra-
12 tuum, *ice Martin. Laud tract. de officialibus §.*
67. Paris de Puteo de ſi dicatu verbo feriæ, &
in cauſis alimentorum *Barz. deciſ Bonon. 15. Mi-*
13 *lanenſ. deciſ. Sicil. 5 num. 30. & 31. lib. 1. qui nu.*
33. declarat pro alimentis præteritis, non pro fu-
turis, vt in alijs caſibus *id. Borrell. Rouit. Barz. &*
Bald. Nouell. de dote par. 9. num. 13. & Calde-
rin. conſ. 50 de ferijs.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Vendens Mercatori aliquas merces ſolu-
tione infra paucos dies promiſſa, &
quod non aufugeret, an mercatore
poſtmodum decocto re ſua in fundico
exiſtente, alijs creditoribus ipſius præ-
fératur.

S V M.

SVMMARIVM

1 *VEnditor, qui credit ſtatim habere pretium, & non habet, retinet ſua in dominium, ſecus habita fide de pretio tranſactis decem diebus.*

2 *Dominium non cenſetur tranſlatum, nec habita fides de pretio, ſi emptor cogitauit fugam arripere, & ita Sacrum Conſilium iudicauit num. 13. & ex quibus arguatur hac intentio num 3. & num. 12.*

4 *Venditor cenſetur fidem de pretio habere, ſi ad terminum vendat. & ſolitus erat emptori credere, non vero promiſſa ſtatim ſolutione.*

5 *Venditor non præfertur in re ſua tertio vendita, quamuis pretium minime ſit ſolutum.*

6 *Mercatore decocto. quo ordine ſit creditoribus ſatisfaciendum notabiliter ex Baldo enunciatur.*

7 *Venditor in dubio cenſetur habere fidem de prætio.*

8 *Mercator ſi continenti poſt res emptas foro cadit dicitur eſſe in dolo, & quomodo intelligitur hoc verbum incontinenti numero 13.*

9 *Vendens merces, ac transferens dominium, ſi emptor in certis nundinis vendat, promittat, & aufugit, nullum habet in ſuis rebus priuilegium quamuis extent an hoc ſit verum num. 10. & quo pacto limitetur num. 11.*

14 *Venditor non præfertur in ſuis mercibus ſi emptorem ſuſpectum ſciebat, & contradixit, vel ſi publicè, vt talis extimabatur, vel ſi poſt notitiam tacuit per aliquos dies.*

DECISIO LIX.

POſt decoctionem cuiuſdam Mercatoris illico creditores adierũt Magnã Curiam per quam fuerunt annotata, & ſequeſtrata omnia eius bona inter quæ fuerũt repertæ duę ballę pannorum Alexandri de Ferdinando eidem biduo, vel triduo ante decoctionem venditorum, quorum pretium nõdum erat ſolutum, habuerat enim fidem, vt aſſolet inter mercatores haberi, quod infra paucos dies ſolueret, & non illico fugam arriperet, inſteterunt omnes creditores vendi bona prædicta, & pretium inter eos diſtribui dicebat Alc. dominium ballarum ſuorum pannorũ non eſſe trãſlatum in prædictum emptorem, cui conſignauit ſub ſpe, quod ſolueret, & non aufugeret, nam dolo verſatus fuit, cum ſciret ipſum non eſſe ſoluturum, nec poſſe ſoluere, ſed arrepturum fugam, & proinde inſtabat eaſdem ballas ſibi reſtitui, alij creditores dicebã dominium fuiſſe trãſlatum, & proinde Prædictas ballas, vna cum alijs bonis communis debitoris falliti eſſe vendendas & pretium inter ipſos diſtribui ſeruata forma iuris habita ratione anterioritatis, & potioritatis. Magna Curia decreuit vendi omnia bona prædicta porrectiſq. præcibus per Alexandrum Domino Præſidi per viam quærelæ ſe grauantis à Decreto prædicto Dominus Præſes mandauit, quod M. C. faceret verbum in Sacro Conſilio, & audita relatione *Mag. Cur. punctus Sac. Conſ. viſus fuit dignus conſideratione propter varias Doctorum opiniones ſiquidem. Accurſ. in l. in ciuile C. de rei vend. & in leg. quod vendidi, ff. de contrab. empt. tangit q. & dicit*
1 quod ſi vendidi rem quia credidi ſtatim habere pretium, & non habui, non ſoluto pretio non transtuli dominium per l. ſi quaſi ff. de pignor. act. ſed ſi tradidi habita fide de pretio illinc ad decem dies non erit locus vendicationi, & hanc gloſam ſequitur *Petr. de Bella pert. & Cyn. in d. l. in ciuile, & idem Accur. in §. venditæ inſt. de rer. diuiſ.* format q. in eo qui vendidit, & dedit dilationem vnius diei ad ſoluendum inquit ſecundum Io. dari vendicationem ipſe tamen dubitat, quia Io. ſe fundat in *leg. commiſſoria C, de pact. int. empt. & vendit.* ſed aliud eſt diem ſolutioni ſtatuere, aliud pactum legis commiſſoriæ ſubdit vero ipſe, quod ſi ſimpliciter res traddatur erit translatum dominium, quia non habita fide de pretio fallit ſi emptor dicebat velle tunc ſoluere, & quod habebat præſentem pecuniam, tunc ſecundum eum non cenſeretur translatum dominium, ſi illico pretium non eſſet ſolutum. *arg. l. 2. ff. de pignor. act. & l. procuratoris §. ſed ſi dedi, ff de trib. action.*

Bal. vero in l. ſi cum dotem §. ſi mulier ff. ſolut. matr. format. q. in terminis in debitore, qui illico aufugit, & foro ceſſit dicens, quod quidam mercator Ciuitatis vendidit certas ballas ad credentiam cuidam Funditio gardorum, facta iſta venditione antequam pretium ſolueretur, illi de gardis arripuerunt fugam, modo iſte venditor pannorum, quia iſti panni extant dicit ſe potiorem in illis pannis cæteris creditoribus, quod ipſe debet vocari vna cum alijs, non præferri: cõcludit. *Bal. pro venditore eſſe caſum in d tex. &* licet in contrarium vrgeat *tex. in leg. quidam ff. de in rem verſo* concludit tandem, quod ſi emptor cogitauerat fugam, quia dolus dedit cauſam habendæ fidei de pretio, ipſo iure non tenet iſta fides habita, ſeu iſta dilatio, & conſequenter quod non ſit translatum dominium *d. l. ſi quaſi ff. de pignor. act.* quem ſingulariter inducit ab hoc Hãc Baldi ſententiam veram putat Ang. ibi
3 altero ex duobus concurrente, vel quod emptor coram aliquibus declarauit prius, ac patefecerit animum quem habebat iniendi fugam ex *l. Ful-*

& hic eſt caſus diuerſus ab eo de quo agimus.

Iaſ. in d. l. creditor la prima num. 5. ff. ſi cert. pet. dicit eſſe diligenter notandum quod ſi quis vendidit merces ſuas alicui mercatori, & transfert dominium, & ille mercator promiſit vendere in certis nundinis poſtea aufugit quod mercator venditor illarum mercium non habet aliquod priuilegium, in illis, quamuis extent, dicit de hoc eſſe tex. meliorem in iure in *l. quidam fundum ff. de in rem verſo, per quem tex. ita determinat* Cyn. *Bar. & communiter Doct. in d. l. ſi cum dotem §. fin. Bal in l. fin. C. com. mod. & in l. cum cui* C. *de act. & oblig. & in l. in rebus 2. col. C. de iur. dot.* quamuis contrarium, & malè tenuerit in *l. pro debito C. de bon.*
10 *Auth. ind. poſſid.* ſed toto Cælo erat Iaſ. qui dicit *Cyn. Bar. & alios hanc opin. tenere in d. l. ſi cum dotem §. fin. ibi etenim Bar. & alij* non loquuntur pænitus de hoc caſu, ſed tantum, vbi vendidi homini tuo boues, & ago ad pretium, & tu vis detrahere, quod tibi debetur, ſed peto ſaltim Boues, dicit ibi eſſe argumentum, quod audiar quaſi ſpecies exiſtat, idem ſi mutuaui pecuniam, & ex ea sũt empti Boues eſt hoc arg quod admittar ad Boues, & conſequenter, ex his Bar. potius nititur confirmare opinionem cõtrariam eius ad quod Iaſ. ipſum allegat. cęteri. *Doct ibi vt ſunt Ang. Ale. & alij inducunt illum tex.* aduerſus mercatores ex promiſſores. quos ſciunt incontinenti fugam arrepturos, quod non liberantur illi mercatores, qui tales expromiſſores dederunt, & actione primitiua remanent obliga-
11 ti, & horum opinio etiam facit ea contra Iaſ. eſt verum quod opinio Iaſ. & ſi quatium poſſet procedere, vbi quis rem vendiderit ſimpliciter habita fide de pretio, quod tunc res vendita non remanet venditori obligata pro pretij ſolutione niſi ſpecialiter id cautũ ſit, & ita procedit opinio communis de qua teſtatur. *Iaſ. vt declarat Couar. lib. primo var. reſol. cap. 7. num. 3. circa med. verſ. cui,* & illud accedit, & hic non eſt caſus de quo quæritur, & ante ipſum declarat. *Neguſ. in tract. de pignor. in 2. membro 5. part. principali num.* 18. *Cæpolla vero in ſuis cautelis caut.* 124. tenet abſque ſcrupulo, quod vbi emptor eſſet fugitiuus, quia cogitauerat fugam, antequam emeret, & ſic dolus dedit cauſam ad habendum fidem de pretio, tunc fides habetur pro non habita in *d. l. ſi quaſi ff. de pignor. act. allegat Ang. in d. §. fin. & idem Negus in loco ſupra citato num. 9.* tenet in diſtinctè, quod vbi quis vendit mercem habita fide de pretio, & poſtea emptor aufugit, & res extat, quod venditor non præferatur in illis rebus, ſed fallit dicta deciſio quando ille mercator, qui emit merces prius præconceperat fugam, quia tunc ex traditione non fuit in eum translatum dominum, & ideo venditor illarum debet in illis præferri, tanquam dominus ex not. *per Alex. poſt Ang. in d. l. ſi cum dotem §. fin. & allegat Cæpoll. in caut. carta 16. ſed voluit allegare d. caut. 124. eandem opin. tenet Stracca de decoct. 3. par. num.* 31. concludens, quod in caſu præmiſſo, vbi emptor præcogitauit fugam, non cenſetur translatum dominium mercium venditarum, & conſilium fugiendi cenſetur inijſſe emptor ſi hoc dixit coram aliquibus *l. Fulcinius §. quid ſit latitare in glo. in verbo animus ff. quibus ex cau. in poſ. eat.* vel etiam ex vicinitate actuum ſ. contractus emptionis, & fugæ, vt puta quia mercator heri emit, & hodie fugit *d. l. ſi ventri §. in bonis, quibus poſtremo acceſſit Mattientius lib. 5. tit. 16. lib. 7. glo. 5. num. 9. nouæ recompil.* qui ex vicinitate actuum emptionis, & fugæ animum fugiendi, ac dolum præſumi aſſeuerat, & allegat ad idem *Rip. in d. §. in bonis Dec. conſ. 182. in fine. ac multa ſimilia congerit Marſil. conſ. 48. num. 31. & ſeq. & in l. ſtatu liberi num. 5. vſq. in finem. ff de quæſt. & in eius pract. §. nunc videndum num. 33. vſq. ad num. 44. Alc. de præſumpt. in 3. reg. verſ. nono præſumitur nu. 23. & verſ. 10. præſumitur num. 8. cum concord. à Tiraquell. tradditis libr. primo de retr. §. 1. gloſ. 7. num. 76. & ſeq.*

13 Sacrum Conſilium iudicauit ſecundum opin. *Bal. in d. §. fin. l. ſi cum dotem, quam putauit veram iunctis ad miniculis, de quibus per Cæpoll. & alios, vbi ſupra,* vbi emptor præcogitauit fugam, & cæpit componere Sarcinulas, & non ita facile illius copia habebatur, vt antea, incipiens latitare, quæ omnia arguunt ſuſpitionem fugæ iam præcogitatæ, vt declarat *Caccialup. de debitore ſuſpect. fugit. in prima q. principali num. 12. &* incontinenti poſt emptas merces foro ceſſit, & iudicauimus, illud incontinenti verificari, etiam ſi poſt tres, vel quatuor dies poſt contractus geſtos ſe abſentat pro arbitrio Iudicis, bonus enim Iudex arbitrabitur, quid incontinenti dicatur factum, vt tenet. *Accurſ. in l. ſi 15. quo in verb. hodie ff. vt in poſſ. leg. & in Auth. & conſequenter in gloſ. fin. in fine C. de ſent. & inter loc. omn. Iud.* & hæc eſt verior opinio recepta, & practicata in Iudicijs teſte. *Maſcardo vol. primo de probat. concl. 687. num. 22. vbi alios cumulat,* quia malitia, & dolus mercatorum dans cauſam ad decipiendum venditores non debet venditoribus ob eſſe, vt iacturam faciant rerum ſuarum, & dominium amittant, ſub ſpe, quod infra breue illud tempus eſſent recepturi pretium, quo illi fugam arripiunt, nam ex vicinitate temporis, & actuum præſumitur, ac detegitur dolus, & fraus, multa enim ex breuitate temporis præſumuntur, vt declarat. *Bar. et poſt eum reliqui in d. l. ſi ventri §. in bonis, & in leg. poſt contractum ff. de donat. Aucar. conſ. 169. & conſ. 257. Corn. conſ. 217. vol. 3. & multos alios more ſolito congerit Gabriel. in ſuis concl. 13. num. 6.* & vbi mercatores præcogitant fugam, præcogitant decipere contrahentes, & eo caſu habetur, ac ſi aufugiſſent. & fidem rupiſſent, & fefelliſſent, quia pro facto habetur, id quod de proximo faciendum eſt, & paria ſunt, vel eſſe factum, vel de proximo faciendum, vt notant. *Bar. & Bal. in l. pen. per illum tex. ff. de teſtam. milit. & in l. prima §. & in eo ff. ad Sill. & facit tex. in leg. item legato ff. de leg. 3. l. ſi quis cum ſciret ff. de vſu cap. pro empt. Iaſ. in l. poſt rem num. 2. ff. de tranſact.* & deſtinatum, ac cæptũ habetur pro facto vt late proſequitur *Tiraquell. de legib. connub. l. 15. num. 4. cum plurib. ſeq.*

& alios ad propoſitum citat, & cangeris Lazar. Fenut in tract. de momentis cap. 28. in princ. & retulerunt mihi Scipio Rouitus, & Iulius Cæſar Iannectaſius Aduocati eruditi, ac primarij ipſis patrocinantibus, idem fuiſſe iudicatum in Regia Camera ſummariæ ad inſtantiam mercatorum artis ſerici contra Xinoppum Cippum Florentinum, & eius creditores, cui multas merces emerat, pretio nõ ſoluto, & illico, præparauit fugam, & repertis mercibus in triremibus Florentinis in quos inuexerat, vt cum illis fugam arriperet cæteris creditoribus contradicentibus, illæ merces fuerunt reſtitutæ veris dominis, & venditoribus, & acta extant apud Fælicem Pignellam Regiæ Cameræ ſcribam.

4 Sed hæc omnia limitarem, vbi venditor ſciebat illum eſſe ſuſpectum de fuga, & defectione, & contraxiſſet habendo fidem de pretio, quia tunc venditori imputandum eſſet, quia voluit iacturam facere rerum ſuarum contrahendo cum perſona talis conditionis, vel qui publice pro tali habebatur, vel ſi poſt habitam notitiam, & ſuſpictionem venditor tacuiſſet per aliquos dies, *l. ſi creditores per totum, & ibi Bar. & alij ff. de priuileg. cred. & late explicat, & proſequitur Io. Baptiſta Caccialup. in tract. de debitore ſuſpecto fugitiuo in q. 9 principali*, quem cum caſus occurrerit videre poteris, ne eius ſcriptis nunc membranas impleam, & faciunt dicta per *Doct. præcipue Alex. & alios in d. l. ſi cum dotem §. fin.* quod vbi quis recipit ſcienter debitorem delegatum nõ ſufficientem, nec locupletem ſibi imputare debet nec habet regreſſum, quæ delegantem, nec primæua actio reuiuiſcit.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *REconciliatur præſens deciſio cum alia deciſ. 40.*

2 *Dolus, & fraus ſunt in conſiderationem.*

3 *Fides de prætio quando haberi videtur.*

4 *Allegata in hac additione ſunt obſeruanda contra improbos mercatores, &c.*

5 *Vendens herbam, & paſculum pecorarijs, præfertur alijs creditoribus.*

1 POſſet quis dicere impolicare hanc deciſionem alteri deciſioni ipſius Auth. ſupra 40. & ibi additis, dum in ea apparet deciſum fuiſſe reſtituta animalia venditori ex eo, quia non erat habita fides de pretio ob non datum tempus ad ſoluendum prætium, & ſic fuiſſe reſtituta bona creditori, qui habita fide de pretio alicui mercatori bona certa vendiderat infra paucos dies ſoluendo, qui poſt aliquos dies decoxerit, & aufugerit non obſtante prætenſione creditorum anteriorum exclamantium eos velle præferri, & bona ipſa vendi.

Si non appareret non ex his medijs Sacr. Con-
ſil. fuiſſe motum ad reſtitutionem ipſam inde reconciliando concludas addendo, magnopere
2 dolum, & fraudem euentam in continenti per
mercatores eſſe in conſiderationem, cum licet
vt in ipſa deciſione 40. dixi, & hic patet quando
fuit habita fides de pretio dominium tranſit in
emptorem, & creditor agere nequit ad rem ip-
3 ſam recuperandam rei vendicatione, & tunc
haberi fidem de prætio quando fuit datus ter-
minus ad ſoluendum, vt poteſt dici caſus iſtius
deciſionis, tamen non operatur cum quit ſperab-
bat infra illum terminum debere ſolui, aliter non
tradidiſſent rem venditam, & dolo fuit inductus
ad habendam fidem de pretio fretus, fortaſſis
pollicitationibus emptoris. qui dicebat non eſſe
diſceſſurum antea quam pretium exoluiſſet, &
hoc caſu cum dolus præcedens, qui ex ſubſequẽ-
ti fuga facile præſumendus eſt, cauſam dederit
habendæ fidei perinde eſt ſanè, ac ſi nulla fuiſ-
ſet habita fides de pretio, *Gaill. obſeruat. 15. nu.
10. lib 2.* quem allegaui in dicta addit. 40. vbi ait,
4 quod iſta diligenter ſunt obſeruanda contra im-
probos mercatores, qui mercibus pretioſis com-
paratis de induſtria ſolum vertunt in fraudem
creditorum, quia eo caſu merces venditæ, & tra-
ditæ vendicari poſſunt abſque aliorum credito-
rum impedimento, & elegantiſſimè *Criuella in
terminis deciſ. 65. num 8. & ſequentibus* vbi in
fine ſic deciſum fuiſſe per illum Senatum affir-
mat ibi cum emptor cogitauerat fugam, &c. &
ſic pariter dixit quidam amicus meus fuiſſe de-
ciſum in Sac. Conſ. in cauſa Nelchionis Mayſer,
ſociorum cum creditoribus Horatij Vultabij re-
ferente Conſil. D. Ioann. Sanchez de Luna in
banca Romani de cæteris in d. deciſ. & additio-
ne 40. abbundè, & plures deciſ. penes Thor. 2. p.
comp. verbo creditor, qui ſuas merces, &c. (&
non ommictas cum quis vendidit herbam, & pa-
5 ſcuſum pecorarijs quod præferatur alijs credito-
ribus *ad Capyc. deciſ. 11. verſ. imo, &c. addent.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Prohibitio teſtatoris volentis filium ſine propinquorum conſenſu, vſque ad aliquod tempus contrahere poſſe, de quibus propinquis intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *PRopinquus (cuius conſenſus expoſcitur) dicitur proximior, cui de iure ab inteſtato deferenda eſt ſucceſſio, & ita S. C. iudicauit, ratio nu. 3.*

2 *Propinquus dicitur quem nemo antecedit.*

4 No-

4 *Nominatio plurium perſonarum ſi fiat ſub nomine collectiuo, inter quas cadit prælatio ordinis, debet accipi diſpoſitio ordine ſucceſſiuo. & nu 6.*

5 *Statutum exigens conſenſum duorum, intelligitur de proximioribus, alias eſt nullus contractus.*

7 *Statutum, quod requirit propinquorum conſenſum ſi non adſit, ſeruabitur ius commune.*

DECISIO LX.

RVſticus quidam, ſed diues filio hærede inſtituto cauit in eius teſtamento, vt donec annum attingeret trigeſimum ætatis ſuæ nullum contractum iniret abſque propinquorum ſuorum conſenſu, patreq; defuncto illinc ad aliquos annos, nondum annum attingens trigeſimum, ſed excedens vigeſimum quintum deliberauerat ſorori ſuæ, & eius filijs donare certa bona ſtabilia, ex propinquis verò, quorum magnus erat numerus, aliqui expreſſo non contradicebant, ſed ſubterfugiebant contractui intereſſe, alij renuebant dicentes ad ipſos non ſpectare talem conſenſum præſtare, aliqui ſe paratos conſentire offerebant ſi alij pariter conſentirent, ideo ipſe videns hunc proximorum conflictum adijt Sacrum Cõſilium, & petijt prædictos propinquos compelli ad conſentiendum, vel haberi conſenſum pro præſtito, & declarari ad quos ex propinquis ſpectat in contractu prædicto, & alijs forte celebrandis conſenſum præbere. Meq. in alia aula aſſidente, & reſerente
2 Sacrum Conſilium decreuit non omnium propinquorum cõſenſum eſſe neceſſarium, ſed proximiorum, & propinquorum tantum quibus de iure ab inteſtato eſſet deferenda ſucceſſio ex authoritate, & doctrina. *Iacobi Butrig. in l. prima C. vnde vir, & vxor*, vbi format quæſtionem quod ſi ſtatuto cauetur, quod minore volente alienare debeat intereſſe vnus de ſuis propinquis, eo caſu affinis, & coniunctus per cognationem non veniet appellatione propinquorum, ſed propinquior agnatus, qui vocatur ad ſucceſſionem debebit intereſſe, quia ibi dicitur propinquus, quem nemo antecedit l *proximus ff. de verb. ſignific.* & eſt ratio, quia cum propinquiores ſperant ab inteſtato ſuccedere, non eſt veriſimile, quod faciliter, & ſine cauſa, cõſentiant alienationi dicit tamen, quod hoc de iure, ſed de conſuetudine non ſeruatur, at *Bald. in l. fin. C. de verb ſignific. num* 2. tenet indifferenter, &
4 indiſtinctè, quod proximiores ſint vocandi ad huiuſmodi contractus dicens, quod quando fit nominatio plurium perſonarũ, ſub nomine collectiuo inter quos cadit prælatio ordinis debet diſpoſitio accipi ordine ſucceſſiuo, vt l. *cauſæ ita legitur* §. *in fideicommiſſo ff. de legat. 2. cap. 2. extra qui fil. ſint leg* & eſt argumentum (inquit) ad ſtatutum, quo cauetur, quod non valeãt contractus mulierum ſine conſenſu duorum cõſanguineorũ; quod debet intelligi de proximioribus ſi ſunt idonei, vel de proximis poſt eos ſi illi non ſunt idonei, & ſic gradatim, quia per hoc ſtatutum proximis, quædam cura iniungitur, & ideo intelligitur ſecundum ordinem Charitatis, & coniunctionis, & cum Baldo ſimiliter tranſit. *Anchar in repet. cap. Canonum ſtatuta num.*
5 178 *extra de conſtit. & Paul. de Caſtro in l. ſi cum dotem* §. *ſi patri num. 3. ff. ſolut. matrimonio. Hinc Aug. in conſ.* 170. in terminis huius ſtatuti tenet contractum factum à muliere cum conſenſu duorum, qui non erant proximiores eſſe nullum, quia ſtatutum intelligitur exigere cõſenſum proximiorum propinquorum ad remouendas fraudes, quia quilibet in remotiſſimo gradu poſſet de facili præbere conſenſum, habentur enim de facili loquiti, (vt nos docet experientia) nouellæ malitiæ & calcatæ fides in nõ valde propinquis, & nullius vtilitatis eſſet ſtatuti prouidentia, & conſilium ſi quilibet in remotiſſimo gradu poſſet præbere conſenſum, & Angelum comendat. *Tiraquell. de legib. Connub. gloſa* 4. *num. 5. & hanc opinionem veriſſimam putat Sa lyc. in d leg fin C. de verb. ſignific. nu. 3 arg. illius tex.* quod ſ. vbi ſtatutum vetat ne minor
6 valeat alienare aliquid immobile abſq. conſenſu duorum propinquorum, propinqui ad hoc gradatim vocandi, & requirendi erunt, & idem teſtatur in *l. fin. arg. illius tex. C. de teſtam. mil.* loquens in ſtatuto quo minor non poteſt teſtari vel contrahere, niſi ſib aſſiſtat vnus de propinquis ſuis, intelligitur de his propinquis. qui eĩ pro debito eſſent ſucceſſuri, & idem fatetur in *l. Viduæ per illum tex. C. de nupt. & in l. prima C. vnde vir. & vxor.* in principio in ſtatuto
7 prohibente, ne mulier valeat contrahere ſine cõſenſu proximioris propinqui, & mulier non habet propinquos, ſeruabitur ius commune, & ſi ſtatutum loquatur in numero plurali ſine conſẽſu propinquorum proximior eſt vocãdus, & adhibendus, & tandem hanc opinionem auream exiſtimat *Petr. Rau. in ſuo Alphabet. aureo in verbo ſtatutum pagina mihi 125. in parua impreſſione*, licet Butrigarius teſtetur de conſuetudine hanc opinionem non ſeruari, tamen Sac. Conſ. fuit viſa valde iuſta, & æqua, & proinde ſeruanda, quicquid tempore Butrigarij non ſeruaretur, quia etiam ex tempore mutantur mores, & conſuetudines præſertim, propter rationes adductas per *Angel. in d. eius conſilio*, quæ mirum in modum mouerunt Sacrum Conſilium ne remotiores conſanguinei colludentes in damnum, & perniciem proximiorum quibus de iure ſucceſſio defertur conſentiant contractibus, & alienationibus talium perſonarũ à teſtatore prohibitarum, quibus diſſentire forſitam tenebantur, & proximiores de quorum præiudicio futuro agitur, vtiq. non conſentirent ſi iuſtam haberent cauſam contradicendi.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *COnſenſum propinquorum requiſitum pro aliquo effectu ſufficere illorum, quibus ſucceſſio defertur ab inteſtato.*

2 *Proximiores dici quibus nullus in gradum præcedit.*

3 *Proximiores diſcrepantes ſine cauſa conſentire inducunt voluntatis ſtatuentis ſatiſfactionem, & ibi de praxi.*

4 *Statutum requirens parentum præſentiam de quibus videatur intelligere, & ibi ſi eſſent minores.*

5 *Remiſſio occiſi debet fieri per ſucceſſores.*

STante neceſſitate conſenſus propinquorum pro effectuando aliquo contractu ſufficere conſenſum eorum propinquorum, quibus ſucceſſio de iure ab inteſtato deferenda eſſet ait deciſum) dictat ipſa ratio, quia per ipſos præſumitur diligentius curari rationē ſucceſſionis, vt ſe ſubſcripſit *Creſcent. deciſ. 4. alias 51. de conſtitutionibus numer 8. & deciſ. 2.*
2 *aliʃ 62 eod. tit. num. 4 & per totam*, vltra quod tales propriè dicũtur proximiores cũ eos nullus in gradu præcedit *Scrader. de feud. par. 8. cap. 7. num 12. Molfeſ. par. 4. quæſt. 56. ſuper conſuet. Neap. num. 1. Fuſc. litera P. concl. 955. nu. 2. D meus Reg. Valenzuela conſ. 63. num. 115. & conſ 97. num. 103. & Menoch. conſ. 1111. nu. 73 & Giurba in conſ. Meſſan. cap. 11. p. p. gloſ. 6. num. 6. cum in ſuccedendo gradus inſpiciantur, Burſat. conſ. 450 num. 1. Georg. alleg. 30.*
3 *num. 69.* & adde quod ſi diſcreparent ſine cauſa tales proximiores debentes præſtare conſenſum eſt ſatisfactum voluntati ſtatuentis, &c. ſecũdum *Menoch. de arbitr. caſ. 182. num. 12.* prohibitam perſonam liberè poſſe cõtrahere *ex Corſet. ſingul. 96. conſenſus, & Tiraquell. de ll connubial. gloſ. 6. num. 125. & in alio caſu 211. num 6.* docet Praxim tenendam quando tales diſſentirent conſentire, & latiſſimè in contractibus mulierum, vel minorum, vt latiſſimè patet in deciſione doctiſſimi noſtri Authoris infra *62.* quam allegat *Thor. 2. p. comp. verbo conſentire*, & per ſequẽt. casũ 212. diligenter non exiſtentibus proximioribus conſenſum præſtaturis, quid faciendum, quos caſus non diſpliceat habere pro curioſa noſtra deciſione, prout etiam *Marc. quæſt.*
4 328. de ſtatuto requirente parentum præſentiã, de quibus intelligatur, & de requirente præſentiam conſanguineorum ſi illi ſint minores, quid faciendum *per Bart. conſ. 94. vol. 2.* & quid quãdo prohibitus contrahere feciſſet ſuam conditionem meliorem *per Pelin. conſ. 16. nu. 11.* & non adhibuit conſenſum requiſitum proximiorum, & de proximiorum nomine ſi intelligantur ex iuris diſpoſitione, & fictione, an vero ex veritate, *per Theſaur. deciſ. 65.* & vide ſi interuentus alicuius requiſitus in aliquo actũ operetur præsẽtiã tantum, vel præſentiam, & conſenſum *per Thor. 2. par. comp. verb interueniur, &c.*

5 Et in tantum priuilegiantur hi, ad quos ius ſuccedendi ſpectat, quod etiã ſi requireretur remiſſio pro homicidio cõmiſſo in perſonam eius, cui ſucceſſerunt per eos debet fieri *per pragm. 8. de compoſitionibus.* vbi moderni.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An condemnatus ad triremes pro tribus nauigationibus elapſo triennio, vnica tantum nauigatione facta debeat liberari.

SVMMARIVM.

1 *OBligatus aliquid facere in tribus terminis, intelligitur de tribus annis nu. 4. & an arbitrio iudicis ſtetur nu. 2.*

2 *Tempus à iure non declaratum, arbitrio iudicis remictitur.*

DECISIO LXI.

TEmpore, quo mihi demandauit, ac delegauit cauſas, ac curam Militiæ Italorũ Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Comes Mirande Prorex deſideratiſſimus, in quo nihil vnquam deſiderari potuit, quod ad verum, & mirandum Principem referendum nõ ſpectaret, & nihil vnquam fuit, quod verè non fuerit mirandum, ſiquidem miracius humanitate, & comitate omnium animos ſibi allecit deuicit, & obnoxias reddidit admirabili in Republica gubernanda prudentia, & experientia nemini ſecundus mira in Deum Religione, & pietate in Regẽ fidelitate, ac integritate omnium primus animi magnanimitate, & liberalitate Magno Alexandro Maior, in legibus ferendis latarum obſeruatione, & iuſtitiæ æqua lance adminiſtratione Lycurgo haud inferior, propter quas admirabiles eius virtutes præter generis, & tot auorum Nobilitatẽ, & Illuſtria Facinora, quæ illum ad altiora impulerunt, & maiores ſuos clariores reddidit, nunc apud Regem Philippum, vt Regum omnium potentiſſimum, & Reipublicæ Chriſtianæ verum Archillem, & defenſorem primum locum præfecturæ, in ſupremo Hyſpaniarum Senatu maxima

ſtia cum eius laude,& gloria conſequutus omnes
alios proceres antecelluit:eo, inquam tempore.
Quendam ex militibus propter patratum, ex-
ceſſum condemnaui ad remigandum,& ſeruien-
dum in Regijs triremibus pro tribus nauigatio-
nibus, cumque per triennium continuum à die
condemnationis factæ in dictis Regijs triremibus
non ſucceſſerit caſus, niſi vnicæ nauigationis, in-
ſtitit condemnatus pro illius liberatione,& dubi-
tanti mihi an ſententiæ eſſet ſatisfactum,quo ad
tres nauigationes damnaueram, & non niſi vna
tantum triremium contingerat. Abſtulit dubita-
tionem *Bart.in l.111.in 4.not.ff. de ann.leg.* vbi
8 per illum tex. aſſerit, quod ſi quis eſt obligatus
aliquid facere in tribus terminis, iſti termini de-
bent intelligi de tribus annis,& Bart.ſequitur *Fe-
lin.in cap. ex literis num. 9. extra de conſtitut.
Lud.Rom.in l.eum qui Calendis ff de verb.obli-
gat.nu. 5. licet ipſe tres terminos referat ad tres
dies,ſed errat,& in l.ſi quis bona fide 13. §.fin.
ff.de dam. infect.num. 6* ſimpliciter ſequitur o-
pin.Bart.dicens, quod obligatus in tribus termi-
nis intelligitur vnus annus,& non vltra pro quo-
libet termino, & confitetur ad hoc eſſe ſingula-
rem doctrinam *Bar in d.l 3.& Alex.in d.§.fin.
num. 8. & in d. l. eum,qui Calendis quam legit
cum §. fin. l. Stip. habere licere eod. tit. num. 8.*
reprehendit Rom. ibi referente tres terminos ad
tres dies ſubdens opin.Bart. de qua eſſe veriorem
9 *Camer.vero in d.l.3.* cenſuit æquius eſſe hoc ar-
bitrio Iudicis remittere per tex. ibi, quem ad id
ponderat in verbo adiectum, quam opinionem,
& ponderationem ſequitur *Iaſ. in d. l. eum qui
Calendis num. 3.* vbi dicit, quod Iudex habebit
declarari iſtos tres terminos conſiderata qualitate
perſonarum, & alijs circumſtantijs, etiam ex reg.
3 iuris,quod quando tempus non eſt declaratum à
iure ſtamus declarationi Iudicis, concludit tamẽ,
quod licet ſibi opinio Cumani magis arrideat
in practica tamen magna eſſet authoritas Bart.&
ad propoſitum noſtrum ex hac *Bart doctrina
infert Petr.Rau.in ſuo Alphab. aur. in litera P.
4 in verſ.in rubr. de pænis*, quod vbi aliquis eſt
condemnatus in tribus terminis, condemnatio
intelligitur de tribus annis, & debet prævalere
hæc opinio, ne aliàs cõdemnatio hoc modo con-
cepta ſit perpetua,vel longior, quàm delicta for-
tè expoſcunt,& ideo tranſacto triennio vnica na-
uigatione tantum ſequuta, decreui illum eſſe li-
berandum,& annuit libentiſſimè dictus Illuſtriſ-
ſimus,& Excellentiſſimus Dominus Prorex, qui
dixit mihi, quod ſibi videbatur ſatis iuſta opinio
hæc Bar. quia non erat conueniens, quod con-
demnati ad remigandum pro tot nauigationi-
bus expectarent perpetuo nauigationes præſti-
turas,quia non erat modica pæna illi triremium,
etiam, quod non nauigarent, & mandauit decre-
tum meum exequi,& illum liberari.

ADDITTIO.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad triremes per tribus na-
uigationibus elapſo triennio vnica tan-
tum nauigatione ad nil aliud tenetur.*
2 *Nauigatio debet fieri in quolibet anno.*
3 *Pæna maxima eſt ſtare in triremibus.*
4 *Nauigatio à quo tempore ſit.*
5 *Nauigare periculoſum eſt.*
6 *Tempus carceris excomputatur carceratis
poſt ſententiam.*
7 *Depoſiti loco in triremibus damnare non
permittitur.*
9 *Condemnatus ſimpliciter ad ſeruiendum
in triremibus, non tenetur ſeruire remi-
gando ſed militando, & ibi plura de dam-
natis ad triremes.*

1 Condemnatum ad triremes pro tribus
nauigationibus, elapſo triennio vnica
tantũ condemnatione facta. Apparet
decitum fuiſſe liberatum ſtante ſer-
uitio triennali,& ita allegat D. Rouit.in pragm.
1.de pænis num.16)Adde ex alia ratione, quia
quælibet nauigatio debebat fieri in quolibet an-
no,& cum per ipſum non ſtetit quin non fuit fa-
2 cta ſibi non imputetur, attento quod in triremi-
3 bus ſtare nõ paruè eſt pænæ,&c.vt firmatur,quia
nauigare eſt à kalendis Aprilis vſque ad menſem
4 Septembris *ſecundũ Capib ſingul. 120. nauigant.
Reg.de Ponte tratt. tit.4. §.8.num.29. quos alle-
gaui in prato meo ad l.2.C. de nauicular. lib.11.*
annuente Deo de proximo in lucem dando ali-
ter eſſet nauigatio in tempore non opportuno,
5 & ibi pariter cumulaui nauigare periculoſũ eſſe,
& nauigantes nec inter viuos, nec inter mortuos
connumerari, &c.vnde nauigationem ſuſcipien-
tes fortunę iudicium ex profeſſo ſuſcipiunt *Bor-
rell par.3.§ in ſumma tit.10.num.55.* & cum per
ipſum non ſtetit, quin in alijs annis non fuerit
facta ſibi non imputatur *Arg. l. omnes C. de pa-
nis, vt in prato meo ex de Franch. deciſ. 317.*
6 ibi excomputari tempus carceris, quo quis ſtetit
carceratus poſt ſententiam ſi per eum non ſtete-
rit accedere ad locum pene *id.Capib. in pragm.
7.de Baronibus num. 36.* & maxime ſtare in tri-
remibus, in quibus non eſt pauca pæna condem-
nare aliquem ad illas, qua ratione attenta dicit
Maſtrill.de magiſtr.lib.5.cap 6 num.26. citare
7 Regis ordinem,vt depoſiti loco in triremibus nõ
poſsint detineri inquiſiti, vel condemnati, niſi
magna vrgente neceſsitate, & alijs requiſitis, vt
8 *Capibl. id ſing.41.* & obſerua,hanc pænam dam-
nationis ad triremes Athenienſibus cognitã fuiſ-
ſe, non autem à Romanis ſecundum Celium Ro-
digi.

Biginum *lect. antiq. lib. 15. cap. 27. Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 29. num. 22. & eximius D. meus R. Conſtantius in quo nil inquam* deſiderari potuit quod eius habilitati, & doctrinæ collocatum non appareat in tit. de claſsicis l. vnica num. 2. & adeo apparuit exorbitans pena dannationis ad triremes quod teſte peguera deciſ. 256. ſi quis fuerit ſimpliciter condemnatus conſeruiendum in triremibus non tenetur ſeruire remigando, ſed militando. & *D. Rouitus in pragm. 1. de pœnis num. 16.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Conſanguineos conſentire recuſantes vbi tenentur, Iudex poteſt compellere, vel ipſe præſtare auctoritatem, & dare licentiam contrahendi.

SVMMARIVM.

1 *MInor vel maior prohibitus contrahere abſque conſanguineorum conſenſu, illis recuſantibus, poteſt adire Iudicem, qui eos coget, vel dabit licentiam cōtrahendi, ſed quid ſi conſanguinei ſint pupilli vel fœminæ num 8.*

2 *Conſentire ſi duo tenentur & vnus diſſentiant, Iudex poteſt illum cogere, quid ſi patiatur potius ſe excoriari, quam conſentire num 3.*

4 *Conſenſus vnius ſi deſideratur, & non vult adhibere ſine cauſa legitima, ſuperior, vel poteſt dare licentiam, vel compellet conſentire, fallit ſi requiratur copulatiuè etiam eiuſdem ſuperioris auctoritas num. 12.*

5 *Prohibitis contrahere matrimonium abſq. conſenſu agnatorum ſi ſine cauſa denegant quo modo ſuccurratur.*

6 *Statutum quod non poſſit contrahi matrimonium ſine agnatorum conſenſu non valet.*

7 *Matrimonij libertatem impediens, anathema eſt.*

9 *Cōſentire ſi recuſat proximior nuptijs puellæ, vt ei abſque hærede morienti ſuccedat, poteſt Iudex alium coniunctum remotiorem adhibere.*

10 *Conſenſus propinquorum, vt proficiat in caſibus, in quibus interuenire debet, quæ requiratur.*

11 *Conſenſus proximiorum in actu ſimulato adhibitus illum non validat, & habetur, ac ſi non interfuiſſet.*

DECISIO LXII.

IN eadem cauſa de qua in præced. deciſ. fuit diſcuſſum, & concluſum, quod vbi conſanguinei, qui tenentur conſentire, recuſant poteſt minor, aut etiam maior prohibitus, vel mulier adire Iudicem, & Iudex captis pignoribus per multæ indictionem eos poteſt compellere, vel dare licentiam contrahendi examinata prius cauſa contradictionis, ſi quam allegant, quæ ſi legitima eſt, bene quidem, ſin autem compellentur vt ſupra, vel dabitur licentia contrahēdi ex Theorica Bart communiter à Doctoribus omnibus, *ibi recepta in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore ff ſolut. matrim. & ex his quæ dixit Bald. in l. 1. num. 3. C. de nupt.*
2 quod ſi ex duobus, qui tenentur conſentire vnus eſt paratus conſentire, alter verò diſſentit, Iudex coget iſtum conſentire, argum. *l. huiuſmodi in*
3 *fin. ff. de leg. primo*, & ſi iſte potius patiatur ſe excoriari, quàm conſentire, interueniat Iudex, & ſupplebit eius vices, vt in *d. l. prima, & l. Viduæ C. eod. de nupt leg. bonorum C. qui admit l. ſi infanti, C. de iure delibe. & l. profectitia. in principio ff. de iur. dot. & idem tenet in l. prima num. 68. C. qui admitt. & in l. tranſactionem C. de tranſact. & in l. in coniunctione num. 5. & in l. Viduæ num. 4 C. de nupt. idem Salyc. in d. l. Viduæ, & in l. dudum C. de contrahend. emptio. late Rom. in d. leg. tranſactionem & Petr. Rauen. in ſuo alphabeto aureo in verbo ſtatutum pagina mihi 175. in parua impreſſione verſ. de ſtatuto quod mulier, & in eiſdem terminis Abba. in cap. nullus extra de iur. patron. num primo*, vbi eſt bonus tex. ad hoc dicens,
4 quod vbi deſideratur conſenſus vnius in fauorem alterius ſi non vult conſentire ſine cauſa legitima poteſt ille habere recurſum ad ſuperiorem, & ipſe dabit licentiam, vel conſenſum, vel compel-
5 let illum ad conſentiendum, & inſert ad ſtatutum, quo prohibetur puellam contrahere matrimonium ſine conſenſu duorum agnatorum ſi enim agnati ſine cauſa denegant preſtare conſenſum, poteſt adiri ſuperior, vt ipſe det licentiam cauſa cognita, vel quod ipſe compellat conſanguineos ad conſentiendum, & dicit ſic ipſum alias conſuluiſſe, & idem tenet in *cap. auaritiæ num. extra de prebend. in cap. quod Dei timore extra de ſtat. monac. & Corſetus in ſingul. ſuis in ſing. 69. incip. ſtatuto* cauetur in verbo conſenſus, & non loquor, neque intro in hāc ma-
6 teriam, an tale ſtatutum valeat, quia ſcio non valere, ſiquidem correctæ ſunt leges, quæ requirebant etiam partium conſenſum in nuptijs filiarum, vt per *Io. Andr. in cap. ſtatutum de hæret. lib. 6. & Anchar. in repetit. cap. canonum ſtatuta 56. extra de conſtit.* & nouiſsime per

Sacrum

Sacrum Tridentinum Concilium libertatem
matrimonij impedientes anathematis pœnam
damnantur. 24. *ſeſſ. de Reform. cap. 9.* ſed re-
deundo ſciendum eſt quod ea quæ in ſuperiori,
& in præſenti deciſione dicta ſunt, quod ſcilicet
proximiores teneantur conſenſum præbere, &
7 recuſantes ſine cauſa poſſunt compelli non ha-
bet locum, vbi proximiores eſſent pupilli, & fæ-
minæ, quæ non ſunt habiles ad præbendum ta-
lem conſenſum ex *Bald. in l. prima, C. qui ad-
mi. num. 67. & 68. etiam in l. fin. C. de verb.
ſignificat. Alex. in l. 2. §. voluntatem num. 8.
ff. ſol. matr. ſub limitat. tamen Bald.* in mino-
8 ribus, & diſcretis, & capacibus conſilijs dummo-
dò non pupilli, quia poſſunt præbere conſenſum
in *l. inconiunctione num. 6. C. de nupt. cum quo
pertranſit Anchar. in repetit. dicti cap. canonum
9 ſtatuta extra de conſt. num. 256. & ſeq. & Rom.
in d. l. tranſactionem num. 5. C. de tranſact. &
dixit idem Bald. in l. Vidua num. 4. C. de nupt.*
quod ſi proximior, qui tenetur conſentire nu-
ptijs puellæ contradicit, vt puella moriatur ſine
hærede, & ipſe ſuccedat, Iudex adhibebit alium
coniunctum remotiorem, qui talem ſpem non
10 habeat verum, vt conſenſus proximiorum ſit
proficuus in caſibus, in quibus interuenire debet
neceſſe eſt, vt ipſi factum nudum, & clarum in-
telligant, & de eo plenam, & veram notitiam ha-
beant, nam alias non dicerentur eſſe præſentes,
& conſentientes, ita firmat Bald. in rub. C. qui
11 adm. num. 5. & 6. inferens, quod ſi minor ſimu-
lauit vendere, ſed re vera donauit conſenſus, &
actus propinquorum, nihil operatur, quia crede-
bant conſentire venditioni non autem donatio-
ni, & actus ſimulatus non validatur, & habetur,
hac ſi illi non interfuiſſent. Et quod dictum eſt
quod Iudex poteſt ſupplere defectum contradi-
centium non habet locum, vbi ſtatutum requi-
12 reret copulatiuè, vtrunq. ſcilicet cõſenſum pro-
pinquorum, & Iudicis authoritatem, nam eo ca-
ſu in defectum propinquorum eſſent alij ſubro-
gandi, & cum illis Iudex authoritatem præſert
contractui, nam ſolus Iudex non ſufficeret, quod
dicit. *Bald. eſſe notandum in rubr.* C. *de contra-
hend. empt. num. 46.* & quia quotidiana ſunt, &
conferunt ad materiam pro practicis, & curiali-
bus noſtris deſeruiant.

Non indiget Summario.

A D D I T I O.

EX ſupradictis in Deciſione 60. poſſunt reaſſumi, quę pro deciſione queſitorum huius loci faciunt dum ex eo colligitur, &c. indubitalis determinatio per quam conſulitur, volenti contrahere abſque conſenſu requiſito, & neceſſario ſuorum propinquorum dum illi recuſauerint, vt in eo in quo dum ſit mentio de matrimonio contrahendo, ſine agniatorum conſenſum, &c. ex eo quod vii neceſſariũ requiſiti denegant adde præter ibi allegata *thor. 1. parte comp.* verbo conſentire, & ſi permittatur, talis diſpoſitio nec videatur offendere libertatem matrimonij per *Paſchal. de patria poteſtate p. 2. c. 5. num. 32. & ſeq. & D. R. Tapp. in iure Regni rub. 12. de matrim. & feudat. publ. contrah. num. 10. & ſequenti, & theſ. 9. for. 70. lib. 1. vbi de alijs.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An depoſitio principalis, illico, dato termino peti poſſit, & quando.

S V M M A R I V M.

1 *DEpoſitio principalis ex communi practica S. C. in qualibet iudicij parte peti poteſt.*

2 *Depoſitio principalis, ſiue interrogatio, inuenta eſt, vt reus ab onere probandi releuetur, & num. 9. calumnioſè tamen petita denegatur num. 3. item vbi petentem non releuat num. 4.*

5 *Fructus rei locatæ exiſtentes in remotis partibus ignorare, quis præſumitur.*

6 *Clauſula in contractu affictus (quod plus valet donat) conductorem in caſu enormiſſimæ laſionis non iuuat, ratio num. 7.*

8 *Depoſitio principalis ſi conceditur, terminus currere non poteſt, & quare, ibidem, & num. 10.*

11 *Depoſitio principalis debet peti illico, dato termino, rationes in oppoſito reſoluuntur num. 12. 13. & 14.*

14 *Litem mouens tempore incongruo ſibi imputare debet.*

D E C I S I O LXIII.

1 DEcreueram hanc deciſionem omitere, quia de rebus indubitatis, & claris oritur potius deriſio, quam deciſio; præſertim, quia depoſitio principalis de qua agitur in qualibet parte Iudicij peti poteſt ex communi obſeruantia practica, ac ſtylo S. C. quem ſciunt, qui nunc incipiunt negotiari, nedum qui diu in foro, & iudicando verſati ſunt (licet alias de iure communi fuerit dubitatum, an poſt concluſum in cauſa poſſet peti) quia procedimus in Sac. Conſ. ſola facti veritate inſpecta, vt per *Pragmat. Reginæ Iſabellæ, &*

teſtatur

Digitized by Google

teſtatur de his omnibus D. *Præſes de Franchis*
in eius deciſ. 220.
Sed quia neceſſarium fuit hunc articulum de-
cidere coram Excellentiſſimo Prorege Beneuen-
ti Comite in Collater. conſ. & cum conſiliarijs
duarum aularum magis propter partium autho-
ritatem, quam illius difficultatem licet non de-
fuerit, qui de illo dubitauit: ideo ne amplius,(vt
credo) dubitari contingat ſilentio prætereũdam
eſſe hanc decionem neſcium exiſtimaui.
Anſam dubitandi dedit iudicium motum in
Sac. Conſ. pro parte D. Ioannis de Taſſis gene-
ralis tabellarioru præfecti contra hæredes, quõ-
dam Ioannis Baptiſtæ Capat. cui arrendauerat
exercitium officij prædicti in hoc Regno, in quo
affictu nõ ſolum enormiſſime,& vltra dimidiam,
ſed in totum ſe læſum prætendit,& egit ad con-
tractus reſolutionem,& annullationem pro par-
te hæredis filiæ vnicæ minoris, ac pupillæ, illico
dato termino in cauſa, fuit petita depoſitio dicti
D. Ioannis tanquam principalis Conſiliarius Sa-
lamanca cauſæ commiſſarius illam denegauit,
ſed facta relatione in S. C. de prædicto incidenti
in duabus aulis fuit ab omnibus reuocatum de-
cretum prædictum, & deciſum quod deponat,
& interim terminus non currat, à quo decreto
Sac. Conſ. fuit reclamatum pro parte D. Ioannis
& Excellentiſſimus. D. Prorex mandauit reuide-
ri articulum prædictum coram ipſo in Colleta-
rali conſ. in quo fuit iterum iunctis aulis de-
ciſus.
Et qui partes D. Ioannis tuebantur dicebant
non eſſe deferendum petitæ depoſitioni princi-
palis, ex quo calumnioſè petebatur; nam licet
vera ſit regula de iure communi, quod principa-
lis deponere tenetur, quia inuenta eſt interroga-
2 tio principalis, vt reus releuetur ab onere pro-
bandi, vt ſtatuit *Vulp. in l. vbicunque ff. de in-*
terrog. act. & in cap. primo de confeſs. libr. 6.
& idem de iure Regni, vt per Pragmaticam ſub
titulo de ordine Iudic. Pragm. 8. tamen vbi de-
tegitur, quod calumnioſè petitur deneganda eſt,
3 vt per *D. de Franchis in deciſ.* 220. *num.* 7. *vbi*
allegat Doct. ad id, & dicebatur detegi calum-
niam manifeſtam in caſu de quo agitur, nam D.
Ioannes de Taſſis degit in Inſula Angliæ Regis
legatus,& ſic in remotiſſimis partibus, vbi datur
difficilis,& ferè impoſſibilis acceſſus ob morum,
& religionis differentiam cum inſula illa in in-
iuriam Chriſtianæ Reipub. iam diu polluta ſit
hæretica prauitate, & non ad ſint captolicorum
tribunalia, coram quibus depoſitio prædicta fieri
poſſit; quare dicebatur depoſitionem prędictam
non ad alium finem eſſe petitam, quam vt ſileat
hoc iudicium, & amplius nõ procedatur in cau-
ſa, quod non erat ferẽdum cum maior coniectu-
ra calumniæ afferri non poſſit.
Dicebatur etiam, quod vbi depoſitio princi-
palis non releuat petentem, non eſt concedenda
4 ex traditis per eundem *de Franchis in d. deciſ.*
& tenet Specul. in tit. depoſit. §. 5. num. 11.
verſ. nota quod, & verſ. in ſumma nota num.
17. & in §. 7. num. 2. & 4. & §. 10. Pract.
Papienſis in forma reſponſionis rei verſ. imper-
tinentes; vbi allegat iura ad hoc facientia, at hæc
depoſitio non poterat releuare petentem quia
D. Ioannes locator nunquam fuit in hoc Regno
vt potuiſſet ſcire verum redditum,& valorem
dicti officij, & illum ex certa ſcientia remictere,
& donare,& pro tam modica quantitate,& pen-
ſione locare, & ideo nõ poterat aliquo pacto ſu-
5 per hoc reſpondere, quia in remotis præſumi-
tur, quis ignorare fructus rei locatæ ſecundum
Bald. in l. 2. C. de reſcind. vend. num. 23. &
cum agatur de reſolutione contractus ex capite
enormiſſimæ læſionis non poteſt partem iuuare
6 clauſula poſita in contractu affictus, quod illud
quod plus valeat donat, &c. Quia illa intelligi-
tur de modica quantitate, vt tenet. *Bart. & poſt*
eum alij in d. l. 2. C. de reſcind. vend. vbi Ca-
gnol. optimè declarat num. 127. etiam in ſciente
valorem, illa verba, quod plus valet, donat. non
auferunt remedium d. l. 2. nec iura admictunt
exceſſum donationis etiam ſi in contractu præ-
dicto adeſſet ſpecifica renunciatio *d. l. 2. cum*
iuramento per Couar. optimè lib. 2. var. reſol.
cap. 4. num. 5. verſ. cæterum, & Arr. Pinell.
in d. l. 2. §. primo num. 11. cum ſeq. & num.
20. & ſeq. Nec in contractu locationis ratio ha-
beri debet prædictę donationis fundatæ in clau-
ſula prædicta, vt optime docet. *Couar. in loco*
ſup. cit. num. 11. quia contractus locationis eſt
7 quid neceſſarium, contractus vero donationis eſt
quid gratuitum propterea, vbi partes agunt de
vendendo, vel locando nunquam cenſentur verè
agere de gratuito actu.
Relata cauſa in præſentia Excellẽtiſsimi Pro-
regis per cauſæ commiſſarium ipſe dicebat de-
poſitionem prædictam iam fuiſſe calumnioſè pe-
titam, ex ſupradictis, & proinde non admictẽn-
dam, vel quod ſi eſſet deferendum petitæ depo-
ſitioni, interim terminus curreret. Sed ab omni-
bus eius opinio fuit reprobata, nã eo ipſo quod
depoſitio principalis conceditur, terminus non
poteſt currere, vt replicauit vnus ex Dominis,
quia ſunt imcompatibilia, principalem depone-
re debere,& terminum currere. Nam ſi ideo pe-
9 titur depoſitio principalis, vt releuetur reus ab
onere probandi in totum, vel in partem, ergo in-
terim terminus non poteſt, nec debet currere,
quia eſſet auferre reo defenſionem, & probatio-
nes, nam antequam depoſitio principalis habere-
tur, ſi degeret in longinquis, & remotis partibus
vt hic, poſſet terminus decurrere, & reus confi-
ſus depoſitioni petitę reperiretur deluſus, & re-
maneret abſq. probationibus ſi principalis nega-
ret poſitiones,& ſic ab omnibus fuit dictum,
quod terminus non poteſt currere, pendente de-
poſitione principalis, quia alias eſſet non releua-
men, ſed onus petentis,& contineret repugnan-
tiã,& nulla ratione, aut lege poterat huiuſmodi
opinio ſubſtineri, & eſt contra text. expreſſum
Pragmaticę prędictę, quę expreſſe ſtatuit, vt di-
latio,& terminus non currat ante reſponſionem
principalis poſitionibus factam, ibi cum nõ con-
ueniat dilationem, &c. & ita tenet modernus in
commento d. Pragmaticę, quem habeo poſt ope-
ra *Bartol. de Capua, & allegat ad idem Bald.*
in l ſi cum ipſe ff. de excuſ. tut. Alior allegat
Afflict. in conſt. inſtitiarij per prouincias nu 7.

Quare

Quare die 15. Menſis Decembris 1603. fuit confirmatum decretum Sacr. Conſ. per idem Sac. & Collaterale conſ. oppoſitis non obſtantibus, quę tantum abeſt, vt arguant calumniã ex parte inficiantis, & negantis, attenta enim forma Regię Pragmaticæ, de qua ſupra depoſito principalis debet peti illico dato termino, & affert

11 rationem Pragmatica, vt cognoſcatur in quibus partes ipſe, vel altera ex eis ab onere probandi fuerint releuatæ, ergo qui tenuit eſſe calumnioſam, contra caſum Pragmaticę ſenſit, ſiquidem quod D Ioannes in pręſentiarum reperiatur remotis, & ſic in Inſula Angliæ, quid culpę imputari poteſt huic pupillæ conuentę. Debebat D. Ioannes, vel expectare regreſſum ſuum, vel iudicium mouere ante egreſſum ab Hyſpania, nam actor eſt, & voluntariè agit, & reus excipit, & legitime ſe defendere ſperat, & releuari reſponſione, & depoſitione principalis. Debebat enim cogitare D. Ioannes, vt prędictum iudicium inſtituit, quod illud inſtituebat aduerſus pupillam de contractu diutino tot annis retro geſto cum patre quo viuo non fuit conqueſtus, qui credibile eſt quod poterat ſe melius defendere tãquam melius de re, & facto informatus, quàm eius filia minor ſub aliena poteſtate, & ſi tot annis ſiluit, viuo patre non eſt abſonum, nec olet calumniã expectare hoc aliud temporis ſpatium, donec

12 deponat, debebat etiam præuidere, & conſiderare, quod dum ipſe erat actor, & mouit iudiciũ degens iam in Inſula Angliæ, quod poterat pupilla conuenta vti remedijs legalibus, inter quæ eſt depoſitio principalis, & ideo nulla ratio ſuadet, quod illam non poſſit petere, & petẽdo dicatur calumnioſa. præſertim quia agitur de re grauiſsima excedente ſummam ducat, centum quinquaginta millium, & de re cum patre pupillæ geſta, & inter coniunctos ſanguine, & multa ſecreto inter D. Ioannem patrem pupillæ proceſſerunt, vt fuit propoſitum, quæ non poſſunt verificari, & probari niſi per depoſitionem dicti D. Ioannis, qui cum ſit tantę qualitatis, & probitatis vir, & miniſter credendum eſt quod non negabit geſta inter ipſum, & dictum patrem pupillæ, à quo non vulgaribus donis, & muneribus donatus fuit, & anticipato, ac duplicato canone præter debitum per contractum prædictum adiutus, quæ omnia aliam ſecretam inter ipſos cõuentionem extra ſcripturam arguunt ad excluſionem prædictæ læſionis, & pro certa ſcientia valoris, & reddituum dicti officij, & aliarum circumſtantiarum, vt pro parte pupillæ aduertebatur propter quæ omnia non modo non calumnioſa, ſed omnibus neceſſaria fuit viſa petita

14 depoſitio principalis etiam, quia non datur tam difficilis acceſſus in Angliam, vt præſupponebatur ex aduerſo, nam cum ipſe legatus ibi Regis noſtri degat ordinarius datur acceſſus, & literarum tranſmiſſio legatis, & eadem via poterit reſpondere poſitionibus, & in Hiſpaniam tranſmittere, & ab Hiſpania Neapolim, ſed eſto daretur difficilis, vel impoſſibilis ſibi imputet, qui li-

15 tem mouit eo tempore, quo in remotis degeret, cum debuiſſet, & potuiſſet prius, & magis congruo tempore inſtituere, & ſatis eſt culpam, & calumniam non poſſe imputari pupillæ, quæ iure permictente probationem, quærit ab ore aduerſarij, & nullius eſt conſiderationis dicere, quod donatio in contractu prædicto non aufert remedium læſionis, &c. nam non eſt præſentis ſpeculationis, illud enim reſpicit merita cauſæ principalis, & talia poterit deponere principalis quæ auferant omnes difficultates. Hæc deciſio deſeruiat practicis, deſpiciant ſpeculatiui.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *DEpoſitio principalis caluņioſa petita denegatur.*

2 *Articulis impertinentibus quis reſpondere non tenetur.*

3 *Tradis traditur, quando depoſitio dicitur caluņioſa petita quando Iudex prouideat.*

4 *Principalis non tenetur reſpondere quando poſitio eſt ſuper repulſa eius teſtium perducatum.*

5 *Depoſitio principalis caluņioſa eſſe denegãda.*

6 *Depoſitio principalis poſt concluſum non admictitur cum declarate.*

7 *Concluſio in cauſa quot modis dicatur facta cum pluribus in materia concluſionis.*

8 *Examinator debet micti non ſuntibus principalis examinandi dum eſt ab eum à loco iudicis cum declarationibus.*

1 PRo practicis vt D. Auth. in fine dicit, quod depoſitio principalis calunnioſè petita denegatur, adde *Annam ſingul.*

2 *449.* ibi in articulis impertinẽtibus quis Reſpondere nõ tenetur. *Carau. ritu 300. Ozaſc. deciſ. pedem. 1. & 14. cap. deciſ 18. id. Anna ſing. 501. vbi addidi maſtrill. de magiſtrat. p 2 lib. 5. cap. 13 num. 60.* & de ipſa materia poſitionũ, & articulorum impertinentium. *Surd. conſ. 134. nu. 7. & 8 poſt pariſ. conſ. 122. vol. 1. & conſ. 67. col. fin. vol. 4. & conſ. 97. num. 130. cum ſequentibus,* & in terminis ipſius depoſitionis ſuper impertinentibus. *D. meus R. tappia in. 3 tit. iuris regni fol. 130. Farinacc. de oppoſit. 6. teſtes quæſt. 75. col. 7. à num. 19. & ſequenti, & D. Rouit. in pragm. contigit de ordin. iudicior. id. Anna ſingul. 622. & muſcatell. de appell. gloſ. partis. fol. 70. & ſequent. bus) & vide circa cognitionem articulorum impertinentium mari ad gramat. deciſ. 45. num. 11. & quo tempore debeat eis apponi per cap. deciſ. 28. num. 9. & 10.*

3 Hinc eſt quod cum dubitatur ſi poſitiones faciunt ad cauſam vel ne, & ſunt impertinẽtes, &c. & conſequenter dici depoſitionem calumnioſe petitam, iudex inſtante parte mandat, vt actuarius referat, ſi poſitiones ipſe ſint impertinentes

quod

Digitized by Google

quod male iudicio meõ ſaluo meliari quia debet ipſe cognoſcere, vt ego practicabam tempore mei Auditoratus, ſed melius erit imprax, vt principalis deponat cum clauſula(ſaluo iure impertinentiarum) quia tunc ex dicta confeſſione ſi impertinentes reperiantur poſitiones in nihilo ſibi preiudicat. *vt latè curt. in tract. de poſit. num. 20. etiam ſi eſſet* ſuper illis iuratũ *vextra in prax. curiæ romane lib. 5. cap. 13. nu. 26. cum concord. allegat. per Benint. decis. 32. num. 15. 16. & 17.*

4 Hinc eſt quod principalis non tenetur reſpõdere quando poſitio eſt ſuper repulſa eius teſtium productorum, & contineat delictum, ſed ſolum circa conſanguinitatem quod certe eſt teſtatur praxis de qua notabilis *cap. in c. impeialem §. præterea ſi quis infeudatus ſub verſ. quarta concluſio in fin. ſol. 52* & in tantum
5 eſt verum quod depoſitio principalis calunnioſe petita ſit deneganda, quod poſt concluſum in cauſa ipſa non admictitur, &c. tamquam calumnioſe *pet ita 2. prag. 77 §. 6. de ff S. C. niſi* fuerit petita ſuper rebus occurſis poſt concluſum in ipſa cauſa quo caſu iudex poterit, ſi ei videbitur non fuiſſe calumnioſe petitam concedere
6 parti, & circa Hec attende deciſ. peguere 231. quot modis dicatur concluſio in cauſa facta ad
7 finem denegandi depoſitionẽ principalis, & cum fuiſſet facta in cauſa concluſio, & parti intimata in eod em actu petita depoſitio principalis an ſit deferenda per Thor. 2 part. comp. deciſ. verbo. Depoſitio principalis vbi ait deciſum, per S. C. quod deponat principalis, *& in eod. comp.* verbo depoſitio ſpecialis excitat larga manu plura cumulando ſi depoſitio ſpecialis ſolius procuratoris non habentis ſpecialiſſimum mandatum, & induiduum ad ſic, & ſic reſpondendũ ſufficiat citra depoſitionem principalis abſentis, & in hoc obſerua, quod quando eſt abſens principalis à loco iudicij debet ſuis ſumptibus micti examinator ad ſuſcipiendum eius depoſitionem vel comicti officialibus locorum *vt Afflict. deciſ. 177. & in conſt. Aduocatis num. 9. Ricc. coll. 115. Carau. rit. 153. num. 1. & 239 num. 15. Auua ſingul. 405. vbi dixi, & vide Cappell. tholeſ. deciſ 272. incip. item fuit queſitum aduertendo*, quo ad expenſas competentes attuario pro expeditione literarum commiſſionalium & pro exemplo articulorum, ſuper quo eſt recipienda depoſitio vt de franchi deciſ 232. num. 3. quia ipſas ſoluit pars petens, & vide muſcatell. *prax. S. C. p. 5 gl ſa legatores num. 29. Cornazz. deciſ. lucent* 80. *marta voto* 70. *nu* 14. *& voto 87. num.* 4 ſed cum principalis non tenetur venire ratione dignitatis infirmitatis vel ſexus allegata nõ procedunt, vt *Guttierez pract. quæſ. q 63. lib. 1 de franch. deciſ 232. n. 7. & Adde ex conſ. R. deponte 93. libr. 1. quando principalis* eſt abſens ex cauſa Reipublicæ, quia tunc multo minus tenebitur ad expenſas profacienda depoſitione tunc quia non tenetur venire tum etiã quia preſumitur præſens, & circa predicta vide quid in Gallia ſeruetur, &c. *per Rebuff. ad conſt. galliæ tit. de reſponſionibus per verbum credit artic. 1 gloſ. p. num. 12. tom. 3. & articulo 4. gloſ. vnic. n. 5. & 6. & de trattation. abbũdanti per Borrell. 2. p. ſum. deciſ. tit. 1. de artic. & poſitionibus.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Duobus maſculis vniuerſalibus hæredibus inſtitutis, relicto vſufructu certę quantitatis fœminis, vt poſt earum obitum maſculi ſuccedant, ſi vnus ex inſtitutis relictis filijs prædecedat deinde altera ex legatarijs, an portio ipſius legatariæ defunctę ad alium hæredem ſuperſtitem vadat, vel ad hæredem inſtituti pręmortui traſmictatur.

SVMMARIVM.

1 *FIdeicommiſſum conditionale ad hæredes non traſmictitur.*

2 *Proprietas cenſetur legata cum onere fideicommiſſi quoties rei poſt obitum alicui reſtituende, vſus fructus, legatario ſufficiens relinquit dum viuit.*

3 *Legatum ad tempus relictum, finito tempore, recurritur ad hæredem. non iure fideicommiſſi, ſed conſolidationis, ſecus ſi ſimpliciter poſt mortem legatarij numero 4. & 6.*

5 *Legatum poſt mortem legatarij debens ad hæredem redire, qui reperitur mortuus num hæredi hæredis debeat num 7. & 10. & affirmatiue S. C. iudicauit num. 8. & 14. ratio affertur num 9.*

11 *Legatum non caducatur hærede præmoriente, quoties teſtatori dixit, redeat ad hæredes meos, vel quando hæres præmortuus erat filius teſtatoris.*

12 *Inſtitutus poſt mortem vxoris relicta legataria, non dicitur conditionaliter inſtitutus, & ideo præmoriens tranſmictit ad hæredes, & num. 13.*

DE

DECISIO LXIV.

GRegorius Funicella reliquit hæredes vniuerſales duos eius filios Anellum, & Ioannem Hieronymum, & duabus filijs fœminis monialibus tertij ordinis Sancti Franciſci reliquit his verbis.

Item laſſo à Sore Conſtanza, e Sor Martia Funicelle mie figlie del terzo Ordine di San Franceſco docati otto cento correnti à ciaſcuna quattro cento per ogni parte, portione &c. de pagarli in denari contanti ſtatim ſequuta mia morte, ò vero li debbiano conſignare tante annue intrate à raggione di noue per cento. & che ne ſiano vſufruttuarie vita durante tantũ, et nõ poſſano diſponere ſe nõ ſolamẽte de docati cinquanta per ciaſcheduna, & li reſtanti ducati ſette cento ſuccedano, & debbano ſuccedere li miei figli, & heredi, vt ſupra inſtituti.

Prædeceſsit Anellus Ioanni Hieronymo cohæredi, & etiam ſororibus prædictis legatarijs relictis filijs, & vxore heredibus vniuerſalibus. Deinde deceſsit ſoror Conſtantia vna ex legatarijs ſuperſtite Ioanne Hieronymo fratre hærede vt ſupra, orta fuit controuerſia inter dictum Ioannem Hieronymum, & filios, & vxorem Anelli eius fratris hæredes ſuper ſucceſsione dictæ ſororis Conſtantiæ, prætendente dicto Ioanne Hieronymo, quod cum Anellus prædeceſſerit dictæ legatariæ, quæ erat grauata reſtituere poſt eius mortem, quod euanuit in perſona Anelli præcedentis prædictum fideicommiſſum, & fuit caducatum, & non tranſmiſſum ad eius hæredes, ſed ad ipſum hæredem ſuperſtitem ſpectare *ex regn. tex. l. vnica § ſin autem, C. de caduc. toll.* ex quo Docto. omnes communi calculo ſumunt fi-
1 deicommiſſum conditionale non tranſmicti ad hæredes, quam materiam latè explicat *Gul. in rep. c. Raynutius extra de teſtamentis, prima parte in verſ. ſi abſq; liberis moriretur lo. 2. nu. 70. cum ſeq & Docto. omnes in l. prima C. de his, qui ante apertas tabulas,* & non eſt dubiũ ex verbis dicti legati fuiſſe inductum fideicommiſſum conditionale poſt mortem legatarij teſte *Scæuola in l ſpecies ff. de auro, & arg. leg.* vbi ſpecies auri, vel argenti legati, ita vt poſt mor-
2 tem reſtituat legatarius illi, vel illi, & vſusfructus legatario ſufficiat dum viuit, inquit tex. *intelligo proprietatem legatam addito onere fideicommiſſi, & idem diſponit Mart. in l. fin. ff. de vſufr. earum rerum, quæ vſu conſum.* vbi legata pecunia Titio, vt poſt eius obitum Mæuio reſtituat, & vſum eius Titius haberet cenſetur legata proprietas, & vſus facta mentio, quia poſt mortem erat à titio pecunia reſtituenda, & ideo cum tẽpore mortis Conſtantiæ non reperiatur viuus ni-
ſi vnus hęres, vtiq; illi tantum facienda eſt reſtitutio, & non heredi heredis, & hoc tenet expreſsè *Paul. de Caſtr. in l. Titia §. Titia num. 1. ff. de*
3 *leg. 2.* vbi poſt multa concludit, quod aut teſtator legauit ad tempus exempli gratia vſq; ad biennium, &c. & tunc finito biennio reddit legatum ad hęredem, non iure fideicommiſſi, ſed conſolidationis, quia conſolidatur cum hæreditate, ſicut vſusfructus cum proprietate, & ſic pœnes quemcumq; reperitur hæreditas bona redeunt, & ita dicit eſſe intelligenda dicta Bart. ibi qui tenet contrarium, vt inferius dicetur, quæ in ſe eſt ſingularis, ita intellecta, aut fuit legatum ſim-
4 pliciter non adiecto tempore ad ſubſtantiam eius, ſed legatarius fuit grauatus reſtituere poſt mortem, & tunc procedunt, quæ ſupra dicta ſũt, quod cum ſit conditionale hoc fideicommiſſum non tranſmictitur, ſed remanebit pœnes hæredem grauati, & ſubdit iſta eſſe liganda ad digitum, quia millies habebuntur in facto, & vidit ſollemnes viros errare in hoc, non conſiderantes prædicta, idéque tenet in *l. fi. C. de leg. num* 4 vbi
5 firmat quæſtionem, ſi legatum poſt mortem legatarij debet ad hæredem redire, & reperiatur hæres mortuus, an debeat reſtitui hæredi hæredis, & ſequitur partem negatiuam, quia videtur quoddam fideicommiſſum relictum à legatario hæredi poſt mortem ipſius legatarij, & ſic conditionale, ſi hæres tunc reperiatur viuus *l. ſi hæres meus ff. de condit. & demonſtrat. & eſt text. expreſſus cum gloſ. in l in cauſa §. Pomponius ff. de minor. & dicit bart.* tenentem contrariam opinionem non reijcere hæc contraria, & non reſpondet ad *text. in d. §. Pomponius*, & cum haberet ipſe hanc quæſtionem de facto Bononiæ, & eſſet Aduocatus, allegauit dictum Barthol. contra Aduocatum alterius Partis, qui tenebat contrarium, & de Bart. non fuit recordatus, & *cum Ludouic. Roman. fuiſſet interrogatus pro Clientulo ſuo, videns recollectas ſuas in d. §. Titia,* non videns reſponſum, recuſauit conſulere pro opinione Bart. & diſtinguit etiam
6 quod aut legatum fuit relictum ad tempus, puta lego tibi quouſque vixeris, tunc eo mortuo finitur, & eſt perinde, ac ſi non fuiſſet factum pro vlteriori tempore, & procedit determinatio Bart. aut reliquit ſimpliciter poſtea grauat legatarium, quod poſt eius mortem reſtituat hæredi, & tunc ſecus *d. §. Pomponius, cum ſua gloſ. & cum hac opinione pertranſit Alex. in d. l fin. num. 4. verſ. hic quærit, Paul. Iacobin. num. 5.*

Et de duobus hæredibus inſtitutis, ſi vnus prę-
7 decedat legatario grauato, quod legatum non pertineat ad hæredem hæredis, ſed ad hæredem ſuperſtitem tantum conſuluit *Alex. conſ. 173. vol. 2. & idem Marian. Soccin. Iunior in conſ. 54. vol. 4. cum alijs, quos allegat.*

Sed his non obſtantibus Sacrum Conſilium
8 ſequutum fuit opinionem *Bart. in d. §. Titia*, quia in huiuſmodi caſu, non ſolùm veniunt hæredes, ſed hæredum hæredes per text. expreſſum in *l. in annalibus C. de legat.* quia non videtur teſtator habuiſſe reſpectum ad perſonam, ſed ad ius hæreditarium, argum. *l. ita ff. de ſtatu liber. & hanc Bart. opinionem ſequitur ibi Bald.*

num.1.verſ.quærit gloſ.et in fine vbi dicit, quòd
9 hoc legatum tranſmictitur ad hæredes, non pro-
priè ex natura tranſmiſſionis, ſed ex natura tem-
poralitatis inſertæ in ipſo legato, quod tempo-
re finitur per *l fin C.de legat.* & ideò hæres hæ-
redis præmortui poterit vendicare, & ſequitur
etiam *Cuman.ibi num.* 3. Præterea ab hac opi-
nione non diſcrepat *Paul.de Caſtr.in d.l. final.*
quia ſumus in primo caſu conſiderato per Caſtr.
ibi teſtator reliquit legatario quoad vixerit, quo
caſu non diſſentit Caſtr. ab opinione Bart. & hic
eſt caſus, de quo agitur, in quo Gregor. legauit
dictis eius filiabus vnica oratione ducatos qua-
tuorcentum vnicuique, vt ſint vſuſructuariæ vi-
ta durante tantum, cum iſta dictione taxatiua,
& poſt earum obitum ſuccedant filij hæredes in-
ſtituti, & cum *Paul.* concordant *Alexand. ibi
Iacob.Corn.num.7.& alij ſupra relati* ita vt hæc
opinio in caſu prędicto nullum habeat contra-
dictorem, ſequitur, & *Paul.de Montepico, & re-
p tit.d.§ Titia num.16.&* 18. vbi fuſius de hac
re, quia non ſumus in ſecundo caſu conſiderato
per Paul. vbi teſtator ſimpliciter legatum, & gra-
uauit legatarium de reſtituendo poſt eius mor-
tem, & ſi Paulo de Montepico non aſſentiat hęc
diſtinctio Pauli, vt ibi per eum, tamen quicquid
10 ſit vera eſt regula, quod vbi aliquid legatur ad
vitam legatarij, vt poſt eius mortem ſit hæredis,
hoc caſu etiam hæres hæredis conſequitur lega-
tum, & eſt limitatio ad iura volentia conditio-
nale fideicommiſſum, vel legatum non tranſmi-
cti, quod maximè notandum dicit de Montepi-
co vbi ſupra, & hanc opinionem veriſſimam eſſe
cenſent, *Addent.ad Dec.in conſ.* 417. vbi con-
cludit, quod ſi teſtator dixit, redeat ad hæredes
11 meos, non erit caducum hærede præmoriente
legatario, quia hæres hæredis eſt hæres, vbi etiam
addit, ex veriſimili mente teſtatoris non poſſe di-
ci caducari legatum, quando hæres, qui præmor-
tuus eſt erat filius teſtatoris, & reliquit filios etiã
hæredes, vt in hoc caſu, & ideò ſi dixerit, redeat
legatum ad filios meos, vt hic, & illi relinquant
nepotes. vel pronepotes, qui veniunt appellatio-
ne filiorum conſequuntur legatum, & reprehen-
dit *Ruyn. in conſ. 29. volum.* 2. conſulentem,
quod ſi Pater filio naturali reliquit fundum, hoc
adiecto, quod ſi decederet ſine filijs, rediret ad
hæredes ſcriptos, qui erant filij legitimi, quorum
vnus prædeceſſit relicto filio, quod iſte filius cõ-
currens cum eius patruo non admictitur, quia
non eſt de ſcriptis in teſtamento, dicit namque,
quod malè conſuluit, ſiue iſte filius eſſet ſubſti-
tutus patri ſuo, ſiue non, quia legatum illud de-
bet intelligi ſecundum qualitatem perſonæ, quia
fundus cenſetur relictus pro alimentis, & ideò
legatum eſt temporale, vnde non reddit per viã
noui fideicommiſſi, ſed per viam extinctionis
prioris legati, etiam quia licet dicat teſtator red-
deat ad infraſcriptos meos hæredes, vt hic dici-
tur, quicquid dicant *Imol. & Aret. in l. ſi quis
filium § final.de acquir. hæredit.* ſecundum in-
fraſcriptos in filijs non facit limitationem, ſed
demonſtrationem. & hoc in effectu vult *Bald. in
l.id quod pauperibus num. 27. C. de epiſcop. &
cleric.* vbi format quæſt. ſi teſtator reliquit vſu-
12 fructuariam vxorem ſuam in vita ſua, & poſt
eius mortem inſtituebat hęredem fratrem ſuum,
poſt multa, quæ non faciunt ad rem, dicit, quod
aut vxor non fuit hæres inſtituta in vſuſructu,
ſed ſimplex legataria, tunc de conſuetudine, non
eſt dubium, quod capit vſumfructum; nam iſto
caſu inſtitutus poſt mortem, non videtur condi-
tionaliter inſtitutus, quia poſito conſequenti ne-
ceſſario, eſt ponere antecedens, ſed legatum eſt
conſequens, inſtitutio antecedens *inſtit.de leg.§.
an hæredis*, ergo ex quo teſtator voluit legata
13 deberi purè, ex mente teſtatoris, etiam inſtitutio
eſt pura, & ex hoc ſequitur, quod ſi inſtitutus de-
cedit, ante mortem vxoris legatariæ, quod ipſe
poſſit tranſmittere, quia poteſt adire, &c. & idẽ
tenet in *l.filius à patre ff. de liber. & poſthum.
& ibi Angel. vbi optimè num.5. declarat Paul.
de Caſtr.* dicens habuiſſe hanc quæſtionem de
facto Bononiæ in cauſa ſatis ardua, quia inſtitu-
tus deceſſerat ante vxorem relictam hæredem
in vſuſructu, donec viueret, & erat dubium, an
tranſmiſiſſet ad ſuos hæredes; concludit, quod
inſtitutio fuit pura, & ideò tranſmiſit ad hære-
des. & ita fuiſſe deciſum per Vicarium poteſta-
tis, cui fuit cauſa commiſſa de voluntate par-
tium, & ipſe noluit conſulere contrarium, licet
cum inſtantia fuiſſet requiſitus ab altera parte
memor. doctrin. *Bald.in d. l. & ſequitur Petr.
Paul.Pariſ.in conſ.97.nu.6.& 7. volum.2.*

Quare Sacrum Conſilium referente quon-
14 dam Carolo Fenicio die 12. Octobris 1593. de-
clarauit bona peruenta ad quondam Conſtan-
tiam Funicellam vigore teſtamenti quondam
Gregorij Funicellæ ob mortem dictæ Conſtan-
tiæ pro medietate ſpectauiſſe, & ſpectare ad ſu-
pradictum Ioannem Hieronymum Actorem, &
pro alia medietate ad filios quondam Anelli Fu-
nicellæ præmortui apud Longum Actuarium.
A qua ſententia cum reclamaſſet idem Ioannes
Hieronymus, tandem die 23. Decembris 1595.
fuit confirmata referente Don Petro de Vera
nunc Præſide, & impoſitum perpetuum ſilen-
tium.

A D D I T O.

S V M M A R I V M.

1 *Viri ſollemnes in materia fideicommiſ-
ſi conditionalis.*

2 *Fideicommiſſum conditionale quando tranſ
mittatur ad hæredes vſque ad finem.*

Pro clariſſima expeditione eorũ, quæ ad
corroborationem deciſi articuli in hãc
deciſ. allegantur circa materiam condi-
tionalis fidecommiſſi, in qua *vt dicit D.*
1 *Auth.* vidiſſe ſollemnes viros errare; Addas al-
legata, & reportata *in prato meo ad l.in annali-
bus C.de legat.* ex cuius medijs fuit formata ipſa
2 deciſio, & quando tranſmictatur ad hæredes per
D.Camill. de Medicis conſ.2. num.9. & poteſt
exemplificari ſi appareret aliquo modo voluiſſe
teſta-

Digitized by Google

teſtatorem bona conſeruari in familia, *vt Verall. deciſ. 21. p. 2.* vt cum alijs caſibus adornatum *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. & collexit Ricc. coll. deciſ. 359. per totam vbi ex Viuio deciſ. 398.* & alijs enunciat coniecturas, ex quibus poſſet percipi voluiſſe teſtatorem tranſmitti cōditionale fideicommiſſum, *& vide nobilem dicept. Gratiani 965. tom. 5. vbi omnia, et Rouit. conſ. 70. num. 8.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An ſi compilato proceſſu per creditorem ſuper reſciſſione contractus ob tertias non ſolutas, debitor eas ſoluerit, ſed interim aliæ ſunt decurſæ valeat debitor ex eodem proceſſu ad illas condemnari, vel requiratur nouum iudicium.

SVMMARIVM.

1 *IVs ex cauſa de præterito poſt litem conteſtatam eueniens venit in eodem iudicio, maximè ſi eſt acceſſorium ad primum.*

2 *Iudicium vbi ſine actione inſtituitur, ſi ex cauſa de præterito ſuperueniat ius, & actio competere incipiat pendente iudicio, poteſt ex eadem inſtantia ſequi condemnatio, & quid de conditione ſuperueniente nu. 3.*

4 *Reſcriptum impetratum ſuper contractu cōditionali, qui erat purus non tenet, licet poſtea conditio ſuperueniat.*

6 *Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito conualidat ius actoris in qualibet iuriſdictione delegata.*

6 *Libellus nouus minimè requiritur, vbi quod ſuperuenit poſt litis conteſtationem, non poterat ſub prima petitione includi, eo quia non debebatur, & in Sac. Conſil. iudicauit num. 9.*

7 *Petens minus, non prohibetur eodem iudicio reliquum petere ſine nouo libello, & ratio ibidem.*

8 *Exequutio pro fructibus maturatis lite pendente fieri poteſt in eodem iudicio.*

10 *Solemnitates iuris ciuilis in Regno Neapolitano ſunt ſublata.*

11 *Nullitates iuris poſitiui aduerſus ſententias Sacr. Conſ. non admictuntur.*

DECISIO LXV.

SAepiſſimè in Sacro Cōſilio creditores petūt reſcindi cōtractus aduerſus eorum debitores ob tertias non ſolutas ex pacto, quod ordine, & paſſim ponitur in huiuſmodi contractibus, quod ſi debitor defecerit à ſolutione per duas tertias continuas, poſſit contractus reſcindi, & accidit, quod compilato proceſſu ſuper prædicta reſciſſione debitor ſoluit tertias decurſas tempore litis motæ, & conſequenter purgauit moram, ſed interim ſunt decurſæ aliæ, quæ etiam ſufficiunt ad contractus reſciſſionem. Inſtat creditor ex tertijs lite pendente decurſis, & debitis ferri ſententiam, & procedi ad reſciſſionem; dicit debitor, quod illud eſt nouum iudicium, & habet opus nouo libello fortuitèr, & non litis conteſtatione, & formari nouus proceſſus, & quia reſciſſio fuit petita ob defectum tertiarum debitarum tempore litis motæ, quæ fuerunt ſolutę, & conſequenter ceſſat iudicium illud, ſi creditor ex alijs tertijs interim decurſis prætendit reſciſſionem, debet ſe de nouo dirigere, & audiri ipſe debitor iuris ordine ſeruato per tex. *in l. non poteſt cum ſua materia ff. de iudic.*

Nihilominus iudicauimus contrarium, ſcilicet
non eſſe opus nouo libello, ſiuè noua litis conte-
ſtatione, & nouo proceſſu, ſed poſſe debitorem
condemnari ex eodem proceſſu, & inſtantia fa-
cta per creditorem ratione tertiarum interim
lite pendente decurſarum ex *deciſ. gloſ. in §. ſi
minus inſtit. de act. & d. l. non poteſt, & ibi Bar-*
1 *tol. num. 2.* vbi concludit, quod aut poſt litem
conteſtatā ſuperuenit ius ex cauſa de præterito, &
in hoc iudicio, maximè ſi eſt acceſſorium ad pri-
mum per *tex. in l. ſi rem §. fin. ff. de pigno. act. &
tex. in l. ſi manzauero ff. de mandat. Quinimmo
dicit idem Bartol. in l. ſi Titius ff. de verbor. ob-*
2 *ligat. num. 2* quod vbi eſſet inſtitutum iudicium,
& tunc actio non eſſet nata, ſi ex facto de præte-
rito ſuperuenit ius, & actio incipit competere
pendente iudicio, & ex eadem inſtantia poteſt
ſequi condemnatio, & Bartolum communi voto
ſequuntur *Doctor. in dictis locis, Bald. in d. l.
non poteſt. num. 3. optimè, & in l. hæres quando-
que ff. de acquir. hæredit. & ibi Cuman. num. 2.
verſ. oppono, & Aret. in d. l. ſi Titius num. 2.* di-
cit, quod ius ſuperueniens ex cauſa de præteri-
to, prodeſt, vt poſſit ſequi condemnatio ex eo-
dem proceſſu, in quo tota res eſt deducta, in qua
debet ſequi condemnatio, & dicit eſſe optimum
*text. & ibi bonam gloſ. quam ibi approbat Angel. in l. qui repudiantis in princip. ff. de inoffic.
teſtam. & Paul. de Caſtro in d. l. ſi rem §. final.*
3 *num. 2.* exemplificat in eo, qui impetrauit iudi-
cium ſuper contractu conditionali, qui erat pu-
rus, & mouit litem ſuper eo tanquam conditio-

nali,& lis fuit cõteſtata, quod ſi poſt litẽ cõteſta-
tam ſuperuenit conditio, tenet iudicium, & po-
teſt ſequi conditio, quia ſuperuenit ius ex cauſa
de præterito per *d. text. ibi cum gloſ. & ante*
Paulum de Caſtro hanc opinionem iacto hoc exẽ-
plo tenuerunt Bellapertica, & Cyn. in l. præſcrip-
tione in fine C. ſi contra ius, vel vtilit. public. li-
cet enim Bald. ibi illam impugnare conetur ea
ratione, quia propter vitium ſubreptionis non
4 tenet reſcriptum impetratum ſuper contractu
conditionali, qui erat purus, licet poſtea ſuper-
ueniat conditio per *text. in cap. final. extra de*
offic. deleg. tamen Baldum intelligunt loqui in
delegato Ordinarij, non autẽ in delegato à Prin-
cipe, quia in delegato à Principe ius ſuperueniẽs
poſt litem conteſtatam ex cauſa de præterito iu-
uat, vt poſſit ferri ſententia, ita declarat, & expli-
cat ſubtilis *Aret. in l. hæredes quandoque num.*
2. ff. de acquir. hæredit. Paul. de Caſtro in loco ſu-
pra citato, & ante Aret. & Paul. Bartol. in d. l.
hæredes quandoque, & Sacrum Conſilium non
eſt delegatum ordinarij, ſed Principis, & ſumus
extra caſum Baldi, qui conſiderauit ſubreptio-
nem, ergo vbi non eſſet ſubreptio procederet iu-
dicium ex iure ſuperuenienti ex cauſa de præte-
rito, vt idem *Bald. tenuit, & firmauit in d. l. præ-*
ſcriptione num. 40. in nona quæſtione loquens, &
exemplificans etiam in reſcripto obtento, quod
ſi fuerit verum in cauſa, ſed falſum in obligatio-
ne, ſi poſtea obligatio ſuperuenit, poterit Iudex
delegatus pronunciare, quia tempore pronun-
ciationis vera eſt cauſa, & vera eſt obligatio, &
non opus eſt nouo iudicio per *tex. in d. l. ſi rem,*
& optimè etiam declarat, & ſequitur Aret. in
d. l. hæredes quandoque num 2. ſcilicet, quod
ius ſuperueniens ex cauſa de præterito conuali-
dabit iudicium, & poterit ſequi condemnatio,
5 iuxta *d. l. ſi rem*, & in qualibet iuriſdictione de-
legata ius ſuperueniens ex cauſa de præterito cõ-
ualidat ius actoris, allegat *Io. Andr. in cap. diſ-*
pendia §. reus de præſcript. lib. 6. qui loquitur in
debitore reconueniente actorem ſine actione à
principio coram Iudice delegato, ſi poſt litis cõ-
teſtationem ſuperueniat recõuenienti ius ex cau-
ſa de præterito poterit ſequi condemnatio, &
adducit Aret. pro hac opinione rationem, quia
dum cauſa, pro qua actor agit eſt contenta in re-
ſcripto, licet agat ab initio ſine actione, nihilo-
minus procedit iudicium parte non opponente,
iuxta *l. Iulianus §. quantum ff. ad exhib. l. cum*
putarem ff famil. herciſc. & plenè per Doctor. in
d. l. ſi Titius. ſi ergo tela iudicij valet, ita quod
poteſt ferri ſententia diffinitiua, cur non poterit
ferri condemnatoria ſuperueniente actione a-
ctori, ſicut poſſet ferri abſolutoria pro reo; nulla
bona ratio in contrarium hæc Aret.

At in indiuiduo, & Anteſignanus hanc opinio-
6 nem tenet *Odoffred. in d. l. non poteſt* inquiens,
quod quando illud, quod ſuperuenit, & cæpit
deberi poſt litem conteſtatam non poterit clau-
di ſub prima petitione, quia tunc non debeba-
tur, non opus eſt nouo libello, & petitione, &
ponit exemplum ſpeciale in creditore, qui petit
ſortem, quæ parit vſuras (vt eſt caſus noſtræ de-
ciſionis) quæ cæperunt currere poſt litem con-
teſtatam, quod poteſt ſequi ſententia pro omni-
bus, quia procedunt ab eadem cauſa, non à cau-
ſa diuerſa, & ſubdit rationem in fine, quia id,
quod debetur poſt litem conteſtatam incipit de-
beri ex cauſa, ex qua quis petijt, & poſt *Odof-*
fred. Ioan. Faber. in §. ſi minus num. 5. & 6. in-
7 *ſtit. de act.* confirmat in eo, qui minus petijt, quod
valeat in eodem iudicio, & inſtantia petere plus
ſi debetur ex eadem cauſa, & actione ſine nouo
libello, & ſine nouo proceſſu, & dicit eſſe bonam
rationem, quia hoc caſu, nec cauſa agendi, nec
actio mutatur, nec prima petitio deſeritur, &
hoc eſt, quod vult text (inquit) in *d. §. ſi minus,*
& in §. detracta l. in delictis ff. de noxalib. in
quo durante inſtantia augetur, & minuitur, quia
nec cauſa radicalis agendi, nec actio variatur,
quamuis condemnatio poſſit eſſe maior, vel mi-
nor, & ideò non eſt opus noua litis conteſtatio-
ne, quia iam lis conteſtata eſt ſuper cauſa agen-
di, & illa cauſa non mutatur, quia in ea conſiſtit
factum principale, non oportet fieri nouam
conteſtationem per text. *in d. §. ſi minus, & in*
l. ex contractibus ff. de iudic. hæc Faber, quem ſe-
quuntur ibi Ioan. de Plat. num. 18. & 19. Aret.
8 *num. 8. circa finem*, vbi ponit exemplum in fru-
ctibus pendentibus tempore litis motę maturа-
tis lite pendente, vt eſt caſus noſtræ deciſionis, &
concludit ex eadem inſtantia pro illis poſſe exe-
qui per rationes, & theoricam *Fabri, & Iaſ. nu.*
25. in omnibus ſe ſubſcribit Salycet. in l. edita
C. de edend. num final. in vlt. quæſt. vbi loqui-
tur in actione cumulata, & concludit cum gloſa
non eſſe dandam nouam dilationem, ſi ex prima
deliberatione, & actione poteſt eſſe inſtructus, &
optimè *Alber. in d. l. non poteſt*, ſequens opinio-
nem gloſę, quod quando ius ſuperuenit ex cau-
ſa de præterito, ex eadem inſtantia poteſt fieri
condemnatio num. 2. concludit, quod vbi actori
ſuperuenit ius eadem cauſa cauſa ſuper acceſſo-
rijs, vt puta vſuris, vel fructibus prodeſt, vt con-
demnatio fieri poſſit ſuper eis in eadem inſtantia,
& ſine noua petitione, & ita procedunt iura in
l. ediles §. item ſciendum ff. de edil. edict. l. ſi ter-
tius §. officium ff. de aqu. pluu. arcen. & l. 2. C. de
9 *iudic.* vbi etiam dixit, ex quibus punctualibus
deciſionibus, & rationibus, & ex his, quæ haben-
tur ad idem in *deciſion. Tholoſan. 30.* Sacrum
Conſilium cum pluries caſus accidiſſet ex eadem
inſtantia ſine nouo proceſſu pronunciauit ſuper
petita reſciſſione, præſertim in cauſa Octauij Pa-
ueſij, cum Principe S. Seuerini, vt pęnes Actua-
rium de Mondellis; & in cauſa D. Laudoniæ Ruf-
fæ, cum Principe Biſiniani in indiuiduo fuit de-
ciſus iſte punctus: verùm quia Principi Biſiniani
erat interdicta adminiſtratio, & conſequenter
non poterat dici ſtetiſſe per eum, & fuiſſe in
mora, cùm non potuerit, etiam ſi voluerit illam
purgare ex facto Superioris, ideò dedimus reſti-
tutionem, & admiſimus illum ad probandum, vt
apud Actuarium.

Ex his omnibus adde, quod in Sacro Conſilio
10 ſunt ſublatæ iuris ciuilis ſollemnitates, ſed pro-
ceditur ſola facti veritate inſpecta per *Capitula*
Regni deteſtantes, & Pragmaticam, ſeu literam
ſequentem Reginæ Iſabellæ, quo caſu ſufficit
con-

cõſtare de veritate, nec eſt neceſſaria litis conteſtatio, neq; libellus, & poterit Iudex incipere ab articulis, vbi neceſſarij ſunt, quibus probatis perueniri poteſt ad ſententiam, vt ſingulariter tenet *Io.Monoch.in cap.fin.in princ. de hæret. lib. 6. & pro ſingulari refert, & ſequitur Hippolyt. in ſingul. 102.incip.clauſula ſummariæ*, quinimmo tollitur penitus ordo iudiciarius, quia Iudex poteſt iudicare, ſicut Princeps, & ſicut Deus, qui non ſeruat ordinem iudiciarium ſecundum *Bart.in l.vn.C.vt quæ deſ.adu.in fi & Bald. in cap. 1. 8. inueſtitur. circa finem de noua form. fidel.num.3.Aret.Imol. & latè Dec. in cap. dilecti num. 12. cum ſeq. extra de iudic. & alij in clem ſæpe, vbi bona gloſſa de verbor.ſignif optimè Paris de Puteo in tract. ſyndic. in verbo ſententia cap. 2. 3. & 4. vbi latè explicat materiam, & interpretatur d. cap. deteſtantes, & in verbo iudicare cap 2 ſequitur Bertaz in repetit. l. ſi quis maior C. de tranſact. num.60 & ſeq.* vbi plures cumulat, & dicit, quod hoc caſu poterit Iudex manu Regia, & de facto procedere ex *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo videtur, Aret. conſ 80. & Iaſ. in l. certi condictio §. ſi nummos ff ſi cert. petat* hinc teſtatur Afflict. fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio non
11 eſſe admittendas nullitates ob defectum ſolemnitatum iuris poſitiui aduerſus ſententias eiuſdem Sacri Conſilij, quia omnes ſolemnitates iuris poſitiui in Regno noſtro ſunt ſublatæ per dictam clauſulam *in decіſ. 283 & deciſ.250.& in præm. conſtitut. in 12. quæſt. in 8. concluſ. & Conſtitut pacis cultum*, & tenet ſententia in Sacro Conſilio, quæ continet vltima petita, & deducta, & non eſt conformis libello, quæ alias eſſet nulla, & id virtute dictæ clauſulæ, ex *d. cap. deteſtantes, teſte Grammat. in deciſio. 19.* Quinimmo ſi pars vnam cauſam deduxit in libello, & aliam probauit, obtinebit, & poterit ferri ſententia, vbi alias de iure non poſſet, vt *per Hippolyt qui alia ad id cumulat in ſingul. 272. & 494. & Dec. poſt alios in d. cap.dilecti. num.18.*

ADDITTIO.

SVMMARIVM.

1 *Debitor quando condemnari poſſit abſq; nouo perceſſu, & inſtantia facta.*
2 *Tertia decurſa pendente iudicio reſciſſionis contractus peti poſſunt abſq; noua petitione & libello.*
3 *Reſciſſione contractus facta tertiæ quomodo deſinant, & currant.*
4 *Sortis petitio quando tollat, & vſurarum, & intereſſe petitionem cum alijs quæſtionibus.*
5 *Cenſus lite pendente ſuper reſciſſione contractus ſumuntur, & quomodo num. 6.*
7 *Intereſſe, vel tertia quando habeant eandem anterioritatem cum ſorte principali.*
8 *Intereſſe futurum quomodo taxetur.*
9 *Iudex quando poſſit condemnare aliquem ad non petita.*
10 *Iudex quando poſſit condemnare aliquem ad expenſas, & intereſſe repetitum.*

Liga ad digitum præſentem deciſ.) cum millies occurrit in factis quod iudicium reſciſſionis contractus ob tertias non ſolutas iuxta conuentionem habitam inter creditorem, & debitorem intentatum quod cum in limine expeditionis reperiretur debitor moram purgando tertia ſdecurſas ſoluerit; ſi aliæ tertiæ interim decurrerint inſtante ipſo creditore iudicium terminari poſſit abſq; alio libello, & litis conteſtatione ſed ex eiſdem actis, & vt fuit deciſum: apparet in ea non eſſe nouo libello opus, nec litis conteſtatione, & nouo proceſſu ſed poſſe debitorem cõdemnari ex eodem proceſſu, & inſtantia facta per creditorem ratione terſiarum interim lite pendente decurſarum) firmatur ex Maſuer.ad pract. Papiens in forma libelli actionis realis in verbo deducendo in præſenti iudicio *in apoſtilla incip. qui ante diem agit fol. 66. col.* 2. vbi ita iudicatum aliàs teſtatur, vt tertiæ de-
2 curſæ pendente iudicio reſciſſionis contractus peti poſſint abſq; noua petitione ac nouo libello & ita refert pariter *deciſum D. Rouit. in prag.p. de cenſibus num.43. in cauſa heredum Nicolai Paneſij cum Principe Sancti Seuerij in S.C. referente quoddam Conſiliario Riccardo die 23. Martij 1603.& ibi D.noſtrum Auth. hic allegat.* ex eodẽ nomine quod ius ſuperueniẽs actori pendente iuditio &c. vbi omnia quaſi circa hanc materiam, & ſi facta reſciſſione contractus
3 cenſus deſinant, & quomodo currat intereſſe &c.(num. 38.) & quæ cumulauit abũdantiſſime, in prato meo *ad Ipſum C. de iudicis quan-*
4 *do non* petitio ſortis tollat, & vſurarum, & intereſſe petitionem, & quando receptio ſortis præ-
5 iudicet annuis decurſis, & fructibus maturis &c. & quod lite pendẽte ſuper reſciſſione contractus currant *per de Franch. deciſ.373.Afflict.*
6 *deciſ 93.Surd.deciſ.262.nu.5.* quod reſciſſo inſtrumento non currant tertiæ ſed tantum intereſſe loco tertiarum *R Lanter. conſ.63.* & quomodo eſtimentur &c.& per S.C.taxentur latiſſimè per *Viſcontem concluſ. intereſſe fol. mihi 128.in fine*) *& Theodor.alleg. 40. nu.30 & 36.*
7 *& in alleg.54 num. 16.* quando intereſſe vel tertiæ habeant eandem potioritatem, & anterioritatem cum ſorte principali, & circa ipſam tractationem non diſpliceat reuidere *Criuellum deciſ.Senat.Dolan 103.num.8.& ſeq.Caſtill.deciſ. 22.num.46.Molfeſ.in tract.12.cap.6. num. 100.* ſi veniant intereſſe vel principaliter, & non acceſſoriò *vt de Franch.deciſ.254. num.12. & 13. pro vt cum Addas Annam conſ. 48. & Rodriquez de annuis redditibus lib. 4.q.7.num 54. & 10.Hieronymum Leo.deciſ.Valentiæ 13.nu.10.*

Digitized by Google

Et ſi vis videre quando ius futurum contradicente reo in Iudicium trahi poſſit adde *Pa-*
8 *ſchal de patr. poteſtate p. 4. c. 10. num. 34. & intereſſe* futurú quomodo taxetur &c. *per D. Theo-*
9 *dor. alleg. 33 num. 19.* & quando Iudices poſſit condennare aliquem ad non petitum, & ex officio quod deſeruit ad ampliat. deciſ. noſterq; *Couarr. lib. primo var. reſol. c. 3. num. p. Anna. ſingul. 175. & ſingul. 36. verſ. pro quo facit Henric. in ſuis com. opin. concluſ. 220. lib. primo Muſcatell. gloſ. fin. num. 70. in*
10 *prax. S. C. & Miſinger. abſeruat. 55 cent. 4* vbi etiam an poſſit Iudex condennare ad expenſas, & intereſſe non petitum, vt *Viu opin. 404. num. 3. p. p. & vide Theſaur. deciſ. 135. & Surd. de alim. ti p. q. 44. nu. 4. & 28.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Pragmaticę loquentes de recuſationibus Conſiliariorum non habent locum vbi quis recuſat vnum ex eis, tanquam Conſultorem Cappellani Maioris.

SVMMARIVM.

1 *Ragmatica recuſationum ſunt pœnales, quia imponunt pœnam recuſantibus, & non probantibus contra ius commune.*

2 *Statuta pœnalia non extenduntur, maximè de perſona ad perſonam, etiam ſi ex largo ſignificatu aliquid poſſet comprehendi n 3.*

4 *Statuta non admictunt extenſionem de ſimpliciter ad ſecundum quid, praſertim cum ſtatuta ponunt aliquam exceptionem contra ius commune.*

5 *Statutum excludens matrem ſtante patruo defuncti, nõ extenditur ad patruũ magnũ*

DECISIO LXVI.

FVIT deciſum in Sacro Conſilio referente Domino Arcualo Sedeño Conſiliario integerrimo, & doctiſſimo, quod Pragmaticæ loquentes de recuſationibus Regiorum Conſiliariorum non habent locum, vbi quis recuſat Regium Conſiliarium tanquam Conſultorem Regij Cappellani Maioris, quia licet ſit Conſiliarius Regius, & iſta dignitas ſit infixa oſſibus, & perſonæ ipſius, vt euelli non poſſit, tamen de cauſis prædictis non cognoſcit, vt Regius Conſiliarius, ſed vt Conſultor Cappellani Maioris, quod fieri poteſt citra ius, & nomen Conſiliarij, licèt regulariter vnus ex Sacro Conſilio per Illuſtriſſimum Proregem aſſumatur, vt delegetur Conſultor ſiquidem non vt Conſiliarius, ſed vt Conſultor iudicat, facit *text. in argument. cap.*
1 *à collatione de appellat. lib. 6* Et quia Pragmaticæ prædictæ ſunt pœnales, quia imponunt pœnam recuſantibus, & non probantibus recuſationem, quod non eſt de iure communi, vt in *l. apertiſſimi C. de iudic. & gloſ. in cap. accedens lo 2. extra, vt lite non conteſtat. & in cap. poſtremo extra de appell præter congeſta per Rodoan. in tract. de ſpol. Eccleſ. q. 13. nu 17 & Mar. Anton. Graſſ. de commun. opinion. tom. 4. tit* 30 Ideò
2 fuit dictum, quod ſtatuta pœnalia non extenduntur, maximè de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum, vt not. in *cap. odia de regul. iur. lib. 6. & cap ſtatutum de elect. & lib. 6 optimè gloſ. in propoſito noſtro in clement. 2. in verbo cum eiſdem de ætate, & qualitate, quam valdè commendat & notab. dicit Aret. in cap per tuas extra de probat. num.* 18 vbi quod etiam ex largo ſignificatu, ſi aliquid poſſet comprehendi, non fit extenſio in ſtatutis pœnalibus, quam materiam omnium optimè declarat *Euerard in ſua topica loco à ratione l. larga per totum, & dixit notabiliter Bald. in tract. de ſtatut. in verb. fratre num. 2. & in l. iubemus §. fin. per illum text. C. ad trebell.* quod in ſtatutis non fit extenſio de ſimpliciter ad ſecundum quid, maximè quando ſtatuta ponunt aliquam exceptionem contra ius commune, ex doctrin. *Butrig in l. ſi mater C. de*
5 *ſucceſſ. edic.* vbi dicit, quod ſi ſtatutum excludat matrem, exiſtente patruo defuncti, non extenditur tale ſtatutum ad patruum magnum, quia dictio, magnus denotat quandam improprietatem, at quilibet Regius Conſiliarius refert duas perſonas, vnam dignitatis, de qua loquuntur Pragmaticæ, aliam propriam, vt ſeparatam à dignitate, in qua nihil ſibi vſurpat, vel communicat dignitas, & hoc caſu dicetur ſecundum quid Conſiliarius, quia non vt talis ſe gerit in illo actu, & ideò Pragmaticæ loquentes de recuſationibus Regiorum Conſiliariorum, non poſſunt ſibi vendicare locum, vbi Regius Conſiliarius, vt alia perſona cognoſcit, vel aliquid agit ex ſupradictis, ita fuit deciſum in cauſa recuſationis propoſitæ per magnificum Detium Fricciam in perſonam Regij Conſiliarij Marci Antonij de Ponte tanquam Conſultoris Regij Cappellani, cui Sac. Conſ. iuſſit reſtitui depoſitum, quod fuerat pro pœna recuſationis, & poſtea cognouit de recuſatione, deciſio eſt pœnes Secretarium Sacr. Conſ. de menſe Aprilis 1603.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Praxis traditur in materia ſuſpitionis officialium allegandæ.*

2 *D. Reg. Tappia laudatur.*

3 *Conſultor Cppellani maioris licet fuerit Conſiliarius non recuſatur vti ſuſpectus cum depoſito iuxta requiſitum Pragm. Regni cum alijs exemplis, & ratione.*

4 *Actuarij ſolo iuramento recuſantur, &c. licet ſint officiales.*

5 *Actuarij S. C. cum cauſa legitima refutantur.*

6 *Clericus allegans ſuſpictionem Iudicis laici, an ſeruata forma pragmatica teneatur facere depoſitum.*

7 *Cauſa, ex quibus poſſit quis remoueri vti ſuſpectus, & ibi ſi Iudex fuerit compater, & ſi Iudex conſimilem cauſam habet, & ſi nimis familiaris Aduocato partis fuerit, & ſi Iudex votum ſuum ante prolationem ſententiæ collegbis propalalauerit, & ſi Iudex in ſimili cauſa fuit aduocatus, vel ſcripſitque, & impreſſiſſet opinionem quæ controuerteretur & ſi iudicaturus eſſet Iudex in cauſa ſui conſeſſoris.*

8 *Generalis ſuſpictio an admictatur, & ibi in generali ſuſpictione omnium examinatorum.*

9 *Suſpictionis proponendæ tempus ſignificatur.*

1 Faciunt pro iſto loco quod non teneatur quis facere depoſitum pro pena *iuxta Pragm. 9. de ſuſppict. officialium*, (per quã dũ audit proponere quis ſuſpictionem aduerſus Conſiliarium, quando datur requiritur, vt faciat depoſitum ducatorum cẽtum, & ſi ipſa ſuſpictio videtur vera, & ſubſtinens ſit decretum procedendum eſſe ad eorum diſcuſſionem, & illa non probata, nec conſequuta liberatur depoſitum modo, quo diſponitur in ipſa Reg. Pragmat. & ſi fuerit reiecta liberantur pro
2 pena ſolum duc. triginta *vt ibi D. Reg. Tappia* conſumatiſſimus Iureconſultus *& in ritu 256.* quando ipſi penè locus non ſit, liberetur depoſitum, & reſtituetur integrum, *vt ibi D. Rouit num. 10. & in pragm. 11. num. 30. eod. tit.*
3 cum allegatur ſuſpectus ¡Conſultor Cappellani maioris, licet fuerit Conſiliarius, vt reaſſumit allegando hunc locum ipſe *D. Rouit. in d. prag. 5. eod. tit. num. 1. in nouis*, prout pariter habemus deciſionem quando allegatur ſuſpectus cõſultor primarum, ſecundarum, & tertiarum cauſarum Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri de Vrbe quamuis ſint *Regij* Conſiliarii in cauſa Reuerendæ Fabricę, & Regij olim Conſiliarij Cæſaris Freccię referente Conſiliario Sódegno de anno 1602. penes Secretarium, & eaque ratione, quia licet ſint Conſiliarij *Regij*, & iſta dignitas ſit infixa oſſibus, & perſonis ipſorum, vt euelli nequeat, tamen de cauſis præfatis minimè cognoſcunt vti Regij Conſiliarij, ſed vti Conſultores Reuerendę Fabricę, & Cappellani maioris, quod fieri poteſt citra ius. & nomen Conſiliarij, vt perbelle *Nouar. quæſt. forenſ 160 num. 3. Thor. compend. deciſ. verbo ſuſpectio propoſita 2. par*
4 *te*, & amplia in Actuarijs, qui licet ſint officiales vt amplè tetigi *in additione ad deciſ 24. nu. 6. & Viſconte concluſ. Actuarius fol. 3. Anna ſingul. 48. vbi addidi & idem Thor. 2 par. compẽd. verbo actuarius. vel officialis fol. 6.* tamen abſque depoſito pariter prædicto poſſunt allegari ſuſpecti, & eorum ſuſpictio ſolo iuramẽto probetur *Anna ſingul. 489. vbi addidi Lancelloct. de attent. par. 2. cap. 6. num. 17. Auiles cap. 35. prætor. in gloſ remitta. num. 5. & 6 Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. par. 5. gloſ. ſuſpectum nu. 10.* quod intelligitur ſi res integra ſit, alias ſecus, vt probat *Pacianus de probat. lib. 2. cap. 45. num. 85.* & ita in Actuarijs S. C. docet *D. meus Rouit. in pragm. 1. de ſuſpict. officialium num. 19* qui tamen poſtea ponit pro veritate decretationem ſuper tali particulari factam, &c. & vide *Ioann. Antonium Patium in annotatione ad Afflict ſuper conſtit. Regni Iuſtitiarij per Prouincias litera C. incip. actorum, quem citat Muſcatell. loco præallegato num. 11.* qui
5 refert deciſionem Collateralis Conſilij, vt reſpectu ipſorum Actuariorum S. C. probentur in ſpetie cauſæ ſuſpitionis, & refert alias deciſũ *ipſe Thor. in 1 par. compend. verbo ſuſpecti allega-*
6 *tis*, & add. quod in clerico allegante ſuſpictionem in perſonam Iudicis laici, coram quo litigabat ſi teneatur facere depoſitum, vt refert deciſum per S. C. *Camillus de Ratta conſ. 96. in articulo.*

Sed ex quibus cauſis quis poſſit remoueri, tãquam ſuſpectus, &c. *Maranta verbo appellatio.*
7 *qui à num. 28. vſque ad 54* illas enumerat, *& Caualcan. deciſ. 28. num. 114. par. 2.* & ſi Iudex ſit compater, &c. *de Franch. deciſ. 200. ad finem*, & cum officialis conſimilem cauſam habet *Lucas Mattheus Apicella in ſuo tutamine pauperum ſuper pragm. 9. cap 2. de ſuſpict. officialium num. 14.* vbi affirmat, qui in additione ad opus ſui genitoris, *ſub tit. de ſuſpitt. officialium num. 768. in eod. opere refert*, non tamen militare ſuſpittionem in perſonam iudicantis propoſitam, eo quod ſit nimis familiaris Aduocato partis, vt *Farinacc. in praxi crim. par. 2. verſ. 856.* & ita pluris auditu deciſum, & vide *D. Rouit. conſ. 8.* pariter ſuſpittionem contra iudicem propoſitam, ex eo, quod votum ſuum ante ſententiam proferendam cũ coniudicibus tranſmiſerat, *& ex de Franch. deciſ. 87. n. 18.* quod ſuſpittio Iudicis pariter non militat quando in alia conſimili cauſa fuit Aduocatus, & in alia ſimili eſſet iudicaturus, ſed contrarium deciſum, *Reg.*

de Pon-

de Ponte deciſ. 32. in principio. poteſt dici de perſona alicuius, qui compoſuit librum, & in aliquibus articulis ſuam opinionem iuris authoritatibus corroborando firmauerit ſi fortè contigerit de alio conſimili articulo, cui adherebat iudicio deducto iudicare an abſtet, vt tanquam votum propalans ſuſpettus redatur, vt idem de Ponte deciſ. citat in principio, vbi ex caſu euenio in ſui perſonam dicitur fuiſſe remotum vti ſuſpectum, ſed vide contrarium deciſũ per Sacrum Conſilium, vt *D. meus Rouit. in d. pragm. 1. de ſuſpit. offitial. nu. 59. in poſtrem. edit. & in pragm. 11. de feudis num. 42.* & ſi poteſt adduci ſuſpitio ex eo, quod quis eſt iudicaturus in cauſa ſui cõfeſſoris, *& negat Thor. abbund. in 1. par. ſui compend verbo ſuſpictio, an milites, &c.* & vide al. *per D. meum Rouit.*
8 *per totum tit. de ſuſpit. officialium,* & quando generalis ſuſpitio debeat admitti *Capic. deciſ. 138. Viu. ſylua com. opin. opin. 897. Marta de iuriſd. par. 2. cap. 5. num. 8* prout generalis ſuſpitio examinatorum id. D. *Rouit. in pragm.*
9 *de ord. Iudic. num. 3.* ſed quomodo id ſit verum, & quando ab vna parte dantur aliqui, & ab altera reliqui *per Thor. 2. par. comp. verbo ſuſpitio officialium,* vt ibi de collegio toto ſi poſſit allegari ſuſpectum, *per Rol. à Valle conſ. 20. vol. 3. & Menoch. de arbitr. caſ. 449. Marta voto 142. num. 5. & 6. Maſtrill. deciſ. 151. & aduertas per*
9 *pragm. 7. de ſuſpit. officiatium* tempus proponendi ſuſpitiones in Regno ſtatutum eſſe vſque ad concluſionem in cauſa, niſi cauſæ eſſent ortæ poſt concluſionem, *vt Couarr. pract. quæſt. cap. 26. verſ. ſic poſt concluſum Gaillus obſeru. 33. lib. 1.* & vide de reliquis in additione ad deciſione 82.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An aſſenſus venditioni rei feudalis interueniens, extendatur ad contractum affictus de eadem re tunc factũ venditori, qui ex conſuetudine tunc vigente dicebatur emptio, & venditio annuorum introituum.

S V M M A R I V M.

1 *ASſenſus non extenditur de contractu ad contractum, de tempore ad tempus, nec de re ad rem.*

2 *Aſſenſus non extenditur ad contractum etiam ſimilem, & habentem eandem rationem niſi expreſsè dicatur nu 3.*

4 *Aſſenſus non extenditur ad pactum de retrouendendo in eodem contractu appoſitũ.*

5 *Aſſenſus, vbi ſumus in connexis, extenditur de vno ad aliud, ratio nu 7.*

6 *Clauſula quoad expreſſa tantum non excludit ea, quæ inſunt, & ſunt connexa.*

8 *Scripturæ plures ſi celebrentur, vna correſpectiuè ad aliam, reputantur vnica ſcriptura.*

DECISIO LXVII.

LAta ſententia per Sacrũ Conſilium me referente in anno 1598. in beneficium Cõſiliarij Felicis de Ianuario contra hæredes q. Alphonſi de Ianuario, & ad inſtantiam dictorum hæredum præſtita aſſiſtentia ſuper Terra Petræ, quæ fuit quondam Comitis Monellæ, poſſeſſa per hæredes quondam Virgiliæ de Montalto, fuit pro parte dictorum de Montalto oppoſitum dictam ſententiam non poſſe exequutioni demandari, & eſſe nullam, & inter cæteras nullitates, quia contractus, cuius vigore hæredes de Ianuario obtinuerunt aſſiſtentiam ſuper dicta Terra feudali caret aſſenſu. Pro qua difficultate explicanda facta narratione opus eſt, quod eſt tale Antonius de Ianuario olim Præſes Sacri Conſilij in anno 1518. emit à Comite Montellæ Baiulationem Terræ Montellę, & Petræ pro pretio ducatorum duorum mille, eodemque tempore, & momento, idem emptor affictauit eidem venditori dictam Baiulationem, cum pacto redimendi pro certo tempore pro annuis ducatis ducentum pacto expreſſo, quod ſi redditus dictæ Baiulationis excederent ſummam prædictorum ducatorum ducentum annuorum cederent in beneficium ipſius venditoris, ſin minus ipſe venditor ſuppleret de proprio, acceſſit Regius Aſſenſus ſuper venditione prædicta, & pacto de retrouendendo, nulla mentione facta de affictu. Re vera fuit emptio, & venditio annuorum introituum feudalium ſuper illo corpore ad rationem decem pro quolibet centenario, iuxta morem, & formam cautelarum, quæ eo tempore erant in vſu, quia emptiones annuorum introituum, ſiuè feudalium, ſiuè burgenſaticorum, eo tempore ſub illa forma cautelarum fiebant, & de hoc non dubitauit, neque dubitat Sacrum Conſilium; deinde Antonius de Ianuario dictos annuos introitus legauit Ioannellæ Ordiæ eius vxoris, quæ in anno 1522. pro alijs ducatis quingẽtum emit ab eodem Comite alios annuos ducatos quinquaginta ſuper feudo Celularum pro pretio ducatorum quingentorum; & in hoc contractu acceſſit fideiuſſor, & principalis debitor Alphonſus de Ianuario, qui ſe obligauit inſolidum ad ſolutionem, & euictionem, non ſolum dictorum annuorum ducatorum quinquaginta, ſed etiam prædictorum aliorum annuorum

rum ducatorum ducentum, vt ſupra eidem legatorum, & per maritum emptorum: in quo cõtractu Comes promiſit extrahere indemnem, & illæſum Alphonſum, cum obligatione dictorum, & omnium bonorum ſeudalium, & burgenſaticorum præuio Regio aſſenſu venditioni, & obligationi Alphonſi, & indemnitati ipſi promittendæ per Comitem cum quibuſdam pactis, & cõuentionibus, prout in contractibus celebrandis iuxtà tenorem ipſorum, & obſeruatione contentorum in eis.

Dicebant ex his hæredes de Montalto, quod contractus carebat aſſenſu, quia non erat præſtitus ſuper contractu affictus per Antonium de Ianuario facti Comiti, ſed tantum: venditioni Baiulationis, & pacto de retrouendendo, & ſeudi Cellularum, & cum aſſiſtentia præſtita ſuper Terræ Petræ ſit pro octo annatis debitis ratione affictus decurſi ab anno 1525. vſque ad annum 1532. & intereſſe ipſorum, & ſuper contractu affictus non fuerit impetratus aſſenſus, meritò ſententia non poterat ſubſtinere, nec exequutioni demãdari ſuper dicta Terra Petræ: nam aſſenſus præſtitus ſuper venditione baiulationis, & ſeudi Cellularum non poteſt extendi ad contractum affictus, quia cum aſſenſus ſit mera gratia, vt in *Conſtitut. Regni, ſi quis poſt litem, vbi declarat Andr. & in cap. 1. de probib. feud. alien. per Lothar. & Afflict. in d. Conſtit. num. 11. & deciſ. 394. num. 5.* non extenditur de contractu
1 ad contractum, nec de tempore ad tempus, nec de re ad rem, vt per dictos Doctores, *Loffred. conſ. 7. num 11. Camerar. latè, & optimè in repet. cap. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Federic. fol. 18. litera R. & fol. 44. litera I. & fol. 47. eadem lit. I. Ioan. Vincent. de Anna in repet. Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ num. 28. D. Lanarius in conſ. 15. num. 16.* dicitur enim aſſenſus ſtricti iuris eſſe, vt per
2 *Andr. in d. cap. Imperialem 3. col.* & ideò de contractu ad contractum etiam ſimilem, & omnimodam rationem habentem non extenditur, vt per eundem in *cap. 1. donare, qualit. olim feud. alien. poter. & in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. tit. 1. & declarat perbellè Camerar. in d. cap. Imperialem fol. 48. colum. 1. in princ.* vbi aſſert rationem, quia licet aſſenſus, vt ſupra diximus, ſit gratia tamen, quia ſumus in materia ſtricti iuris non recipit extenſionem de vna re ad aliam, nec
3 de vno contractu ad alium, niſi expreſsè dicatur, vt *l. penultim. C. de fideicommiſſ. l. fin. C. de iur. & fact. ignor. & ibi gloſ. l. aſſiduis C. qui potior. in pignor. habeantur l. fin. in fin. C. de quadr. præſcript. & in expreſſis tantum præiudicat ſecundum Andream in d. cap. 1. qui ſucceſſ. ten. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis filio heredato §. initium ff. de inſt. rupt. & irrit. teſtam.* Hinc dicunt omnes, quod aſſenſus ſuper venditione facta non extenditur ad faciendam, nec è contra, *Alex. conſ. 146. volum. 5. Loffred. conſ. 9. num. 20. Afflict. in conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ num. 29. & deciſ. 335. Camer. in d. repetit fol 53. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 11. Dec. conſ. 697. num. 4. nec ex coniecturata mente ſit extenſio ſecundum Aret. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum. co-*
4 *lum. 3. verſ. ſecundo adde*, & non extenditur ad pactum de retrouendendo in eodem contra. appoſitum ſi non ſit dictum ex communi communium opinione, vt recenſet *Camer. in d. repet. fol. 58. col. 3. cum duab. ſeqq. Frecc. lib 2. quæſt. 16. Lanar. conſ. 73. num. 5. D. de Ponte conſ. 21. num. 37. & conſ. 67. num. 17.* & dicebatur, quod hic erat caſus, de quo agebatur, quia ſuper affictu non erat præſtitus, & proinde corruebat contractus in toto, & quatenus operaretur aſſenſus non operatur, niſi quoad expreſſa tantum, ſecundum *Andr. in d. cap. qui ſucceſſ. ten.* & hodie in Regno noſtro indubitatum eſt etiam ex clauſula, quæ ex forma Cancellariæ apponitur, quoad expreſſa tantum, ideò vltra expreſſa non porrigitur, & conſequenter non ad contractum affictus, & alia, de quibus in dicto contractu.

Ex aduerſo dicebatur, quod omnia prædicta procedunt, vbi vellemus verè extendere aſſenſum de vno contractu ad alium penitus ſeparatum, vel ad diuerſa Capitula in eodem contractu contenta inter ſe tamen differentia, vt pactum de retrouendendo, quorum vnum, quodque requirit ſpecialem aſſenſum, ſecus verò in contractibus correſpectiuis, & connexis, qui non plures ſed vnus contractus ſunt, & cenſentur, prout eſt iſte, de quo agitur, quod vnicus eſt contractus emptionis, & venditionis introituum ſeudalium ſub illa forma, quæ tunc in vſu erat celebratus, quo caſu limitantur omnia, quæ ſuperius dicta ſunt, & habet locum doctrina *Andreæ ab omnibus recepta in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. tit. 1. nu. 5. poſt medium, & colum. ſeq. dicentis*, quod in connexis aſſenſus loquens de vno extenditur ad aliud per *text in cap. cum inter §. final extra de elect. & argum. l. de pupillo §. ſi in pluribus ff de nou. oper. nunciat. & l. 1. §. ſi plura ff. ad Turpill. Paris de Put. de reintegr. feud in verbo, & circa iam dicta fol. mihi 129. Frecc. lib. 2. quæſt. 2. num. 5. & optimè numer. 7.* explicat
5 quod clauſula quoad expreſſa tantum non excludit ea, quæ inſunt, & connexa, quia fuit adinuenta ad tollendas fraudes contrahentium, qui varijs ambagibus procurabant mutare naturam, & ſubſtantiam ſeudorum, ſed quando id, quod non exprimitur eſt de annexis gratiæ, vel ad cautelam aſſenſus, qui ex hoc non augetur, licet pars ſecurior efficiatur, tunc operabitur aſſenſus, & quod ita ſibi retulerunt antiquiores Domini de Cancellaria, vtputa quando id, quod non exprimitur non eſt extraneum à contractu principali, ſed eſt idem, & ineſt ex communi forma, vt eſt caſus iſte venit id, quod concluſum eſt, & aſſenſus omnia comprehendit ſecundum Dominos antiquiores per *text. in leg. quod ſi nolit §. ſi nummos ff. ſi cert. petat. & in l. final. C. de fideiuſſ.* eodem enim caſu Rex non circumſcribitur à contrahentibus quando ſit conſuetum fieri hactenus *Frecc. qui eod. lib. quæſt. 5. num. 5.* inquit operari aſſenſum in connexis tàm ratione rei, quàm ratione perſonæ, & alia ad conferen-

tia

tia declarat eod. lib. quæſt. 20. *Camerar. in d. cap. Imperialem fol 51. in 3. col. in fin. explicando Andr. in d. cap. 1. qui ſucceſſ. ten.* dicitur eſſe verum non extēdi aſſenſum de vno contractu, vel qualitate ad aliam, niſi in annexis ea ra-
7 tione, quia eo caſu iudicantur, vt vnum capitulum, vel vnus contractus *cap. cum ſingula de præbend. lib. 6. in princ. & cap. dudum de elect. eod. lib. & fol. 58. col. 2. in fin. in 12. concluſ.* per totam illam concluſionem: in hac materia ex profeſſo nihil relinquit deſiderandum, concludit actus annexos in effectu, vt vnum iudicari
8 debere, & in propoſito ibi col. 4. quod quando plures ſcripturæ celebrantur, vna correſpectiua ad aliam, tunc non plures ſcripturæ, ſed vnica cenſetur ſcriptura, vt eſt caſus iſte, allegat *Bald. in l. ſi mulier ff. ſolut. matrim & in l. 1. C. de bon. quæ liber. & in l. petens C. de pactis*, quia omnes ſcripturæ faciunt vnum contractum, & ſine illis omnibus non eſſet contractus, & hoc caſu non per viam extenſionis, ſed per viam comprehenſionis operabatur aſſenſus, & hæc eſt veritas, vt optimè idem *Camerar. declarat in eadem repet. in 8. concluſ. fol. 52. ex mente Andreæ in d. cap. Imperialem, per text. in l. 1. § ſi quis nauem ff de exerc. act. & eundem Andr. in cap. 1. colum. final. de feud. non hab. propr. natur. feud. & alia, quæ Camerar. ibi more ſolito congerit, & ſuper omnes, & explicat Dec. in cap. nuper extra de donat inter virum, & vxorem*, quæ transcribere eſſet membranas replere, quia ergo ad formandum contractum emptionis, & venditionis annuorum introituum illis temporibus omnes illæ cautelæ adhibebantur, & ita ferebat vſus, & non ignorabant hoc Princeps, & Domini Regentes, & vnicus erat in effectu contractus, & ideò aſſenſus ſuper dicta venditione ſufficiebat, vt etiam aſſictum comprehenderet, qui ad perficiendum contractum prædictum erat neceſſarius, & ſolitum, & ex his Sacrum Conſilium 26. Ianuarij hanc opinionem fuit ſequutum, & cenſuit nullitates non obſtare, & ſententiam eſſe exequutioni demandandam, iunctis Conſiliarijs duarum Aularum die 26. Ianuarij 1602. Cioffus Actuarius, Decretum eſt pœnes Secretarium Sacri Conſilij.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus non extenditur de re ad rem, & de vno caſu ad alium ex ratione.*

2 *Aſſenſus ſuper venditione facienda non extenditur ad factam cum exemplis.*

3 *Aſſenſus præſtitus ad ſortem principalem non extenditur ad intereſſe quod ex mora reſultat.*

4 *Aſſenſus præſtitus pro reſtitutione dotium, & antefati in caſu ſoluti matrimonij & in omnem caſum reſtitutionis comprehendit, & extenditur ad caſum aſſecurationis dotium conſtante matrimonio ob inopiam viri.*

5 *Rex neque data iuſta cauſa tenetur præſtare aſſenſum.*

6 *Aſſenſus vt obtineatur debent omnia exprimi quæ poſſent mouere principem ad concedendum vel non concedendum vel difficilius concedendum.*

7 *Aſſenſus tanquam gratia conceditur vel denegatur.*

8 *Opiniones Dominorum Petri Pauli Theodori, & Marcheſij circa conceſſiones aſſenſuum.*

9 *Laudes D. Petri Pauli Theodori patris Doctiſſimi Conſiliarij Scipionis enuntiauit D Gizzarellus.*

10 *Aſſenſus ſuper quibuſcunq; alienationibus proreges præſtare non poſſunt pro vt ante prag. delli 9. capi.*

11 *Aſſenſus qui intelligantur prohibiti (remiſſiue)*

1 BReuitati ſtudendo, & concluſiuè loquendo circa regulas iſtius deciſionis adde quod aſſenſus non extendatur de re ad rem, & de vno caſù ad alium, quia ſtricti eſt iuris operās quod ſi aliquid eſt ommiſſum pro ommiſſo habetur teſtibus *Anna allegat. 36. col. p. de Franch. deciſ. 71. num. 16 & 153. num. 24. D. Ronit. in pragm. 76. num. 15. & ſeq. de feudis Georg. de fœudis c. 6. num. 20. & 39. & Ricc. deciſ. 224. p. prima ex*
2 *eod. Anna alleg. 41. num. 26. et ſeq. & alijs* id circo aſſenſus ſuper venditione facienda non extenditur ad iam factam *de Franch. deciſ. 105. & 179. num. 2. & 649. D. Rouit. d. loco num. 23. Afflict. deciſ. 355. Anna ſingul. 40. vbi addidi R. de ponte conſ. 36. num. 8. Ricc. coll. 50. Alf. pecur coll. 2088.* ibi in aſſenſu præſtito ſuper exequutione facienda, & illa reperitur fatta per biennium antequam eſſet præſtitus aſſenſus) & addas in aſſenſu expedit. ſuper venditione cum pacto de retrouendendo, & non ſuper pacto ipſo annullatur ex indiuiduo voluntatis *de Ponte in tract. fol. 393. num. 21. Georg. de fœudis c. 12. nu. 18. & 21. vbi refert indicatum* in R. C. S. aſſenſum impetratum ſuper donatione, & non ſuper pacto de non reuocando in totum cōmune *de*
3 *Franch deciſ. 105. à num. 7. & ſeq.* & aſſenſus præſtitus ad Sortem principalem non extenditur ad intereſſe quod ex mora reſultat *ſecundum Frecc. lib. 2. de ſubfeud. q. 20. vbi in fine* ſic refert deciſum *quem refert, & ſequitur de Franch. deciſ 623. num. 11. & vide ſic indicatum per Rotam Mantuanam teſte Burſat. conſ. 103. nu. 23. & per Martam votò 156. & de veritate talis articuli Paſchal de viribus patriæ poteſt,*
4 *p. 2. c. 7. nu. 34. 44. & 57.* & aſſenſum præſtitum pro reſtitutione dotium, & antefati in caſu ſoluti matrimonij, & in omnem caſum reſtitutionis dotium comprehendere etiam, & extenditur ad caſum aſſecurationis dotium cōſtante matrimonio ob inopiam viri *Frecc. d. q. 2. qui refert ſic deciſum*

ſumper R.C.iu colleteralı conſilio) *late Burſat. conſ.120.num.26.27.32.& 35.& D. Aut. meus late in deciſ.74 num primo vbi*, & ſi in alijs caſibus pariter intelligatur) nec diſpliceat videri *Camillus de Medicis conſ. primo num. 57. & conſul.38.nu.4 & conſ.85.num.3.& conſ. 24.nu. 32.& conſ.85.num 10.& conſ.149 nu 8.& conſ. 186.num.17.& 18.& conſ.47. num. 12. & conſ. 56.num. 28. & 29. vbi de tota materia , & D. Theodor.alleg. 4. num. 11. alleg. 31.num. 39.al-*
5 *leg.46.num.4.& alleg.83.num.6.* & ad ipſam obſeruationem attende neq; data iuſta cauſa Regē teneri præſtare aſſenſum,vt abunde *dixi ſup. in additt. 2.de Franch.deciſ.695.num.4. Anna alleg.39.de Poute in tract.fol.261.num.19.& 313.*
6 inde in obtinendo omnia debent exprimi quæ poſſunt mouere ipſum Principem vel concedentem ad concedendum vel difficilius concedendum *Capic.deciſ 32.Afflict.in conſt. conſt. num.*
7 *61.& 62.*tanquā gratia quæ ex cauſa conceditur, vel denegatur quas cauſas concedendi, vel denegandi ſi vis videre , & quid in eo ſenſerint erudi-
8
9 tiſſimus ille Petrus Paulus Theodor. Cuius laudes enuntiarunt *Aut.meus in deciſ.5.nu. 24. tanti D.Scipionis pater , & Marcheſius addas penes ipſum D.Scipionem in alleg.54 nu 9.& in.*
10 Nec diſpliceat pariter hoc in loco collocatum habere hos aſſenſus D. Proreges ſuper quibuſcumque alienationibus præſtare non poſſe pro vt ant. pragm.delli 9. capi indiſtinctè præſtabant *ſecundum D.Fuluium Lanatium in additt. ad c.p.de his qui feud.dare poſſunt Regentis Lana-*
11 *rij eius patrui nu. 32*) ſed qui,& qualiter intelligantur prohibiti aſſenſus ipſe *id D. Theodor. alleg.4.num.19.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An diſpoſitio l. ne cui C. locati vindicet ſibi locum, quando longe ante tempus exfractationis conductor inſtat ſibi fuiſſe factam relocationem.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus l. ne cui C. locat. plenè explicatur.*

2 *Diſpoſitio exorbitans debet reſtringi quantum fieri poteſt.*

3 *Deciſio Præſidis de Franchis 278. quomodo intelligatur.*

DECISIO LXVIII.

BIS ad relationem Magnæ Curiæ iudicauimus in Sacro Cōſilio,ſed maturè , & articulo benè diſcuſſo , Diſpoſitionem *text.in l.ne cui C. locati*,per quem diſponitur locationem nō poſſe probari per teſtes , ſed tantum per ſcripturam non habere locum , vbi longè antequam immineat tempus dimictendi rem conductam,& exfractandi, vtar vocabulo patrio , conductor comparet in Magna Curia Vicariæ , vel Sacro Conſilio,& dicit ſibi coram teſtibus fuiſſe factam reconductionem à Domino, & inſtat capi informationem ad finem ipſum compellendi
1 ad ſtandum relocationi , & conficiendum ſcripturam:nam ſemper practicauimus , & intelleximus text.prædictum ſibi vendicare locum quando in ipſo actu,& tempore exfractationis,& quādo imminet tempus dimittendi rem conductam, conductor ne dimittat,dicit ſibi fuiſſe factam relocationem:nam eo caſu præſumitur id dolosè , malitiosè,& fraudulenter dicere,ne cogatur rem dimittere,& exfractare,& ideo eo caſu , quia id dicit tempore,quo imminet tempus exfractandi, non eſt audiendus niſi per ſcripturam in promptu doceat de relocatione , quia eſſet aperire viam fraudibus,& malitijs,& nunquam quis rem dimitteret,& nouus conductor remaneret deluſus,& abſque habitatione,& ideo dixit *Cyn.in d. l.ne cui*,quod ille text.continet hoc ſpeciale , vt occurratur fraudibus conductorum , qui plerumque conuentiones allegant , & hæc eſt ratio finalis illius text, vt per *Salicet.ibi*, & concludūt communiter Doctor.& latè per Dominum *Præſidentem de Franchis in deciſ.278.*quæ ratio ceſſat,vbi quis antequam immineat tempus exfractandi,& dimictendi , dicit fuiſſe factam reconductionem , & iudicium poſſet iam finiri antequam cedat tempus dimittendi rem locatam, quia teſtes poſſunt breuiſſimo termino illico recipi,& iudicium hoc cum ſit ſummarium intra paucos dies terminari,& ideo ceſſat iſta præſumptio fraudis , in qua eſt fundatus ille text. & quia in caſu relato, quis comparuerat de menſe Martij in Magna Curia Vicariæ, dicens, ſibi fuiſſe relocatam quandam apothecam in platea auri fabrorum,& tempus dimittendi prædictam apothecam cedebat vltimo die Aprilis , & ſic non malitiosè videbatur opponi : nam intra quindecim dies hoc iudicium poterat terminari , & ſic longè antequam immineret tempus dimittendi dictam apothecam,ideò fuit dictum,quod audiretur, & fuit reuocatum decretum Magnæ Curiæ,quæ decreuerat,quod adueniente tempore exfractaret,ipſo ſuper relocatione prædicta non audito;fuit etiam per Dominos Collegas ponderatus text. *in d.l. ne cui* , quod non exigat ſcripturam ad probandam ipſam relocationem, ſed

tan-

tantum ad probandum alia pacta, & quaſi relo-
catio poſſit probari per teſtes ſimpliciter, ſed alia
fortè pacta, & circuonſtantiæ: nam dicit text. in
princ. quod Dominus habeat liberam facultatẽ
locandi, cui voluerit, & non poſſit vetus condu-
ctor prælationem prætendere, & ſuper hoc litẽ
inferre, ſed noui conductores liberi à moleſtia
conſeruentur ſubdit text. niſi fortè pacta per
ſcripturam ſpecialiter inita cum Dominis, vel
cum eis, qui poſtea conduxerunt legibus, videli-
cèt: cognita agentis intentionibus ſuffragentur,
& ſic loquitur de pactis, quibus vetus conductor
fortè innititur, non de ipſa ſimplici reconductio-
ne, ſed de alijs pactis, & dixit etiam vnus ex Do-
minis, quod iſtius text. diſpoſitio eſt exhorbitãs,
quia aufert probationem faciendam per teſtes
contra regulam text. *in l. in exercendis C. de fide
inſtrumentorum, & ita aduertun. Doctores in*
2 *d. l. ne cui*, & ideo tanquam exorbitans debet
eius diſpoſitio reſtringi, vt quantum fieri poteſt,
minus lædat diſpoſitionem d. l. in; exercendis, &
ideò, vel quod non loquatur de ipſa recondu-
ctione, ſed de alijs pactis, vt Domini College ad-
uerterunt, vel quod intelligatur, vbi vere dare-
tur occaſio fraudis, & malitiæ, ſcilicet ſi oppone-
retur de reconductione in ipſo actu exfractatio-
3 nis, & eo caſu habeat locum ille text. nec deci-
ſio prædicta Domini de Franchis obſtat, quia illa
loquitur, vt in principio aduertit in recõductio-
ne oppoſita ab eo, qui tenetur tunc exfractare, &
rem dimittere, & cui fuit factum mandatum de
exfractando. & in hoc concordimus omnes, ſed
iſte caſus eſt diuerſus, quia vetus cõductor præ-
uenit ſatis antequam terminaretur tempus con-
ductionis, vt ſupra dictum eſt, quo caſu non ita
rigidè practicamus diſpoſitionem d. l. ne cui
propter ceſſantem rationẽ, & ſuſpicionem frau-
dis, & ita deciſum de menſe Maij 1623. referen-
te Carauita Iudice cauſarum ciuilium, viro eru-
dito, & perſpicacis ingenij filio quondam Augu-
ſtini Regij Conſiliarij ſatis laudati, & benemeriti.
Cumque partes reclamaſſent, iterum facto ver-
bo, & plenius partibus auditis, fuit idem confir-
matum de menſe Aprilis eiuſdem Anni.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis noſtræ mos, vt quilibet in
quarto die menſis Maij reperiatur in
domo nouiter conducta.*
2 *Reconductio poteſt probari per teſtes quando
antequam tempus exfractandi eſſet ince-
ptum ſic inſtiterit actor, &c. ex ratione, &
num. 3.*
3 *D. Regens Tappia inter ſcribentes ſemper ob-
ſeruandus.*
4 *Conductor poteſt ante tempus exfractatio-
nis cogere locatorem ad conficiendum cau-
telas reconductionis, &c.*
5 *Reconductio quando debet probari per ſcrip-
turam, & nu. 8.*
6 *Pactum inter contrahentes vt aliquid ve-
rificetur per ſcripturam, & non per teſtes,
an teneat.*
7 *Reconductio quando tacitè probetur.*
9 *Reconductio per quos teſtes debet probari.*
10 *Inſtrumento ſtante de conductione pro tot
annis, ſi illis elapſis pro tacita agatur via
exequutiua.*
11 *Reconductione renouata, quæ appareant re-
nouata, & reconducta.*

Pro currenti hac deciſ. quæ hoc tempore
24. Aprelis, quo præſentia ſcribo pra-
1 cticatur, dum in 4. Maij ex noſtræ Ciui-
tatis more quilibet nouus conductor
neceſſario debet reperiri in domo nouiter con-
2 ducta, ex eo, quod reconductio poſſit pro-
bari per teſtes quando antequam tempus ex-
fractandi eſſet inceptum, ſic inſtiterit actor *con-
tra l. ne cui*, & ſic antequam eſſet finitum tem-
pus exfractationis; *Addas D. Rouit. in pragm.
1. de locato num. 11.* ea ratione, quia tunc ceſſat
illa ratio, quod prior conductor nolens exfra-
ctare continuo allegaret pactum nouæ condu-
ctionis, & interim ſecundus conductor ſtaret ſi-
ne habitatione, & ſic noua locatio non haberet
3 effectum, & proinde requireretur ſcriptura, vt
in terminis *per D. Reg. Tappiam* inter ſcriben-
tes ſemper obſeruandum *in pragm. de locat. &
conduct.* qui refert ſic deciſum, quia tunc non in
odium libertatis domini, ſed ad iura ſua tuenda
cenſetur oppoſuiſſe, & ſic in cauſa illorum de
Mari refert deciſum *Ricc. in praxi Cur. Archie-
piſc. in deciſ. ommiſſ. deciſ. 12 num. 3. Petra ad*
4 *Gramat. deciſ. 89 nu. 8.* & pariter ante prædi-
ctum tempus poteſt conductor cogere locatorẽ
ad conficiendum cautelas reconductionis *Luc.
de Penna in l 2. cap. de diſc. lib. 10. Viu. comm.
opin. lib. 4. tit. ſi certum petatur num. 169. vt plu-
ries D. Genitor meus obtinuiſſe in diuerſis cauſis
in S. C. dixit.* Inde in caſu contrario probari de-
5 bet per ſcripturam, & ita concordant *R. de Pon-
te conſ. 23 num 1. vbi num 5. vol. 1. dicit* per S.
C. non apparente ſcriptura fuiſſe reiectã *Marta
voto 35. col. fin. & in voto 104. num. 5. Gamm.
deciſ. Luſit. 57. Paſchal. de patr. poteſt. par. 4.
cap. 6. num. 34. Ricc Coll. 1725. Giurba deciſ. Si-
ciliæ 59. num. 16.* & decipiuntur affirmantes re-
conductionem abſolutè requirere ſcripturam
cum *vt Carrocc. de locato, & conduct. 1. par. de
loc. quæſt. 7. fol. mihi 40. in prin. vbi additio*, etiã
ſi pacto eſſet conuentum, vt fieret ſcriptura ad-
6 huc non erit perficienda, & ex hoc etiam pacto
exiſtente inter contrahentes, vt probetur per
ſcripturam, & non per teſtes aliquis contractus
poterit per teſtes probari *Viſconte concluſ. pa-
7 ctum, ſiue conuentio.*) Solet tamen reconductio
probari tacitè, dum conductor finito tempore
conductionis perſtitit *arg. l. item quæritur §.
qui impleto vbi DD. ff. locati Barz. deciſ. Bo-
noniæ 60. num. 7. idem Viſconte concl. recondu-
ctio in fine, & vide de ipſa tractat Gomez de
contractibus tit. 2. cap. 13. tit. de locato fol. 194.
nu. 16.* quod tẽpus requiritur vt tacita reconductio

ctio

ctio intelligitur facta, *& vt Menoch. caſu 507. num. 2. & Maſcard. de probat. concl 951. num. 21. & Caluaccan. deciſ. 44. 1. par. numer. 77.* & quod quando ſcriptura eſt facta de locatione, quod requiratur etiam ſcriptura in tacita reconductione *Magon. deciſio. Lucenſ. 47. cum additione Aucharan. Iun. quæſt. 42.*
9 *num. 6. & ſeq. par. 1.* & aduertas non minori numero quinque teſtium cum tempora largiuntur debere probari reconductionem ipſam *D. Baptaglin. in cit. l. ne cui, vt etiam ſupra hac*
10 *eadem additione dixi*, neque ommittas ſi locationis, & conductionis inſtrumentum per tot annos illis elapſis pro tacita reconductione agatur via exequutiua inſtrumenti *Borrell. 2. par.*
11 *ſumm. deciſ. tit. 19. num. 147. 148. & 149.* & ibi reconductione, & renouatione, quæ dicātur renouata, & reconducta, & de caſibus, in quibus requiritur ſcriptura infra in addit. 72.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An porrecta ſupplicatione de verbo faciendo in actu liquidationis, ſi reus non pareat infra terminum præſtandum cautionem, valeat poſtea carceratus audiri.

SVMMARIVM.

1 *Ritus Magnæ Curiæ forma in liquidatione inſtrumentorum ponitur.*
2 *Ritus Magnæ Curiæ procedit re integra, & ante factam liquidationem.*
3 *Liquidationis actus, vt ſit perfectus, quid requiratur.*
4 *Practica Sacri Conſilij ſuper liquidatione facienda à veteribus Magnæ Curiæ Actuarijs habita, & deciſum num. 5.*

DECISIO LXIX.

MAgna Curia Vicariæ ad inſtantiam Illuſtr. Marchionis Burgentiæ citauit ſuper tenore, inſtrumenti Carolum, & Marcum Antonium de Bartolutijs ex cauſa affictus eiſdem facti Terræ Diani cum Caſalibus, cuius cauſa Marchio prætendebat eſſe debitores magnæ pecuniarū quantitatis, prædicti citati comparuerunt Curia pro Tribunali ſedente cum ſupplicatione, & ſcripturis; & in ſupplicatione aderat Regia decretatio in forma, quod præſtarent cautionem, & Magna Curia faceret verbum in Sacro Conſilio quoad ſcripturas, Magna Curia, vt aſſolet prouidit, quod illis viſis extra bancam prouidebitur, quoad ſupplicationem, quod Rei adimplerent per totum ſequentem diem, aliàs remanerent condemnati, prout præſenti decreto remanere mandatur, &c. Ea die in decreto dicta minimè adimpleuerunt, ſed die ſequenti vnus ex reis conſtituit ſe carceratum intus carceres Magnæ Curiæ, & inſtabat, quod poſtquam paruerat carcerationem perſonæ debebat audiri, iuxta ritum eiuſdē
1 Magnæ Curiæ, in quo datur forma, quod ſi debitor voluerit in vinculis cauſam dicere, debeat audiri tàm ſuper ſatisfactione, quàm ſuper exceptionibus competentibus aduerſus inſtrumenta, & caſu, quò non probauerit in termino competenti dato, remaneat condemnatus, & poſſit exigi pœna, & debitum.

Dicebatur pro parte Marchionis, quod ille
2 Ritus procedit re integra, & ante factam liquidationem, ſed vbi facta eſt liquidatio, reus non debet audiri, vel ſaltem non poteſt impediri, exequutio etiam ſi carceratus fuerit: nam liquidatio habet exequutionem paratam, vt eſt notiſſimum, & proinde cum in caſu premiſſo fuerit facta liquidatio Curia pro tribunali ſedente, iuxta formam Ritus hic conſtitutus in carceribus, non poterat impedire exequutionem, pro qua inſtabat vehementer Marchio.

Replicabatur pro parte rei debendi, quod actus liquidationis non erat perfectus, & conſumatus: nam licèt Curia pro tribunali ſedente fuerint iam condemnati, nihilominus actus ille fuit ſuſpenſus per comparitionem cum ſupplicatione, & ſcripturis, & licèt quoad ſupplicationem non adimpleuerit præſtando cautionem, tamen ille vnus paruit præſentando ſe in vinculis, illico die ſequenti, & potuit id facere, quia res erat integra, ſiquidem nondum erat poſitus in libro in-
3 ferni, & ad conſumationem, & perfectionē actus liquidationis, neceſſarium erat aliud decretum, quod ex quo non paruit, ideò contra ipſum exequatur, & ponatur in libro inferni, & cum effectu deſcribatur, & ponatur in libro inferni, quod decretum non fuit aliter factum, nec in libro inferni reperitur deſcriptus, & poſitus: nam Magiſter Actorum ad quem ſpectabat id facere, vtiq; non poterat non præcedente decreto prædicto, & iſta eſt obſeruantia Magnæ Curiæ in liquidationibus faciendis, quibus ad vnguem non perfectis, non poteſt dici perfectus, & conſumatus actus liquidationis.

Sacrum Conſilium ſuper hac obſeruantia ad
4 finem decernendi ſi liquidatio erat iam legitimè facta, & actus perfectus, vel aliquid ſupererat agendum, voluit ſe informare à practicis, & curialibus, & vocauit antiquiores Magiſtros Actorum Magnæ Curiæ, qui teſtati fuerunt de prædicta practica, & obſeruantia, quod non dicitur actus liquidationis perfectus, & conſumatus, vbi quis comparet cum ſupplicatione, quia ſuppli-

Digitized by Google

catio, & Regia decretatio ſuſpendit actum liquidationis factum, & Magna Curiá reo adimplente tenetur facere verbum in Sacro Conſilio. Reo verò non adimplente, ideſt non præſtante cautionem, tenetur facere decretum, quod ex quo non adimpleuit, contra ipſum exequatur, & ponatur in libro inferni, cuius decreti vigore Magiſter Actornm, ad quem ſpectat, tenetur illum ponere in libro inferni: nam per prius non poterat ſtante impediméto, & ſuſpenſione actus virtute ſupplicationis, & Regiæ decretationis de
y faciendo verbum, ſine informatione habita, cenſuit Sacrum Conſilium actum liquidationis non fuiſſe conſumatum, & perfectum, quia non aderat decretum prædictum, quod ex quo non adimpleuerat, contra ipſum exequeretur, & poneretur in libro inferni, quod decretum claudit, ac perficit actum liquidationis, & proinde præſentando ſe carceratum ante dictum decretum interpoſitum, dictus reus debendi, poterat, & debeat audiri aduerſus inſtrumentum, & liquidationem, prout iuſſit, & decreuit Sacrum Conſilium de menſe Aprilis 1604. referente Franciſco Macedonio Iudice eiuſdem Magnæ Curiæ benemetito, ac maximæ expectationis viro maiora promerenti, & quia quotidiana ſunt hæc deſeruient practicis, & omnibus, qui practicam, & obſeruantiam Magnæ Curiæ ignorant.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non impeditur exequi in bonis vſque ad effectualem ſolutionem, licet carcerauerit debitorem vigore inſtrumenti liquidati, & num. 3 cum ampl. nu. 6. & 7. & num 26. & 28. & 37.*

2 *Solutio non fit ex carceratione, ſed compulſio, & nu. 31.*

4 *Carcer non ſoluit, ſed burſa, & ibi decifio S. C. traditur applicabilis ad caſum decif. D. noſtri Authoris.*

5 *Clauſula vna via electa, &c. quid operetur, &c. & quomodo declaretur, nu. 8.*

9 *Variatio permittitur creditori de vno tribunali ad aliud cum ampl. nu. 10.*

11 *Variationi quando ſit locus.*

12 *Creditor eligens vnam rem, an poſſit variare cum alijs quaſt. nu 13. & 14.*

15 *Creditor quando non poteſt variare.*

16 *Dilationes pēdente officium Iudicis conquieſcit cum declarat, & nu. 49. & 50.*

17 *Variare an poſſit qui ſemel habuit certos fideiuſſores, & alios petere.*

18 *Inſtrumentum habet paratam exequuitionem, & ibi Carauitam parum de praxi cognitionem habuiſſe.*

19 *Liquidatio quomodo fiat.*

20 *inſtrumenti exequutio quando impediatur.*

21 *Inſtrumentum elapſis 20. annis paratam exequutionem non habet.*

22 *Inſtrumentum exequi impeditur per præuentionem.*

23 *Debitor volens præuenire, quæ debeat facere.*

24 *Debitor intētans præuentionis iudicium, & omittens præſtare cautionem, an eius ommiſſio anullet præuentionem.*

25 *Clericus præueniens eius creditorem in Curia laicali, an teneatur ibi præſtare cautionem, & ibi plura de præuentione, & quando fuerit ei renuntiatum, an locus ſit, &c.*

27 *Electio vnius remedij exequutiui non præcludit viam alijs quando per primum creditori non eſt ſatisfactum, & nu. 29.*

30 *Variatio de perſona ad rem, & de re ad perſonam permittitur, & num. 32. & 33. & & nu. 34 & ampliat. num. 35 & 36 & latè 51. & 52.*

38 *Remedijs pluribus quis vti poteſt contra contumaces & 39. 40.*

41 *Miſſio in poſſeſſionem fiebat priſco tempore in bonis debitoris.*

42 *Exequutio ſi fiat in bonis vigore inſtrumenti liquidati proceditur ad venditionem iudiciario ordine ſeruato.*

44 *Debitor ſi in actu interrogationis inſtrumēti, confiteatur illud ibique contenta eſſe vera, & ſi dicat ſe ſatisfaciſſe ſtatim cauſam in vinculis, etiam ex interuallo debet dicere numer 44 45. 46 47. ſicque ſi voluerit de falſo inſtrumentum redarguere num. 44.*

48 *Exequutio fieri minimè poteſt contra debitorem, dum in vinculis dato ei termino aduerſus inſtrumenti liquidationem cauſam dicit, & num. 51. & 53. ampl. etiam in literis ſignificatorialibus num. 54.*

51 *Creditor vigore inſtrumenti liquidati tàm ex illius clauſulis, quàm iuris diſpoſitione, & perſonalem compulſionem, & exequutionem in bonis ad libitum exercere poteſt, & nu. 52. & 53.*

54 *Terminus denegari non poteſt debitori comparenti aduerſus inſtrumenti liquidationem.*

55 *Sequeſtrum in bonis mobilibus ſi debitor ſtabilia non poſſideat per Iudicem fieri, debet etiā dilatione pendente, idque tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus aliter teneretur in ſindicatu, & 56.*

57 *Debitor in prōptu probans eius exceptionem aduerſus inſtrumenti liquidationem impedit carcerationem, ſecus ſi ex interuallo.*

58 *Carcerato debitore non debet contra ipſum ad bonorum exequutionem, ſiue venditio-*

nem

nem, procedit vigore inſtrumenti liquidati.

59 *Gualterius Galeota eius debitorem per concordiam liberauit à manus mutilatione.*

60 *Depoſitum facere, & ſe in carcerem mãcipari ſunt exequuta ad impediendã bonorum exequutionem, vel venditionem.*

61 *Reclamatio à ſententia Sacri Conſilij non poteſt proſequi non facta prius exequutione: fallit victo carcerato, & quomodo id procedit, & 62.*

63 *Obligatio particularium pro cauſa vniuerſitatis abſq; aſſenſu eſt nulla.*

64 *Appellatio etiam conſocijs non appellantibus prodeſt cõmuni, & exiſtente cauſa defenſionis & in ſeparabilibus, & diuiduis, & nu. 69. & de ratione num 74 & fortius in prima inſtantia vnius defenſio alijs prodeſt num 72.*

65 *Sententia ſuper nullitate contractus, vel teſtamenti nocet, & prodeſt conſortibus remiſſiuè.*

65 *Priuilegio ex iure ſocij conſocius iuuatur, vt actus ſuſtineatur.*

66 *Maior ex minoris priuilegio conſequitur, quod ex propria perſona ei non conceditur.*

69 *Ritus Magnæ Curiæ. 166. de inſtrum. liquidat. loquens an, & in quo ſit iuri communi conformis.*

70 *Debitor in vinculis conſtitutus in continenti, vel ex interuallo audiri debet.*

73 *Reſtitutionis beneficium minori conceſſum maiori litis conſorti nõ prodeſt in diuiduis fallit in indiuiduis, vel vbi cauſa reſtitutionis etiam in maiori limitaret, & nu. 50. & 51. vel ſi minor non conſequeretur idem cõmodum, vel ſaltim non ita plenè ſi ſocijs maioribus in totum prodeſſet, & nu. 77.*

76 *Hypotheca ius eſt indiuiduum, etiam ſi ſumma debiti, vel res hypotgecata ſint diuidua.*

78 *Correus ex cauſa oneroſa ſoluere coactus à correo ſocio partem pro rata repetere poteſt, & eo quid ſi ſit obligatus ex cauſa lucratiua.*

79 *Dilatione, ſiue termino conceſſo vni ex obligatis in ſolidum carcerato ſuperſederi debet, quo ad omnes alios in exequendo vigore inſtrumenti liquidati.*

1 DEcidit quæſtionem de pane lucrando) quod ex carceratione debitoris poſt liquidatum inſtrumentum non impediatur creditor exequi in bonis contra illum) benè, quia per carcerationem
2 non fit ſolutio, ſed tantũ compulſio ad ſoluendum, *vt Bald. in l. prima in fine C. de iur. & fact.*
ignorantia, & in terminis firmat Bart. in l. conſentaneum col. pen. verſ. 2. quæro cap. quomodo & quando Iudex Dec. in l. iubere cauere in fine ff. de iuriſdictione omnium Iudicum Angel. de Aretio in l. ſi ex conuentione ff. de re iudicata,
3 *Guid. Papa ſingul. 105.* vbi creditor, qui habet ſuum creditorem carceratum non impeditur exequi in bonis eiuſdem debitoris, *vide Marſil. applicationem in ſingul. 398. & de fideiuſſ. rubr.*
4 *quæſt. 59. num. 379.* carcerem non ſoluere, ſed burſam, & referente *D. Rouit. fuit deciſum in Sac. Conſ. ſub die 19. nouembris 1624.* in cauſa Vniuerſitatis Collis torti, & Particularibus, in qua fuit dictum, quod audiantur facta integra ſolutione quantitatis in obligatione contenta penes Romanũ pro Sarro, conſidera virtu-
5 te clauſulæ, &c. quod licet creditori exequi, &c. *vt de Iudice Roberto de liquidat. inſtrum. fol.*
6 *47. num. 45.* vbi quod poſſit tamen allegare omnes exceptiones in vinculis, & ſe defendere, *vſq;*
7 *ad num. 49. fol. 49.* & amplia etiam ſi ipſe creditor carcerauerit debitorem ipſum. *vt Anna ſingul. 69.* vbi larga manu addidi, & allegaui omnia cumulando *in prato meo ad l. 2. C. de pactis, & de Franch. deciſ. 220. num. 7. & vide Ancha. Iun. quæſt. famil. 37. num. 5. par. 1. Caluacc.*
8 *de vſufruct. mul. relicto num. 208. fol. 405.* nam tunc vna via electa altera non tollitur, *Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 1. num. 2.* & idem ſi fuiſſet exequutum in bonis, quia non per hoc denegatur, exequi in perſonam. *Ammendola num. 11. ad cit. deciſ. de Franch. deciſ. 200. & Marſil. ſing. 398. & ſic è contra Grauin. de liquidat. inſtr. 4. par. 12. decl.*

Et etiam de vno tribunali ad aliud licet variare per creditorem, *ſecundum Carol. de Graſſis in tract. de except. in præłud. fol. 8. num. 46. vſ-*
9 *que ad 55.* vbi allegat, quo ad res, quod poteſt variare, *Siluan. conſ. 23. num. 6. Caluacc. deciſ.*
10 *Finizz. 1. num. 15. vol. 1.* nec litis pendentia fortè opponi poteſt *vt Gram. conſ. ciuili 95. nu. 2. Abb. conſ. 5. num. 2. vol. 2. & Aſinius in pract. exequutiuorum §. 31. cap. 2. ampl. 11.* vt de larga tractatione, *D. Theodor. alleg. 17. num.*
11 *8. & ſequent.* & quando variationi locus non ſit *per Grat. diſcept. forenſ. 239. num. 9. tom. 2. & per alios numeros, & diſcept. 191. num. 20. tom.*
12 *1.* & quando elegit vnam rem oblatam creditor à debitore, an poſſit variare, *Nouar. amicus meus quæſt. forenſ. 44. num. 8. & ante eum Ricc. ſuus deciſ. 295. par. 2. num. 3.* plura de creditore agente ſemel ſuper bonis ceſſis ſi poſſit deinde variare, vt per eum, *& in d. prato meo aureo ad*
14 *l. 2. C. de pactis,* tetigi, & quando agens contra principalem, poſſit agere contra fideiuſſorem, *Guid. Papa quæſt. 438.* ac de agente via ordinaria contra aliquem, contra quem habet poteſtatem agendi via exequutiua, *Rom. conſ. 133. Carau. rit. 288. num. 33. Affl. deciſ. 60. Cauale. deciſ. 1.* & ibi quando in inſtrumento ſit dictum, quod vna via electa, altera non tollatur, vel vna via ſit cepta cum proteſtatione redeundi ad aliã, *Frecc. preſentatione inſtrum. par. 9. quæſt. 9.* & aduerſus ad hanc deciſionem, quod poteſt
15 creditor variare, niſi debitori carcerato allegan̄ti

 ſatiſfa-

ſatisfactionem fuerit datus terminus ad docen-
16 dum de ea, quia pendente hac dilatione officium
Iudicis conquieſcit, nec poteſt concedi licentia
de exequendo in bonis, niſi adeſſet timor dila-
pidationis bonorum, vt per *Franc. Anton. Iudi-*
ce Roberto in comment. ritus, item ſi qui debito-
17 *res conſid. 4. ſupereſt vltimo num. 46.* ſed an
poſſit variare qui ſemel habuit certos fideiuſſo-
res, & alios petere *addentes ad Capyc dec. 30.* &
vide de hac materia plura *per Ricc. coll.* 301. pter
18 præallegatos, & ſi vis notare alia in materia li-
quidationis inſtrumẽti, quod paratã habeat exe-
quutionem *per Carauitam rit. 127. num. 6. &*
166. qui negari non poteſt, quod parum de pra-
xi ſciuit per ea, quæ *D. Auth. deciſ. 27. numer.*
19 *6.* demonſtrauit, & quomodo liquidatio
fiat *per Scagl. in rit. 163. numer. 18. & multas*
per Borrell. 2. par. tit. 19. num. 95. & nu. 105.
20 *& 111.* vbi etiam quod impediatur exequutio
21 inſtrumenti ob abſolutionem petitam, & ibi
quod elapſis annis 20. exequutionem paratam
non habet, & nu. 115. cum ſoli abſque cauſa in-
22 ſtrumentum, & per præuentionem in num. 89.
23 vſque ad 99. Hinc debitor volens præuenire
tenetur præſtare cautionẽ de ſoluendo debitum,
& pœnam ducatorum ſexaginta *iuxta pragm. 1.*
tit. de præuent. moderand. & de ſe præſentando
tempore publicationis, ſecundum communem
practicam, qua vtuntur Mag. Cur. Reg. Aud.
& aliæ Curiæ, licet eam impugnet *Muſcatell.*
de fideiuſſ. 4. modo colum. 1. & 2. & de appell.
24 *in gloſ. in forma num 78 79 83 & 89* inde ſi de-
bitor intentauit iodicium præuentionis, & om-
miſerit præſtare cautionem modo, quo ſupra eius
ommiſſio annullat præuentionem, adeo quod
poſſit ad inſtantiam creditoris contra debitorem
procedi ad interrogationem, & liquidationem
inſtrumenti, vt diſcuſſo articulo concludit *Cara-*
uita rit. 189. in 2. quæſt. quia fideiuſſio per di-
ctam pragmaticam videtur requiſita per verba
poſita ibi (niſi præſtita fideiuſſione) ideo ommiſſa,
actus corruit, iuribus, & doctrinis vulgaribus, &
cum caſus contigiſſet, vt ipſe refert conſulit D.
Thomam Salernitanum tunc temporis Aduoca-
tum famoſum, & primarium, & poſtea Regẽtem
Regiæ Cancellariæ, & alios famoſos Aduocatos,
qui ſibi dixerunt, quod dicta pragmatica fuit
ſemper ita ſeruata, prout hodie, & quotidie ſer-
uatur *Viu. opin. 418. num. 6. 1. par. Muſcatell.*
in prax. S.C. gloſ. expenſis num. 37. & ita con-
cludit Maranta in conſ. 31. quem ſi Carauita
vidiſſet magnopere gauiſus eſſet de Iudice Ro-
berto 4. conſid. num. 59. ſed an ſi clericus præue-
25 niat eius creditorem in Curia laicali tenebitur
ibi præſtare dictam cautionem *Minadois deciſ.*
4. quem allegat Dom. Rouit. in pragmat. 1. de
præuentione moderanda num. 1. ſed quando fue-
rit renunciatum prædictæ præuentioni cum iu-
ramento obtenta abſolutione, non poteſt fieri ip-
ſa præuentio, & non impeditur liquidatio, vel in-
cuſatio obligationis, *vt id. Carauit. rit. 168. nu.*
2. Gagliard. de abſolut. à iuramento §. 3. num.
37. verſ. non tamen credas cum ſequent de
Franch. deciſ. 620.

Poſt hæc addita, vt potui, & valui peruenerunt
ad manus meas ſequentes allegationes D. mei
Fabij Capycij Galeotæ meritiſſimi Fiſci Patroni
Reg. Cam. Sum. quas hic inſerere libuit, licet
pro contraria opinione ſcripſerit, in terminis in-
ſtantis noſtræ deciſionis, vt ſi iterum caſus eue-
niat remaneat cogitandi locus, & ſcripſit ipſe do-
ctiſſimus vir in caſu citatæ deciſionis Vniuerſita-
tis Collis torti cum Principe Caſalis maioris.

Miſerabile refugium conceſſum debitoribus,
contra quos in Regno ſunt liquidata inſtrumen-
ta, vel obligationes incuſatæ, quibus vnicum re-
medium ſupereſſe circũſcripto ignominioſo ex
vulgatiſſimo adagio, quod quotidie in oreomniũ
in foro verſantium exauditur; Vt audiri non poſ-
ſint, niſi in vinculis, vel facto depoſito; contro-
uertitur hodie, an concedendum ſit pauperrimo
Paulo de Simone, qui vt oſtendat nullitatem, ſi-
mulationem, & iniuſtitiam obligationis, quam
ipſe cum alijs pro ſua patria Collistorti contra-
xit penes vafrum creditorem, ſe ſponte vinculis
mancipauit petens terminum ſibi concedi, vt de
ſuis iuribus educto, ſe, & alios correos, contra
quos eſt incuſata obligatio ab iniqua redimat
vexatione.

Dubitatur .n. de duobus. Primo, vtrum debi-
tor contumax, ſicut ſe in vinculis conſtituendo
obligationem incuſatam, aut inſtrumentum li-
quidatum audiri debet, ita pariter venditionem
bonorum contra ipſum exequutorum impedire
poſſit.

Secundo eſto, quod carceratio, & terminus ita
impediant exequutionem in bonis faciendam ſi-
cut ipſorum venditionem exequutionis iam fa-
ctæ, quo ad ipſum reum carceratum, idem etiam
proſit alijs correis inſolidum ex eadem cauſa ob-
ligatis, vt exequutio, ſiuè venditio bonorum im-
pediatur, quo ad correos.

Quoad primum licet dubiũ facere videatur,
26 quod generaliter per manus eſt traditum, quod
carcerato debitore poteſt creditor non obſtante
carceratione perſonæ exequi facere ſuper bonis
ſui debitoris, vel debeat debitor pati immiſſio-
nem in bona, & ipſorum venditionem *Bald. in*
cap. contigit num. 19. & 20. de dolo, & contum.
Angel. in l. qui reſtituere 68. num. 5. ff. de rei
27 *vendic.* vbi tradit electionem vnius remedij exe-
quutiui non præcludere viam alijs, quando per
primum non eſt creditori ſatisfactum *Bart. in*
auth. at qui ſemel n. 19. C. quẽadmod. & quando
Iudex, Cald in l. conſentaneum num. 16. C. eod.
Platea in l nemo carcerem 2. num 10. C. de exact.
Trib. idem Bald. Iaſ. Marſil. & alij, quos refert
Anna ſingul. 69. carcerato debitore. Necuſant.
de pignor. in 3. memb. 8. par. poſt num. 27. verſ.
28 *poſthumo.* Sicut e contra facta executione, vel
miſſione in bonis, non impedit creditor variare,
& petere, quod debitor carceri mancipetur *l. ne-*
mo carcerem 2. verſ. ſecuti, vbi Bart. Plat. Re-
buff & alij C. de exact. trib. l. 10. vt latè contra
Caſtr. fundat, qui dicebat non permitti variatio-
nem de re ad perſonam debitoris, cum illa ſit
ignominioſa, & ideo irretractabilis *Dec. in conſ.*
73. præſtantiſſimè Doctor per totum, vt in ſpe-
tie aduertit *Anna Decium* loqui in caſu contra-
rio, vz. de variatione à re ad perſonam *in d. ſing.*
69. &

69. & in eodem caſu latè hoc probat *Idem Dec.*
29 *conſ. 462. num. 9* ex eo, quod cum plura re-
media tendunt ad eundem finem, vnum non tol-
litur alterius electione, & maximè ſi electio fiat
præuia proteſtatione, & vtrumq; ſimul latè pro-
bat *idem Dec. conſ. 562. viſo puncto num. 8. verſ.
& vlterius*, & *num. 9. dicit latè Rebuff. de le-
ter. obligat. art. 11. gloſ. 30. num. 11.* ſicut etiam
de variatione de perſona ad rem, & de re ad per-
ſonam tradit *Natta conſ. 496. ex num. 19.* & ex
noſtri *de Franch.* loquens in materia *ritus de-*
30 *ciſ. 200. num. 2. & 30.* reddens rationem *ex Bal-*
31 *do in l. 1. in fin. C. de iur. & fact. ignor.* quia cap-
tura perſonæ eſt compulſio, non ſolutio, ſequi-
tur latiſſimè *Muſcatell. in praxi appell. par. 3.
gloſ. ſeruata ex num. 17. cum ſeq.*

32 Et tertio licita eſt variatio de perſona ad per-
ſonam puto à fideiuſſore ad debitorem princi-
palem, & è contra, vel alterum etiam ex inſolidũ
obligatis, etiam pendente iudicio contra vnum,
& non expectato fine, an primus fuerit ſoluendo,
nec nẽ latè *D. Capyc. deciſ. 119. num. 7. Rebuff.
vbi ſupra d. gloſ. 3. num. 24 cum ſeq.* & quod
pendente lite contra reum poſſi fieri executio
in bonis fideiuſſorum, vel alium obligatum, & è
contra probant *Berous quæſt. 87. num. 8. Lan-
cellott. de attentat. lib. 1 cap. 3. num. 150.* & plu-
ribus relatis *Surdus deciſ. 301. num. 5.* & de
principali ad fideiuſſorem, & de vna re ad aliam,
ac de perſona ad rem, *Caualc. deciſ. 1. num. 15.
latiſ lib. 1.*

33 Et licet cum quis primo elegit certa bona, &
obtinuit ſententiam ſuper illis, & Iudex pronun-
ciauit faciẽdam eſſe executionem non ſit licitum
creditori variare, & eligere alia bona, vt latè *per*
33 *D. meum Capyc. deciſ. 33. & 46.* qui loquitur
de re ad rem, *Caualc. d. deciſ. 1. num. 16. verſ.*
34 *vbi dicunt*, tamen adhuc facta electione vnius
rei lite conteſtata, & obtenta ſententia, licet va-
riare ad aliam rem, & recurrere ad alia remedia,
quando per remedium electum conſtat aliquo
modo Iudici non eſſe plenè conſultum credito-
ri, vt iudicatum teſtatur *Cartar. dec. Genua 105.*
etiam de re ad rem alterius ex correis debitori-
bus obligatis, quod latius declarando, & limitan-
do deciſ. D. Capyc. proſequitur *Theſaur. Iun.
dicens pariter ita iudicatum in ſuo Senatu lib.
1. quæſt. foreuſ. cap. 7. num. 6. in fine.*

35 Et coram eodem Iudice, vel etiam diuerſis
plures vias exequutiuas competens ſimul, vel
ſucceſſiuè intentari poſſe, *ex Galleſ. Gabriel,
Neuizzan. Mandoſ. Lancellott. Azeued. Sua-
rez de Paz., Seraphin, Borghin. Gargiareo,* pro-
bat *Mouter. deciſ. Aragon. 23. poſt num. 14.*
36 probans in exequutiuis non dari litis pendentiã,
& iuxtà tantorum patruum ſecuram traditionẽ,
ita deciſum in ſuo Senatu de anno 97.

Prædicta tamen omnia, & ſimilia procedere
in diuerſis terminis, ita vt nihil obſint huic pau-
peri debitori, ex eo patet, quod iura omnia, &
Doctores præcitati cum alijs innumeris, inter
quos in hac materia viderim, latiſſimè tradit
Matth. Colerus de proceſſ. exequut. par. 1. cap.
37 *8. ex num. 34. ad 67.* procedunt in caſu ſatis di-
uerſ. ſcilicet exiſtente debitore contumace. Co-
gita, vtrum in carcerẽ à creditore incluſus, dum
in contumacia perſiſtebat, & ſic in contumacia
præuentus, poſſit petere audiri, ac ſi ſua ſponte
ſe in vinculis conſtituiſſet, ſecus autem vbi debi-
tor ſe conſtituerit ſpontè carceratum, & audiri
perierit. Et hoc veriſſimum eſt de iure commu-
ni, ſed planè indubitabile de iure Regni.

De iure communi hoc probat tex. inſignis, &
capitalis *in d. l. Nemo carcerem*, ex quo Angel.
& aliqui fundant potiſſimè electionem, & varia-
tionem creditori permiſſam vbi Imper. ita de-
mum exactori tributorum, quo ad Imperialis
vſum exercitus pro communi ſalute poſcuntur,
huiuſmodi variationem concedit, vt ibi dicitur
in fine, ſi modo debitor indulgentia Principis ad
contumaciam abutatur, vt ibi in verſ. ſecuri, &
amplius, ſi debitor in indurata nequitia perma-
nebit, vt ibi ſubijcitur, quem tex. ita in propoſito
intelligendo, dicit eſſe meliorem de iure ad hoc
propoſitum infinitis relatis *Colerus d. cap 8. nu.
44. in fin. & 45. Concordat tex. iuris canon. in
cap. quoniam frequenter §. fin. verſ. ſin autem
perſonali*, vbi loquens Papa *de pœnis debitoris
contumacis ſubdit* (alterutra pœna Iudex ab ini-
tio ſit contentus, ad aliam nihilominus proceſ-
ſurus ſi hoc mereatur proteruitas contumacis)
extr. vt lite pend.

38 Et ita eſpreſsè, & in terminis hanc materiam
electionis, & variationis de iure creditori con-
ceſſam limitat, & reſtringit ex mente omnium
*Alex. in add. ad Bart. in d. l. conſentaneum 8.
nu. 17. in addit. incip. velle quod ſic, C. quomodo,
& quando Iudex, ibi* (item fortè hæc intelligen-
da ſunt, quando proceditur cõtra cõtumacẽ) ci-
tant ad hoc *Bald. in pluribus locis, idem Alex.
in conſ. 130. num. 15. lib. 4.* expreſsè dicit hanc
electionem fundari in contumacia debitoris ex
d. cap. quoniam frequenter, vbi optimè *Natta in
addit. incip.* quod ſi feci, vbi quod contra con-
tumacem, quis poteſt vti pluribus remedijs, & ex
*Baldo, & alijs probat Iaſ. in l. vnica ff. ſi quis
ius dicenti non obtemp. num. 22. & 23. & pro-
prie in verſ. dicit etiam Bald. in § fin. in f. ead.*
quod in iſtis remedijs pretorijs vnum remedium
non excludit alterum, vnde licet fecerim debito-
rem in carcerem conijcere, poſſum tamen miſ-
ſionem in bonis impetrare, quia ſunt inducta ad
39 contumaciam propulſandam. Et ita declarat
Doctor *Bar. in d. l. conſentaneum*, & aliorum in
hac materia, vt concedatur creditori electio, &
variatio, quæ non eſt circa idem, nec circa diuer-
ſa, quæ habentur loco eiuſdem contra debitorẽ
contumacem, & dum perſeuerat in contumacia,
non aliter *D. meus Capyc. deciſ. 119. num. 10. &
21.* ſed omnibus clarius, & latius eſpreſsè decla-
rat *Syluan. poſt hæc ſcripta viſus conſ. 24. num.
13. quem citat, & ſequitur Piſanell. in addit.
ad pragm. diſpendia 8. relatione in vltima ad-
dit. verbo contumacia.*

40 De iure verò Regni, licet facta liquidatione
inſtrumenti contra debitorem contumacem ſty-
lus hodiernus differat ab antiquo, quoniam pri-
ſco tempore fiebat miſſio in poſſeſſionem in bo-
nis debitoris pro menſura crediti ex primo de-
creto iuxtà diſpoſitionem iuris communi *in l. ſi,*

Y 3 *iuxtà*

iuxta gloſ. C. vbi in rem actio. Tamen hodie
41 per interloquutoriam, quam vocant, reputatur
debitor contumax, & vt talis condemnatur ad debitum, & pœnam in citatione contentam, & quod exequatur realiter, & perſonaliter ad electionem creditoris contra ipſum tanquam contumacem *tradit Carau. ritu 166. num 24. in 6.*
42 *notab.* & ſi contingit exequutionem fieri in bonis, proceditur ad ipſorum venditionem iudiciario ordine ſeruato *iuxtà notata per Afflict. deciſ 358 & Franc. Ant. de Iudice Roberto ad Ritum conſider 4. num 44. & totum hoc continetur in Ritu 170. vbi Carau. latius hoc explicat num 11. in 5. notab. Ritu 172. in princ. & Ritu 180. num. 1.* in quibus ſpecialiter hoc diſponitur contra debitores contumaces.

43 Sin autem debitor compareat? de hoc ponitur. praxis *in Ritu 166.* vbi diſtinguuntur caſus. Primus videlicet, ſi debitor comparet ab initio in ipſo actu interrogationis, & confitetur instrumenta ipſi, & contenta in eis eſſe vera, & tunc niſi in promptu, & in ipſo inſtanti docet ſe ſatisfeciſſe ſtatim incarceratur, & datur ipſi, ſeù illius fideiuſſori terminus ad probandum, ſi quæ ei exceptiones competiant aduerſus præmiſſa, & interim donec probent legitimè ſolutionem debet in vinculis cauſam dicere, vt dicitur etiam *in Ritu 174. & 175.*

44 Secundus eſt caſus, qui ſubijcitur *in verſ. & ſi forte* Quod ſi forte ipſi debitores, vel eorum fideiuſſores, voluerint (& ſic quandocunque) allegare, & redarguere de falſo inſtrumenta, vel aliter de eorum nullitate dicere, debet dari ipſis terminus, hic enim caſus, vt à princ. differt, & vt vltra aliquid cenſeatur additum, & vt non deficiat ad perfectã prouiſionẽ, neceſſario eſt intelligendus, de oppoſitione etiam ex interuallo faciẽda. Et in vtroque caſu, tàm ſolutionis, quàm falſitatis, vel nullitatis inſtrumẽti allegare, ſi ipſi debitores exceptiones prædictas non probauerint, diſponitur ipſos teneri ad pęnas pecuniarias, & iuramentorum contentas in inſtrumentis, & nihilominus ſatisfacere debent eorum creditoribus de debitis memoratis.

45 Quod autem Ritus concedat, & quandocunq; compareat debitor, allegans aliquam ex prædictis exceptionibus, debeat audiri etiam poſt cõdemnationem in vinculis, paret etiam ex eo, quod Ritus diſponit, quod ad euitandam ſolutionem debiti, & pœnæ ſufficiat alterum duorum, vel promptuaria probatio ſolutionis, vel quandocunque etiam ex interuallo debitor dicat cauſam in vinculis, vt de probatione incontinenti facta, qua euitatur ſolutio, & carceratio loquitur *Ritus in verſ. Et facta reſponſione vſque ad verſ. Et ſimiliter detur terminus*, vbi loquitur de allegatione exceptionum, ſcilicet etiam ex interuallo, quæ licet differat ſolutionem deberi, eſt tamen facienda, interim donec exceptio probetur in vinculis.

Quod tamen diſcrimen inter caſum promptuariæ probationis, & obiectæ exceptionis ex interuallo, prætereàquam clarè colligitur ex ſerie, & contextu *d. Ritus à v. ſ. & facta reſponſione, & infra.*

46 Clariſſime tamen *emicat ex fine in verſ. Et ſi debitoris* vbi reaſſumendo caſus, compilator dicit (quod ſi debitores incontinenti vel in vinculis probauerint exceptiones allegatas, creditores puniuntur) æquiparantur igitur iſti caſus, quod debitor incontinenti, vel in vinculis, & ſic ex interuallo quãdocunq; præbet ſuam exceptionem, vt ipſo liberato creditor condemnetur, alternatiua.n. illa (vel) ponitur inter diuerſa, ergo probatio in vinculis, vt ſit diuerſa à probatione incontinenti neceſſe eſt vt etiam ex interuallo concedatur.

47 Prout, Ritum noſtrum benè intellexit *Seſſe de inhibitio. c. 4 §. 9. dum in illo articulo* vtrum inſtrumenti exequutio reſpiciat litis deciſionem vel potius ordinationẽ, vt quia non in totum tolluntur exceptiones, ſed in aliud tempus referuantur, vt poſteà audiatur debitor in vinculis latè diſcurrendo, de veritate eorum quæ tradit ſuper hoc *Carau. d. ritu 166. num. 63. ſupponit debitore*, quandocunque in vinculis eſſe audiendos.

48 Vnde ſi in vinculis quandocunq; exauditur debitor, *& dicitur in d. verſ. Et ſimiliter, & in verſ. Et ſi fortè*, vbi pariter conceditur debitori terminus, cum eadem qualitate, & conditione (dum, in vinculis cauſam dicat) tacitè repetita; præcedenti qualitate, cum hoc tamen diſcrimine, vt ſi debitor ſuam intentionem non probet vltrà pęnas contentas in Inſtrumentis ſatisfacere debeat creditori de debitis memoratis, vt diſponitur *in verſ. (& ſimiliter) & in d. verſ. Et ſi fortè ſin autem è contra* debitor probauerit eius intẽtionem creditor ipſe puniri debet in vno auguſtali pro qualibet vntia, diuidenda æquis portionibus pro rata inter Fiſcum, & debitorem *vt in verſ. (& ſi debitores)* licet hoc hodie ſit immutatum: ergo apertiſsimè patet ex præd. interim pendente termino conceſſo debitori qui comparuit, & in vinculis cauſam dixit, contra ipſum nullam exequutionem in bonis fieri, nec ad debiti ſolutionem vllo modo vrgeri poſſe, vt in dubio ſupponitur *in dicto Ritu*, dum vtroque caſu conſiderato de eo ſolum igitur qui non probata exceptione, tunc debitor vrgeatur ad debitum, & pœnam, & ſic non prius: probata verò, creditor ad pœnam dumtaxat condemnetur, non autem ad reſtitutionem exacti cum pro coſtãti ſupponatur, nullam potuiſſe fieri debiti exactionem pendente termino conceſſo.

Pendente termino cõquieſcit &c. Quod con-
49 forme eſt iuris diſpoſitioni, qua cautum eſt dilatione pendente Iudicis officium conquieſcere, adeò vt ea, pendente Iudici nullum competat iuriſdictionis exercitium, ſed in ſuſpenſo eſt. *l. ſiuèponſ. C. de dilation. c. ſignificante cum con-*
50 *cord. ibi de appel.* quod procedit in omni termino à iure vel ab homine ad aliquid peragendum dato, quia durantibus illis manus Iudicis ſunt ligatæ, & impeditæ cenſentur *Panor. Fely. & deciſ. Rotæ quos citat. Vantius de nullitat. tit. de nullitat. ex defic. et iuriſd. & vnde ne quibus mod. prouen. num. 157. & 158* Adeo vt innouata pendenre termino ſint ipſo iure nulla, & ſi nihil à parte opponeretur *Gloſ. in l. 1. verbo mo-*

menti

mente, vbi Alex. notat. ff. de ferijs additio ad praxim. Veſtrij lib. 5. cap. 9. num. 2. & lib. 7. cap. 1. num 14. latius Vantius loco citato. Et in pun-
51 to determinat hoc dictũ Doctor *de Roberto ad Ritum d. conſider. 4. num. 46.* Vbi in debitore reputato contumace, & condemnato per interlocutoriam ſuper tenore inſtrumenti ad formam
52 Ritus, qui tam ex diſpoſitione iuris, quã ex clauſulis ſolitis apponi in inſtrumentis, (quod vna via electa altera non tollatur) ſeù (ab vno ad aliud remedium liceat habere regreſſum) quarum vigore conſtat Creditorem poſſe, & perſonalem compulſionem, & exequutionem in bonis ipſorumq; venditionem ad libitum exercere iuſta latiſſime tradita per *Rebuf. de liter. oblig. artic. 9. Gloſ. 3 num. 13. & Colerum d. cap. 8. par. prima ex num. 65. verſ Cautela tamen eſt.* Determinat Robertus, quod ſi prædictus debitor iam contumax in carceribus deponatur, & ibi alleget ſolutionem, falſitatem aut alium Inſtrumenti defectum, data ei dilatione ad probandum exceptiones, creditor electione priuatur, nec poteſt contra eum exequi facere in bonis, iã dicta ratione, quia pendente termino conceſſo Iudicis officium conquieſcit, & hanc eſſe dicit veritatem vbi Doctor Mazzia in addit latius id
53 confirmat ſequitur *Galterius in praxi Inſtru. in 2. par. 3. & vlt. par. princ. poſt num. 28. verſ. ſed quid pendente ter.* & optimè *D. Proſper. Petra olim meus in ſtudijs ſocius, vir doctiſſimus, & ſupremis honoribus digniſſimus teſte inſigni viro, & omnibus numeris abſoluto Conſ. Ronito ſuper Prag. 20. De feudis num. 2. & 3. 4.* Is in qua *Petr. in addit. ad D. meum Capyt. dec. 169. in fi.* ne dum prædicta confirmat, ſed ampliat ad debitores vigore litterarum ſignificatorialium pro adminiſtratione vniuerſitatum, vt licet prõptam habeant, & paratam exequutionem, & inuiolabiliter debent exequutioni, demandari, & poſtcà reuideri *vt per Franch. deciſ. 55. 347.* dicit tamen poſſe reuideri ſignificato in carceribus conſtituto, ſupponens interim cum *Robert. in omnibus ſuperſedendum.* Nec dicatur, hos DD. loqui quando non eſt facta exequutio, & creditor vult pẽdente termino procedere ad exequendum ſuper bonis, hic aut reperitur facta exequutio, antequam debitor comparuerit.

Hoc .n. eſt diuerſificare caſus, nulla reddita ratione diuerſitatis. Quinimo ratio tradita per ipſos eſt generalis, ea ſcilicet quod ſuperſederi
54 debeat pendente termino, qui denegari non poteſt debitori iam contumaci quandocunq; compareat purgando contumaciam, & proponendo ſuas exceptiones iuxta diſpoſ. Pragmaticæ *diſpendia litum § . comparente reo,* quam adhoc citat *Robert. in ſpecie d. loco num. 45. in fi.* quod etiam ſeruatur de iure, & diſpoſitione ſtatutorum in *Delſinatu teſte Gued. Papa dècis. 66.* quã *adhoc in ſpecie citat Piſanel. in addit. ad d. prag. diſpendia § . relatione in fi.*

Hæc autẽ ratio vt ſuperſederi debeat pẽdẽte termino ex quo Iudicis officium conquieſcit non minus militat vbi exequutio non eſt facta, ſed à fortiori comprehendit caſum vbi fuerit facta exequutio, vt ſcilicet non procedatur ad actũ venditionis irretractabilem.

Idque eſſe veriſsimam, & comprehendi à
55 maioritate rationis patet, ex eo, quia ſi interdũ dilatione, etiã pendente poteſt Iudex facere ſequeſtrum in bonis debitoris mobilibus ſi ſtabilia non poſſideat, vel alia etiam facere ex quibus creditor reddetur cautus, & ſecurus, vt adueniente tempore in caſum victoriæ ſibi ſatisfiat *ex doctr. Angel. in l. ſi debitori num. 2. verſ. & pro deciſione ff. de Iudic.* idque tam in ciuilibus, quam in
56 criminalibus; ne alioquin Iudex teneretur in Syndicatu, vt alias de facto teſtatur iuſtè ſeruatũ, & ſequitur *Iaſ. in d. l 9. pro Tribunali in fi. ff. de re iud. & Rober.* qui ita limitat quod ſupra dixit *d. num. 46. in fi.* ergo non minus Iudicis officiũ conquieſcere debet poſt ſequeſtrum ſiuè exequtionẽ factam, quam ante exequutionem: quinimmò facilius conquieſcit, quo tutior creditor eſt redditus mediante exequutione ex prædic. Et hànc digeſtam praxim. Vt debitor licet contumax quandocunq; compareat allegando aliquam exceptionem ex ſupra relatis vel alios defectus aduerſus Inſtrumentum audiri debeat impetito termino communi vtriq; parti, quod ſi ſuam intentionem non probet non liberatur niſi ſoluto debito, & pœna; licet aliud incontinenti ſiuè in promptu debitor. probet ſuam excep-
57 tionem; quoniam tunc carceratio impeditur, & hoc eſſe diſcrimen inter exceptionẽ promptuariè probatam ante contumaciam incurſam, vel poſt contumaciam quandocunq; debitor in vinculis conſtituatur, vt in dubium, & notorium tradit, *Carau. licet* nõ ita *Ritum gloſſauerit d. Ritu 166. num. 25. & iterum ex num. 58. ad 60. & 63. Et licet Carau. in dd. locis* nihil vt videre libuit
58 ſpecialiter dixerit, quod interim carceraro debitore non ſit contra ipſum ad bonorum exequutionem ſiue venditionem procedendum id pro conſtanti ſuppoſuit, dum dixit exceptione non probata, ipſum ad debiti ſolutionem vrgendũ, igitur non prius, *vt clarius, per ipſum ſuper Ritu 168. poſt num. 5. verſ. 6. nota*, & loquitur ex-
59 preſsè *Ritus 161.* vbi compilator meminit de liquidatione, facta per Dominum Gualterium Galiotam meum gentilem contra quendam ſuũ debitorem, quem creditor per concordiam liberauit à manus mutilatione in quã ex periurio, & perfidia incurrerat iuſta ſtylũ illius tẽporis cõfirmantur prædicta *ex Prag. 74. § . 6. Item volemo. De offic. procur. Cæſar.* vbi datur priuilegiũ creditoribus vigore apocharum directarum banco (che fatta la recognitione, ò verificate dette Polize, de debitori non ſiano inteſi, eccetto fatto il depoſito in publico Banco conſtituto, ò vero conſtituto il debitore in carcere, ſi come fuſſe inſtrumento liquidato via Ritus, ò vero obliganza incuſata)

60 Si igitur caſus, in quo debitor conſtituitur in carcere ad hunc effectum in totum exequatur, & per omnia vt idem operetur, ac ſi eſſet factum depoſitum in Banco, ſicut depoſitum de debito factum impediret omnem bonorum exequutionem vel venditionem: ſic pariter debitoris præſertim ſpontanea in Carceribus conſtitutio ad finem proponendi ſua iura arguendo à virtute

exe-

exæquatorum;
61 Inde videmus, in ſimile, quod licet non poſſit
procedi in cauſa reclamationis interpoſitæ per
victum à ſententia S.C. velut à ſententia Præfecti
prætorio, niſi facta prius exequutione, nihilomi-
nus procedi poterit victo carcerato tanquam
facta exequutione vt fuit deciſum *teſte D. meo
Capyc. d. deciſ. 169 vbi addent. de qua deciſ. me-*
62 *minit Vrſil. deciſ. 231. num. 4.* & licet id intelli-
gatur nõ exiſtẽtibus bonis, illud procedit, quãdo
in caſu exequutionis ſententiæ non poteſt practi-
cari conceſſio termini poſt concluſum, & ſenten-
tiarum quo ad impediendum ſententiæ exequu-
tionem ex præeminentia tribun. prout aduer-
ſus Inſtrumentum liquidatum.

Quo ad ſecundum punctum. Cenſeo, quod
dum iſti comparenti ex pluribus iam inſolidum
obligatis, velut contumacia purgata ex ſuà præ-
ſertim ſpontanea conſtitutione in vinculis fa-
cta, eſt omnino concedendus terminus; quo ter-
mino pendente, dum in promptu allegatur nul-
63 litas ipſius obligationis tanquam facta ab iſtis
ſex particularibus Ciuibus Colliſtorti pro cauſa
ſpectante ad ipſam vniuerſitatem abſq; vllo aſſen-
ſu ſiuè Decreto, quo caſu redditur obligatio
prædicta ipſo iure nulla obſtante Pragmatica
Comitis Benauenti 12. de anno 606. ſub tit. De
adminiſtr. vniuerſ. cum clauſula irritãte ipſo iu-
re, qua omnes huiuſmodi obligationes à parti-
cularibus ciuibus contractæ pro rebus ſpectan-
tibus ad vniuerſitates ſub pœna fieri, prohiben-
tur, de qua facti veritate plenius in termino pro-
banda in promptu pro nunc exhibentur teſtes
ad reuelationem excommunicationis: ex hoc ſe-
quitur, quod cum vna ſit, & communis omnium
obligatorum defenſio, & eadem cauſa defenſio-
nis, adeo vt vnius Victoria cœteris omnino pro-
deſſe debeat non ſolum impediri debebit exe-
quutio quo ad carceratum, ſed quo ad omnes
64 litis conſortes ſiuè conſocios obligatos *l. 1. C. ſi
vnus ex plur. appel.* vbi emolumentum victoriæ
etiam non appellanti conceditur, ſi ad inſtantiã
vnius appellatio iuſta pronuntiata eſt in cauſa,
quæ ex factorum diuerſitate ſeparationem non
recipit, nec diſpar eſt cauſa defenſionis *vbi gloſ.
Cyn. & alij c. pen. De appel. cum concord. per
Vantium, de nullit. tit. Quot & quibus mod. nul-*
65 *litas in iudicio propon. num. 123.* Vbi nom. 125.
tractat licet remiſſiuè, quod ſententia ſuper nul-
litate contractus vel teſtamenti nocet, & pro-
deſt conſortibus cum dicatur principalis, & pri-
ma ſententia.

*Inde ex d. c pen. cum ibi not. per Bald de ap-
pel. infert Iaſ. in l ſi emancipatè ex num. 5. C. de*
66 *collatio. ad ornatum pulchræ regulæ,* quod quis
conſequitur ex perſona alterius, illud quod ex
ſua propria perſona conſequi non poſſet quod
colligit etiam *ex d. l. ſi emancipati*, vbi nepos
emancipatus conſequitur ex perſona fratris in
poteſtate, vt ſibi à patruo emancipato confera-
tur, quod decem, & ſeptem curioſis exemplis
exornat *ibi Iaſ. vſq; ad num. 24.* & plura alia
cumulantur *ibi per Purpur. & Menoch. in addit.*
67 *& Hyppol. Riminald. in repet. d. l. ex nu. 163. &
alib. idem Iaſ. in d. l. ſi mater num. 10.* colligit
ex gloſ. ſocium, vel Conſortem iuuari priuilegio,
& iure ſocij, vt actus ſuſtineatur. *C. de inoff. te-
ſtam. plura etiam* cumulans.
68 Et alibi uidemus ætate maiorem conſequi
ex priuilegio minoris litis Conſortis quod ex
propria perſona nullo modo ſibi concederetur.
l ſi cõmunẽ 10. ff. quemadmod ſeruitus amit. quẽ
tex. ampliſſima dote ditauit *Fely. in c. 1 ex num.
6. cum ſeq. De Præſcrip.* vbi inter alia ad rem no-
ſtram conſiderat ex Ant. de Prato veteri, & alijs,
hoc potiſſime procedere, ne in vna eademq; cau-
ſa variæ ſeù diuerſę, & fortè contrariæ profe-
rantur ſententiæ in fauorem ſcilicet vnius, & cõ-
tra alterum, quod dictum maximis præconijs
vſq; ad cælum extollere *teſtatur Marian. Socy.*

Nec dicatur tex. in d. l. ſi communem proce-
dere in materia indiuidua tantum non autem di-
uidua *ex trad. de com. per Couar. pract. 99 c. 34.
num. 2.*

Quia pluribus modis reſoluitur. Primo quia
quidquid ſit in retentione ſerui iuis in materia
69 *d. l. ſi communem* certum eſt, quod in appellatio-
ne, quam conſtant eſſe remedium ordinarium,
vnius appellatione prodeſſe cœteris conſortibus
eiuſdem litis etiam in ſeparabilibus ex diuiduis,
ſi modo cauſæ defenſio, & ratio vincendi ſit com-
munis ſiue vna, & eadem ſit defenſionis ratio,
quia cauſæ ſolum communitas, & defenſionis
paritas facit, vt remedium ab vno prępoſitum cę-
teris etiam non appellantibus proſit, vt notant
ibi in *ſumm. Bart. Bald. & Caſtr. & cæteri
ſcrib.*
70 Idque iure communi cæteris ſuffragatur, vt
dicitur *in d. cap. pen. incip. vna ſẽtẽtia. vbi gloſ.
Bald. Pan. & reliqui de appellat. ſfort. de integr.
reſtit. par. 1. quæſt. 46. art. 3.* quia appellatio prę-
ſupponit iniquitatem ſententiæ, quæ ratio pari-
formiter prodeſſe debet omnibus litis conſor-
tibus.

Cum autem in caſu noſtro, nedum ſimus in
cauſa appellationis, ſed etiam in prima inſtantia;
ſiquidem conſtat Ritum in quantum conce-
dit exequutionem paratam inſtrumentis gua-
rentigiatis ſiuè confeſſionis, quæ continent præ-
ceptum Iudicis factum in confeſſum, *iuxta l. ſi
debitori ff de iudic.* cum iuramento, & alijs, hoc
totum eſt iuri communi conforme, in quantum
verò vlterius diſponit, quod nulla exceptio niſi
incontinenti probata admittatur præterquam
conſtituto debitore in carcere, hoc eſt contra
diſpoſitionem iuris, licet non tollat in totum ex-
ceptiones, ſed differat tantum, volens quod in
omnibus audiatur, ſub certa tamen forma, &
71 modo conſtituto ſcilicet poſt modum, (& ſic
quandocunq; etiam & interuallo) debitore in
vinculis, vt clare innuit *Carau. d. ritu 166. in pri-
ma q. in fi. num. 33 & in 8. q. num. 63.* vbi hoc aſ-
ſirmat tantum eſſe de nouo inductum, vt prius
carceretur, & poſtmodum audiatur, & ſic gloſſa
ſine vllo diſcrimine, vtrum id debitor faciat in-
continenti, vel quandocunq; & ſequitur *Seſè d.
cap. 4 De inhibit. ſ. 9. num. 37. 38. 44. vbi nu. 47.*
dicit exceptiones non eſſe hoc caſu ſublatas, ſed
tantum dilatas, & ſuſpenſas in aliud tempus, vt
ſcilicet in vinculis cauſam dicat. Ex hoc ſequi-
tur

72 tur nos verſari in prima inſtantia,in qua fortio-
ri ratione quam in cauſa appellationis, de iure
communi, & reſeruatione facta ab ipſomet ſta-
tuto ſiue Ritu exceptionis dilatæ non ſublatæ
vnius debitoris defenſio alijs, ex vnitate cauſæ
prodeſſe debet *iuxtà d.l.1.C ſi vnus ex pluribus & c.pæn. De appel.*

Sed dato quod eſſemus, non in prima inſtan-
tia nec in gradu appellationis.ſed in remedio re-
73 ſtitutionis in integrum in quo illud generaliter
obſeruatur, vt ipſius beneficium proſit tantum
minori,non etiam maiori ſuis conſorti in rebus
tam diuiduis,ſecus tamen in indiuiduis,iuxtà. *l. 1.vbi gloſ.& DD.C.ſi in com. eademq; cauſa in integr.reſtit.poſtul. cum concor. per Sfort. d. q. 46 art.4.*

Adhuc tamen in caſu præſenti,beneficium di-
lationis ſiuè termini conceſſi huic debitori car-
cerato commune eſſet etiam reliquis correis, ſi-
quidem reſtitutio regulariter non prodeſt niſi
minori: quia errorem vel lapſum ex parte mino-
ris præſupponit,quod in minori tantum tolera-
tur,non item in maiori.*l.præfecti ff. de minor.*

74 At vbi cauſa reſtitutionis etiam à minori ob-
tenta eſſet communis, & pariformiter militaret
in ipſis quoq; maioribus tunc reſtitutio à mino-
ri obtempta maioribus quoq; prodeſſet, vt latè
fundat *Sfortia d q.46.art.3 ex num.8.*

Prætereà cum omnes iſti ſex particulares ſint
inſolidum obligati, etiam ſi eſſemus in remedio
reſtitutionis in integrum competenti minori il-
lius beneficium prodeſſet,& alijs correis obliga-
75 tis etiam maioribus, quia cum omnes ſint inſo-
lidum obligati ad debitum exſoluendum, ſumus
in indiuiduis quo caſu beneficium reſtitutionis
&ſi perſonale cæteris correis ſiuè Conſortibus
prodeſt,ita in puncto *Afflic.decif. 153. poſt nu. 3.& clarius ibi Vrſil. poſt num.2. ibi (per quæ poteſt decidi quæſtio) & generaliter etiam remedium* reſtitutionis licet perſonale prodeſſe
Conſortibus in indiuiduis, latè comprobat
Sfort.d.art.4.

Eſtq; etiam indiuidua obligatio, in caſu præ-
ſenti,nedum reſpectu obligationis ſed reſpectu
effectus ſiuè actionis hypotecariæ, quæ ex obli-
76 gatione proficiſcitur ius n. hypotecæ, quod pro
debito exigendo oritur ſuper bonis obligato-
rum,in hac propriè materia eſſe indiuiduum,
tametſi ſumma debiti, vel res hypotecatæ ſint
diuiduæ, conſtat eſſe deciſum apud *Afflic. & Vrſil. decif.213. vbi ita pluries iudicatum comprobat Sfortia d.q.46.art.4. verſ. & Conſulendo,& art.5 num.20.*

Et tandem etiam vbi agitur de re diuidua ſiuè
77 diuiſibili quo ad commodum vtendi vbi tamen
conſiderata diuiſione,minor ſiuè ſocius aut cor-
reus priuilegiatus, non conſequeretur idem
commodum ſiuè emolumentum, aut ſaltim non
ita plenè aut ſufficienter, ſi remedium ſibi com-
petens alijs etiam ſocijs in totū prodeſſet iux-
ta theor. *Petri,& aliorum in l ſtipulationes non diuiduntur,quomodo fundus* quandoq; commo-
dè diuidi non poteſt *§ eadem Inſti.De offic.iud. l.ad officium ff.com. diuid. declarat Aquil.in l. 2. ſ. & harum num.10.21.22.& 24. ff. de verb. oblig.*

Tunc,& eo caſu, & ſi res ſit ſui natura diui-
dua,cenſetur tamen penitus indiuidua legaliter,
ita vt beneficium etiam reſtitutionis perſonale
ex perſona minoris ad maiores correos extenda-
tur,ita ſingul.*dixit Ripa in conſ.primo* ſi in com
muni eademq; cauſa, quod tenendum menti,
quia faciet honorem alleganti admonet *Sfortia d.q 46 art.4.in ſi.*

Vnde cum certum ſit intereſſe cuiuſuis ex in-
ſolidum obligatis, neminem ex correis ad ſolu-
78 tionem vrgeri,nè ſi fortè correus ſocius ſoluere
cogatur,ab ipſo partem pro rata repetere poſſit,
prout poſſe conſtat quando ſunt correi ex cau-
ſa oneroſa iuſta *not.in l. in lege falcidia ff. ad l. falcid.* Et licet aliud ſit quando omnes correi
obligantur ex cauſa lucratiua iuſtà tradita per
*Surd.decif.308 in ſi.num.*20.quod nec eſſe expe-
ditum apparet *ex Rodriquez ex Feliciano. De ann reddit.lib.2.q.5.num.* 22. & ſic cum in om-
nem caſu interſit huius debitoris, ſocios non ve-
xari, nè ſolutum pro ratà ab ipſo repetant, vel li-
tibus eum vexent obligatio dicitur indiuidua,
79 adeo vt omni iure pendente dilatione ſiuè ter-
mino conceſſo vni ex obligatis in ſolidum carce-
rato, ſuperſederi debeat quo ad omnes alios, vt
etiam in puncto affirmat *Mazzia in addit. ad Robertum d.conſider.4 poſt num.37.* vbi teſtatur,
obſeruari,vt conſtito de aliquo bono iure debi-
toris carcerati ſolitum eſſe mandari quod ſuper-
ſedeant in exequendo etiam quo ad non compa-
rentes;De quo bono iure in caſu noſtro iam con-
ſtat ex teſtibus ad reuelationes excommunica-
tionis.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An habens aliquod priuilegium, ſi eo numquam vtatur, poſſit illud allegare.

SVMMARIVM.

1 *PRiuilegium ſi allegetur,quod iuri communi reſiſtit niſi probetur poſſeſſio,interim ſtatur iuri communi.*

2 *Priuilegium ſufficit, vbi non conſtat illi eſſe derogatum; & ita Sacrum Conſilium iudicauit.*

2 *Priuilegium celebrandi in vna ex Eccleſiis Ciuitatis interdicta non amittitur, etiam ſi per centum annos quis non vtatur, quia non euenit caſus,ratio ibidem.*

4 *Priuilegium conficiendi nundinas eſt merè facultatis, & ideò non præſcribitur, ſi priuilegiatus non vtatur.*

5 *Dominus ſi non impoſuit onus vaſallis, quod* impo-

Digitized by Google

imponere poterat per centum annos, non perdit priuilegium.

6 *Iuriſdictiones plures habens, ſi vnam ſolam habere putabat, cæteras minimè deperdit.*

7 *Priuilegium habens nimis latum, ſi eo nimis ſtrictè vtatur, non poteſt deinde vti, ſicut prius habebat.*

8 *Diſtinctio Ioannis Andreæ in materia non vſus priuilegij commendatur.*

DECISIO LXX.

MAgna Curia Vicariæ,
iuxta tradita per *Papin. in l. maiorem §. & Vulpianum in l. reſcriptum 10. ff. de pact.* condẽnauit creditores minoris quãtitatis ad concurrendum cum creditoribus maioris ſummæ in dilatione præſcripta communi debitori, & inter creditores condemnatos fuit quidam Venetus, qui appellauit ad Sacrum Conſilium, in quo allegauit. & reproduxit priuilegium per retro Reges huius Regni conceſſum Venetis, & ab immortalis memoriæ Imperatore Carolo Quinto confirmatum, vt non poſſint cogi ad concurrendum, & dilationes cõcedendum eorum debitoribus, quod priuilegium erat productum in ipſa Magna Curia.

Ex aduerſo dicebatur, quod Veneti non erant
in poſſeſſione dicti priuilegij. & quod nunquam
eo vſi fuerunt, & cum priuilegium ſit contra ius
1 commune, qui ſe fundat in dicto priuilegio, cui
reſiſtit ius commune, niſi probet poſſeſſionem,
interim ſtabitur iuri communi per *text. in cap.
cum perſonæ de priuileg. lib. 6.* etiam quia per
non vſum amittitur priuilegium vulg. *l. 1. ff. de
nundin. per quem text. ita tenet Hoſtienſ. in cap.
vt priuilegium num. 10. extra de priuileg.* dicens tale priuilegium per nõ vſum præſcribi per *not. in cap. accedentibus, & cap. ſi de terra extra de priuileg. & l. 1. ff. ad macedon.* ſecus in alijs locis, vel eo loco, vbi conceſſum eſt, eo vſus fuerit priuilegiatus, argum. notab. in *l. vt pomum 7. cum l. ſeq. ff. de ſeruit. & l. certo generi 13. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* Facilius enim amittitur priuilegium quàm ius commune, *teſte Papin. in l. eius militis 35. §. militia miſſus ff. de milit. teſtam.*

His tamen non obſtantibus Sacrum Conſilium
cenſuit priuilegio eſſe deferendum, & iuxta illius tenorem Venetis ſeruandam eſſe prærogatiuam, & beneficium in eo contentum, ne poſſint
compelli ad concurrendum in petita dilatione,
2 quia ſufficit priuilegium, vbi non conſtat illi eſſe
derogatum, vel per actus contrarios, vel partium
conſenſu, vel alia via amiſſum, quam derogationem, vel amiſſionem tenentur probare, qui priuilegium impugnant. Tenebantur enim ipſi probare, quod alias in contradictorio iudicio fuerit iudicatum aduerſus priuilegium, & quod hoc priuilegium, vbi caſus accidit nunquam fuit in vſu, vel alias inualidum, alias ſtabitur priuilegio, etiã
ſi per centum annos quis vſus non fuerit, vt dicit *gloſſa communiter recepta in cap. vt priuilegia 24. §. illud in verbo ſemel in anno verſ. ſed
3 ſi centum annis extra de priuileg.* vbi priuilegiũ
celebrandi in vna ex Eccleſijs alicuius Ciuitatis
interdictæ, non amittitur, etiam ſi per centum annos eo priuilegio vſi non ſunt, quia non venit caſus, & ad Ciuitatem illam priuilegiati non acceſſerunt, quam Gloſ. licèt quodammodo impugnet Hoſtienſ. ibi, illam tamen ſequuntur omnes Canoniſtæ, & Vincentius relatus per Ioannem Andream dicit rationem eſſe, quia priuilegium eſt merè ad vſum voluntarium, & meræ facultatis, & ideò ei non præſcribitur per non vſum. dicit tamen Ioannes Andreas ibi, quod opinio Hoſtienſ. poſſet procedere, vbi ſucceſſit caſus, & priuilegiatus noluit vti priuilegio, opinio verò gloſſæ procedit, vbi nõ ſucceſſit, & ideò non fuit vſus, & hanc diſtinctionem putat veram *Abb. ibi num. 4.* dicens non eſſe veram rationem Vincentij, quod nõ præſcribitur tali priuilegio, quia
eſt merę facultatis, per *text. in d. l. 1. ff. de nundin.
4 & quod ibi not.* vbi priuilegium conceſſum faciendi nundinas, eſt merę facultatis, & tamen tali priuilegio præſcribitur, ſi priuilegiatus non vtatur, & ideò placet ſibi opinio Ioannis Andreæ, quod non amittatur, vbi quis vſus non eſt, quia non venit caſus, quia non poteſt imputari negligentia, vel diſſenſus, & actus contrarius, dicit tamen, quod hoc caſu ſi priuilegium eſt perſonale, vt puta, quia conceditur ſingulari perſonæ, eo caſu non vtendo amittitur ſpatio annorum decem, ſi verò Eccleſiæ eodem caſu ſpatio annorum quadraginta amittitur, vt in *cap. accedentibus extra eod. de priuileg. Bart. verò, & Ciuiliſtæ eandem opinionem abſque controuerſia tenent: nam in l. cum ſcimus C. de agricol. & cenſit. lib. 11. num. 2.* firmat non præſcribi facultati, & priuilegio petendi ſeruitium, ſi caſus non accidit, vel quia priuilegiatus non indiguit, etiam ſi per centum annos quis non petierit, & in *l. in filijs C. de decur. lib. 10.* idem tenet in iure eligendi, & petendi ſeruitium, & allegant noſtrates ad hoc *text. in leg. hæc autem iura, ſcilicet ff. de
ſeruitut. vrban. prædior. vbi Bald. & Angel.* lo-
5 quuntur in Domino, qui per centum annos non
impoſuit onus vaſſallis, quod imponere poterat, & in Ciuitate, quæ non eſt vſa iuriſdictione, quam habebat in Caſtro, quod non ob hoc amiſerat priuilegium, niſi vaſſalli geſſiſſent ſe pro liberis, ſic & Caſtrum, ſed quoad hoc addit *ibi num. 2. in fine, & num. 3.* id procedere Domino ſciente, & patiente, & ſequitur *Paul. de Caſtr. num. 5.* ſed de hac re latè per *Abb. Butr.
& alios in cap. ad audientiam extra de præ-
6 ſcript. addit in eadem leg. Fulgoſ.* quod ſi quis
in aliqua ciuitate, vel Caſtro habet omnem ſpẽm iuriſdictionis, licèt vna tantum vtatur, tamen omnem retinet, licèt per centum annos ſteterit, niſi ea ſola vſus eſſet, quia illam ſolam tantum

habere

Digitized by Google

habere putabat, & idem in alio propoſito tenet *Cravet. licet de Fulgoſio non faciat mentionem in conſil. 124. num. 15.* (& vt dixi) vera eſt omnium Doctorum reſolutio, quod per non vſum non amittitur priuilegium etiã perlapſum centum annorum, ſi caſus non vtendi, non euenerit, quos cumulat *Alexand. in addit. ad Bart. in d. l. in filijs, quos non tranſcribo, & alios recenſet* Cravet. *in conſ. 111. num. 3. & in dicto conſ. 124. in fine, Brun. conſ. 117. num. 138. & ſequent.* Eſt verum, quod per actum contrarium perditur, vt ſupra, vt tenet *Bartol. in l. cum decurionatur in fine C. de decurion. libr. 10. & ibi Addentes, & eſt text. in cap. ſi de Terra, & in d. cap. accidentibus 15. eodem titulo, vbi gloſ. & Doctor.* tractant, ſi vnicus actus contrarius ſufficit, & redditur ratio per tex. in dicto cap. ſi de Terra, & in dicto cap. accedentibus, quia liberum eſt vnicuique ſuo iuri renunciare, & per actum contrarium cenſetur renunciare, eſt etiam
7 verum, quod ſi quis haberet priuilegium nimis
largum, & eo vtetur nimis ſtrictè, non poſſet po-
ſtea vti magis largè ex *Bart. opinione in l. vſum
C. de aquaeductu lib. 11. & ibi Alex. in addit. &
alijs Scribentes.*

Sed quò ad materiam attinet, viſa eſt omnium
8 optima diſtinctio, quam tradidit *Ioann. Andr. in
cap. Ioannes num. 14. extra de cleric. coniugat.
5. aut.* quod non vſus habet quandoque implicitum actum contrarium legis diſpoſitioni, & contrariam conſuetudinem intelligit, quando id, quod lex præcipit, vel permittit, conſuetudo excuſat, & hoc caſu per actum contrarium tollitur lex, & priuilegium, affert ibi exempla, quæ non tranſcribo, quia non ſunt præſentis ſpeculationis, aut non vſus non habet implicitum actum contrarium diſpoſitioni iuris, nec in ſubſtantia, nec in forma, vt quia non accidit caſus, vel accidit, ſed homines non ſunt vſi lege pro illo caſu, nec tamen fecerunt contrarium: tunc non vſus, non tollit legem, & priuilegium, quoad ſubſtantiam, exemplum ponit in hermafrodito, qui iudicari debet ſecundum ſexum magis preualentem, ſi in illo loco caſus non accidit per mille annos, non per hoc tollitur diſpoſitio *l. queritur ff. de ſtatu homin.* quoad formam, exemplum ponit in vicino, qui habet priuilegium à lege petendi cautionem damni infecti, vbi domus vicinorum minabitur ruinam, minatæ ſunt ruinam domus, nec eſt petita cautio, non ob id tollitur legis beneficium, item longiſſimo tempore quis ædificauit in ſolo proprio vſque ad certam altitudinem, & non altius, iſta eſt ſimplex abſtinentia, quæ non tolleret legis priuilegium ædificandi vſque da cœlum.

Nec de *text. in cap. cum perſonæ*, fuit habita
9 aliqua ratio, quia loquitur in caſu diuerſo, ſcilicet
in eo, qui prætendit ſe exemptum in totum à iu-
riſdictione Ordinarij, & fundat ſe in poſſeſſione,
& preſcriptione, hic in eo, qui non ſe exemptum
à iuriſdictione huius Ordinarij, ſed exemptum à
caſu particulari, & legis prouiſione, ſed ſub iuriſ-
dictione Ordinarij, & fundat ſe in priuilegio,
quod eſt lex particularis, præterea *text. in d. cap.
cum perſonæ*, ſecundum primum caſum conſi-
deratum ibi per Archidiacon. fundat intentionem huius deciſionis, & ex his, quæ ſcribit *Capyc. in deciſ. 189. num. 5. & ſeq. & Couarru. latè practic. quæſtion. cap. 17. num. 6. colum. penultim. more ſolito optimè explicat d. text. & materiam.*

Quare Sacrum Conſilium reformauit decretum Magnæ Curiæ, quo Venetus creditor erat condemnatus ad concurrendum, vt ſupra, etiam quia priuilegium prædictum eſt conceſſum Collegio, ſeu Reipublicæ Venetorum, & non ſingularibus perſonis, quo caſu vna perſona non vtendo, non poteſt præiudicare toti Reipublicæ, ſed ſibi tantum, & creditores Actores in hoc iudicio tenebantur probare, quod alias in contradictorio iudicio erat iudicatum contra hoc priuilegium Republica ſciente, & patiente, vel quod iſte conſenſerat, non obſtante priuilegio in prædicta dilatione concedenda. Relator fuit meritiſſimus Conſiliarius Carolus de Tappia, apud Actuarium de . . . . de menſe Aprilis 1604.

ADDITTIO.

SVMMARIVM.

1 *Fieri non debere per plura, quod per pauciora fieri poteſt, traditur.*
2 *Priuilegium quando per non vſum amittatur, & num. 4. cum ſequentibus de tota materia, & nu. 8. vide.*
3 *Priuilegium non perditur per non vſum, dum non fuit data occaſio vtendi.*
5 *Priuilegium quot modis amittatur.*
6 *Abutens priuilegio illud amittit.*
7 *Priuilegia per decennium non vſu cenſentur abolita.*
8 *Priuilegia quando per non vſum tollantur.*

REgula repetita non debere fieri per
1 plura, quod poteſt per pauciora *ar-
gum. l. dominus teſtamento ff. de con-
ditione in debit.* cũ cõcordantibus
ibi allegatis *per gloſ. final.*) breuiter pro eo, quod
2 notatur in hac deciſione, quod dum non vſus
fuiſti tali priuilegio tibi imputes reaſſumas, quã-
3 do priuilegium per non vſum amittatur, & ad
concordantiam caſus deciſi, quod nunquam cẽ-
ſeatur amiſſum, dum non euenit occaſio illo
vtendi, *vt Anna ſinguli 400. vbi plura addidit
cum eius filio Abb. conſ. 61. vol. 2. Petra ad Ca-
pyc. deciſ. 134. in verſ. amittit, Ricc. coll. 681.
ibi adornat gloſ. in cap. Abb. Sancti Syluani de
verbor. ſignificatione Caputaquens. deciſ. 379. p.
2. id. Ricc. coll. 274.* prout ampliſſimè de ipſa
regula *de Franch. deciſ. 125. num. 3. D. Reg.
Tappia in l. fin. ff. de conſt. Principum Fuſc. ſin-
gul. 88. latè per Menoch. lib. 6. de præſumpt.
cap. 41. Gamm. deciſ. 282. Verall. deciſ. 382. par.
2. Gra-*

Gratian. diſcept. forenſ. 168. num. 55. tom.
5 1. & quid in priuilegio de faciendo non vſu
ſpatio decem annorum *l. 1. vbi Bart. ff. de*
nundiuis Felin. in cap. cum acceſſiſſent 25. de
conſtitut. Gabriel. conſ. 162. num. 1. vol. 1. cum
per vſum, & conſuetudinem priuilegium decla-
retur *Dec. conſ. 48. in 1. Fuſ. ſingul. 99. liter. P.*
Reg. Lanar. conſ 34. num. 3. & pariter per poſ-
ſeſſionem *Anna alleg. 52. num. 6. de Francb. de-*
ciſ. 397. num. 12. Caſtillo deciſ. 66. num. 4. Anna
ſilius conſ. 129 num. 43 de Ponte deciſ. 5. (ſed
quot modis priuilegium admittatur per practi-
cam Papienſ. in forma libelli oppoſit. contra in-
ſtrumentum gloſ penitus, vt Affli. in conſt. cum
conceſſionem in rubrica, & Maria voto 66. &
D. Rouit. in prag. prima de priuileg. vniuerſ.
6 *conceſſ. num. 10.* dum quis fuit abuſus priuilegio
quod illud admittat, quia tunc abutendo fit in-
dignius *c. ſuarum. de priuilegijs Gratian. præ-*
cit. diſcept. quod quomodo procedat *late Gu-*
glielm. de Benedict. in c. Raynutius verb. in
eodem lo 2. de teſtam, & de Ponte conſ. 72. vt ca-
pit. de Baronibus in prag. 8 p 3. nu. 201. fol. 324.
7 quod priuilegia dum per decennium non fue-
runt vſui data cenſeantur abbolita, & idem ſi
probentur actus contrarij ex *Gabriel. in concluſ.*
de iure immunit. Anna alleg. 11. id Gratian.
diſcept. 302. num. 2 tom. 2. quia tunc cenſetur re-
nuntiatum &c. *vt eſt in l. quæ per contrarium*
vſum tollitur Felin. in c. lex noua tit. de tregua,
& pace prout ex eius antiquiſſima inobſeruan-
8 tia pariter *Ludouic. deciſ. 98.* ſed quando priuile-
gium eſſet per verba perpetua tunc per non vſū
non tollitur prædicto ſpatio 10. annorum *Gar-*
zia de nobil gloſ. p. num. 79. de Ponte in tract. de
diuerſ. prouiſ c. de Mercatis in fine tunc quia
præſcriptio requirit &c. *Tiraquell. de retract.*
conuentionali §. primo gloſ. 2. Surd. deciſ. 2. Cum
ab eo coarcticatus vel ſi priuilegium fuiſſet per-
ſonale tam ex perſona concedentis, quam reci-
pientis *c. priuilegium de regul. iuris in 6. idem*
de Ponte conſ. primo idem ſi ad tempus vel opus
certū eſſet *Surd. deciſ. 75. Affl. deciſ. 3. Gramat.*
59. num. 32. & Capibl num. 204. & vide dictam
Coll. Ricc. 681. per totum.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An Caſalia alicuius Ciuitatis teneantur contribuere in expenſis publicis, quas Ciuitas facit.

SVMMARIVM.

1 V*illa. & Caſtra ſub Ciuitate faciunt*
collectam, & ſequuntur ius Ciuitatis.
2 *Natus in villa, vel caſtro, an gaudeat priui-*
legio Ciuibus ex forma Statuti conceſſo.
3 *Intellectus §. ſi quis igitur. authent. quib.*
mod. nat effic. ſui latè diſcutitur.
4 *Ciuitas, & Caſalia poſſunt cogi ad emen-*
dum frumentum Ciuitatis, ſi merces ſit,
nec reperiuntur emptores.
5 *Villa, & Caſtra reguntur lege, & conſuetu-*
dine illius Ciuitatis ſub qua ſunt.

DECISIO LXXI.

AN Caſalia alicuius Ciuitatis teneantur contribuere in expenſis publicis, quas Ciuitas facit, eſt queſtio non paſſim à Doctoribus tacta, & ab vno, vel altero tantum eorum, quos viderim hactenus in ſpecie tractata, & quod teneantur abſque ſcrupulo videtur decidi per *text. in l. qui ex vico 30. ff. ad municip.* vbi ex Vulp. ſententia, qui ex vico ortus eſt eam patriam intelligitur habere, cui Reipublicæ vicus ille reſpondet, ergo vicus eſt pars corporis Ciuitatis, & ibi gloſ. allegat iura concord. ſi pars corporis ergò tenetur contribuere; nam quemadmodum homo conſiſtit ex multis membris, quorum præcipuum eſt caput, & cætera membra capiti tanquam Principi deſeruiunt, ita Ciuitas, quæ etiam ex Caſalibus conſtat, quia pars Ciuitatis ſunt tanquam Princeps, & caput decet Caſalia prædicta tributaria habere in his, quæ publica ex cauſa fiunt, quæ omnes tangit, ad idē *text. in l. Inſulæ 9. ff. de iudic.* vbi idem Vulp. inquit Italiæ Inſulas partem Italiæ eſſe, & ibi gloſ. arguit ex illo text, quod qui in illa Inſula eſt debet reſpondere Italiæ, allegat *d. l. qui ex vico, ad idem facit text. in §. ſi quis igitur auth. quib. mod. nat. effic. ſui* vbi qui filios naturales legitimare contendit ſtatuit Imper. quo id poſſit facere illos offerendo Curiæ illius Ciuitatis vnde oritur, ſubdit ſi verò nec Ciuis ipſe conſiſtat, ſed ex villa quadam, aut vico ſit oriundus illi à patre offeratur Ciuitati, aut ſemetipſum offerat, ſub qua Ciuitate, villa, aut vicus tributa perſoluit. ergo patet ex illo text. villas, ac vicos perſoluere tributa Ciuitati, tanquam capiti, & gloſ. ibi in verbo perſoluit id notat ex illo text. quod ſcili-
1 cet Villæ, & Caſtra ſub Ciuitate faciunt collectam, & ſequuntur ius Ciuitatis, allegat ad idem *text. in l forma ff de cenſibus d. l. qui ex vico, & l. nulli 9. quod ſi inuito C. de epiſcop. & cleric. per quam gloſ. euomit vnum verbum ad propoſitum huius quæſt. Imol. in l. 51. ſe non obtulit in princ. num 3. in fin ff. de re iudic.* dicens, quod villæ tenentur contribuere cum caſtro. vel Ciuitate ſub qua vigent, & erronea mihi videtur opinio *Angel. in d. §. ſi quis igitur num. 5. notantis ſingulariter ex illo text. quod licet villa, vel*
caſtrum

caſtrum ſubditum Ciuitati dicitur pars Ciui- 2 *tatis d.l.Inſulæ*, tamen natus ex villa, vel caſtro Ciuis illius Ciuitatis, & ideò non poſſit gaudere priuilegio dato Ciuibus ex forma Statuti, vel legis, quia tale priuilegium non porrigitur ad Comitatiuos, quoniam Comitatiui non ſunt Ciues 3 per illum text. ſiquidem ille text. non decidit id principaliter, quod nati in villa, vel vico non dicantur Ciues Ciuitatis, cui villa ſubeſt, vel vicus, ſed potius contrarium dum concedit Comitatenſes, & natos in villa, vel vicis poſſe legitimare naturales illos offerendo Curiæ illius Ciuitatis, cui ſubſunt, ſicuti faciunt alij Ciues, & hoc fuit principale intentum Imperatoris, de quo dubitabatur: nam quemadmodum Ciues nati in ipſa Ciuitate poſſunt citra difficultatem legitimare, eo modo dubium erat de his, qui nati non erant in ipſa Ciuitate, ſed villa, aut vico, dixerat enim ſupra ibi licebit ei ſuum naturalem filium offerre Curiæ illius, vnde oritur Ciuitatis: ſubdit poſtmodum ſi verò nec Ciuis conſiſtat, ſed ex villa quadam, aut vico, &c. Cum ſuperius dixerit de his, qui in Ciuitate oriuntur, ſubdendo poſtea ſi verò nec Ciuis ex ſuperioribus dignoſcitur intelligere de his, qui non oriuntur in Ciuitate, vt declarant verba ſequentia ibi (ergo tantum) Imperator facit differentiam inter Ciues verè ortos in Ciuitate, & Ciues ortos in villa, vel vico, concludit tandem tàm veros, quàm alteros poſſe legitimare offerendo Curiæ Ciuitatis tanquam capiti niſi etiam dicamus, quod ille text. loquatur de oriundis ex villa, & vicis, in quibus erat maior difficultas, quia differentia eſt inter ortos, & oriundos, vt explicat *Alciat in l. Prouinciales 190 ff de verbor.ſignific.* & verè opinio Angeli non caret difficultate: nam ſi Comitatenſes, qui Ciuitati ſubſunt tenentur ad onera, cur non debent ſentire commoda, & potiri priuilegijs ex regula iuris, *qui ſentit onus de reg iur. lib 6.* ſed hæc obiter nunc, alibi forſan ex profeſſo tangemus. Hinc difficultatem præſentiens, idem *Angel.in fin.concludit*, quod eſt verum, quod non ſunt Ciues Ciuitatis, ſed Ciues Comitatiui, ſed ex omnibus ſolus *Mexia Hiſpan. ex profeſſo hanc quæſt.tetigit, & digeſſit in ſuo Comment.ſuper pragmatica, ſeù taxa panis in 1.concluſ. nu. 75 cum ſeq.* format quæſt. in ſpecie an vici, & oppida, quæ nos Caſalia appellamus, quæ Ciuitati reſpondent, & intra eius diſtrictum ſunt, teneantur ad huiuſmodi contributiones, & loquitur 4 Mexia, vbi Ciuitati ſuperabundat frumentum, & marceſcit, & expedit illud vendere, quod ſi non reperiuntur emptores, poteſt cogere Ciues ad emendum, & hoc caſu Caſalia etiam coguntur, & poteſt ipſis diſtribui, & quoniam eius Commentaria non ita facilliter ad manus omniũ peruenire poſſunt, eius rationes ſummatim tranſcribam, Concludit enim, quod tenentur, fateturque hanc quæſt. à nemine ex Doctoribus quos ipſe viderit in ſpecie tractatam inueniſſe, mouetur ex authoritate *gloſ.in d.l. ſi quis igitur, & Imol. in loco ſupra citato, & gloſ. fin. in l. ex ea cauſa ff. de poſtul & in d.l.Inſulæ, allegat ad idem text. qui hoc ſecundum eum videtur inſinuare in l. omnes C.de oper.public.text.in l.ſi quis naturalem in princip.C.de natural lib.* ibi eius Ciuitati aſcribendi ſunt ordini, ſub qua vicus ille, vel poſſeſſio cenſetur, & text. in *l.nulli §. quod ſi in vi-* 5 *co C.de epiſcop.& cler.* Item quia vici, ſeu villæ, & caſtra reguntur lege, & conſuetudine illius Ciuitatis, ſub qua ſunt ex *Ioan.de Plat. in l.fin. C.de exaction.trib.lib.10.num.7.* & alijs, quos ibi congerit, & quemadmodum ſe habent Inſulæ Italiæ, ad Italiam, & Ciuitas Prouinciæ ad Prouinciam, & territorium Ciuitatis ad Ciuitatem eodem pacto, & villæ ſe habent, quodq; alterum eſt pars alterius, & ex omnibus partibus fit vnũ integrale *d.l.Inſulæ, & l.notionem § 1.ff de verbor.ſignif.§.cum ex aliena, & §. ſi tamen inſtit. de rer. diuiſ. l in rem actio §. ſi quis rei, & §. ſignum ff. de rei vendic.cum ſimilib. ſeq.* Ergo neceſſario (inquit) quod caſtrum, & villa, quæ reſpondent Ciuitati, & ſub appellatione Ciuitatis continentur ad dictam contributionem teneantur *l.in toto ff.de regul.iur. l.1.ff. de aur. & argent.legat.l ſi quid eorum l. 1. ff.de leg. 3. cum ſimilib.* & cum caſus accidiſſet in Sac.Conſ.inter Ciuitatem Auerſæ, & eius Caſalia in impenſis funerum factis præuia licentia executioni Domini Proregis tempore obitus immortalis memoriæ Philippi II.Regis noſtri, in quibus expenſis computabatur etiam ſtragulum, quod vulgo dicunt cultram, quæ fit ex ſerico, & auro contexta, & deſeruit pro ornatu, & apparatu funeralium, & poſtea in Cathedrali Eccleſia illius Ciuitatis cõſeruatur pro tanti Regis memoria. Recuſabant Caſalia dicentia nihil ad ipſa attinere, etiam quia prædicta cultra remanebat in eadem Ciuitate ad ornatum Eccleſiæ Cathedralis, cum qua Caſalia non participabant, nihilominus Sacrum Conſilium me referente illam condemnauit ad contribuendum pro duabus partibus. Produxerat enim Ciuitas Auerſana proceſſus antiquos, in quibus apparebat conuentio de anno 1540. inter dictam Ciuitatem, & Caſalia de contribuendo in omnibus expenſis erogandis, & donatiuis faciendis per dictam Ciuitatem ex cauſa publica, & apparebant ſimiliter decreta Magnæ Curiæ Vicariæ, confirmata per Sacrum Conſilium, quibus Caſalia prædicta pro duabus partibus, quia pro totidem repreſentant Ciuitatem, & ſũt membra corporis Ciuitatis, fuerunt condemnata in expenſis ærogatis tempore aduentus immortalis memoriæ Imperatoris Caroli V. in anno 1536. & in impenſis ærogatis in anno 1545. in ingreſſu Epiſcopi). Sententia eſt apud Romanum Actuarium die 5. Iulij 1601. & decretum, quod pro duabus partibus contribuant die 12. Iulij eiuſdem anni in eodem proceſſu.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *CAſalia tenentur contribuere in expenſis publicis quas facit Ciuitas.*

2 *Caſalia gaudent priuilegijs Ciuitatis licet*

fuerint diuina quo ad iuriſdictionem.

3 *Studentes exteri non poſſunt habitare in loci honeſtis cum decl.*

4 *Studētes Neapolitani, & caſalium non torquentur ex proceſſu informatiuo abſq; diſpenſatione S. E.*

5 *Delictum factum in caſalibus in Ciuitate præſumitur.*

6 *Conſuetudines Neapolitanæ comprehendunt, etiam Caſalia, & diſtrictus.*

7 *Caſale ſemper currit cum Ciuitate.*

8 *Ciues de caſali Neapolis trahunt, & non trahuntur prout ipſi Neapolitani.*

9 *Demanium conceſſum Neapolitanis cenſetur conceſſum Ciuibus caſalium.*

10 *Caſalia vtūtur eiſdem priuilegijs Ciuitatis.*

11 *Caſalia quando præſumantur quid ſeparatum à Ciuitate.*

12 *Caſalia quando veniant appellatione Ciuitatis.*

13 *Caſalia Ciuitatis quæ ſint.*

14 *Caſtri, & Ciuitatis appellatione an veniat totum territorium.*

15 *Caſtra vel villæ an veniant appellatione Ciuitatis.*

16 *Caſalia an cenſeantur damnata damnata Ciuitate.*

17 *Homines de caſalibus à beneficijs Ciuitatis quando excludantur.*

B Elliſſima eſt diſponens Caſalia teneri
1 contribuere in expenſis publicis quas
facit Ciuitas (*Vide de Franch. deciſ.*
2 316. vbi Caſalia gaudent priuilegijs Ciuitatis *Capibl. de Baron. in pragm. 8.*
p. prima num. 58. licet fuerint diuiſa quo ad
3 iuriſdictionem,) & ibi licet ſtudentes exteri exfractēn ab honeſtis vicis, vt ſupra in pluribus locis cumulaui dum abſque mulieribus habitauerint, *vt dixit D. Auth. deciſ. 5.* tamen non procedit in ſtudentibus Neapolitanis, & Caſalium, &
4 quod non torqueantur ex proceſsū informatiuo abſq; diſpenſatione S E. ipſi Ciues de Caſalibus pro vt illi de Ciuitate noſtra *ipſe de Franch. num. 5. & in deciſ* 129.) idem in pena infligenda cum delictum factum in Caſalibus, &
in Ciuitate præſumitur *Ricc. coll. 1387. verſ. nota*
6 *tamen, & id. de Franch. deciſ.* 604. dixit pariter conſuetudines Neapolitanas cōprehendere etiā
7 Caſalia ſeù diſtrictus, & non eſt dubium cum
8 ſemper Caſale currit cum Ciuitate &c. & patet pariter Ciues de Caſalibus pro vt Neapolitanos trahere, & non trahi *de Franch. deciſ. 411. num.*
9 *primo 381. num. 3. Anna ſingul.* 401. & patet demanium conceſſum Ciuitati, etiam caſalibus videri conceſſum, vt in Caſalibus foriç Ciuitatis Salerni *Doctiſſimus D. meus R. Valenz. conſ. 2. num.*87. vtūtur etenim Caſalia eiſdem priuilegijs Ciuitatis, & iudicantur ſicuti de ipſa Ciuitate *vt latiſſime Ricc. deciſ. Archiepiſcop.* 84. *num. 9. per totam p.* 3. ideo nimirum ſi in caſu *D. auth.*
tenentur contribuere, vt ipſa Ciuitas in expenſis.
11 ſed quando præſumātur quid ſeparatum à Ciuitate *D. Camillus de Medicis conſ. 21. num. 10. &*
12 quando veniāt appellatione Ciuitatis præter adducta *ſupra in deciſ. 23. Socc. Iun. conſ. 2. num. 30. & 49. num. 31. vol. 1. Menoch. conſ. 75. nu. 97. & 1005. num. 85. & Lelius Caput. ad conſuet Neap. §. 4. in præludijs fol. 28. & 29. nu.*
13 *5. & 6.* vbi explicat, quæ ſint Caſalia Ciuitatis
14 noſtræ, & vide ſi Caſtri, & Ciuitatis appellatione veniat locum territorium, *per D. Reg. Valenzue-*
15 *la conſ. 79. nu* 34 *fol.* 578. & ſi Caſtra, & Villæ veniāt appellatione Ciuitatis *Gratian. diſcept.*
16 *217. num. 3. tomo 2. & 227. num. 1. & 8.* & ſi intelligantur damnata Ciuitate clariſſimè, nec ommictas aliquando excludi homines de Caſali à
17 fauoribus Ciuitatis, vt cuiri in facto, dum Ciuitas prohibuit Ciues Caſalium nolentes accipere granum partiti Ciuitatis, ne ducerent panem in ipſam Ciuitatem, vt refert *Mostan. in pragm. 2. de adminiſt. Vniuerſ. num. 72, & ſequentibus,* & vide alia ſi confera pro ferrugine iſtius deciſionis *per Dom. Reg Tappia deciſ. 23. num. 63. & in nouiſſ. deciſ. S. C. 4. num. 4. 5. & 6. & 23.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Si partes habentes contractum pro abſoluto iuſſerunt fieri cautelas, an vnus alio diſſentiente poſſit ante cautelarum celebrationem à contractu recedere.

SVMMARIVM.

1 *SCriptura non eſt ſubſtantia legis, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

2 *Contractus quando dicatur in ſcriptis à partibus celebratus plures recitantur opiniones diſſentit intellectas l. contractus C. de fid. inſtrum concluditur tandem, quod vbi poſt perfectum contractum adijcitur fieri cautelas non dicuntur partes in ſcriptis contrahere, ſed ad faciliorem probationem. num. 7.*

3 *Vēditio ſi permittitur celebrari in ſcriptis, an poſſit compelli venditor ad faciendam ſcripturam, ſicut non poteſt cogi ad traditionem rei.*

4 *Promittens facere ſcripturam ad omnem voluntatem, & requiſitionem partis, ſi tractatus partium iam fuit abſolutus, ſcriptura non eſt de eſſentia.*

5 *Saly.*

5 *Salgceti diſpoſitio in d.l.contractus, vt magiſtralis commendatur.*

6 *Contractus qui poſſunt in ſcriptis, & ſine ſcriptis celebrari nunquam cenſentur in ſcriptis confici, quamuis partes voluerint agi ſcriptura, niſi id expraſſerint.*

7 *Contractus ſi factus eſt ſine ſcriptura, ſi deinde aliqua partium compellitur ad confectionem eiuſdem ſcripturæ, non tenetur ſe obligare cum clauſulis guarẽtigia, & quomodo procedat ibidem.*

DECISIO LXXII.

1 Certiſſimum eſt de iure ſcripturam eſſe de eſſentia legis, & proinde eſſe tantum neceſſariam ad probationem nõ ad ſubſtantiam actus, vt habetur expreſsè in *l. pactum, quod bona fide 17. C. de pactis, & in l in exercendis C. de fid. inſtrument. & ibi Doctor. & in l. 2. ff. de contrah. empt.* exceptis tamen caſibus ſpecialibus, quibus datum eſt pro forma, & eſſentia ſcripturam eſſe neceſſariam, quos enumerat gloſa magna, & ſolemnis, & poſt eam Doctores omnes in *cap. 1. de cenſibus lib. 6. & gloſ. in d. l. pactum, quod bona fide.*

Sed dubio non mediocris eſt inter Doctor. ſi partes tractatu, & conuentione inter eos habita, concluſa, & abſoluta pepigerint, quod fiant cautelæ, an ante cautelarum confectionem, & celebrationem ſit locus pœnitentiæ, & poſſint vna, inuita altera reſilere, & recedere à contractu: nã quod vtraque pars poſſit à conuentione recedere mutuo conſenſu non eſt dubium, vt habetur expreſsè in *l. ab emptione, vbi explicant Doctor. ff. de pactis, & in tot. tit. C. quomodo lic. ab empt. diſcedere,* ſed vna diſſentit, altera verò vult ſtare placitis, & conuentis, controuerſum eſt inter Doctores, an pœnitentia ſibi locum vendicet, & anſam dubitandi dedit *text. in l. contractus C. de fid. inſtrum.* quo loci Iuſtin. Imperat. inquit contractus venditionum, permutationum, vel donationum, quas intimari non eſt neceſſarium dationes, etiam arrharum, vel alterius cuiuſcumq; cauſæ, quas tamen in ſcriptis fieri placuit tranſactionem, etiam quas inſtrumento recipi conuenit, non aliter vires habere ſancimus, niſi inſtrumenta in mundum recepta, ſubſcriptionibusque partium confirmata, & ſi per tabellionem conſcribantur etiam ab ipſo completa, & poſtremò à partibus abſoluta ſint, &c. cui accedat *text. in d. l. 2. in fine ff. de contrahend. empt.* quo loci Vulpian. inquit, quod non numeratio, ſed conuentio perficitur ſine ſcriptis habita conuentione, ergo à contrario ſenſu, vbi in ſcriptis, non ſufficit conuentio ſine ſcriptura.

At quando dicantur partes in ſcriptis contra-
2 here voluiſſe hic opus, hic labor, Doctor. variè, & intricatè loquuti, & interpretati ſunt, *d. tex. in d. l. contractus, Azo ſiquidem in rubr. C. de fid. inſtrum. num. 29.* inquit omnem contractum fieri poſſe ſine ſcriptura, exceptis caſibus à iure expræſſis, quibus exceptis ſemper videtur contrahi ſine ſcriptis, etiam ſi ſcriptura inde fiat ad probationem, niſi inter contrahentes id actum ſit, ne aliter ſit ratus contractus niſi ſcriptura interueniente, ſicut placet ſapientibus, quod quidem nõ reperitur lege expreſſum, ſed ſalis innititur ex verbis d. l. contractus ibi in ſcriptis fieri placuit, ergo notat apertè, quod aliter; ideſt ſine ſcriptura fieri voluerunt, tunc in ſcriptis non dicitur fieri, vbi autem ſimpliciter contrahat, & ad probationem volunt fieri inſtrumentum, non dicitur fieri in ſcriptis, quia & ante ſcripturam tenet contractus, vis eſt ergo in eo verbo, (vt fieret in ſcriptura) ideſt vt ſubſtantiam caperet per ſcripturam, vel (& hoc Azo putat verius) tunc dicitur fieri in ſcriptis quando in contractu, vel ante contractum conueniunt, vt ſcriptura inde fiat, vbi autem in ſcriptis celebratur contractus non habet aliter vires niſi inſtrumenta, quæ vulgo dicuntur rogationes in mundum redigantur, dicit tamen *Couarr. in cap. relatum num. 9. in fin. extra de teſtam.* hanc vltimam opinionem Azonis non eſſe receptam *Cyn. verò in d. l. contractus dicit* opin. Azonis procedere, vbi contrahentes nolunt ante contrahere, vel quod contractus non cenſeatur perfectus, niſi fuerit in ſcriptis redaptus, & quod iſta eſt veritas, & eſt de mente eiuſdem Azonis, qui ita declarat ſuam opinionem *in ſumma C. ſi cert. pet. num. 37.* dicentis, quod tunc contrahentes in ſcriptis contrahere dicuntur quando id agunt, vt aliter non valeat, niſi ſcriptura fiat, nolunt enim contractum haberi pro abſoluto niſi fuerit in ſcriptis redaptus poſt Azonem, gloſator noſter Accurſ. in ſuis gloſis ſe ancipitem reddere videtur, ſiquidem in *l. teſtium C. de teſtib. in verbo in ſcriptis* dicit, quod in ſcriptis dicitur contrahi quando id eſt actum, vt non aliter valeat contractus d. l. contractus, vel ſecundum alios quocunque modo ſit actum, vt fiat inde ſcriptura. & in hac ambiguitate reſidet, & in *d. l. 2. ff. de contrah. empt. in gloſ. fin. dicit,* quod ſi in ſcriptis tunc oportet perfici ſcripturam totam, vt *inſtit. eod. §. 1. & hic etiam nihil firmat in d. l. contractus in verbo in ſcriptis, recitat opin. Io. & Placentini tunc demum in ſcriptis celebrari cum id partes agunt, vt aliter non valeat, quod agunt niſi facta ſcriptura, argum. l. cum res C. de probat,* vel ſecundum opin. Azon. quoniam in contractu, vel ante, conueniunt, vt ſcriptura inde fiat gerentes in animo nõ prius contrahere, quàm ſcribatur, ſecus ſi à principio ſimpliciter contrahunt, & poſtea ad probationem fiat inde ſcriptura, & hoc pacto intelligit habere locum opin. Azonis, & hoc idem refert *in gloſ. in d. §. 1. inſtit. de empt. & vendit. in verb. ſcriptura, & in auth. ſed nouo iure C. ſi cert. pet. in gloſa magna circa finem verſ. in ſcriptis autem, & Odoffr. in d. l. contractus nu.*

9.dicit, quod Azō non ſtetit firmus in dicto ſuo, ga in ſūma ſi cert. pet. dixit vnum in ſūma huius tit. dixit oppoſitum *in ſumma de contrah. empt. & vendit.* dixit aliud, *& ideo ſequitur opin. Ioannis*, quoniam inter partes eſt actum, quod fiat ſcriptura aliàs non valeat, ſed ſi poſt celebratum contractum dicant bene eſt fiat inde ſcriptura, valet & non eſt locus pœnitentiæ, etiam quod ſcriptura non fiat, *Petr. de Bellapert in d.l. contractus*, dicit veriorem eſſe ſententiam, quod dicatur celebrari in ſcriptis, vbi conuentum eſt, quod fiat ſcriptura ſecundum opin. Azon. ſubdit
8 verò, quod vbi facta eſt venditio in ſcriptis, licèt venditor ab emptore compelli non poſſit ad rem tradendam, quia locus eſt pœnitentiæ tamen poterit compelli ad faciendam ſcripturam iure, id quod conuentum eſt; nam cum contractus in ſcriptis inefficax ſit, niſi facta ſit ſcriptura, tamen pactum appoſitum de ſcriptura facienda efficax eſt, *argum. text. in l in conditionali ff. de peric. & comm rei vend.* ſed ego eius opinionem non admitterem: nam contractus, & ſcriptura eſt vnum, & idem ex indiuidua voluntate contrahentium, & ſi datur pœnitentia reſpectu contractus, dabitur etiam reſpectu ſcripturæ, quàm contractus perfectionem, & adimplementum reſpicit, & ſi quis non poteſt compelli ad implementum contractus intercedente pœnitentia vnius poterit compelli ad conficiendam ſcripturam: eſſet enim per indirectum conſequi, quod directa via conſequi non poſſet contra regulam *cap. cum quid vna via de regul. iur. lib. 6.* inutilis eſſet pœnitentia reſpectu contractus, ſi reſpectu ſcripturæ non proficeret, & ideò cauere à doctrina *Petr. Bellapert. pro nunc*, ſed ad noſtrum inſtitutum redeundo, *Specul in tit. de empt. & vendit. §. 1. num. 10. verſ. ſed ſi dictum*, inquit ſi dictum ſit, quod venditor debeat facere cautelam ad conſilium ſapientis, & hoc in limine contractus, ſiuè in ipſo contractu cenſentur, in ſcriptis contrahere voluiſſe, ſecus ſi dicatur emptione iam perfecta, exemplum puta, dū emptor vadit ad domum, &c. ſed cum Speculatore non conuenit *Io. Faber. in d. §. 1. inſtit. de empt. & vendit.* quia eius opinione attenta omnes contractus eſſent in ſcriptis, quia communiter hodie poſt tractatus ſuper contractibus habitos, vocantur ſtatim tabelliones, & ſic daretur ſemper pœnitentia antequam inſtrumentum ſit completum, & hoc videtur alienum ab eo, quod totus mundus obſeruat. Vnde dicit ipſe, quod tunc dicitur contractus in ſcriptis, vbi apparet de mente contrahentium, quod noluerunt obligari quouſque ſcriptura eſſet facta, & iſti dicunt ipſum vidiſſe frequenter contingere inter formidoloſos, qui dubitant decipi, qui tractatu habito, & concordato agunt, quod fiat nota in præſentia partium, & coram Notario, qui ſcribat tractatum, & conuentionem: ſed ſi partes eſſent cōcordes in vno negotio, & vocāt Notarium, quod faciat inſtrumentum, & recedunt eſſet, per quam durum, quod eſſet contractus in ſcriptis, & quod poſſent pœnitere, quinimmo ſequeretur inconueniens, quod talis contractus eſſet nullus, vel quod partes haberent iterum conuenire, & tamen totus mundus contrarium obſeruat, *hac Fabri, cuius doctrina notabilis eſt, & magis veritati accedit, Bart. vero in d.l. contractus, dicit*, d.l. ponere caſum ſingularem, & quod cōtractus celebratur in ſcriptis, quoniam hoc agitur, vt nō aliter valeat niſi ſcriptura fiat, & colligitur ex *text. & gloſ. ibi, ergo ſecundum Bart.* vbi inter partes eſt abſoluta, & firmata conuentio, & eſt dictum, quod fiat inde ſcriptura, ſed non quod aliter conuentio non valeat, eo caſu tenebat contractus, quod ſcriptura ad probationem cenſeſetur adhibita, ſecus vbi expreſsè eſt actum, quod fiat ſcriptura aliter non valeat, ſed hoc nō poteſt dici vnquam, quod ſcriptura, vt ſcriptura ſit de eſſe contractus niſi cum caſibus à iure expreſſis, in cęteris verò quibus nudus conſenſus contrahentium perficit contractum ſcriptura inde ſequens erit de eſſentia cum ratione ipſius ſcripturæ, ſed ratione indiuiduæ voluntatis contrahentium, qui ſine ſcriptura voluerunt contractum eſſe validum; & ideò dixit *Bald. in d.l. contractus*, quod vbi expreſsè eſt actum, quod non valeat contractus niſi ſcriptus, tunc cenſetur cōtractus in ſcriptis celebratus, ſed vbi poſt tractatum habitum, conuentionemque abſolutam eſt dictum, quod fiat ſcriptura iſto caſu attenditur tractatus præcedens, & ipſa concluſio, ſcriptura verò ad commemorationem, & probationem. Sed ſi præcedat tractatus de faciendo ſcripturam ſimpliciter, & aliqua partium dixerit, quod adeatur Notarius eſt ſignum, quod volunt contrahere in ſcriptis, & quod non erant aliter contracturi, ergo totus punctus ſtat in indiuiduo voluntatis, quoniam partes fuiſſent, vel non fuiſſent aliter contracturæ, & hoc ſentit *Angel. in conſil. 16.* intelligendo d.l. contractus, procedere cum id agitur inter partes, vt non aliter valeat contractus niſi conficiatur ſcriptura; & ideò hac ratione eleganter conſuluit *Aret. in conſ. 159. nu. 10.*
9 In eo, qui promiſit facere ſcripturam ad omnem voluntatem, & requiſitionem partis ſi præceſſerat tractatus, & contractus iam abſolutus nō eſſe neceſſariam ſcripturam ad contractus ſubſtātiam, ſed ad probationem, quia per tractatum habitum, & contractum inter partes iam abſolutum partes cenſentur voluiſſe contrahere ſine ſcriptis, & proinde non erit locus pœnitentiæ, & idem tenet *Barb. in rubr. extra de empt. & vendit.* quia vbi partes ſunt concordes in pretio, & in omnibus alijs, & poſtea dicunt in craſtinum faciemus inſtrumentum non datur amplius pœnitentia, & optimè hanc ſententiam defendit, & explicat *Dec. in conſ. 346.* in eo, qui conuentione abſoluta, & perfecta, ſed pretio remiſſo arbitrio duorum, quibus arbitrantibus, & declarantibus fiat ſcriptura ad conſilium ſapientis emptoris eſſe contractum perfectum, & non dari pœnitentiam, quia ſubſtantia contractus non fuit ſuſpenſa in euentum ſcripturæ, ſed partes cogitauerunt de contractu, vt mens eſt debere fieri ſcripturam ad faciliorem probationem, iuxta terminos *d.l. contrahitur ff. de pign & hanc dicit eſſe communem opinionem, eandemque communem teſtatur Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §.*
5 *11. num. 13. at Salyc. in d.l. contractus, & melius*

in auth.

in auth. ſed nono iure C. ſi cert. pet. latius materiam declarando diſtinguit inter contractus, & diſtractus, qui de ſui natura exigunt ſcripturam, & illos, qui ex ſe valent, ſed non poſſunt probari niſi per ſcripturam, & contractus indifferentes, qui poſſunt ſtare cum ſcriptura, & ſine ſcriptura, & inquit, quod aut partes expreſsè dicunt, quod fiat ſcriptura alias non valeat contractus, & res non habet dubium, & procedit opin. Azon. aut non eſt dictum niſi tantum, quod fiat ſcriptura, & hoc caſu, aut ille contractus ad ſui eſſentiam requirit ſcripturam, & tunc illa verba ad illum effectum debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam per *text. in l. ſi verò ff. locati l. ſi ſtipulatur ff. de vſur.* & vt res valeat, & non pareat, at ille contractus ad ſui eſſentiam non requirit ſcripturam, & tunc, aut illa verba fuerunt prolata poſt contractum, vel in ipſo contractu, & ſi conſtat, quo animo illud ſerua, ſi de animo non conſtat, concludit non ob id cenſeri voluiſſe partes contrahere in ſcriptis, vt in opin. Ioan. nam valet ſtatim contractus, & illa verba intelliguntur prolata, vt facilior probatio habeatur cum contractus ille, tàm per teſtes, quàm per ſcripturam poſſit probari, & hanc *Salycet. diſtinctionem commendat, & ſequitur Angel. Aret. in d. §. 1. inſtit. de empt. & vendit. num 5.* qui dicit eſſe attendendam, quin ſit ipſa veritas, & *Oynotom. eodem in loco num. 4.* & multi ex infra citandis, & ſupra relatis conueniunt, & concurrunt ferè Hiſpani omnes ſiquidem, *Gregor. Lop. in l. 2. tit. 1. par. 6. gloſ. in verbo emptori poſt medium* firmat non cenſeri partes voluiſſe contrahere in ſcriptis, licèt voluerint ſcripturam confici niſi expreſſerint ſe velle in ſcriptis contrahere per *gloſ. quam dicit notab. in d. §. 1. inſtit. de empt. & vendit.* quam dicit communiter recipi, & approbari, & licèt in *l. 6. tit. 5. par. 5. videatur tenere contrarium* illud eſt propter illam legem partitarum, per quam in Hiſpania eſt recepta opinio quod dicatur in ſcriptis voluiſſe cõtrahere quoties partes conueniunt, quod fiat ſcriptura. Nihilominus concludit, quod vbi ex coniecturis appareret intentio partium, quod noluerunt contrahere in ſcriptis, ſed voluerunt tantum ſcripturam ad probationem non procedere diſpoſi- *d. l. ſed opinio Aret. in d. conſ. 159. & Dec. in d. conſ. 340. Didacus Perez in l. 111. lib. 3. tit. 8.* ordinat ad partes diſputat articulum, relatis hinc inde opinionibus, & rationibus concludit cum opinione ſupra relata, quod vbi contractus eſt inter partes abſolutus, & dixerint, quod inde fiat ſcriptura, non eſt amplius locus pœnitentiæ, ſed poterunt partes vna alteram cogere ad obſeruãtiam contractus, & ad conficiendum ſcripturam,
6 quia in contractibus, qui poſſunt celebrari in ſcriptis, & ſine ſcriptis non cenſentur partes voluiſſe celebrare in ſcriptis, quamuis voluerint confici ſcripturam niſi expreſſerint ſe velle in ſcriptis celebrare, ſecundum *gloſ. in d. §. 1.* & quod hæc eſt communis opinio, quia contractus emptionis ſolo conſenſu perficitur *l. 1. & 2. ff. de contrah. empt. & de ſui natura non opus eſt ſcriptura l. non idcircò ibi, vel inſtrumentum C. de contrahen. empt. l. quoties ibi obtemptu non* *catorum inſtrumentorum C. de rei vendicat. l. dum inſtrumentis C. de fide inſtrument. not. in d. l. pactum, quod bona fide, & in d. l. contrahitur ff de pignor.* ergo quamuis adiectum ſit, quod fiat ſcriptura non erit locus pœnitentiæ, aut voluntas contrahentium fuit, quod tunc demum haberetur contractus pro abſoluto, & perfecto, cum ſcriptura de ipſo facta ſit, & quia interim contractus non eſt perfectus eſt locus pœnitentiæ, & ita tenet procedere opin. *Azon. in Summa, & gloſſe in d. l. de contrahen. empt. & aliorum, Anton. Gomez in tract. de empt. & vendit. tom. 2. cap. 2. num. 17.* aſſenſit, quod quando partes expreſsè conueniunt, quod fiat ſcriptura in ipſo contractu, vel ante, non erit emptio, nec venditio, niſi facta ſcriptura per *d. l. contractus*, ſed ſi contractu iam perfecto, & abſoluto dicant, quod fiat ſcriptura eo caſu ſcriptura cenſetur deſiderata ad effectum probationis non ad ſubſtantiam actus: quinimmò contractu iam perfecto, etiam ſi nihil partes dixerint, poterit tamen vna alteram compellere, vt inter eas fiat ſcriptura pro faciliori probatione per regulam, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, *vt in l. 1. §. denique lo primo de aqu. pluu. arc. & ibi gloſſ. 1, & gloſ. in l. 2. ff. ſolut. matrim. & in l. chirographis ff. de admiſtrat. tut. & in l. pupillus ff. de nouat. Bart. & ibi communiter Doctor. in l. ſi finita §. eleganter ff. de damn. infect.*

Eſt verum, quod hoc caſu, quo partes contra-
7 xerunt ſine ſcriptura, & poſtea compelluntur ad faciendum ſcripturam, pars condemnata non tenetur ſe obligare cum clauſulis guarentigiæ, vt tenet *Angel. quem ipſe citat, & ſequitur in l. in omnibus ff. de iudic.* cuius opinio frequentiori Doctorum ſentẽtia eſt recepta, & teſtatur *Paul. de Caſtr. ibi num. 4. & in l. 2. ff. ſolut. matr. num. 16. nouiſſimè Cancerius var. reſolut. par. 1. cap. 13. num. 5. & 6.* ſed ego hanc Angeli, & communem opinionem admitterem, vbi nulla pœnitus inter partes facta mentio ſcripturæ, ſed vbi tractatu habito, & contractu perfecto, & abſoluto, poſtea conueniunt partes, quod fiat ſcriptura, licèt contractus ſit validus ſine illa ſcriptura, quia tamen partes pepigerunt, quod fiat, & deſeruit ad maiorem probationem, vt dicunt prædicti Doctores: nihilominus, quia ſcriptura facienda eſt ex conuentione, hoc caſu cenſentur partes deſideraſſe ſcripturam ſecundum morem regionis. & prout alias in ſimilibus inter cõtrahentes conſuetum eſt ex more regionis *l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regul. iur. l. quod ſi nolit §. quia aſſidua ff. de edil. edict. l. ſi fundus ff. de euiction. l. ſi prius §. placuit ff. de aqua pluu. arcen. cap. cæterum extra de donat. & Bart. in l. final. in princip. ff. de his, quæ in fraud. credit. & in l. ſi Procurator in princ. ff. de iure fiſci*, eo caſu cenſerem ſcripturam eſſe faciendam ſecundum morem regionis cum clauſulis guarentigiæ, ſi alias cum his clauſulis ſolitum eſt communiter contrahi cogita. Ad noſtrũ autem inſtitutum iterum redeundo, licet in Hiſpania per l. prædictam ſit recepta opinio, quod vbi partes dicunt, quod fiat ſcriptura cenſentur in ſcriptis voluiſſe contrahere, & interim

Digitized by Google

poſſunt pœnitere, vt nouiſſimè aduertit Parladorus lib. 2. rer. quotid. cap. 3. num. 47. nihilominus de iure communi, vbi contractu perfecto, & abſoluto partes conueniunt, quod fiat ſcriptura, non eſſe locum pœnitentiæ concedunt omnes, & Matthieuſ. lib. 5. recompil. tit. 16 gloſ. 7. vbi teſtatur communem opinionem eſſe, & alios citat teſtantes etiam de communi ea ratione, quia qualitas hæc ſcripturæ non mutat ſubſtantiam, ſeu naturam emptionis, quæ nullam ſcripturam requirit ad ſui perfectionem, & concludit hanc opinionem ſibi veriorem, & probabiliorem videri, & in eadem lege Azeued. prædictæ opinioni ſe ſubſcribit, aſſentitque Velaſcus de iur. emphyt. quæſt. 3. num. 3. & Piccardus in d. §. 1. inſtit. de empt. & vendit. num. 32. quo loci dicit opin. Accurſii in auth. at ſi contractus in verb. ſoli C. de fide inſtrum. eſſe communiter receptam, quod ſcilicet in ſcriptis contrahi dicatur, quando actum eſt, vt actus aliter non valeat niſi fiat ſcriptura, & ſequitur Afflict. deciſ. 105. num. 4. Iacob. Philipp. Port. in vltim. concluſ. ſuar. regul. vbi pro eadem opinione allegat Soci. in conſ. 32. vol. 3. Dec. in d. l. pactum, quod bona fide num. 3. & in d. conſ. 340. Grat. conſ. 107. vol. 1. Loffred. conſ. 19. Rocch. de Cortic in tract. de conſuetudine in princ. nu. 4.

Sed Paul. de Caſtr. in d. l. contractus, & in d. l. cum res C. de probat. aliter ſentit, & explicat materiam ſiquidem in text. in d. l. contractus, & d. l. cum res nu. 4. dicit eſſe aduertendum, quod quotidie contingit, quod partes faciunt mercatum de aliqua re in præſentia teſtium pro tanto pretio, & vtraque pars conſentit, quod illa res ſit vendita pro tanta quantitate, & quod debeat confici inſtrumentum, quia fortè tunc non habēt Notarium præparatum, emptor poſtea petit cōfici inſtrumentum venditor, non vult dicens ſe pœnituiſſe, & potuiſſe pœnitere, quia contractus non eſt perfectus, cum fuerit dictum, quod Notarius rogaretur, & quod ita habuit de facto Florentiæ, & quod iſta opinio ſibi arridet: fundat illam rationem, de qua ibi per eum, & alios eius ſequaces ſubdens, quo multi tenent contrarium, & credunt eſſe Euangelium, eandem opinionem tenet in l. qui bis, idem ff. de verb. oblig. dicens ſe ita conſuluiſſe Florentiæ, vnd cum Fulgoſ. qui in conſ. 200. huic opinioni adhæret, & ſe ſubſcribit; & Iaſ. in d. l. qui bis, idem dicit hanc opin. eſſe tenendam, Socin. in conſ. 120. num. 17. 4. vol. repetito in conſ. 169. num. 9. Dec. in conſ. 11. num. 1. & conſ. 158. num. 5. Alc. in d. l. pactum, quod bona fide num. 23. & in d. l. qui bis, idem in fin. Afflict. deciſ. 39. num. 4. Boer. 48. num. 18. & ante omnes Odoffr. in d. l. pactum, quod bona fide nu. 1. ponit regulam affirmatiuam, ſcripturam non eſſe de ſubſtantia actus, vt d. l. contrahitur, & inde ponit fallentiam, vt ſcilicet non procedat; vbi agitur, vt inde fiat ſcriptura, allegat text. in l. generaliter C. de non numer. pecun. Itaque hæc ſecunda opinio habet ſuos authores, & ſequaces non contendendæ authoritatis, & fundatur rationibus, de quibus per Paul. de Caſtr. & eius ſequaces in dictis locis.

Verùm prædictam Paul. de Caſtr. opin. impugnant vno ore Doctor. & præſertim Dec. in d. conſ. 340. quinque medijs, concludens communem opinionem eſſe in contrarium, quia licèt agatur à partibus, quod fiat inſtrumentum de contractu venditionis, non ob hoc dicitur venditio facta in ſcriptis, quia cum de ſui natura contractus non requirat ſcripturam, cenſetur ſcriptura deſiderata ad faciliorem probationem, vt ſupra retulimus, & ita apparet fieri de conſuetudine, & idem firmat in rubr. extra de conſuetud. quia ſcriptura non inducit nouum factum, ſed quod factum eſt probat d. l. cum res, quare ſi tractatu, & contractu abſoluto adijciatur, quod fiat inſtrumentum non erit locus pœnitentiæ, vt firmat etiam Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit in 5. quæſt. principali num. 53. & impugnat opin. Pauli, quam etiam non veram teſtatur Magon in deciſ. Flor. 135. num. fin. & in deciſ. Luc. 95. per tot. admittit verò opin. Pauli in eo caſu tantum, quo expreſsè inter partes actū eſt, quod contractus celebretur in ſcriptis, & ante celebrationem nihil valeat: nec opin. Soc. in d. conſ. 120. opitulatur opin. Pauli, licet ipſum ſequi videatur, quia caſus ſuper quo Soc. conſuluit non præſupponit contractum perfectum, & abſolutum, quinimmò imperfectum, conuenerunt enim in partes ſuper illa tranſactione, ſed voluerunt, quod conſuleretur prius Magnus Magiſter Rhodi, vel Summus Pontifex, quorum reſponſum expectaretur; ergo contractus interim erat in ſuſpenſo, donec Summus Pontifex, vel Magnus Magiſter ſuper ea re, de qua in d. conſ. reſcriberent, non mirum ſi ibi fuit locus pœnitentiæ, ſed quatenus illa tranſactio eſſet perfecta, dicendum malè ſenſiſſe, & peſſimè conſuluiſſe Socin. quia magis communis Doctor. opin. eſt contra Paulum, & conſequenter contra ipſum, qui eum ſequitur, & nouiſſimè Paul. opin. confutat, ac reprobat ex profeſſo, diſcutiens articulum Bertaz. in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. 30. gloſ. 3. à num. 10. vſque ad fin. vbi recenſet catalogum Doctor. & rationes pro vtraque parte, & Vincent. Carroc. in tract. de locat. & cond. in 1. par. tit. de locat. & ex dignitate quæſt. 7. num. 3. 4. & 5. concludentes omnes opinionem contra Paul. eſſe magis commumem, & in practica approbatam, & receptam.

Et in Sacro Conſil. ſemper tempore meo fuit
8 practicata prima opinio magis communis, quod vbi inter partes conuentio, & contractus eſt abſolutus, & perfectus, licèt adijciant, quod fiant cautelæ, & inſtrumenta non cenſentur partes voluiſſe contrahere in ſcriptis, ſed deſiderare ſcripturam ad faciliorem probationem; & ideo non eſſe locum pœnitentiæ, & ita maiores noſtri, Iudicauere in cauſa illorum de Ponte, cum Marco Antonio Piccolo, qua meminit Vrſill. in addit. ad deciſ. Afflict. 39. & paſſim ſecundum hanc opinionem ſemper iudicatum eſt, quia cum ſcriptura non ſit neceſſaria, ſed nudus conſenſus pro perficiendo contractum, eo ipſo, quod partes fuerunt concordes, & habuerunt conuentionem pro abſoluta contractus eſt perfectus, & non poſſunt à placitis diſcedere, niſi in ſpecie ſit dictum, quod niſi fiat ſcriptura non valeat, quod tracta-

tractatum eſt, & dicebam hunc eſſe verum ſenſum *text.d.l.contractus,ibi contractus venditionum*,vel permutationum, vel donationum, quas intimari non eſt neceſſarium donationes,etiam arrharum, vel alterius cuiuſcumque cauſæ, quas tamen in ſcriptis fieri placuit,pondero hæc verba (in ſcriptis fieri placuit) indicant præciſam mentem,& voluntatem contrahentium, non aliter quàm in ſcriptis volentium contrahere, ergo erat ſcriptura pars conuentionis, vt indicant verba ſequentia, videlicet, tranſactionum etiam, quas inſtrumẽtum recipi conuenit non aliter vires habere ſancimus, niſi inſtrumenta in mũdum recepta, ſubſcriptionibuſque partium confirmata,& ſi per tabellionem conſcribantur, etiam ab ipſo completa, & poſtremò à partibus abſoluta: pondero verba hæc poſtremò à partibus abſoluta:nam vbi in ſcriptis contrahi placuit, eſt prius à tabellione contractus ſcribendus, & complendus, & poſtea vltimo loco à partibus abſoluendus,ergo ante ſcripturam factam non eſt contractus perfectus; vbi à partibus eſt actum, vt fiat ſcriptura, & poſtmodum ea facta ab ipſis partibus abſoluatur, & extrema manus contractui,& conuentioni detur manifeſtè,ergo annuit iſte text.contractũ non eſſe abſolutum niſi prius ſcriptura, vbi partes de contrahendo in ſcriptis pepigerunt, quia abſolutio contractus pendet ex confectione ſcripturæ expreſſa conuentione, & voluntate contrahentium nil mirum ſi datur interim pœnitentia.

ADDITIO.

SVMMARIVM

1 Contractus eſt validus, licet fuerit dictum debere fieri cautelas, quæ tamen non fuerunt factæ.

2 Cautela abbundans nocet.

3 Scriptura pro probatione requiruntur.

4 Scriptura in quibus caſibus exigatur.

5 Pœnitentia quando vindicet in contractibus.

7 Pœnitentia an detur in contractibus.

1 Quod contractus factus per partes, qui iuſſerant fieri cautelas vno poſtea diſſentiente ante celebrationem ipſarum cautelarum retractari non poſſit,vt habetur hic deciſum ex eo quia contractus ipſe erat abſolutè perfectus,licet fuerat adiectum,quod fierent cautelæ,& inſtrumenta; adde ad inſtar aſſenſus impetrandi ſuper actu non neceſſario, *vt D.Camillus de Medicis conſ. 85. num. 31. quem allegaui ſupra in addit. 49.*
2 & in tãtum id eſt verum, quod aliquando huiuſmodi cautelæ tamquam abbundantes ſolent nocere *vt Muta deciſ. Siciliæ 74. num. 37.* & ego dixi in prato *ſuper Cod. in principio operis de*
3 *nouo Cod. &c.* inde eſt ſcripturam, & ſic cautelas requiri pro probatione, & non pro alio effectu, vt ad concordantiã eorũ quæ allegãtur. *Hic per D. Auth. ſcripſerunt Cala de modo articulandi num.1557. fol. 249.* & maxime in contractu emptionis, & vẽditione cum ſolo conſensu perficiantur *Mus.deciſ.Siciliæ 42.nu. 31. Guid. Papa deciſ. 562. Tuſc. verbo contractus concl.*
4 *992. tom. 2.* inde in quibus caſibus exigatur ſcriptura *per Ricc.coll.deciſ. 140.* & vide quando penitentie locus ſit in contractibus *per Viſcontem concl. penitentie Paſchal. de patr. poteſt. p.*
6 *p.c.8.num 75.*& ſi detur penitentia in contractu cambij per *eund.Ricc. coll.757. & 1761.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An Regia Camera Summariæ habeat aliquam iuriſdictionem in Magnum Admiratum, eiuſque Officiales.

SVMMARIVM.

1 *Tribunal Regiæ Cameræ debet procedere in caſibus occurrentibus contra Magnum Admiratum, eiuſque Miniſtros per literas hortatoriales tantum, & ita Collaterale Conſilium iudicauit ex pluribus.*

2 *Priuilegium l. final. C. vbi Senat. vel Clariſs. extenditur etiam ad filios.*

3 *Iudex quando poſſit ſuam iuriſdictionem pœnali iudicio defendere.*

4 *Iuriſdictio tunc dicitur turbari ad finem puniendi,cum fit de facto extra iudicium, non autem per viam iudicij.*

5 *Textus in l.ſi quis ex aliena ff. de iudic. non habet locum cum eſt contentio de iuriſdictione inter duo Tribunalia.*

6 *Iudex,qui citat prætendens habere iuriſdictionem dicitur potius pars quàm Iudex.*

DECISIO LXXIII.

Magnus Regni Admiratus (quod eſt vnum de ſeptem officijs,) vt eſt notorium, habet vniuerſalem iuriſdictionem in noſtra Ciuitate ſuper his,qui viuunt ex arte maris, & in toto Regno circa naufragia,pro quibus deſtinat in Terris maritimis ſuos Officiales, de cuius

Offi-

Officij inſtitutione, & prærogatiua, late per *D. Frecc. in ſuo 1. lib. de ſubſeud. in tit. de offic. Admir. mar. vbi num. 15.* habetur, quod creditur eius literis ad finẽ remittẽdi, ſubditos ad ſuã iuriſdictionẽ, & propterea tãquã Tribunal ſupremũ procedit per literas hortatoriales, appellatur M. C. admiratiæ, & Mag. Cur. Vic. nullam habet in ſuũ Tribunal iuriſdictionẽ, ſed de eius ſentẽtijs appellatur ad Sac. Conſ. quod nomine Regiæ Maieſtatis in cauſis procedit, & propterea id m Aduocatus fiſci, qui eſt in Mag. Cur. Vic. eſt in ipſa Mag. Cur. Admiratiæ, & de his non diſputatur, quia ſunt notoria, & ſic ab immemorabili practicatum.

Succeſſit caſus, quòd in quadam maritima Regni, quidam ex Officialibus Magni Admiratus cæpit quandam quantitatem olei naufragatam, & ex aduerſo Magiſter Portulanus illius Prouinciæ, ad cuius officium ſpectat cuſtodia littorum, & maritimarum Regni, & ne fiant indebitæ extractiones, iſte inquam præſuppoſuit prędictam quantitatem olei naufragatam ad Regiã Curiam ſpectare, & propterea à poſſe Officialis Magni Admirati oleum naufragatum violenter abſtulit, cumq; per prædictum Admirati Officialem capta fuiſſet informatio, quæ fuit tranſmiſſa huc Neapol. ad Iudicem ordinarium Tribunalis magni Admiratis, quam informationem ad mandatum Tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ non ſtatim tranſmiſit, ob quod fuit ordine eiuſdem Tribunalis prædictus Iudex captus, & carceratus.

His ſic in facto exiſtentibus, habitus fuit recurſus nomine magni Admirati ad Illuſtriſſimũ Viceg. rem, eiuſque Collaterale Conſilium, allegando nullam habere iuriſdictionem Regiam Cameram in eum, eiuſque Officiales, & Miniſtros, & ſi quid prętendebat, procedere debebat per viam literarum hortatoriarum, iuxtà ordinarium ſtylum, & cõſuetudinem antiquatam, prout procedebat eadem Regia Camera, cum Magna Curia Vicariæ: nam licèt Tribunal Regiæ Cameræ ſit Tribunal Supremum, non tamen eſt ei ſubordinatum Tribunal Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Tribunal Magnæ Curiæ Admiratiæ: ſunt enim omnia Regia Tribunalia, cum iuriſdictionibus diſcretis, & nihil vnum haber, quid commune cum alio, fuit propterea ſupplicatum Illuſtriſſimo Proregi, eiuſque Collaterali Conſilio, vt mandaret excarcerationem prædicti Iudicis, tanquam indebitè factam à non habente poteſtatem, niſi eatenus, quatenus in caſibus occurrentibus ab Illuſtriſſimo Prorege delegaretur, iuxtà ordinarium ſtylum prætendente ex aduerſo Tribunali Regiæ Cameræ poſſe, & debere ſuam iuriſdictionem defendere, etiam pœnali iudicio, quodq; in omnem euentum, idem Tribunal debebat cognoſcere ſi erat, vel non erat ſua iuriſdictio.

Facta de omnibus diſcuſſione in Collaterali
1 Conſilio, & negotio maturè penſato, fuit determinatum nullam habere iuriſdictionem Regiam Cameram in Magnum Admiratum, eiuſque Officiales, & Miniſtros, niſi ab Illuſtriſſimo Prorege ei demandaretur, debereq; procedere in occurrentibus caſibus per literas hortatoriales, iuxta ſolitum, & propterea mandatum fuit, Iudicem à carceribus mancipatum liberari, & aliter contra eum non procedi ex infraſcriptis iuribus, & rationibus.

Text. in l. 1. C. de offic. magn. milit. dicit viri illuſtres Comites, & Magiſtri peditum, & equitum in prouinciales nullam pœnitus habeant poteſtatem, nec ampliſſima Præfectura in militares viros, text. in l. 2. C. de offic. Præf. Auguſt. dixit Præfectus Auguſtalis ordinariorum ſub ſe Iudicum examinandi flagitia, & ſuper his referendi, non amouendi, vel puniendi habeat poteſtatem.

Text. in l. 3. C. de offic. Præf. Præt. Orient. pariter diſponit, quod in Iudicibus ſubiectis punitio illorum Principi eſt reſeruanda.

Eſt caſus in l. militaribus, vbi gloſ. in verſ. quis C. de decur. lib. 10. vbi dum text prohibet militaribus viris, vt nullo modo iuriſdictionem exerceant in Curiales perſonas, vel principales, qui ſunt Decuriones, & ſi exceſſerint imponit illis pœnas decem librarum auri propter vſurpatam iuriſdictionem, dixit ibi gloſ. quod ſi quid grauiter ſecerint ad Principem referuntur puniendi, ſed non ipſi mandant, ſed delicta ſunt Principi mandanda, & ſecundum Principis reſponſionem ſunt delicta punienda, allegat *text. in l. Diui fratres §. final. ff. de pœnis.*

In viris illuſtribus Patritijs in ſuprema dignitate conſtitutis, vt niſi à Principe iudicentur, quodque ſit omnis poteſtas ſublata alijs Iudicibus, eſt caſus in *l. final. C. vbi ſen. vel claris* ibi nullius alterius Iudicis, niſi noſtrę pietatis huiuſmodi cauſæ cognitionem, vel ſacri tantummodo cognitoris, cui noſtra ſerenitas huiuſmodi negotij audientiam vice ſua ſacris apicibus mittendis mandauerit, & ibi vltionis autem tantis inferendæ dignitatibus modus non niſi Principis reſidebit arbitrio.

Et quod dicitur in militibus, Ducibus belli, & alijs habeat locum in Iudicibus ab ipſis conſtitutis, tanquam illos repreſentantibus *Rebuff. in d. l. militaribus in fine, Odoffred. in d. l. fin. in Senatoribus illuſtribus Præfecti Prætorio, Præfecto Vrbis, Magiſtro Militum, Theſaurario Principis, idem ibi Angel.*

Fulgoſ. ibi dixit, ſpectabiles Illuſtr. ſuper illuſtres adminiſtrationem habentes, de criminibus publicis, vel priuatis non poſſunt conueniri, niſi coram Principe, vel eius delegato, qui non poterit condemnare per illum textum, ſed bene abſoluere: condemnatio enim remittenda eſt ad Principem, dixit expreſsè text. vbi Paul. de Caſtro.

Et licèt text. in d. l. final. videatur loqui poſita adminiſtratione, tamen quia ex adminiſtratione principaliter conſertur priuilegium, propterea ex maioritate rationis ille text. procedet etiam adminiſtratione pendente, ita *ibi Salycet. expreſsè. Alber. etiam ibi in princ. Aret. & Fulgoſ. hinc Paul. de Caſtro ibi, & Petr. de Vemgnia in additione ad Iacob. de Butrig.* tradiderunt pri-
2 uilegium illud extendi etiam, ad filios, qui text. eſt etiam expreſſus in Vbeſaurario Principis, vt

præ

præ cæteris notat ibi *Odoffred. & Angel.* quod pariter fuit in Collaterali Conſilio tractatum dũ Regia Camera contra Theſaurarium generalem, abſque ſpeciali Illuſtris Proregis licentia, voluit contra illum procedere, & multa alia priuilegia conceduntur per illum textum, nec Iudex, cũi cauſa delegatur poteſt condemnare, nec in perſona, nec in bonis, ſed ad Principem omnia referenda ſunt, qui eius arbitrio cõdemnabit, ex quo communiter Scribentes adnotant, quod non tenetur Princeps ſequi leges, ſed arbitrariam pœnam dabit, prout melius illi viſum fuerit attenta qualitate delictorum, & perſonarum.

Illud, quod dicitur, vt poſſit Iudex etiam pœ-
3 nali iudicio ſuam iuriſdictionem defendere, procedit quando eſt certum iuriſdictionem ſpectare ad illum Iudicem, cuius iuriſdictio turbatur.

Item, quod turbatio fiat de facto, non per oppoſitionem iuris *Socin. in l. 1. num. 15. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.*

Et ad finem puniendi quem de turbata iuriſ-
4 dictione oportet turbationem fieri de facto extra iudicium, non autem de iure per viam iudicij, & hæc eſt vera opinio, vt dicit *Iaſ. in l. ſi prius num. 19. authoritate Cumani ibidem ff. de oper. nou. nunciat. ſequitur, & defendit latius Menoch. in conſ. 230. 3. volum. num. 16. qui reſpondet num. 107. authoritati Alberti Bruni in conſil. 260. 2. volum. & ibi latè Menoch* quod turbatio requirit animum turbatiuum, quodque ſit doloſè facta, & per eundem Brun. ſine iuſta, & probabili cauſa.

Hæc omnia ceſſant in eo, quod quis facit tanquam Iudex procedendo per viam iudicij putando ſibi competere iurisdictionem: nam omnia facit tanquam iure licito vigore, & poteſtate ſui officij, maximè quando ex iuſta, & probabili cauſa, & propterea emanauit *Pragmatica in tit. de iuriſd. inuicem non turbandis, cuius verba ſunt infraſcripta.*

Diſcordia inter Officiales noſtros inuicem eorum iuriſdictionem turbantes, ex quibus ſæpè ſæpius ſcandala oriuntur remouere volentes volumus, & ſtatuendo mandamus, quod nullus ex Officialibus noſtris de commiſſis iuriſdictioni alterius, ſine ſpeciali noſtra commiſſione ſe intromittat, & ſi quando aliquo errore interueniente ſe intromiſerit, debeat ad ſimplicẽ requiſitionem illius, cuius iuriſdictio turbata fuerit deſiſtere. & ad eum Officialem ad quem ſpectat remittere ad pœnam 25. vnciarum de ſalario eius Officialis, qui contrafecerit retinendam, & Cameræ fiſcali applicandam, ex qua pragmatica fundatur etiam practica procedendi per viam literarum hortatorialium, vbi debeat ad ſimplicem requiſitionem.

Ex quo fit, quod text. *in l. ſi quis ex aliena ff.*
5 *de iudic.* non procedit in caſu de quo agitur, cum ſit cõtentio inter tribunalia, ita quod vnuſquiſque ſe prætendit Iudicem competentem, tunc quia videntur partes, recurrendum eſt ad ſuperiorem *gloſ. notabilis eſt in cap. ſtatutum §. 1. in verb. copia de reſcripſ. in ſexto. Innocent. notabiliter in cap. ex parte lo primo de priuileg. latè Innocent. in cap. venerabili de cenſibus nu.*

5. per totum, & dixit Probus in additione ad Io.
6 *Monach. in d. cap. ſtatutum §. 1.* quod Iudex, qui citauit prætendens habere iuriſdictionem, cenſetur potius pars, quàm Iudex, & non præſumitur, quod contra factum ſuum velit ſententiare, & dum aſſumpſit defenſionem ſuæ iuriſdictionis, dicit *Abb. quod eſt ſuſpectus in cap. conſequente de reſtit. ſpoliator. authoritate gloſ. ibi,* & ſemper, quod poteſt ſuſpicari aliqua affectio, vel aliqua voluntas, tunc non poteſt iudicare, an ſua ſit iuriſdictio, *Bar. eleganter in l. 2. C. ſi quis in ius vocat non ierit num* 3. & alias notabiles limitationes ponit, allegando deciſiones particulares doctiſſimus *Menoch. in conſ. 1000. num. 7. cum ſequentibus.* Primò, quando clara, & manifeſta eſt Iudicis incompetentia. Secundò, quando non agitur de nudo exercitio iuriſdictionis, ſed de eius proprietate. Tertiò, quando non eſt diſceptatio inter partes. Quartò, quando Iudex faciet ſe partem.

Hæc adnotare volui, quia quotidiana, & indies poſſunt occurrere.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *DOct. vltimi qui ſcripſerunt de Auctoritate magni Admirati.*

2 *Magnus Admiratus creat locumtenentem cum ipſa præheminentia.*

3 *D. Io. Vincentius Macedonius primarius Aduocatus, & eques Neapolitanus laudatur.*

4 *Magnus Admiratus eſt æqualis magiſtro Iuſtitiario.*

5 *Tribunal R.C.S. non habet iuriſdictionem in officiales magni admirati, & nu. 11.*

6 *Admirati litteris creditur dum petit remiſſionem alicuius cum opinione Authoris, & num. 8.*

7 *Magnus Admiratus creat 50. homines qui recomandati dicuntur.*

9 *Matricula, & exercitium ſunt verificanda pro obtinenda remiſſione, & ibi exercitium debere eſſe continuatum num. 10.*

11 *Seruiens magni admirati delinquens in perſonam aguizeriorum M. C. adhuc cognoſcitur à Curia Magni admirati.*

10 *Fauore magni admirati datur continentia cauſæ cum declaration. num. 14.*

14 *Piratæ maris ad inſtar ſtratarum graſſatorum à iudice præueniente cognoſcuntur.*

Bre-

BReuitati ſtudendo circa authoritatem
magni admirati, vt ex hac deciſ. reaſ-
ſumitur addas poſt omnes alios ſcripta
Doctiſſimi *Regentis conſtanty in l.*
vnica c.de claſſicis à num. 64. & ſeq.
1 *& vide R. de Ponte in tract. de Poteſtat.*
Proregis tit.10.verſ. de de portu num.4. & 5.de
Franch.deciſ.142.num.primo,& 722.Maſtrill.
deciſ.Sicil.147.num.28.& D.R.Tapp.in rub.de
off. admirati quorum ſcriptis cum nihil addi
poteſt rectius eſt vt quilibet ſe ſubſcribat) circa
ipſius officij amplitudinem dignitatem, & origi-
nem, & ipſos cum alijs enunciaui *in Prato meo*
ad legem perinicum 7. C. de iuriſd. omn. iudi-
cem vbi , & inter multa notaui officium iudicis
Curiæ magni admirati *iuxta pragm. vnicam*
2 *eod. tit. in cap. item quod vbi per quod ma-*
gnus admiratus poteſt creare locumtenentem
3 cum ipſa præheminentia, *vt in c.10.* hodie exer-
ceri per doctiſſimũ, & eruditiſſimũ Primarium
Aduocatũ D meũ particularẽ Ioannẽ Vincentiũ
Macedonium ſcientiarum omnium, ac vitæ , &
morum integritate conſpicuum , & pariter ibi
ſcripſi magnum admiratum equalem eſſe in di-
4 gnitate cũ magno iuſtitiario M.C. *vt D.Rouitus*
in pragm. p.de abbuſ.in ſcrib. ſubbl. ſub nu. 18.
5 & proinde ad coroborationẽ caſus, hoc loco de-
ciſi Tribunal. R. C. S. iuriſdictionem non habet
in officiales Curiæ ipſius quem allegat *D. R.*
Tapp.loco præallegato, & patet deciſum per col-
leterale conſil. vt refert deciſum *id. R. de Ponte*
deciſ.13. num. 2. & non ommictas *Maſtrill. de*
Magiſtrat. p.2.lib.5.c.13.nu. 10. cum vtrumq;
Tribunal procedit per viam literarum Hortato-
riarum vt ipſemet *R. de Ponte tit. 11. §. primo*
verſ.de armis num.10.qui in d.verſ de portu nu.
6 *5.* ſubdit literis prædicti admirati credi dũ pe-
tit remiſſionem alicuius tanquam de ſua iuriſdi-
ctione quod mihi non placet licet talibus literis
eſſet credendum vti à conſtituto in dignitate.
ſcriptis cum tales perſonæ, vt plurimum non
exercent dicta officia ſed per ſubſtitutos .ſ. Vi-
cegerentes Locumtenentes, & contigi poſſit nõ
ſẽper actu ſeruire, & deriuaretur intereſſe Regis
quia ſub tali colore multi euaderent delictorum
penas , & ſic praxis illa poteſt ceſſare vt ad-
uertit *ipſe de ponte loc.cit. num.ſequent.* vnde
declara *capnt 12. pragm. cit.* quod dum peti-
tur remiſſio alicuius qui eſt ſubditus admirato
quod ſtetur tunc literis ipſius admirati , & vice
7 admirati intelligi reſpectu *ſo.* Hominum quos
recomendatos vocant, & admiratus habet, *vt in*
cap.15. eiuſd. pragm. & in alia pragm. Excell.
D.Ioannis de Zuniga ſub.die 11.menſis Martij
1580 dum regiſtrati fuerunt in M C.V.) ad quæ
poteſt applicari *Gram. conſ. Ciuili 108.* ibi data
8 noticia M.C. &c. ſed non reſpectũ aliorum ſe-
fundamentum in exercitio quia tunc praxis recipit,
vt fiant probationes quæ debent eſſe certæ tum
exercitui tum etiam tempus continentes &c. nã
poteſt eſſe commiſſum delictum ante exercitiũ
D.R.Tapp.in d.c.12. latiſſime inde dicunt pra-
9 ctici verificamus matriculam , & ſeruitium *vide*
Ricc.coll.deciſ.94. cum poteſt eſſe quod deſcrip
tus delinquens pro maiori parte temporis fuiſſet
in exercitio alterius officij occupatus, & tũnc nõ
daretur remiſſio *de Franch. deciſ. 175. D. R.*
Tapp.in pragm.36.§. & più perche ſub tit. de
agulzerijs num.2. vbi inquit pluries ita fuiſſe de-
ciſum, & addit exercitium debere eſſe continua-
10 tum aliter ſi deſeruerit non gauderet priuilegio,
& ita in S.C.practicari) & ſic matriculã ſine exer
citio, & è contra non iuuant pro obtinenda de-
clinatoria fori *de Franch.deciſ.481. Caſtillo de-*
ciſ.Sicilie 39.num.4.& Ricc. coll.1829. & vide
de praxi peten di remiſſiones Inquiſitorum Cu-
riæ admirate per de Frãch.deciſ.722. num. p.&
11 non ſolum non habet iuriſdictionem Tribunal
R.C.in ipſum admiratum iuxta ea quæ diximus,
& in caſu huius loci apparent ſcripta , ſed etiam
reſpectũ omnium officialium, vt *in c.11.cit.prag.*
12 *vnic.patet, & in c. 17. & in c.18.* Hinc etiam ſi
ſubditus ipſius admirati vt, puta aliquis ſeruiens
fuerit inquiſitus de reſiſtentia facta agulzerijs M.
C.V.non debet remicti ad ipſam M.C.licet poſ-
ſet dici eſſe offenſas eius aures *de Franch. deciſ.*
722.Maſtrill.deciſ.Sicil.147. num.18. & obſer-
ua Anna conſ.107.num.3. Georg. alleg.48.num.
56.Caball.caſ.116. & 117. & Genuenſ. practic.
Eccleſia c.11.& de Ponte in alleg.tract. tit. 3.de
elect.officiallum § primo num.22. & R.Tappia
13 *deciſ.13.S.C.in terminis*, & fauore ipſius Tribu-
nalis, & præheminentia patet dari continentiæ
diuiſionem vt *Capic. deciſ. 22.* dum maritimus
deliquerit cum non maritimis *de Franch. de-*
ciſ.426.& vide Thor p.p.cõpend. verbo remiſſio
14 cũ fieri debet niſi fuerint præuenti vti piratæ in
mari furantes *vt id.de Franchis deciſ.142.Ricc.*
collect.48. Maſtrill. de Magiſtr. p.2. lib.4 c.16.
num.221.& de indultis c.32.nu.10.& R. Tapp.
d.loco num.3.& in prag.5.vbi de crim.agi oport.
num.prima .

Baldaxar de Angelis .

ARGVMENTVM.

An permiſſa alienatione, dicatur etiam
conceſſa pignoratio.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus datus per Capitulum Regni reſtitutioni dotis, procedit etiam in aſſecuratione, & alijs caſibus paribus.*
2 *Argumentum à maioritate rationis non procedit in feudis.*
3 *Venditione rei pupillaris permiſſa, excluditur pignoratio.*
4 *Iura feudalia ſunt conſuetudines, in quibus ſtrictè proceditur.*
5 *Alienatum propriè non dicitur, quod adhuc in venditoris dominio eſt.*

6 *Feudum*

6 *Feudum vaſſallo inſcio non poteſt à Domino alienari.*

7 *Alienationis verbum à lege prolatum continet pignorationem,ſicut ab homine, & ita iudicatum per Sac.Conſ.nu.8.*

9 *Argumentum de aſſenſu legis ad aſſenſum hominis non valet.*

DECISIO LXXIV.

PRohibita alienatione, eſt etiam prohibita pignoratio, ſeù hypothecatio, text. eſt *in l fin. C. de reb. alien. non alien & hoc etiam in feudo ſecundum Andr. in cap. Imperialem 1. colũ. de prohib.feud. alien. per Feder.* & propterea dicendum erit,quod ex eadem regula permiſſa alienatione eſt permiſſa pignoratio, arguendo prout arguit Andr. à permiſſione, ſicut ipſe à prohibitione ex mente comprehenſiua aſſenſus ad *text.in l.ſicut §.ſed ſi permiſerit ff.quibus modis pign. vel hypoth. ſoluat. ſecundum Iſern.in d.cap. Imperialem, vbi latè Camerar.cart.52.verſ. octaua concluſio, Andr. in cap.1.de feud.non hab propr. natur. feud. Frec. latè in 4.& 5.limitat.lib.2.*

Hinc iudicatum eſt, & ſic practicatur, quod
1 aſſenſus datus per Capitulum Neapol. reſtitutioni dotis habet locum in aſſecuratione, & nõ tantum in bonis viri, in quo capitulum eſt expreſſum, ſed etiam in bonis ſoceri, & licèt loquatur in contractu mutui facto eodem die habere locum etiam in diuerſo die, & loquitur in contractu facto intus Ciuitatem. & fuit deciſum etiam habere locum in contractu facto extra ſic in conſtitutione Regni fratribus habet locum in patre,& ſimilibus,quia ſemper viget eadem cauſa dotationis,& conſeruationis dotis,quæ omnia latè congerit *Camerar.vbi ſupra*. Alia enim quæſtio eſt ſi permiſſa venditione, erit permiſſa pignoratio ex regula *gloſ. in l. 2. C. de patr. qui fil.diſtrah.* & eſt verum non venire pignorationem,licèt ſit minus,quia vtrumque eſt prohibitum vendere,& pignorare, & in feudis ſeruatur rigor,conſideratur intereſſe voluntatis, ad text.
2 *in l.final.ff.de vsũ,& habit.*& non procedit argumentum à maioritate rationis,ita *Iſern. in d. cap. Imperialem prima additione, vbi Capyc. Camerar & omnes.latè Frecc.in 2.lib.quæſt.9. conſideratur in feudis nudum factum, ita declarat, & reſpondet Camerar. vbi ſupra cart. 59. ad gloſ.d.l.2.Eſt enim materca aſſenſus rigoroſa,gloſ.in cap.1.in verſ.ſecundum quoſdam de natur.ſucceſſ.feud. Roman.in conſ. 1.cum aliis latè congeſtis per Modernos Addentes ad Iſern. in loco vbi ſupra, & in proprio caſu videatur text.notabilis in l.ſi pupillorum §.ſi Prætor ff. de*
3 *rebus eorum* vbi permiſſa venditione per Prætorem rei pupillaris, non venit hypothecatio, quia aliud fecit,quàm quod à Prætore decretum eſt,& propterea cum aliud ſit vendere, & aliud pignorare,& vtrumque eſt expreſsè per legem prohibitum, meritò conceſſa venditione non venit pignoratio,& licèt alias dicatur ſub verbo venditionis omnis contractus comprehendatur,ſecundum *gloſ. in l.1. §.eam rem ff. quæ res pign.oblig.non poſſunt,quæ allegat text.in l.ſtatu liber.à cæteris §.quintus ff.de ſtatu liber. & text.in d.§.*eam dicit,quod res, cuius commercium eſt prohibitum,ſicut non poteſt quis emere,ita nec pignori accipere,& tradit hęc ad propoſitum *Ardiz. in ſumma in tit. vtrum etiam pign.in feud.oblig probib.& Pet.de Bellapert. in d l final.tamen aduertatur ſecundum gloſ. in d. § quintus*,quia hoc intelligitur largè,ſecus ſtrictè,& de propria vocabuli ſignificatione, *Alber. poſt Cyn.& omnes in d.l. final* vnde cum ſimus in materia rigoroſa, & ſtricta, & in vnoquoque contractu adeſt ſpecifica prouiſio, & lex inſimul expreſſit prohibitionem venditionis, & pignorationis loquendo propriè, propterea allegata non militabunt aduerſus *concluſionem Iſerniæ, ad idem gloſ.in cap.nulli in verb. alienat. de*
4 *reb.eccleſ.non alien.* Sunt enim iura feudalia cõſuetudines,in quibus propriè. & ſtrictè verba ſunt intelligenda,dicit *Napodan.in conſuetud.ſi quis emit num.7* ſed hoc non poteſt dici quando eſt conceſſa alienatio,quandoquidem qui pignorat alienare dicitur,vt per *Alciat. in l. alienatum ff.de verbor.ſignif.*quod non eſt in venditione,*dicit Salyc. in d. l. fin. authoritate Petri, quia ſic per legem particulariter prouiſum, & interpretatum eſt,vt in d.l. fin. C de reb. alien. non alienand.vbi gloſ. in ſpecie hoc declarat in verb.vel hypothecam ibi*, ſed ex interpretatione loquitur hæc lex:ex quo dicto tolluntur omnes diſputationes,ſi dicitur propriè, vel impropriè alienatio, poſtquam lex ſic interpretatur, *quam gloſ. ad hoc ponderat ibi Salycet. & reſpondet,vt ſupra.alias dubia erat quæſtio,quia pignus C. de pignor. act.* & alienatum non propriè dicitur,quod adhuc in dominio, venditoris manet,dicit *text.in d.l.alienatum*, ſed quia lex interpretauit contineri pignus in prohibitione alienationis, ideò venit incluſum in prohibitione, cumque ſimus in beneficio Principis, dicit idem Andr.in loco,vbi ſupra, ante primam additionem,quod in expreſſo larga eſt facienda addit.& ſumus in fauorabilibus,& non in odioſis, arguendo ex traditis *per Bald. & Salycet. in d. l.final.& text.in d.cap.imperialem* hoc probat, dum dicit,vt nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocũque modo diſtrahere,ſeù alienare,& ſic text.declarat, quod verbum alienare habet ſe in plus quam vendere,& pignorare,quodq;omnia comprehendunt ſub verbo diſtractionis,& alienationis,dum finis fuit prohibere commercium, & vt comprehenderet omnia, dixit in fine quocumque modo diſtrahere, ſeù alienare, & propterea cum lex ſit expreſſa,quod ſub verbo alienationis comprehendatur pignoratio ſequitur,quod ſiu prædictum verbum ſtet prohibitiuè, ſiuè per-

miſſiuè

miſſiuè ſemper, idem verbum erit, & propterea eadem comprehenſio, & eadem interpretatio ab intellectu iuris.

Sed Andr in eodem cap. imperialem num. 4. mnuet quæſtionem poſt *gloſ. ibi*, an ſicut vaſſallus non poteſt obligare feudum, ſic etiam Dominus, quia ad paria iudicantur, & tandem concludit, quod antiquitus poterat Dominus alienare,
5 & obligare, & demum alienare tantum prohibitus fuit inſcio vaſſallo ex *text. in cap. 1. §. ex eadem leg de l. Corradi*, & nihil expreſſum eſt de pignore, propterea dicit, quod non poterit pignorare, cum propriè non ſit alienare, quæ opinio eſt ab omnibus communiter ſequuta vt ibi per *Iacob. Beluiſ. Bald. Aluar. Præpoſit. Afflict. Capyc.* & omnes, ergo manifeſtè tenens, quod ſub verbo alienationis non continetur pignoratio, & conſequenter ex permiſſione alienationis non veniret permiſſa pigneratio, ſeù hypothecatio, quia vt dixi vtrumque reperitur prohibitum de per ſe, nec poteſt ſaluari. Andr. quin cõtrarietur in quæſtione per prius poſita, reſpectu vaſſalli, in qua tenuit per *text. in d. l. final.* quod ex prohibitione alienationis veniret prohibita pignoratio, propterea quid dicendum.

Propiè, & ſtrictè alienationis verbo non ve-
6 nit pignoratio, ſed quando hoc verbum profertur à lege, tunc venit, & ita procedit *text. in d. l. final. vbi Cyn. declarat, & reſpondendo ad text. in d. §. quintur, & omnes Doctores in d l. final.* dicunt legem illam interpretraſſe verbſi alienare, & voluiſſe comprehendi ſub eo pignorationem, quod verbum alias de propria, & ſtricta ſignificatione non comprehendit, niſi contractum dominij translatiuum ſi ergo habemus legem expreſſam hoc dicentem quotieſcumque per cã fuerit alienatio prohibita, ergo ſi per legem Corradi eſt prohibita Domino alienatio, & eſt prohibitio legis, quomodo poterit tergiuerſari, quod non ſit etiam prohibita pignoratio, & ex hoc confunditur ratio communis, quod ex eo, quia non reperitur cenſetur permiſſum: nam ſi verbum alienationis hoc comprehendit, dicimus ex prohibitione alienationis oriri prohibitionẽ, & cum non habeamus contrariam diſpoſitionẽ in feudis, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris communis, ſecundum regulam *text. in capit. 1. de feud. cogn.*

Sed quid dicendum in quæſtione noſtra, an
7 propterea permiſſa alienatione dicamus permiſſam pignorationem ex ſupraſundatis & breuiter teneo minimè pignorationem permiſſam, quia ſumus in permiſſione hominis, & non legis, cũq; de propria ſignificatione pignoratio non comprehendatur ſub verbo alienationis, & verba debent intelligi propriè, & non impropriè, & prohibitio adeſt tàm contractuum, ex quibus dominium transfertur, quàm illorum ex quibus conſtituitur ius in re, & propriè in pignore, & hypotheca, propterea cum alienationis verbum propriè importet contractum dominij translatiuum: hypotheca verò, ſeù pignus minimè, & ob id non comprehenditur propriè ſub verbo alienationis, ſequitur quod aſſenſus præſtitus alienationi non comprehendit pignorationem, vel hypothecam, & illa interpretatio, quæ fit per legem in caſum *text. d. l. final.* dũ lex profert hoc verbum teſtator, vel à contrahentibus profertur, non eſt extendenda extra caſum eiuſdem legis, quæ ſic voluit interpretari, ſumus hic in aſſenſu hominis, qui differt ab aſſenſu legis ſecundum *Iſern. in cap 1. qui ſucceſſ. teneant*, & extra caſum illius textus, Doctores omnes dixerunt ſub verbo alienationis non comprehendi pignorationem, quodq; lex voluit, & interpretauit ſic largè, in caſu, in quo loquuta fuit, ergo nullo modo poteſt hnc habere locum extra caſum ſuum, non ſumus hic in lege, non in contractu, non in teſtamento, ſed quæſtio eſt poſita in aſſenſu per hominem conceſſo, igitur nullo modo poteſt extendi ad pignorationem non comprehenſam ex proprietate vocabuli, ſecundum omnes Scribẽtes, ex quo ceſſat motiuum comprehenſionis, quod procedit quatenus ex proprietate verborum hoc poteſt colligi, in quo cum habeamus Doctores contrarium dicentes remanet propterea omnibus contrarijs reſponſum, & quæ io benè examinata, ſtante ſolido fundamento in propria materia, quod longè differt aſſenſus le-
8 gis ab aſſenſu hominis, & non licèt arguere de vno ad aliud, *Andr. in cap. 1. qui ſucc. ten. num. 7. declarat Camer vbi ſupra fol 7. col 4 in fin.* ſic eſt deciſum pluries in aſſenſu præſtito ſuper ſorte, vt non extendatur ad intereſſe, licèt aliud ſit
9 in aſſenſu legis, de quo latiſſimè per *Frecc. in 2. lib. q. 20. cumulat deciſiones Moderni Addentes ad Iſern. in d. cap. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *ALienatione permiſſa an cenſeatur permiſſa pignoratio. & è contra.*

2 *Locatio an cenſeatur prohibita, prohibita alienatione cum exemplis.*

3 *Cenſus impoſitio an cenſeatur prohibita, dum fuit prohibita alienatio.*

4 *Permutatio, tranſactio, datio in emphiteu, ſim renũciatio hereditatis inſtitutio in feudalibus diſpoſitio, an cenſeantur prohibita, prohibita alienatione, & num. 6. & compromiſſum.*

5 *Alienatione prohibita omnis actus per quem transfertur dominium cenſetur prohibitus.*

7 *Compromittere eſt alienare.*

8 *Alienationis nomen latum eſſe, & plura comprehendere demonſtratur.*

9 *Alienatione prohibita non cenſetur prohibita infeudatio.*

10 *vſusfructus conſtitutio in re alienari prohibita prohibetur, prout conſtituere alimenta, &c.*

11 *Alie-*

Digitized by Google

11 *Alienatione permiſſa permictitur hæredis inſtitutio.*
12 *Alienare an dicatur quis inſtituendo hæredem.*
13 *Permiſſionis cauſa fauorabilior eſt quam prohibitio.*
14 *Donandi poteſtatem non habet, qui facultatem adminiſtrandi habet.*
16 *Procurator an poſſit renunciare beneficijs compelentibus eorum principalibus.*

AD materiam iſtius deciſionis ſi per-
1 miſſa alienatione cenſeatur etiam per-
miſſa pignoratio, & è contra, pro in-
tellectu *l. fin. citatæ per D. Author.*
addeas Menoch. de arbitrar. caſu 422. Reg. de
Ponte in tract. de poteſtat. Proregis tit. 8. §. 6.
per totum, qui præter alios conducibilia adducit
2 ſecundum diſtinctionem hic poſitam, prout cē-
ſetur prohibita locatio ad longum tempus dum
ipſa eſt prohibita, *argum. Clem. fin. de rebus ec-*
cleſ. non alienand. ſuper qua *Gamma deciſ. fin.*
notanda ad extrauag. ambitioſe, infert res Ec-
cleſiæ, quæ alienari prohibentur, locari ad lon-
gum tempus minime poſſe, & vide *Amatum*
conſ. 22. num. 1. ſicuti bona fideicommiſſo ſu-
biecta, teſte *Ludouic. in deciſ. Rotæ Lucenſ. 64.*
quæ deſeruiūt ad ampl. *auth. res quæ C. commun.*
de legat. vt in bonis maioratui Hiſpaniæ, *idem*
3 *Gamma deciſ. 21.* prout cenſetur prohibita im-
poſitio cenſus dum fuit prohibita alienatio, *Ve-*
4 *ral. deciſ. 17.* & tranſactio, *Fab. deciſ. 2 C. de*
reb. alien. & permutatio, *Afflict. deciſ. 17. quæ*
nota ad cap. nonnulli de rebus Eccleſ. non alie-
nand. & datio in emphiteuſim, *idem Fab. deciſ.*
6. C. de reb. alien. & fuit tentum in Rota Ro-
mana in vna Saluiani interdicti 29. Martij 1585.
coram Cantuecio, *vt Riccius collect. 2363.* qui
in *deciſ.* Curiæ Archiepiſcop. 32. *par. prima*, ita
deciſum in ipſa Curia refert, & renunciatio, idem
Fab. deciſ 3 C. de reb. alienan. &c. & hæredis
inſtitutio, ac in feudalibus diſpoſitio, *idem*
Dom. Reg. de Ponte eodem tract. tit. 8. §. 2.
5 *num. 18.* inde notes prohibita alienatione omnem
actum per quem transfertur dominium cenſeri
6 prohibitum, & proinde etiam compromicti, *La-*
pis allegat. 102. num 3. verſ. hinc eſt, Simon
de Petris conſ 169. num. 9. vol. 1. Benint. deciſ.
Bonon 21. num. 29 Magon. deciſ. Lucenſ. 59.
7 *num. 22.* cum compromictere eſt alienare, *ſe-*
cundum concluſ. Cardinalis Pariſii conſ. 134.
nu. 4. vol. 1. & Quintil Mandoſiy in addit. ad
citat. alleg Lapis in verbo compromictere in
8 *fine, Amat. conſ. 56 num. 23.* alienationis enim
verbum adeo latum eſt, quod intelligit de omni
contractu, per quem dominium transfertur, *de*
Franch. deciſ. 3. num. 8. & in feudis ſub eius no-
mine hipothecario, ſeruitutis, impoſitio, & pi-
gnoratio continetur, *Petr. Iacobinin. in eius pra-*
xi tit. de cauſis in quibus feudum ammictatur,
9 *num. 3.* ſed an cenſeatur prohibita infeudatio, &
negat *Dom. Reg. Tappia deciſ. 5. num 100.* &
de talis verbi vi non ommictas, *Gratian. diſcept.*
forenſi 745. num. 63. & 715 num. 17. tomo 4. &
omnia per Giurbam in comment. ad conſ. Meſſ.
gloſ. 4. cap. 14. par. 1. num. 4. & ſequent. vbi
10 *& num. 15.* vſusfructus conſtitutionem prohi-
bitam in re alienari prohibita, & alimenta con-
ſtituere, *vt num. 16. & num. 18.* nec nouam de-
bitoris obligationē &c. vſque ad finem latiſſime,
& in *cap. 1. gloſ. 2. num. 112.* ſi excludat aliena-
tionis prohibitio comoditatis perceptionem.
11 ¶ E contra tamen data poteſtate alienandi hæ-
redis extranei inſtitutio, ac quæuis alia diſpoſitio
cenſetur conceſſa, *Albert. Brun. conſ. 39. num.*
8. Gratus conſ. 68. num. 1. vol. 2. & Franc. de
Amicis in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſunt,
§. hoc ergo num. 3. fol. 129 quam quæſtionem
prolixius annuit *Roman. in tract. de teſt. præ-*
cept. bonor. extr. famil. alien. num. 90 & ſeq.
vltra eundem Reg. de Ponte in lectura 14. num.
2. & ſequenti. licet Alexand. conſ. 55. num.
5. vol. 2. & Anna in conſtitut. conſtit. numero
12 *84. & in alleg. 106. num. 1.* dicant, quod prohi-
bitus alienare non dicatur alienare inſtituendo
hæredem, quia illud procedit quoties proximus
ſucceſſurus inſtitueretur, vt idem Anna ibidem
ſubdit, ſecus tamen ſi eſſet extraneus inſtitutus,
teſte Afflict. in cap. quia ſupradictam, §. idem
ſi fuerint num. 41. quibus modis feudis admi-
ctatur, licet non eſſet de familia, *Emanuel Ma-*
ſcul inter commun. opin. lib. 6 tit. de teſtam.
num. 70 & ex hoc eſt, quod prohibitus alienare
non prohibetur habere ſucceſſorem ab inteſtato
Maur. inn. alleg. 33. num. 3. & ad concluſ. ipſius
13 deciſionis, nota permiſſionis cauſam fauorabi-
liorem eſſe, quam prohibitionem, *vt idem Giur-*
ba d. cap. 14 glo. 4. num 2. in comment. conſuet.
14 *Meſſan.* declaratione tamen recepta, quod admi-
niſtrandi facultate conceſſa donandi poteſtas nō
continetur, *vt ipſe idem cap. 1. glo. 10. num. 7.*
fol. 173. ex quibus terminis cum in S. C. fuerit
15 controuerſum, ſi procurator, qui in litibus ad-
miniſtrationem habet, poterat beneficijs renun-
ciare, &c. ex eo, quia erat donare, *de Franch. de-*
ciſ. 579. fuit deciſum referente Conſiliario Mar-
ciano in cauſa Anaſtaſiæ de Cordua, non potuiſſe
cū illius de Chiarella anno 1628. vt retuli in Pra-
to meo *ad l. 2. C. ſi ſepius in integr. reſt. poſtule-*
tur, & in ipſa quæſtione, quando prohibitus alie-
nare poſſit, & permictatur ei alienatio, & quid
cum extra familiam fuit prohibitus, an poſſit in
vnum de familia remotiorem, *abundantiſſime*
per D. Ioannem Antonium Bellonum famoſiſſi-
mum I. C. in ſuo conſ. 1. per totum. & ſi prohi-
bitus alienare poſſit incidere arbores fructiferas
per Quarantam in Bullario fol. 17. num. 33.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An receptans imputatum de crimine læſæ Maieſtatis incidat in idem crimen.

SVMMARIVM.

1 *POEna receptantis rebellem de iure communi eſt deportatio, ſecus de iure Regni, & ita iudicatum num. 6.*

2 *Receptans offendentem Cardinalem, eadem pœna punitur.*

3 *Titulus inquiſitionis attenditur.*

4 *Receptans ſcienter rebellem dicitur principaliter lædere ſuum Principem.*

5 *Crimen læſæ Maieſtatis dicitur propriè committere in quolibet ex capitibus à iure diſtinctis, licet diuerſitas pœnarum aſſignetur.*

DECISIO LXXV.

QVidam inquiſitus de receptatione cuiuſdã imputati de crimine rebellionis allegauit generalẽ indultum per ſuam Maieſtatem cõceſſum, cum exceptuatione eorum, qui de læſæ Maieſtatis crimine imputati erant, fuit propterea dubitatũ, an is, qui inquiſitum de rebellione ſcienter receptauit, gaudeat indultu prædicto, quaſi quod ex receptatione, idem crimen læſæ Maieſtatis incurrerit, & conſequenter ſtante exceptione indultus ſit ab eius beneficio prorſus excluſus.

In receptatione rebellis, qui dicitur hoſtis pu-
1 blicus de iure communi eſt pœna deportationis, ſed ad hanc pœnam condemnatur ex incurſu in crimen læſæ Maieſtatis, *ita tex. in l. 4. ad l. Iuliam Maieſtatis, vbi gloſ. allegat tex. in l. metrodorum, ff. de pœn.* quem *text.* dixit *Andr.* procedere in receptante rebellem in conſtitut. Regni paterenorum, & ſubdit, quod per capitula Regni nuper apud Thranum, editum per Regem Carolum Primum, punitur receptans eadem pœna qua rebellis, & melius in conſtitut. Regni pœnam eorum, & licet *tex. in d. l. 4.* requirat dolum malum, ibi ſciẽntiuè dolo malo, tamen ſemper præſumitur data ſcientia delicti receptanti, quia dum illum receptat cauſa refugij, & vt ad manus Iudicis non perueniat eſt in dolo, & propterea etiam quod ſemel receptauerit, tenetur ita latè diſtinguendo, tradit *Luca de Pen. in l. 1. de deſert. Aflict. in dicta conſtit. paterenorum in quarta quæſtione*, ſicut dicimus
2 in receptante offendentem Cardinalem, vt ſicut principalis tenetur crimine læſæ Maieſtatis, ita pariter receptans, vt eſt *textus expreſſus in cap. felicis de pœn. in ſexto, ibique gloſ. & Doct.* licet enim receptare in ſe non ſit delictum, & ſic data ignorantia non punitur, ſed quando datur ſcientia, quod receptatus eſt delinquens, & receptatur, vt aufugiat à manu Iudicis, nec capiatur, tunc incurrit in delictum, & eſt in dolo, nec ſeparatur delictum ab offenſa Domini, quia eo ipſo, quod ſcienter receptat, vt euadat manus Domini, ille offenditur, & non poteſt ſeparari receptatio à delicto, nec ab offenſa Domini, quod non eſt in copulãte amicitiam cum inimicis Domini, ad finem perdendi feudum: nam poſſum copulare amicitiam, ſed non in damnum Domini, & ſic procedit doctrina *Andr. in cap. 1. §. porrò, num. 19. verſ. quærit autem, glo. quæ ſit prima cauſ. beneſ. ammitt. ſic pariter quod idem Andr. tradit in verb. & bona committ. crimen læſæ Maieſtatis num. 80. cum ſequent. in tit. quæ ſint Regal. de occidente collateralem*: nam poſſum occidere ex cauſa odij, & inimicitiæ particularis, & non ad offenſam Domini, & propterea non tenetur crimine læſe Maieſtatis, & hoc non obſtante probare tenetur, dicit idem *Andr. ibidem poſt num 84. verſ. verum ſecuto euentu, & ſic ex his apparet Gacheranum in ſuo conſ. 65. num. 44. nihil dixiſſe.*

Si igitur ex prædictis receptans ſcienter, tenetur pœna criminis læſæ Maieſtatis, quæ de iu-
2 re communi erat deportatio, & de iure Regni eadem pœna qua principalis ſequitur, quod dũ allegatur indultus, per quem excipiuntur inquiſiti de crimine læſæ Maieſtatis, quod minime eo iſte inquiſitus iuuari poteſt, quia & ſi receptator tamen dicitur de læſæ Maieſtatis crimine inquiſitus, & dum negat factum, licet ſcientiam, hoc non tollit titulum inquiſitionis, ſed delictum, & propterea de delicto eſt cognoſcendum, non au-
3 tem indultu, cum titulus inquiſitionis attendatur, *iuxta tex. in l. cum quædam puella, § final. de iuriſdict. omn. iud. vbi communiter Scribentes*, etiam quod non ſit verus, dummodo non conſtet, dicit ibi Paul. de Caſtro, & licet limitetur quando qualitas iuriſdictionem tribuens negatur, ſublimitatur tamen quando adeſt ſummaria cognitio de veritate qualitatis, *Abb. Butr. & cæteri, quos congerit Felin. in cap. ſi clericus laicum de foro compet.*

Cumque prædictum capitulum nuper apud Thranum, loquatur in proditoribus, vel damnatis, vel occiſis, vel per fugam abſentibus, vel latitantibus in Regno, vel degentibus cum rebellibus, propterea non opus eſt verba facere, ſi requiritur ſententia, ad hoc, vt dicatur quis rebellis, poſtquam capitulum loquitur in abſente per fugam, & in latitante, pro quo eſt factus *tex. expreſſus in cap. quoniam nuper in extrauaganti, qui ſint rebelles*, vbi Imperator ponit dubietatem illorum, qui dicebant non dici rebellem, quem ante ſententiam condemnatoriam, & tandem Imperator decidit, & declarat, intelligi omnes, & ſin-

& ſingulos, qui quomodocumque publicè, vel occultè contra noſtrum honorem, & fidelitatem rebellionis opera faciunt, & contra noſtri Imperij proſperitatem aliquid machinantur, etiam ꝙ nulla adſit ſententia declaratoria, *per quem tex. ita conſuluit Corn. in conſ. 96. 4. volum. per totum, & textum illum dixit, vbique ſeruari Decian. in tract. crim. 2. par. lib. 2. in tit. de crimine læſæ Maieſtatis cap 3. in fin.*

Et licet quando ſecúdario læditur Regia Maieſtas, quis non punitur crimine læſæ Maieſtatis, ſecundum *Bald. in l. 1. C. de priuat. carcer. Albert. Brun. in conſ. 69. Foller. in ſua practica criminali, in verb. item quod commiſit num. 38. Gigās in tract. læſæ Maieſtatis in quæſt. 17.* non
4 procedit tamen hoc in receptante, quia dicitur principaliter lædere quando ſcienter, & procedit *tex. in d. l. 4. & tex. notabilis in cap. receptatoribus, de pac. tenen.* & ſemper quod directè Dominus offenditur eſt crimen læſæ Maieſtatis, *dicit Bald. in d. l. 1. de priuat. carcer.* ſicut dicimus in committente delictum carceri priuati, qui tenetur crimine læſæ Maieſtatis tanquam directè Dominum offendens, & nō ſolum ipſe, ſed etiam Iudex diſſimulans, *iuxta text. in d. l. 1.*

Et rurſus dico, quod cum ſint plura capita
5 criminis læſæ Maieſtatis, propterea non quia adeſt diuerſitas pœnarum ſecundum diuerſitatem capitum, ob id non dicetur puniri, quem pœna læſæ Maieſtatis: ſunt enim ſpecies, quæ propriè includuntur ſub ſuo genere, vt eſt caſus in *l. fin. ff. ad l. Iul. Maieſtat. & per Ruin. in conſ. 3. vol. 5.* & hoc modo intelligitur, quod ſint plura capita, quæ non dant tantam pœnam, de quo per *Cyn. Salycet. & alios in l. quiſquis, C. eod. tit.* & reſpectu pœnæ diuerſæ, dicetur impropriè crimen, ſicut quando non offenditur directò Princeps erit crimen læſæ Maieſtatis, ſed impropriè, de quo per *Cyn. & Salyc. vbi ſupra, Dec. in conſ. 410. Gramm. in deciſ. 6.*

His ſic diſcuſſis in Collaterali Conſilio, fuit
6 deciſum referente Dom. Marco Antonio de Pōte Regio Conſiliario Iudice delegato in prædicta cauſa, quod prædictus inquiſitus non gaudeat indultu tanquam inquiſitus de crimine rebellionis, etiam quod fuerit receptator, quod crimen erat penitus ab indultu excluſum.

A D D T I O.

S V M M A R I V M.

1 *PAuca ſunt idoneæ offendenda.*
2 *Receptans imputatum de crimine læſæ Maieſtatis ſcienter non gaudet indultu, & ibi quid ſi ignoranter, & num. 3.*
4 *Receptantium nomine, qui contineantur, & ibi ſi receptare differat à conuerſare, & num. 5.*
6 *Receptans prohibitum receptari non ad malum finem, pœnam non meretur.*
7 *Alloquens cum carceratis, cum quibus extat probibitio alloquendi miſerationis cauſa non punitur.*
8 *Receptans probibitum coactè non incurrit in pœnam banni.*
9 *Conſanguineus receptans conſanguineum probibitum non incurrit in pœnam.*
10 *Receptationis crimen quas probationes requirit.*

1 CVm melius ſit pauca idoneæ effundere quam multis inutilibus corda hominum prægrauare, *argum. l. tanta verſ. poſtea vero maximum opus aggredientes, C. de veter. iure enucl.* addas ad hanc
3 deciſionem breuiter, quod receptans imputatū de crimine læſæ Maieſtatis ſcienter generali indultu non gaudeat, poſtquam in eodem indultu excipiuntur hi qui de crimine læſæ Maieſtatis imputantur ſcripta per Reg. de Ponte deciſ. 22. referentem ſic deciſum in Conſil. Collaterali, *Molfeſ. in comm. ad conſuetud. Neap. part. 4. quæſt. 4. num. 9. Ricc. collect. deciſ. 1528. Maſtrill. poſt tract. de Magiſtr. in tract. de indultu num. 18. cap. 26 ex ratione per de Ponte in tract. de poteſt. Proregis §. 3. de proviſ. fieri ſolitis num. 10. & D. Rouit. conſ. 1. num. 51. & 52.* inde habetur non minus contra principalem ꝓcedi, quam contra receptatorem, *ſecundum Iur. Conſul. in l. 1. ff. de recept.* vbi receptatorum peſſimum hominum genus ſignificatur, *Caball.*
3 *caſ. 287. num. 1. 2. & 3.* vbi & quid ſi ignoranter receptauerit, & perſequentes, & vide *Giurba illationem in conſ. 25. num. 1.* qui *in conſ. 28 nu 3*
4 latè, qui receptantium nomine contineantur, &
5 per totum, quod receptare differat à conuerſare,
6 & ſcias, quod quando aliquis receptauerit prohibitum receptari non ad malum finem, non meretur pœnam, *Honded. conſ 88 nu. 36. 38. 48 vol. 2. Guttierez conſ. 36. num. 27. Maſtrill. deciſ. 216. nu. 56. Gomez de delict par 3 cap. 3. de homicid. num. 50 & Burſat. conſ. 318 num. 3. & 331. nu. 3. Farinacc. conſ. 37. num 16 & quæſt. 133. nu. 55. vt ipſe Giurba dicto conſ. 28. num. 10. vbi plures alios allegat,* ex qua concluſione dicunt criminaliſtæ, quod ſi quis receptauerit prohibitum, receptari mali vitandi cauſa, quod dignus ſit laude *ex Afflict. in conſtitut. patarenorum, num. 3. & 8. rub. 2. lib. 1. Boſſ. tit. de rapina num. 21.*
7 *Ricc. deciſ. 110 par. 2. num. 3. & 4.* & inferas, quid prohibitione facta nō obſtante de alloquendo cum carceratis, ſi quis loquitur miſerationis, & charitatis cauſa, quomodo tunc nō ſit dignus pęna, *Crauett. conſ. 3. num. 9. & 12. Fellic alleg. 10. num. 65.* & ita me patrocinante euaſit indemnis quidam, qui alloquutus fuerat cum quadam muliere carcerata, cum qua extabat prohibitio, ſub pœna ictum funis dum coram integerrimo Regente Mag. Cur. probatum fuit charitatis cauſa alloquutum, .ſ. pro emendo ei pane, & vino ob miſericordiam; & hoc obſerua, quia in dies currit, inde prohibitione de nō alloquendo cum carceratis, de omni alloquutione indiſtincte accipiendum non eſt, ſed de ea tantum, quæ

ad inſtruendum carceratum in præiudicium fiſci fieret, *Foller. in fragm. ad pract. crim. num 69. Felic. dicta alleg. 10. num. 59. par. 1. Bertazz. conſ crim. 59 num. 15. & conſ. 98. num. 22. & conſ. 99. num. 3. & 100. num. 18. & 439. num. 25.*

8 Et adde pariter receptantem prohibitum coacte non incurrere in pœnam receptationis, ſi coacte receptauerit, & minus facere non potuit, abſque ſui periculo, *ex pragm §. ibi ſpontanea mente, tit. 48. Bald. in l. in delictis lect. 1. in princip. ff. de noxalib. & l. ſi ideo ad finem, C. de his quibus vt indignis, Marſil. conſ. 25. num. 34. Arnon. dialogo 45 de Ponte de poteſt. proreg. tit. 1. §. 3 num. 29. Cala de modo articul. & probandi, §. 2 glo. 1. num. 872. & Menoch. de arbitr. caſ. 348. num. 16. Dom. Rouit. in pragmat. 1. num. 3 tit. de receptat.* cum nec teneatur domo cedere, & illic eos relinquere, *Gramm. deciſ. 18. num. 10 Tuſc. litera S. concl. 47. num. 7. Decian. conſ 51. num. 68 & 69. & omnia per Giurbam conſ. 28.* per totum, omnino obſeruandum ad

9 hanc materiam, cui cumules pariter declarari cũ receptantes fuerint conſanguinei, *Ricc. collect. deciſ. 1528. ex Gram. deciſ. 29. & Foller. in conſtit. de perſonis num. 7. in fine. Capibl. de Baron. in pragm. 3 num. 10. Beron conſ 190. nu. 4. vol 3.* ratione ſanguinis, quæ mitius puniri facit, *Menoch. de arbitr. caſ. 348. & Riminald. conſ. 27. num. 21. vt citat de veritate Baiard. ad Clar. quæſt. 90. num 52. & 53. & idem Ricc. coll. 544. Nell. de bannit. par. 3. 2. temp. num. 21. &*

10 *Campeg. in cap. licet num. 8.* & in ipſa tractatione receptationis non diſpliceat haberi, quod receptator malefactorum conuictus per depoſitiones duorum malefactorum in tortura factas, & ſi depoſuiſſent de diuerſis actibus plena probatio ex hoc reſultaret, iuxta formam Reg. pragmatic. quapropter eadem pœna, qua in ea puniri debet, vt latè Author meus in deciſ. 81. infra, ſed dum non fuerint repetiti, quod puniatur pœna extraordinaria, *Dom. Theodor. alleg. 97. Dom. Rouit. in pragm. 1. de recep. malefact. num. 12. vt allegaui infra in d. deciſ. 79. infra.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Quantum tempus hæredi ſtatuatur poſt teſtatoris mortem, vt poſſit à creditoribus, & legatarijs conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes infra tempus conficiendi inuentarium conueniri non poſſunt, etiam ſi hæreditas ſit opulenta, ratio ibidem.*

2 *Exequutio inſtrumẽti guarentigij aduerſus hæredẽ infra tẽpus inuentarij prohibetur.*

3 *Intellectus aliquorum ad text. in §. ſancimus verſ. hæc autem authent. vt cum de appell. cogn & l. fin. §. donec C. de iur. deliber. refertur. & verus ipſarum intellectus traditur num 4.*

5 *Inuentarij tempus iudicatum eſt à Sac. Conſ. eſſe trimeſtre.*

6 *Textus in dicto §. donec, limitatur in aliquibus caſibus, & quid ſi hæres conueniatur rei venditione, num 7.*

DECISIO LXXVI.

QVARTA fuit difficultas infra quantum tempus, poſt mortem teſtatoris, vel alterius etiam ab inteſtato decedentis, hæredes poſſint cõueniri à creditoribus, & legatarijs, & ratio dubitandi ſumpta eſt ex iuribus, quæ videntur ſibi ad inuicem aduerſari: *text. inquam in §. hæc autem verſ. ſancimus auth. vt cum de appell. cognoſc. ex quo ſumpta eſt auth. ſed neque C. de ſepulchro viol.* quibus iuribus deciditur, vt ante nouem dierum ſpatium, in quibus heredes lugere videntur defunctum, nemini liceat hæredes conuenire, aut quocumque modo inquietare, ſiue debiti nomine, quòd à defuncto deſcendit, ſiue alterius cuiuſcumque cauſæ, poſt autem nouem dierum decurſum, ſi quis contra tales perſonas aliquas putauerit habere actiones eas ſecundum leges exerceat, &c.

Contrarium videtur determinare *text. in l. final. §. donec C. de iur. delib* vt ſcilicet ante trimeſtre tempus, vel annum à iure hæredibus conceſſum ad conficiendum inuentarium, nulla creditoribus, vel legatarijs, vel fideicommiſſarijs tribuatur licentia hæredes inquietare ad Iudicium vocare, vel res hæreditarias quaſi ex hypothecarum authoritate vendicare, &c. In præcedenti poſt nouem dies conceditur creditoribus facultas conueniendi hæredes: hic verò denegatur niſi elapſo trimeſtre, vel anno, quod priuilegiũ adeò inconcuſſum, ſtabileq; eſt, vt firmauerit *Bald. in*

1 *d. l. final. §. cum igitur num.* 1. habere locum, etiam ſi euidenter conſtaret hæreditatem eſſe opulentam; & idem tenet *Caſtrenſ ibi num. 2. & ſe ſubſcribit Iacobin. in d. §. donec, & ratio eſt ſecundum eundem Iacobin. num.* 4. quia hæres durante tempore confectionis inuentarij, eſt impeditus circa ipſius confectionem, & neſcit quantum debeat ſoluere, & quomodo ſit obligatus, & quas habeat exceptiones, & defenſiones; & ideo interim non debet moleſtari, etiam quod hæreditas ſit ſoluendo.

Augent difficultatem Hiſpani interpretes, qui

qui leges patrias partitarum explicantes, quarũ *lex final. tit. 13 part. prim. & l. 13. tit. 9. part ſeptim.* diſponunt idem, quod *text. in dicto §. hæc autem verſ. ſancimus*, & dicta authent. ſed neque, vt ſcilicet poſt nouem dies valeant hæredes conueniri. *& lex 7. titul. 6 part. 6. diſponit idem, quod text. in d. §. donec*, vt ſcilicet infra tempora conficiendi inuentarium nun poſſint conueniri, & inquietari, dicunt nihilominus in Hiſpania ſeruari, vt poſt nouem dies conueniri poſſint, iuxta diſpoſitionem dictæ *l. final. & l. 13. ex quibus Didacus Perez in l. 4 titul. 8 libr. 3. ordinat. colum. mihi 14. pag. 629. verſ. quæro vtrum exequutio, tangit quæſt.* vtrum exequutio inſtrumen
2 ti guarentigij poſſit fieri, contra hæredem dicit non poſſe fieri infra tempus faciendi inuentariũ, ideſt infra tres menſes de iure communi, per *text. in d. § donec, ſi tamen ex l. Regni, vel Conſuetudine daretur reſciſſius tempus, poſt illud tempus à lege, vel conſuetudine conceſſum*, poterit peti exequutio, quia ceſſante cauſa dilationis ceſſare debet effectus *l. quod dictum ff de pactis, cap. magnæ extra de voto*, & infert quod cum in Regno Caſtellæ per dictas leges partitarum, detur tantum terminus dierum nouem illis diebus elapſis poterit fieri exequutio, & nihilominus dictæ leges partitarum in vtroque caſu diſponunt, idem quod ius commune, vna quod infra tempus inuentarij, altera quod poſt nouem dies, & iſta attenditur, & practicatur ſecundum Didaçum.

Azeued. in l. final. libr. 4. tit. 21. nouæ recom-
3 *pilat. num. 92.* diſtinguit inter creditores titulo lucratiuo, & creditores titulo oneroſo, & concludit opinionem *Didaci Perez, & diſpoſitionem dictæ l. final. & l. 13 partitarum, quæ ſunt conformes diſpoſitioni §. donec.* procedere quò ad creditores titulo oneroſo, qui poſt decurſum nouem dierum valeant conuenire hæredes Creditores verò titulo lucratiuo, vt ſunt legatarij, & fideicommiſſarij, & hij ſi non les, teneantur expectare trimeſtre conceſſum ad inuentarium conficiendum, & vendicet ſibi locum *d. l. 7. part. 6. & text. in dicto §. donec, & nouiſſimè cum Azeuedo conuenit, & concurrit Morquech. libr. 1. de diuiſ. bonorum cap. 1. num. final. vbi dicit text. in d. §. hæc autem verſ. ſancimus eſſe inuicem aduerſarios. & repugnantes*, & eodem pacto ſibi eſſe contrarias dictas leges partitarum ſupra relatas, & eum eadem diſtinctione dicta iura conciliat, vt ſcilicet creditores titulo oneroſo poſt nouem dies, valeant conuenire hæredes, & habeat locum *text. in dicto verſ. ſancimus, & dicta auth. ſed neque, & dictæ leges partitarum final. & 13. ſupra citatæ*. Creditores vero titulo lucratiuo teneantur expectare trimeſtre, & habeat locum *text. in d. §. donec, & d. l. 7. partitarum*, & eſſet elegans diſtinctio, ſi iura prædicta non repugnarent, & inquit huius opinio eſſe *Rodor. Xuarez in repet. l. poſt rem iudicatam ff de re iudicat. in prima, & quinta ampliat. & 9. limitat. Didacum Perez vbi ſupra, cuius theoricam retulimus, Guttierez de iuramen. confirmat. 2. part. & 4. num. 18. cum ſeqq. Paz in ſua practica in 4. part. 1. tom. cap. 1. à num. 40. cum ſeqq. Rebuff. in titul. de appellat. art. 16. gloſ. 1. num. 26. 3. tom. ſed talem quæſtionem ibi non tangit Rebuff. nec in tit. de lit. oblig. at. quo loci illum ad idem allegat Azeuedus*.

Sed licet pœnes me Hiſpanorum interpre
4 tum authoritas ſemper magna fuerit tamen hoc caſu ab eorum opinione, & ſententia diſcedendum putaui, aliter dicta iura communia intelligendo, & conciliando, ſcilicet, vt *text. in d. §. hæc autem, verſ. ſancimus, & d. auth. ſed neque*, ponant regulam generalem quo ad omnes hæredes, vt infra nouem dies, qui ad lugendum defunctum dati cenſeantur, non poſſint quocumque modo, & quacumque ex cauſa conueniri etiam ex perſona propria, non modo ex perſona defuncti, & ex cauſis deſcendentibus à defuncto, patet ibi debiti nomini quod à defuncto deſcendit, ſiue alterius cuiuſcumque cauſæ, itaque nullatenus illis nouem diebus ad lugandum conceſſis poſſunt conueniri, nec ex propria, neque ex cauſa defuncti, vt inquit textus quibus elapſis poſſint ab omnibus creditoribus conueniri nulla habita diſtinctione, an ſint creditores titulo oneroſo, vel titulo lucratiuo, ſed hoc ſanè intelligendum, vbi elapſis his nouem diebus ſimpliciter adierint abſque beneficio inuentarij, ſed ſi illis nouem diebus decurſis hæredes voluerint conficere inuentarium, gaudeant etiam dilatione trium menſium, vel anni de qua in *d. §. donec*, & hoc pacto iura prædicta non ſunt ad inuicem aduerſaria, & contraria, & *text. in verſ. ſancimus*, procedet regulariter in omnibus hæredibus, vt infra nouem dies non valeant conueniri, poſtea conueniantur, ſecus ſi voluerint conficere inuentarium, quia eſt caſus prouiſus per d. text. in d. §. donec, vt gaudeant dilatione trimeſtris, vel anni, & inter vnum caſum, & alium, hæc eſt differentia, quod ſcilicet intra illos primos nouem dies hæredes non poſſunt conueniri, vt diximus, tam ex cauſa deſcendente ex defuncto, quàm ex qualibet alia cauſa: at intra trimeſtre, vel annum ſolum non poſſint conueniri ex cauſa deſcendente ex defuncto, vt in d. §. donec, & ibi Doctor. & non eſt præſumendum, quod dicta iura, quæ ab vno, & eodem fonte manarunt Iuſtiniano Imperatore, vnum alterum corrigat: non enim veriſimile eſt Iuſtinianum voluiſſe iura contraria edere, & ſe ipſum corrigere vno, eodemq; tempore niſi expreſſerit: nam correctio vitanda eſt contrarietas, & perplexitas, & iura ſemper concilianda ſunt, & ad concordiam reducenda, vt alibi diximus, & nota ſunt iura, quæ hoc dicunt.

Et cum corã me de hac re diſceptaretur he
5 redem conuentum. & opponentes velle gaudere dilatione trimeſtri, non eſſe interim inquietandum cenſui, & ſuperſederi in cauſa decreui, durante termino prædicto ad confectionem inuentarij ſtatuto, quia exceptio prædicta impedit tàm litis conteſtationem, quàm litis ingreſſum, vt tenet *Bald. & omnes Doctor. in d. §. donec, & Cappell. Tholoſ. deciſ. 258.* & his auditis Aduocati, ac partes acquieuerunt decreto.

Sed prædictam opinionem, & deciſionem
6 text. in d. §. donec, non admittunt, & limitant

Doct r. in impenſa funerum in relictis pijs, & alimentis.& vſurarum reſtitutione, quia non recipiunt temporis dilationem ſecundum *Riccard. Malum. Cyn. Bald. Saly. Fulgoſ. Corn. num. 2. Iacob num. 1. & alios in d §. donec, Greg Lop. in d. l. 7. in verb mandado. Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio num 15. ff ſi cui pluſquam per l fale. vbi iura anm. 10. dicens ſe ita vidiſſe practicari, Duen. in r g. 264 exceptio inuentarij in 4. limit. Chaſſan. in conſuetud burgund tit. des ſucceſſiones regul. 7. § 14. num. 9. Xuarez in repet. d. l. poſt rem iudicatam*.

Idem ſi hæres conueniatur rei vendicatione,
9 quia eo caſu conueniretur, vt quilibet poſſeſſor,
non vt hæres, vt concludit *Angel. in loco ſupra citato, per text. in l Neſennius §. ſi fundus ff. de re iudicat. & ibi Imol. & fuit opinio Odoffr. in d. §. donec, & ſequuntur etiam Bald. & alij ibi, & Corn. num. 1. Gregor Lop. & alij ſupra relati*, Cyn. tamen ibi tenet contrarium, & mihi valdè arridet opinio Cyni, & ſequacium, quæ videtur in puncto iuris tutior, quia ſi hæres conuenitur rei vendicatione ex cauſa habita cum defuncto, vtique ex illa cauſa tenetur ſe adiuuare, & defendere, at non poteſt ante confectionem inuentarij eſſe certus de iuribus, & exceptionibus, quæ ex inuentario poſſunt reſultare, & excludere intentionem agentis, & ideo, vt in initio diximus cautum eſt ne hæres infra trimeſtre, vel annum non moleſtetur, quia interim vacat confectioni inuentarij, & ſe inde inſtruere de viribus, & iuribus hæreditatis, quæ ratio militat, ſiue agatur rei vendicatione, ſiue hypothecaria deſcendente ex cauſa habita cum defuncto, quam hypothecaria impedit ille text. durante dicto tempore, tu cogita cum caſus occurrerit, quia vt aduertit etiam *Corn. Fulgoſ. magis videtur adhærere opinioni Cyni, & ibi Fulgoſius allegat bonas rationes, de quibus ibi per eum, ſed quia ſententia Domini Odoffredi, Baldi, & Angeli* magna authoritate ſuffulta eſt, dicit, quod cum illa poteſt tranſiri.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres durante tempore confectionis inuentarij conueniri nequit à creditoribus, & legatarijs, cum ampliat num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

10 *Hæres durante tempore inuentarij alios conueniens reconueniri poteſt cum ampl. nu. 11. & 12.*

13 *Hæres ommittens conficere inuentarium, an perdat legitimam.*

14 *Filius hæres ommiſſēs inuentarium an perdet detractionem trebellianica, & falcidia.*

1 Supra in *deciſ. 7. & 42.* multa cumulaui in
materia effectus, ac tractationis inuentarij cum promiſſione quod hoc loco recenſerem caſus in quibus hæres durante tempore inuentarij valet conueniri (dum reaſſumitur ex eo quod hæres durante tempore confectionis inuentarij conueniri nequit à creditoribus vel legatarijs vt in ipſa &c.) quæ firma-
2 tur *ex de Franch. deciſ. 352.* ita vt nec contra
eum exequutio cauſari poſſit *Boer deciſ. x. nu. 9. & 3. & deciſ. 83. intrigl. conſcient. caſ. 99. nu. 14. Cancer. c. 2. num. 156. Tepat. tit. 2. de inuentar. col. 2. Valaſc. de partitis c 8. num. 23. Lanar. conſ 46. num 6 Parlador. rerum quotid. lib. 2. c. fin. p. 5. §. p. nu. 7. Viu lib p opin. 257. in prin-*
3 *cipio*, quod poteſt ampliari etiam in ſententia
contra defunctum lata, vt nec poſſit contra hæredem exequi durante inuentarij conficiendi tempore *Craſſ. de ſucceſſ. §. inuentarium q. 16. num. 2 Cancer. 2. reſol. c. 3. num. 98. & lib. 3. reſol. c. 2. num. 156. & Baez de debit. inope c. 6 nu.*
4 *17.* Et nec Hyppothecaria conueniri valet hæres
ſi deſcenderit ex contractù cum defuncto celebrato *Cancer d. c. 2 num 151.* alias ſecus vt *de Franch. deciſ 352. num. 5 & ipſe Cancer. d. c. 2.*
5 *num. 162. adhuc ſi hæreditas* diues fuerit *Boer.*
deciſ. 53.
6 Sed ſi pro funeris impenſa conueniretur hæres
vt ad caſus promiſſos deſcendam in quibus hæres durante tempore confectionis inuentarij cōueniri poteſt tunc non obſtante tempore ipſo valet conueniri &c. *Viu. lib. opin. 257. lim. 4. Phaunec. de inuentario p. 4. num. 6.*
7 Pro vt pro ſoluendis medicinis *Carot. ſingul.*
246. Rol de inuentar. p. 4. num. 5. & Monticul. de inuentario ad l. fin. verbo licentia num. 162.
8 Et pro legato pio *Mayn. deciſ. 51. lib. 3 Intrig.*
caſ. conſcient. 99. nu. 5. Ricc. col. 463.
9 Et pro alimentorum legato *Gratian. diſcept.*
236. num. 52. Viu deciſ. 74. num. 4. & 5. ſi de futuris agatur non de preteritis *Surd. de alim. priuil. 11. num. 5.*
11 Et adde ſi hæres durante tempore inuentarij
alios conuenit tunc reconueniri poteſt *Cala. de modo articul. gloſ. p. num. 1014. Cancer. d. c 2. num. 165.*
11 Pro vt in actione reali *Franch. deciſ. 352. Oli-*
ban. de actionib. p 2. lib. p. c. primo num. 68. Seſſe deciſ. 153. nu. 3.
12 Et quando hæres ſe paraſſet ad fugam tunc
tempore inuentarij valet conueniri *Alſan. coll. 1740 Donat. à fina lib. 3. com. opin. tit. de indic. verbo inuentarium* pro vt de alijs caſibus *Giurba in comento ad conſ. Meſſaneſ. c. 9. gloſ. 4. p. prima à principio vſq; ad finem*.
13 Et nota neq; inuentarium ſi fuerit ommiſſum
operare perdi legitimam *Marc deciſ. Delphin. 57. nu. 4. vol. primo Chacher. deciſ. 148. n. x. Gaill. obſeru. 138. lib. 2. nu. 15. & Ioann. Philipp. conſ. 26. nu. 42. arg. Accurſ. in l. fin. § fin autē. Hoc aliquis fecerit in verbo Sacramento in fine ibi in 4. tamen C. de iure deliberandi vbi DD.*) ſed an
14 excludat à detractione trebellianicæ omiſſio in-
uentarij, & falcidiæ per *Oſaſc. deciſ. 147. & poſt eum D. Io. Anton. Bellon. Pedemontanæ regio-*

nis

nis in iuris prudentia numen, eiuſdem Sacri Senatus lumen, & primarius Præſes meritiſſimus in conſ. ſuo 57. num. 9.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An reſignatarius beneficij Eccleſiaſtici, cui facta fuit reſignatio fructibus, retentis eius vita durante, poſſeſſionem reſignati beneficij quæſierit.

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ de publicandis reſignationibus, quid diſponat.*

2 *Regula de publicandis non habet locum, vbi Papa reſeruauit fructus omnes reſignanti quandiù viuit, & per quid intelligatur facta hæc publicatio num. 3.*

4 *Publicatio ſi facta fuerit per tres, vel quatuor dies ante mortem reſignantis, tūc beneficium non dicitur vacare per obitum, ſed per reſignationem.*

5 *Penſio impoſita, quæ imponi non poteſt, bullam, & reſignationem minimè vitiat, & quæ ſit ratio ibidem.*

6 *Reſignans ſi poſt eam celebrare viſus ſit fructus percipere, & alia agere, intelligitur iure familiaritatis.*

7 *Beneficium alicuius ſi ſit vnitum, & ille poſtea aliquid faciat in Eccleſia vnita, non interuertit poſſeſſionem Rectoris.*

8 *Papa permittendo reſignanti, quod fructus percipiat, an videatur concedere, quod remaneat in poſſeſſionem.*

9 *Reſignatione acceptata, eo ipſo cenſetur reſignans à poſſeſſione tituli, & beneficij cecidiſſe.*

10 *Penſionarius non tenetur recitare officium, & horas canonicas, & an teneatur facere reſidentiam num. 11.*

12 *Actus ex errore geſti non præiudicant veritati.*

13 *Penſionarius tenetur ſoluere caritatiuum ſubſidium Epiſcopo.*

14 *Titulus ſufficit ſi ſummariè probetur, quando non agitur ad finem pronunciandi ſuper illo.*

15 *Penſio iure licito percipitur, quamuis bulla non adſit, ſi authoritate Papæ percipiatur, & Rector literis expeditis minimè contradicit.*

16 *Signatura ſola eſt ſufficiens ad capiendam poſſeſſionem.*

17 *Poteſtas ſufficit in conferente naturaliter adeſſe, licet ex aliquo accidenti ſit impeditus, dummodo non ſit inducta priuatio ipſo iure.*

18 *Extrauagantes non poſſunt dici eſſe de corpore iuris communis.*

19 *Vnicus actus requiritur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem in ſpiritualibus.*

20 *Ordinarius habet intentionem fundatam conferendi omnia beneficia in eius Diœceſi exiſtentia.*

21 *Cognitio, quæ defertur Iudici laico vigore Capitulorum Regni eſt præciſè ſummaria, & extraiudicialis ſuper poſſeſſionem tantum.*

DECISIO LXXVII.

MAxima fuit controuerſia, me patrono deciſa, an reſignatarius beneficij eccleſiaſtici, cui fuit facta reſignatio, retentis fructibus per reſignantem eius vita durante quæſierit poſſeſſioné beneficij reſignati, cauſa hæc fuit ardua, tam reſpectu articulorum iuris, quam reſpectu perſonarum litigantium, ſiquidem iudicium fuit inter Reuerēd. Ioannem Vincentium Lanarium fratrem Ioannis Antonij Lanarij, eximij Iureconſulti, & eo tempore Conſiliarij, poſtmodum Regentis in Supremo Italiæ Cōſilio apud Inuictiſſimum olim Regem noſtrum, à quo promeruit Comitatus dignitate decorari. Ipſe enim partes fratris, meq; cauſæ patronum ſuſcepit; & Ioannem Vincentium de Anna inter Aduocatos primarium, & celeberrimum Iureconſultum, Baronem Carouillarum, qui tanquam Baro, & patronus beneficij Eccleſiaſtici, de quo contendebatur, prætēdebat nullam poſſeſſionem fuiſſe adeptam per reſignatarium, & proinde mortuo reſignante vacauiſſe beneficium per obitum, & ad ipſum tanquam patronum ſpectauiſſe ius præſtandi, prout præſentauerat Ferdinandum filium in eodem beneficio. Fuit deciſum pro Lanario, redditas à me tunc allegationes inſeram, ex quibus deciſio facta elicitur.

Hæſitatur, vt percipere potui in hoc iudicio poſſeſſorio, vigore capitulorum Regni, intentato per Reuerendum Dominum Ioannem Vincentium Lanarium, contra Magnificum Ioannem Vincentium de Anna, ac Reuerendum Ferdinādum filium, quod beneficium, de quo contenditur, non vacauerit per reſignationem quondam Magnifici, & Reuerendi Ioannis Franciſci Sarriani, quo titulo per Reuerendum Dominum Lanarium poſſidetur, ſed per eius obitum, ex infraſcriptis motiuis. Et

Et primò, nam cùm dictus quondam Reuerendus Ioan. Franciſcus Sarrianus in anno 1553. dictum beneficium, & Abbatiam Sancti Petri del Taſſo reſignauerit in manibus Pōtificis ad commodum, & fauorem Magnifici Pompei Seripandi retentis fructibus omnibus pro penſione ſua vita durante, quos percepit per fructuum retentionem, & perceptionem factam, poſſeſſio non fuit tranſlata in reſignatarium, ſed remanſit penes reſignantem, & ex conſequenti beneficium vacauiſſe, intelligitur per obitum eius, qui vſq; ad extremum vitæ diem fuit in poſſeſſione.

Secundò, quia poſſeſſio tam reſpectu fructuū, quam reſpectu iurium ſpiritualium fuit ſemper continuata per dictum Sarrianum, & eius nomine miſſæ celebratæ, & alia geſta pertinentia ad Rectorem beneficij.

Tertiò eſto, quod poſſeſſio eſſet penes reſignatarium, obſtat regula Cancellariæ de non iudicando ſecundum tenorem ſupplicationis, ſed literarum expeditionem, & cum non fuerint expeditæ bullæ per Seripandum, ſed tantum velit Reuerendus Actor ex perſona Seripandi ſe tueri ſupplicatione ſignata per Papam non poſſit, quia contra regulam prędictam.

Quartò, quia quatenus Reuerendus Actor velit ſe tueri bullis expeditis per Ordinarium Epiſcopum Triuentinum, tam in perſona Seripandi, quam in perſona ipſius, illæ ſint inualidæ, ex quo Ordinarius non poteſt reſeruare penſionem illo modo, ſed ſolus Papa, neque coram Ordinario poteſt reſignari ſub conditione.

Quintò, quia beneficium prædictum eſt de Conciſtorialibus, cuius inſtitutio pertinet ad Papam, & Sedem Apoſtolicam, & proinde bullæ per Ordinarium expeditæ præſtant titulum infectum, & inualidum ex defectu poteſtatis Ordinarij.

Ego verò hæſitationi reſpondendo, arbitror omninò ſupradictis difficultatibus non obſtantibus reſpondendum eſſe pro Reuerendo Actore, & iudicandum beneficium prædictum vacauiſſe per reſignationem, non per obitum, & dictum Dominum Lanarium poſſeſſorem eſſe defendēdum remedio capitulorum implorato.

Et quò ad primum dubium, penes quem intelligatur eſſe poſſeſſio, penes reſignatarium, vel penes reſignantem penſionem, mihi nunquam dubium viſum eſt, & ita credo Illuſtribus Dominis Iudicantibus fore viſurum nullam penes reſignantem penſionarium poſſe conſiderari poſſeſſionem, ſed illam facta reſignatione, & acceptata in reſignatarium fuiſſe tranſlatam, & apud ipſum reſidere. Hanc enim quæſtionem in terminis tractauerunt *Sarnenſ. ſuper regul. Cancellar. in regul. de publicand. reſignat. quæſt. 2. & Rebuff. in ſua praxi benefic. in eadem regula in 3. gloſ. & in regula ratione perſonæ, & rei nu. 23. cum ſequent. ſed omnium latiſſimè Petrus Paulus Pariſ. conſ. 39. volum. 4.* Dubitauerunt enim præfati Doctores, num regula illa de publican. reſi-
1 gn. diſponens, quod ſi reſignans beneficium, & intra ſex menſes in Curia Romana ſi ibi eſt facta reſignatio, & ſi extra Curiam intra menſem reſignationem non publicauerit, & poſſeſſio à reſignatario petita nō fuerit, decedat, quod beneficium non dicatur vacare per reſignationem, ſed per obitum, habeat locum vbi quis reſignauit, retentis omnibus fructibus pro penſione quādiù viuat, & Sarnenſis diſtinguit tres caſus, & in primo, & tertio decidit punctualiter hunc articulū ibi, dum concludit, quod reſignans per reſignationem ius, & poſſeſſionem naturalem, & ciuilem amiſit, & ſi quid faciat, & intruſus dicitur; ſed nedum Sarnenſem hoc in loco allegamus, ille contra nos retorqueatur, dum ſubdit, quod non facta publicatione intra ſex menſes, intelligatur beneficium vacare per obitum, non per reſignationem. Aduerto, quod contrarium, quoad hoc tenet ibi Rebuff. & Sarnenſem reprehendit, & merito: nam Rebuff. inquit in gloſ. 3. num. 4.
2 Regulam prædictam non habere locum, vbi Papa reſeruauit reſignanti fructus omnes quamdiù viueret: nam licet reſignans iuxta Papæ voluntatem fructus per ſe percipiat, & ſic in poſſeſſione perceptionis fructuum mortuus fuerit, non tamen vacabit beneficium per obitum, ſed per reſignationem, ac ſi regulæ derogatum eſſet, ſiuè beneficium exigat, vel non exigat reſidentiam: nam Papa ſic conferēdo videtur huic regulæ derogare: perceptione enim fructus permiſſa, per conſequens videtur Papa permittere, quod in poſſeſſione permaneat, & ſic Papa cenſetur huic regulæ derogaſſe, & nihilominus eo mortuo beneficium vacabit per reſignationem, & ad rationes Gomeſij reſpondit, quod ſufficit, quod reſignans permaneat in poſſeſſione authoritate Papæ, neque decipiuntur Parrochiani, aut expectātes cum hoc fiat iure, & à Papa, cuius authoritate nemo decipitur, *l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impet.* Itaque omninò concludit iſto caſu, etiam quod reſignās permaneat in poſſeſſione perceptionis fructuum Papę authoritate beneficium vacare per reſignationem, non per obitum, eſto contrarium tenuerit Sarnenſis, ſed vt omnis tollatur difficultas, non poteſt hæc regula obijci contra nos, ſed opinio Sarnenſis facit pro nobis: nam non concludit Sarnenſis beneficium vacare per obitum facta publicatione, etiam in caſu
3 noſtro facta fuit publicatio, quæ intelligitur facta per capturam poſſeſſionis, vt late *Rebuff. in dicta regul. gloſ.* 10. Poſſeſſio autem fuit capta per procuratorem Seripandi, & Miſſa decantata in Eccleſia eius nomine, & in ſignum captæ poſſeſſionis die 5. Iunij 1553 vt conſtat in proceſſu, & eſt verum in facto, & licet poſſet obijci, quod à die ſignatæ ſupplicationis vſque ad diem captæ poſſeſſionis ſunt lapſi ſex menſes, & ſic publicatio non fuit facta intra tempus ſtatutum à regūla ſex menſium, ergo regula obſtaret ſecundum Gomeſ. & beneficium vacaret per obitum, tamen aduerto, quod reſignatarius non aſtringitur præciſe infra ſemeſtre ad publicādum: nam prædicta regula in foro iudiciali practicatur, & ita paſſim obſeruatur, vt etiam poſt ſemeſtre ſufficiat fieri publicationem, & capi poſſeſſionem, dum-
4 modo per tres, vel quatuor dies ante mortem reſignantis fuerit facta publicatio per capturam poſſeſſionis, beneficium intelligitur vacare per reſignationem, non per obitum, ita teſtatur *Rebuff.*

buff. in commento dictæ Regulæ in gloſ. 11. quem
videant Domini Iudicantes, itaque vtcumque ſit
dictæ regulæ intelligitur ſatisfactum, poſtquam
ante mortem Sarriani per Seripandum capta fuit
poſſeſſio, licet per aliquos dies poſt ſemeſtre. &
ideo ſuccedit, vt tam Sarnenſis, quam Rebuff. in
ſpecie deciderint hunc caſum pro nobis, & ſe-
cundum eos, & veram opinionem, beneficium
per reſignationem, non per obitum vacare in-
telligatur, & licet eandem opinionem tetigerit
Rebuff. in regula ratione perſonæ, & rei num. 23
& referat fuiſſe iudicatum, non valuiſſe reſigna-
tionem, vbi quis reſignauit retentis omnibus fru-
ctibus pro penſione, quia non poteſt quis reſer-
uare ſibi vltra tertiam partē fructuum, vt latius
dn hoc ipſe ſcripſit *in tract. de pacific. poſſeſſ.
in 18. ampliation.* & proinde fuiſſe deciſum in
illo caſu, beneficium vacauiſſe per obitum, non
per reſignationem, tamen, vt ipſe aduertit, alia
ratio mouit Senatum ad ſic iudicandum, quam
ratio penſionis impoſitæ: nam non per hoc vi-
5 tiatur reſignatio, & bulla ex eo, quod impona-
tur penſio, quæ imponi non poteſt: nam bulla, &
reſignatio valebit in cæteris circumſcripta pen-
ſione: nam in beneficialibus vtile per inutile non
vitiatur, *cap. ſi eo tempore de reſcript. lib. 6. cum
alijs ad id per Rebuffum allegatis, eandem quæ-
ſtionem in terminis conſulendo ſequutus eſt Pa-
riſ. in dicto conſ. 39. 4. volum* quem allegat Re-
buff. in loco ſupra citato, in eo, qui reſignauit
retentis fructibus, & poſt reſignationem fuit vi-
ſus percipere fructus: immò quod fortius mini-
ſtrare Sacramenta in Eccleſia reſignata, & habi-
tare in domo beneficiali concludit Pariſ. benef.
eo mortuo intelligi per reſignationem, non per
obitum vacaſſe.

Et ex hoc tollitur ſecundum dubium ſupra
propoſitum, quod Sarrianus ſemper poſſedent,
& eius nomine fuerint miſſæ celebratæ, & alia
geſta, quæ ad Rectorem pertinent: nam, vt in-
quit Pariſius, iſti non obſtant, neque peruertunt
poſſeſſionem reſignatarij, quia vera poſſeſſio, vt
ipſe concludit, conſiſtit in ſpiritualibus, vt notat
per *gloſ. & Ioan. Andr. in cap. commiſſa de
election. lib. 9. & per Innocent. in cap. literis
extra de reſtitut. ſpoliat.* & ego inferius hoc la-
6 tius fundabo, & ad illud, quod reſignans fue-
rit viſus poſt reſignationem celebrare, & alia
facere, fructus percipere, & habitare in domo
beneficiali, reſpondet, quod intelligitur potius
iure quodam familiaritatis, quod non tribuit ius
poſſeſſionis, & ad euitandum circuitum, nec re-
ſignatarius percipiat, colligat, & poſtea ſoluat, vt
ibi per eum, neque poteſt dici inconueniens, &
argui ab eo, quòd fuerit viſus poſt reſignationem
celebrare, &c. nam non ſequitur per hoc, quod
non amiſerit ius, & proprietatem, ſicuti eſt vide-
re in Rectore, cuius viuentis beneficium eſt vni-
tum: nam hoc ipſo deſinit eſſe Rector, & ius ali-
quod in beneficium retinere non dicitur, & ta-
men ſi adminiſtrat, non eſt inconueniens, & ex
hoc non dicitur ipſe poſſidere, vt egregiè conſu-
luit Oldrad. conſ. 257. factum tale eſt, vbi con-
7 cludit, quod duo poſſunt poſſidere, ſed diuerſis
reſpectibus, & ideò non quia ille, cuius benefi-
cium eſt vnitum aliquid faciat, in Eccleſia vnita
interuertit poſſeſſionem Rectoris, qui poſſeſſio-
nem beneficij fuit adeptus, vt latè ibi per eum
colum. penultim. & final. & faciunt, quæ in eiſ-
dem terminis noſtris conſiderat *Rebuff. in dicta
regula de publican. reſignat. gloſ. 13.* ſcilicet,
quod aliud eſt poſſidere, aliud eſt eſſe in poſſeſ-
ſione, *l. ſi quis ante ff. de acquirend. poſſeſſion.* nã
ille, qui percipit fructus pro penſione, dicitur eſ-
ſe in poſſeſſione, ſed non poſſidere; reſignatarius
verò dicitur verè poſſidere quemadmodum in
colono dicitur, qui dicitur eſſe in poſſeſſione, &
non poſſidere, ſic etiam in eo, qui mittitur in poſ-
ſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, qui dicitur eſſe in
poſſeſſione, & non poſſidere, per *text. in l. 3. §.
creditores ff. vti poſſidetis, & l. cum legati ff. qui-
bus ex cauſis in poſſeſſione eatur, & Dec. in cap.
conſultationibus extra de offic. delegat.* ſtat ergo
vera concluſio, & reſolutum primum, & ſecun-
dum dubium, quod vbi quis reſignat retentis
fructibus pro penſione, etiam quod poſt reſi-
gnationem fructus percipiat, & in poſſeſſione
permaneat, & Sacramenta miniſtret, dummodò
reſignatarius cæperit poſſeſſionem mortuo re-
ſignante, beneficium non intelligitur vacare per
obitum, ſed per reſignationem ex ſupradictis, &
ex his videtur eſſe ſopita iſta quæſtio, vt non vi-
deam, qua ratione. Pars aduerſa illam infringere
poſſit, aut in dubium reuocare, certum eſt autē
in caſu noſtro, quod tam Seripandus, quàm *La-
narius* poſſeſſionem adepti fuerunt Eccleſiæ, &
tituli beneficij, & Abbatiæ, & ideò non per hoc
illam amiſerunt, ex quo alius in Eccleſia miſſam
celebrauit: non enim ſequitur non celebrauerũt,
neque celebrari fecerunt, ergo illum amiſerunt,
vel alius, qui celebrauit eſt in poſſeſſione: nã po-
tius eſſet intruſio, vt concludit *Sarnenſis ſæpius
per me allegatus ſupra de publican. reſignat.
quæſt 2. in princ.* caſu, & illud non celebraſſe
miſſas, &c. eſt culpa, peccatum, & delictum, de
quo Ordinarius, non Iudex laicus cognoſcit.

Sed mihi vlterius cogitanti viſum eſt poſſe
ſubſtineri. & rectè quidem, (ni fallor) nullam
quidem poſſe conſiderari pœnes reſignantem,
facta reſignatione, ſed pœnes reſignatariũ, poſt-
quam cæpit poſſeſſionem, & hinc eſt, quod mihi
non placet opinio Rebuff. ſupra relata in illo ca-
8 pite, dum concludit, quod Papa permittendo
reſignanti, quod fructus percipiat, videtur per-
mittere, quod permaneat in poſſeſſione, niſi ve-
limus intelligere, prout declarat *Rebuff. in dicta
gloſ. 13.* quod permanere in poſſeſſione non ſit
poſſidere, & tunc eius opinio mihi ſatisfacit, ſed
ſi aliter Rebuff. ſẽtiret. ſcilicet quod poſſeſſio ve-
rè, & ſubſtãtialiter cõſideretur ex tacita permiſ-
ſione Papę pœnes reſignantẽ, ex eo, quod fructus
percipiat iſtud arbitror eſſe falſiſſimum, & iure
aliquo ſubſtineri non poſſe, ſiquidem aut volu-
mus dicere, quod remaneat in poſſeſſione bene-
ficij, vel penſionis, vt beneficij, & hoc eſt, vt dixi,
falſiſſimum, quia penſio non eſt beneficium, ſed
datur pro iure temporali Eccleſiæ, non pro iure
ſpirituali. *Cardinal. in cap. cõſtitutus, & ibi An-
ton. de Butr. extra de religioſ. dom. Felyn. in cap.
ad audientiam il ſecondo num. 5. extra de re-
ſcript.*

Digitized by Google

ſcript. niſi fuerit conceſſa penſio in titulum beneficij,& tunc eſſet oſtendendus in titulus alias, vt quid prophanum, & merè temporale iudicatur, *Gigas in tractat. de penſ. Eccleſiaſt. quæſt.3. quæſt.7. quæſt.16. & queſt.52. & Caecialup. in eodem tractatu queſt. vltima num.* 10. aut volumus dicere, quod remanet in poſſeſſione iuris iſtius prophani, & temporalis, & tunc verũ erit dicere ipſum amiſiſſe ius, & poſſeſſionem naturalem,& ciuilem beneficij, & ipſius tituli Eccleſiæ, vt concludit *Sarnenſis in dicta quæſt.2. in regul. de publican. reſignat.* & iſtud ius prophanum non eſt in conſideratione, quia nos agimus de poſſeſſione ipſius tituli beneficij,& Eccleſiæ, in quo conſiſtit vera poſſeſſio:nam en ipſo,quod
9 reſignans reſignauit beneficium, & fuit acceptata reſignatio, eo ipſo dicitur cecidiſſe à poſſeſſione tituli,& beneficij,& ſe ipſum ſpoliaſſe poſſeſſione tàm naturali,quàm ciuili, vt ſupra dixi, & concludit *Rota deciſ.4. in titul. de renunciat. in nouis. vbi latè Anton. M. Pap. in addit. & Caſſador. deciſ.4. de reſtitut. ſpoliat. num.* 3. vbi dixit, quod facta ceſſione beneficij abdicat quis à ſe dominium,& poſſeſſionem ſecundum *Innocent. in cap ſuper hoc extra de renunciat. Ioan. Andr. Imol. & Abb. in cap. ſollicitè extra de reſtitut ſpoliat.*& ſecundum alios, quos ibi allegat, quare non poteſt dici reſignantem permanere in poſſeſſione,ſi nulla in ipſo reſidet poſſeſſio, ſed illa in reſignatarium fuit tranſlata, & ideo in caſu noſtro in beneficijs attenditur præcipuè poſſeſſio tituli,& ipſius beneficij, ſeù Eccleſiæ,& titulus *in cap ex frequentibus extra de inſtitul. cap. beneficium de regul. iur. libr.6. vbi Dyn. & Doctor. in cap literis extra de reſtitut. ſpoliat. gloſ. final & Doctor. in cap. ex inſinuatione extra de procurator.* præcipuè quando beneficium reſignatum fuit *cap. final. & ibi Doctor. de præbend. libr. 6. & in cap.1. extra de rerum permutatione*, vbi ex his,& alijs, quæ ad id citat tenet *Boer. deciſ.24. num* 8.& eo ipſo, quod reſignatarius apprehendit poſſeſſionem ipſius tituli,& Eccleſiæ, dicitur apprehendiſſe poſſeſſionē omnium rerum temporalium ad ipſum titulum, ſeù Eccleſiam pertinentium, vt permulta concludit *Couarruu. variar. reſolut. libr.* 3. *cap.* 16. *num.*10. *cum ſequentibus.* vbi infinitos Doctores allegat, quos non tranſcribo, itaque parum refert ex ſupradictis, quod reſignans percipiat fructus, vt merè prophanos, & temporales, ſi reſignatarius obtinet ipſum beneficium, ipſum titulum, & Eccleſiam, in qua conſiſtit vera poſſeſſio, quod ſi aliter diceremus, eſſet dare incompatibile ſub eodem tecto, quod in his terminis dari non poſſe, tenet *Gigas in dicto tractatu de penſ. Eccleſ. quæſt.*32 meo itaque iudicio potius eſt cenſendum, quod permittendo Papa fructuum retentionem nomine penſionis, illa verba nil aliud importent, niſi quod obligent Rectorem, & reſignatarium ad ſoluendam fructus nomine penſionis,& hoc caſu fructus ſint appoſiti taxatiuè, non demonſtratiuè, argument. eorum, quæ ad hoc dixerunt *Felyn. in dicto cap. ad audientiam in ſexta concluſione num.7. & Gigas in dicto tractatu quæſt.62. & Caccialup. quæſt.16.*

Et pro mea confirmanda opinione ego allego *text. in ratione ſui, & ibi gloſ. in cap. cum venîſſet extra de reſcript.* in ijs enim terminis inquit text. quod is poſſidet, cuius nomine poſſidetur, certum eſt autem, quod vbi reſignans percipit fructus, poſſidet nomine reſignatarij, cui reſignauit, cui poſt eius mortem fructus debebuntur, ergo reſignatarius poſſidet, & gloſ. ibi in verbo annuam penſionem, ſubdit, quod perceptio penſionis eſt ſignum traditæ poſſeſſionis, licet in eo, qui donat, vel vendit retêtis fructibus, quod ex hoc tranſtulit poſſeſſionem per iura vulgata in *l. quiſquis, & l. ſi quis argentum §. ſed, & ſi quis C. de donat. cum alijs ad id ſimilibus per gloſ. citatis*, itaque ſecundum text. & gloſ. vera poſſeſſio, vbique conſideratur pœnes reſignatarium, non pœnes penſionarium, quod confirmat *Oldrad. conſ.* 168. ad primam quæſtionem concludens, quod vbi in beneficio ponitur penſio, ſemper beneficium,& illius poſſeſſio intelligitur reſidere pœnes illum, cui beneficium eſt reſignatum, ſed onus intelligitur appoſitum ſoluendum ipſi reſignanti.

Et mea opinio duplici fulcitur adhuc ratione: nam primò ſi verum eſſet quod penſionarius eſſet in poſſeſſione, ex eo, quod fructus percipit, neceſſe eſſet dicere, quod teneretur de iure dicere diuinum officium, & horas canonicas, iuxta ordinem *Sacri Lateranenſis Concilij in 9. ſeſſion.* præcipientis expreſſe cuilibet beneficia-
10 to.& poſſeſſori dicere officium, ſeu dicere, quod penſionarius teneatur recitare officium, & horas canonicas, eſt falſiſſimum, quia ad hoc non eſt obligatus, vt tenet, & concludit *Gigans in d. tract. quæſt.30. vbi refert vltima Lateranenſis Concilij*, ergo falſum eſt dicere, quod ſit in poſſeſſione ex fructuum perceptione, quæ perceptio non eſt conſiderabilis in materia poſſeſſoria beneficiorum, vt dixi ſupra.

Secundò, & vltimò, ſi penſionarius eſſet in poſſeſſione, teneretur facere reſidentiam, quia ſiue beneficia ſint curata, ſiue ſine cura, & ſimplicia exigunt reſidentiam ſecundum *Innocent. in cap. ex tuæ extra de cler. non reſid. Hoſtienſ. Abb. poſt Ioan. Andr. in cap. final. eodem titulo*, vbi concludunt quod ſiue magnæ, ſiue modicæ quantitatis ſint beneficia reſidentiam requirunt, vt plenius firmat, *Dec. in cap. peruenit il ſecondo extra de appellat. & facit text. in cap. quia nonnulli extra de cler. non reſid & extrauagãs Ioannis XXII.*
11 *incip. execrabilis in fine, ſed penſionarius non tenetur facere reſidentiam, vt tenet Archidiacon. in cap. quamuis il primo colum. 3. de præbend. lib. 6. & ibi Franchus colum. .. in 2. notab. Cardinal. in cap. final extra de cler. non reſid. in 11. quæſt. Sarnenſ. in commento regulæ de annali poſſeſſ. quæſt.21. & Gigans in d. tractat. quæſt.*31. ergo nulla poſſeſſio poteſt aſcribi penſionario.

Nec dicatur,& obijciatur, quod Sarrianus fecit reſidentiam, ipſe fuit viſitatus ſemper, vt Rector, vt Rector, ipſe comparuit in Synodo, & alia geſſit pertinentia ad Rectorem:nam reſpondeo, vnà cum Sarnenſe in dicta regula de publican.

Digitized by Google

lican.reſignat.quæſt.2.quod iſtæ fuit error,& intruſio:nam eo ipſo,quod reſignauit, & beneficiū alteri inſtitutum illico cecidit ab omnibus iſtis iuribus,& honoribus,vt ſupra concluſi, & idcò dicit Sarnenſ. quod iſta iura ſpiritualia honorifica,vt ſunt etiam oblationes,obedientia,& decimæ debentur verò Rectori, & reſignatario non reſignant, qui amiſit omne ius,alias reſignans dicitur intruſus,& idem *Sarneuſ.quæſt.7.in dicta regula de publican.reſignat.*vbi dicit,quod reſignans permanens in poſſeſſione poſt reſignationem conſtituitur in mala fide, & tenetur ad fructuum reſtitutionem, ergo omnia,quæ geſſit,& quæ geri paſſus fuit,vt intruſus geſſit, & paſſus fuit,& Ordinarius ex errore eius nomine viſitauit,& ipſum in Synodo admiſit, cum verum ſit dicere,alterum eſſe verum poſſeſſorem, & reſignatarium,& per miſſæ celebrationem,& decantationem factam tempore captæ poſſeſſionis per Seripandum.

22 Hi actus igitur ex errore geſti, non poterunt præiudicare veritati ad *text. & Doctor. in cap. final. extra de confeſſ.* niſi dicamus, quod hæc onera reſpiciebant dictum Sarrianum tanquam fructus percipientem, quia ipſe tenebatur miſſas celebrari facere,quia de altari viuebat, ergo debebat ſeruire altari,iuxta *text.in cap.cum ſecundum Apoſtolum extra de præbend. & dignit.* & ipſe tenebatur ad ornamenta Eccleſiæ, cum hæc omnia ſint onera, quæ poſſeſſorem fructuū [illegible], iuxta illud, quod diximus de poſſeſſione, & percipiente fructus, quod teneatur ad onera realia,& ad collectas,& alia,de quibus per *text.in l.ſi pendentes §.penultim.ff.de vſufruct. & l.hactenus,& l.arbores in fine,iuncta gloſ.ff. eodem,& fructuarius,& penſionarius æquiparantur,vt per Doctor.in clement. 1.§. eodem de ſuppl.negligent.Prælat.* & quia charitatiuū ſubſidium, & alia debent præſtari de fructibus beneficij,vt colligitur per *text.in cap. conquerente extra de offic.Ordinar.& in cap. cum apoſtolus §.final.extra de cenſibus*,& ideo Doctor. dicūt,

23 quod penſionarius,qui fructus percepit tenetur ſoluere charitatiuum ſubſidium Epiſcopo ſecundum *Innocent. in cap. cum non ſic extra de decim.circa finem*,vbi dixit,quod quando penſio eſt aſſignata ſuper aliquo fundo, tranſit cum ſuo onere,& facit *text.in cap.tua nobis circa finem extra de decimis*,vbi dicit text. quod colonus,qui fructus percipit, tenetur ad ſolutionem decimarum,& ita conſuluit *Dec.conſ.158. et Gigas in d tract.de penſionib.Eccleſ. quæſt.* 38. & penſionarius tenetur ad ſolutionem decimæ Papalis,&alia ſimilia,vt per Ipura concludit *Gigans vbi ſupra quæſt.59.& ante ipſum Caccialup. in eodem tractat.quæſt.17.* itaque poſtquam tenebatur Sarrianus ad hæc omnia,vt fructuarius nō mirum,ſi ipſe miſſas celebrari fecit, & eius nomine facta viſitatio,& alia,de quibus ſupra.

Reſolutis ex his primo, & ſecundo motiuo, venio ad tertium, quod Regula Cancellariæ de non iudicando,ſecundum tenorem ſupplicationis,non obſtat in hoc iudicio poſſeſſorio,de quo agitur,nemo Doctorum dubitabit, & communis eſt omnium concluſio, quod vbi agitur de iudicio poſſeſſorio, tunc ſufficit ſupplicatio ſignata pro colore tituli: titulus enim coloratus pro ſignatura ſufficit,eſto bullæ non ſint expeditæ,ita in ſpecie *Caſſador. deciſ. vltim. ſub titul. de reſtitut.ſpoliator.* qui dicit quod regula prædicta, quod non iudicetur ſecundum tenorem ſupplicationis, fuit ſemper intellecta in petitorio,& adiudicatione tituli non in poſſeſſorio, & ita intelligitur,& meritò:quando enim agitur ſuper ſpolio non iudicatur, iuxta ſupplicationis continentiam,nec canonizatur ſupplicatio, quæ tantum adducitur pro colore tituli, qui non inquiritur,an ſit bonus. vel non, ad *not. per Abb. poſt alios in cap. cum noſtris in fine extra de conceſſ.præbend.*nam ſuper recuperanda poſſeſſione eſt iudicium, & fertur ſententia non de petitorio, & probatio requiritur ſolùm ad reddendum intentionem agentis coloratam, & ſuf-

24 ficit de titulo probare ſummariè, quando de titulo non agitur ad finem pronunciandi ſuper illo,& ita refert *Caſſador.fuiſſe deciſum, & idem tenet in deciſ.4.ſub tit.de cauſ.poſſeſſ.et propriet. num.4.& idem in deciſ.1.ſuper Regula Cancellariæ,quod commiſſ.cauſ.num.5. idem Bellamera deciſ.50.& deciſ.99. & ſola ſignatura ſufficit ad poſſeſſionem adipiſcendam,et ipſam retinendam,vt ſequitur, & tenet Rebuff. in ſua praxi benef. ſub titulo de ſubrogand. collitigatoribus gloſ.4.num.15.& 16. & titulo de miſſion. in poſſeſſ.num.39.& 40.& latè Sarnenſis in commento prædictæ regulæ de non iudicando, iuxta formam ſupplicationis quæſt.5.*vbi latè tenet, & firmat regulam prædictam non habere locum in iudicio poſſeſſorio, quia ſufficit ſola gratia ſignata per Papam, immo ſola prouiſio ſub exequutoribus pro colore tituli, vel etiam ſola prouiſio,ſiue collatio Vicarij Epiſcopi, vt ibi per eſt ſequitur *Menoch.in ſuo tractatu de recuperan. poſſeſſion remed.15.quæſtion.principali 36.num. 465.& de adipiſcen.poſſeſſio.remed.4 num. 749. vbi ad idem allegat Guidon.Pap.quæſt. 80. ſed voluit allegare deciſ.85.*quod non eſt diſputandum de validitate tituli in iudicio poſſeſſorio beneficij Eccleſiaſtici,ſed ſufficit oſtendere titulum coloratum,quod ſequitur *Dec.in l.fin.C.de edict.Diu.Adr.tu.9.*

Secundò,non obſtat ſupradictum motiuum, & non obſtat regula prædicta:nā hic adeſt bulla tàm in perſona Seripandi, quàm in perſona Reuerendi Actoris bulla inquam Ordinarij, & ſic oſtenditur titulus, & licèt non appareat bulla reſeruationis penſionis non obſtat: nam ad hoc,

25 vt penſio ſit licita,& iure licito percipiatur, ſatis eſt,quod conſtituatur authoritate Papæ, ſeù alterius ad id authoritatem habentis, & quod Rector non contradicat literis non expeditis: nam quod expediantur literæ reſpicit commodum,& fauorem penſionarij,& ſi Rector etiam literis non expeditis conſentit perceptioni penſionis,non eſt, qui opponere poſſit, quod literæ non fuerint expeditæ:nam regula prædicta,quod gratia non ſuffragetur,niſi literis expeditis, procedit in foro iudiciali,vt ſi quis vigore ſupplicationis ſignatæ vellet experiri contra Rectorem grauatum ad ſoluendum penſionem, tunc talis gratia

gratia ſignata non ſuffragatur, abſque literarum
expeditione, ſecus eſt, vbi ſponte Rector grauatus
conſentit perceptioni poſſeſſionis: nam tunc
regula non obſtat, & iure licito etiam in foro
poli penſionarius percipit penſionem, ita declarat
hanc regulam in h. terminis noſtris *Hieronymus
Gigas in dicto tractat. de penſion. Eccleſ.
quæſt.* 34 quem videat quæſo Dominus cauſæ
Commiſſarius, quia tollit omne dubium, & ideo
ſatis fuit Sarriano pro reſeruatione penſionis habuiſſe
ſupplicationem ſignatam, cuius vigore licitè
percepit fructus, qua habita à Papa, poſtmodum
ab Ordinario reſignatarius obtinuit bullam,
quæ iam eſt præſentata, itaque ex omnibus
ceſſat obiectio, & motiuum prædictum.

Et hinc non obſtat quartum motiuum, quod
Ordinarius non poteſt reſeruare penſionem, &
coram eo non poteſt reſignari ad commodum
alterius: nam hic penſio fuit reſeruata authoritate
Papæ, non Ordinarij, ſed poſtea coram Ordinario
fuit facta reſignatio libera, vt patet ex lectura
bullæ, vbi per liberam reſignationem factã
per Sarriauum Ordinarius inſtituit Seripandum,
quod facere potuit. itaque ex lectura bullæ patet
de contrario, cui ſaltem in dubio eſt credendũ,
& per liberam reſignantionem inſtituerit, vt audio
eruditiſſimè eſſe fundatum per magnificum
Collegam, & ideò ſuper hoc non inſiſto, cum
non obſtet aliquo pacto.

Naque poſtremò obſtat vltimum motiuum,
quod ſcilicet beneficium prædictum ſit de Conciſtorialibus
reſeruatum Sedi Apoſtolicæ, quo
caſu neceſſaria eſt literarum expeditio, nec ſufficit
ſupplicatio ſignata: nam contrarium tenet,
*Rebuff in ſua praxi in allegato titulo de ſubrogand.
collitigatoribus gloſ. 4. num.* 15. vbi dicit,
quod licèt in beneficijs maioribus requirãtur literæ
Papæ, tamen per ſolam ſignaturam poteſt
capi poſſeſſio, quia habendo ſignaturam non videtur
capere ſine literis Papæ.

Secundo dico, quod fuerunt expeditæ bullæ
per Ordinarium, quæ iam ſunt præſentatæ, & iſtæ
ſufficiunt etiam quoſt beneficium eſſet de Conciſtorialibus,
quia Aduerſarijs obſtat exceptio regulæ
de triennali poſſeſſore, quo caſu poſſeſſor
triennalis, etiam quod poſſideat beneficiũ huiuſmodi
Conciſtoriale ex collatione, ſeù inſtitutione
Epiſcopi, erit tutus regula prædicta de triennali
poſſeſſione, & ad hoc allego in terminis deciſionem
*Caſſadori ſuper Regula Cancellariæ,
quod comm. ſſ cauſ. deciſ.* 7. vbi Caſſadorus refert
iudicatum pro poſſeſſore triennali, qui ex titulo
Ordinarij poſſidebat præpoſituram quandam,
quæ duplici modo erat reſeruata Sedi Apoſtolicæ.
Primò, per Regulam Cancellariæ. Secundò,
vigore concordiæ habitæ inter nationem Germanicam,
& Sedem Apoſtolicam, cuius concordiæ
vigore erat expreſsè inhibitum Ordinarijs,
ne de talibus beneficijs, & præpoſituris diſponerent,
nihilominus ad tuendum poſſeſſorem triennalem,
ipſe concludit titulum habitum ab Ordinario
ſufficere, quia extrauagantes, & concordiæ
non ſunt Conſtitutiones Generales: immo
debent produci ab illis, qui ſe fundant in eis, &
ideo extrauagantium diſpoſitio non inficit titulum
habitum ab Ordinario, non ſolùm obſtaret
decretũ generale clauſum in corpore iuris, iuxta
deciſionem *Rotæ tertiam in antiquis de reſtitut.
ſpoliator.* quinimmò ſi feratur ſententia contra
diſpoſitionem extrauagantium, non eſt nulla,
& quia regula de triennali poſſeſſore iuuat quemlibet
poſſeſſorem præter duos caſus ibi expreſſos,
& iſte caſus non eſt de exceptis, quia reſeruatio
facta per extrauagantem, non eſt reſeruatio
clauſa in corpore iuris, ideo regula prædicta
de triennali poſſeſſore habet locum: nam licèt ille
titulus fuerit ab Ordinario, ille non poteſt dici
titulus infectus, ſed potius coloratus, qui ſufficit
ad obtinendam regulam: ſufficit enim, quod po-
17 teſtas ſit in conferente naturaliter, licèt ex aliquo
accidenti. vel ob regulam, vel ob extrauagãtem
ſit impeditus, dummodo non ſit inducta priuatio
ipſo facto à iure, vel ab homine ſecundum
Abbat. in dicto cap. cum noſtris, ex quibus, &
alijs concludit Caſſador fuiſſe deciſum ad obtinendam
Regulam prædictam de triennali poſſeſſore
ſufficere omnem titulum habitum ab Ordinario
naturali, quia eſt titulus coloratus, niſi ſit
diſcolor in altero, vel vtroque ex caſibus exceptis
in illa Regula, & idem ſequitur *Sarnenſ. in
dicta Regula de triennal. poſſeſſ quæſt.* 31. vbi cõcludit,
quod beneficia reſeruata per extrauagan-
18 tes non poſſunt impedire beneficium prædictæ
regulæ, ex quo extrauagantes non poſſunt dici
clauſula in corpore iuris, & non ſunt de corpore
iuris cõmunis, cumque regula prædicta iuuet
quemlibet poſſeſſorem, niſi beneficium fuerit
reſeruatum ex aliqua reſeruatione in corpore iuris
clauſa, ergo beneficia reſeruata per extrauagantes
non ſunt de exceptis in dicta regula, quia
alia eſt reſeruatio iuris communis. Alia reſeruatio
extrauagantium, & ita pariter ipſe refert fuiſſe
deciſum, cùm igitur non mòdo triennio, ſed
Seripandus decennio, & Reuerend. Actor annis
poſſiderit decem, & ſeptem, vtique omninò Aduerſarijs
obſtat regula prædicta de triennali poſſeſſore
etiam ex titulo habito ab Ordinario, qui
ſufficit ex ſupradictis.

Sed alia ratione non obſtat prædictum motiuum,
eſto beneficium prædictum eſſet de Cõciſtorialibus:
nam Epiſcopus Triuentinus reperitur
in poſſeſſione, ſeù quaſi etiam à tempore immemorabili
illud inſtituendi.

Quod à tempore antiquiſſimo vltra centum
annos Epiſcopus Triuentinus Ordinarius reperiatur
in poſſeſſione, ſeù quaſi inſtituendi de dicto
beneficio patet per proceſſum antiquum
productum per aduerſarios in hac cauſa compilatum
in anno 1471. in quo extat depoſitio Epiſcopi
Triuentini teſtificantis, quod ipſe inſtituit
in dicto beneficio Abbatem Troylum, de quo
ibi, & alij teſtes ibi deponunt fuiſſe præſentes inſtitutioni
factæ per Epiſcopum de dicto beneficio
in perſonam Abbatis Troyli, & cũ per duas
vices poſtmodum dictus Epiſcopus Triuentinus
pariter inſtituerit, tàm in perſonam Scripandi,
quàm in perſonam Reuerendi Actoris, quis vult
inficiare, aut dubitare, quod dictus Reuerendiſſimus
Epiſcopus non ſit in poſſeſſione, ſeù quaſi
19 inſtituendi de dicto beneficio: hæc enim quaſi

poſſe-

poſſeſsio in beneficialibus, & ſpiritualibus per vnicum actum acquiritur, per text. cum ibi not. in cap. cum de benef. de præbend. lib. 6. & per not. in cap. cum Eccleſia Sutrina extra de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Dec. conſ. 694. nu. 12. & conſ. 124. & conſ. 125. & conſ. 129. & conſ. 17. Barb. conſ. 68. volum. 3. Rebuff. in commento ad Conſtitut. Gall. tom. 3. de cauſ. benef. poſſeſſorijs in præfato num. 7. quem ad id allegat Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. quæſt. 17. num. 131. Roman. conſ. 70. num. 13. licèt requirat binos actus, Socin. conſ. 187. volum. 2. nu. 19. & 20. Comm. conſ. 47. volum. 3. Andr. cap. 1. §. ſimiliter in oſtenditijs num. 7. & 7. de Capit. Corrad. Bald. in cap. 1. §. ſi vero vaſſallus, quid ſit inueſtit. in vſibus feud. Rocch. de Curte in tractat. de iure patron. in verb. competens num. 35. Alexand. conſ. 74. nu 16. volum. 4. Brunus conſil. 34. num. 14. & 15. Alban. conſ. 64. & Ferret. conſ. 2. nu. 7. quem, & alios plures allegat Menoch. in d. tract. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 385. & 386.

Quare ſequitur ex his omninò, vt titulus habitus ab Ordinario ſit legitimus, & habilis, cum reperiatur in poſſeſſione, ſeù quaſi inſtituendi, vt ſupra, cui accedat, quod reſeruationes prædictæ ſunt odioſæ, quia contra ius commune, ſecun-
20 dum quod Ordinarius habet intentionem ſuam fundatam conferendi, & inſtituendi omnia beneficia in eius Diœceſi exiſtentia cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. Innocent. in cap. cum venerabilis extra de exception. & Butrig. in cap. final. extra de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & ideo ſemper contra reſeruationes iudicandum, cùm fieri poteſt, & illas reſtringendas conſuluit Gemin. in conſil. 94. & conſil. 136. ad id relatus per Ripam libr. reſponſorum reſponſo mihi 37.

Et ideo ſi diceremus, quod Epiſcopus non habuit poteſtatem inſtituendi, eſſet cognoſcere principaliter de petitorio, & poteſtate Epiſcopi quod non eſt iuriſdictionis temporalis, ſed Summi Pontificis Iudicis competentis ſecundum Canoniſtas in cap. tuam extra de ordin. cognit. vbi Innocen. Io. Andr. Butrig. Abb. & alij.

Secundo, & fortius, ſi de hoc diſputaremus, vel ita affirmaremus, vtique eſſet turbare, & ſpoliare Epiſcopum in prędicta poſſeſſione, ſeù quaſi inſtituendi, in qua reperitur non modo per vnicum, ſed per binos actus, & à tempore antiquiſsimo, quod neque Summus Pontifex poſſet facere ex abrupto, & de facto de poteſtate ordinaria ad not. per Dec. in d. conſ. 694. nu. 12. quia ei, qui reperitur in hac quaſi poſſeſſione, etiam per vnicum actum competit interdictum, & remedium retinendæ, vt latè Menoch qua omnia congerit in dicto tractat. de retinend. poſſeſsion. remed 3. quæſt. 17. & Rocch. de Curt. in tractat. de iur. patr. in dicto verb. competens nu. 35. Abb. Butrius, & alij in cap. querelam extra de electione, quantum ergo ſit abſurdum, quod Iudex laicus, qui non poteſt de hoc cognoſcere cognoſcendo de facto turbet, & ſpoliet cum reſidentia Epiſcopum ſua iuriſdictione, & quaſi poſſeſſione prædicta vnuſquiſque facillimè iudicare poteſt.

Et pro confirmatione prædictorum vltimo loco, aduerto, quod cognitio, quæ defertur Iudici laico vigore Capitulorum Regni eſt præcisè ſummaria, & extraiudicialis ſuper poſſeſſione tantum, dùm ergo Iudex laicus vult cognoſcere, & diſputare de validitate, vel inualiditate tituli, hoc reſpicit petitorium, & eſt merè ſpirituale, & ideò Iudex laicus non poteſt cognoſcere ex defectu iuriſdictionis, quia excedit terminos cognitionis, & iuriſdictionis ſibi attributæ, vt in terminis decidit Guid. Papa decis. 1. & Paul. de Caſtro in conſ. 2. volum. 2. licet loquatur in articulo matrimoniali, & neque principaliter, neque incidenter Iudex laicus poteſt cognoſcere de articulo ſpirituali cap. ſi Iudex laicus de ſentent. excommunicat. lib. 6. & cap. lator extra qui fil. ſint legit, cum ſimilibus, & finem faciam cum Andrea in cap. 1. in fine, qualiter vaſſall. iur. deb. fidelit. quod diſtincta eſt iuriſdictio inter Dominum Temporalem, & Eccleſiaſticum: nam magnum chaos conſtitutū eſt inter ipſos, quare ex his omnibus refutatis obſtaculis petitum remedium poſſeſſorium Reuerendo Actori non eſt denegandum, prout non fuit denegatum; & in Allegationibus prædictis traditis Domino Iudicanti eius manu ſcriptum extitit). Fuit deciſum ſecundum has Allegationes, & idem poſtmodum dixit mihi magnifaciens meas Allegationes in hac materia.

ADDITTIO.

SVMMARIVM.

1 *REſignatio beneficij reſeruata penſione valida eſt, & appellatur contractus innominatus, & ciuilis, & naturalis amictitur poſſeſſio per reſignationē, et nullū ius pœnes reſignantem remanet cum declaratione num. 2.*

3 *Diſtinctio reſignationum traditur cum tota materia, vſq; ad finem.*

SEdet in hac vltima deciſione materia reſignationis Beneficij, quæ cum parum per Iuriſtas noſtros reperiatur tacta, breuiter pro ampliori additione ad rationem reaſſumendam obſeruandus eſt in quæſtione ibi poſita Brauus decis. nouiſſima Rot. Rom. 431. num. 2. vol. primo vbi reſignatio
1 Beneficij reſeruata penſione valida eſt, & appellatur, contractus innominatus, & ideo ciuilis, & naturalis ammictitur poſſeſſio per reſignationem ſecundum Cardinal. Creſcent. decis. 2. num. primo de reſtitutione ſpoliatorum nullumqi ius remanet penes reſignantem, & titulus Rot diuerſ. decis. 597. p. prima Rot. in antiquis decis. 67. & decis. 25. in nouiſs. Caſſador. decis 4. de reſt. ſpoliator Put. decis. 158. lib. primo, & Ve-
2 rall. decis. 81. lib. 5. cum ſuis reſignatario ipſi perfecte quæſita reſignatio, vt refert coram

D.Pennia, Licta, & *Lancellotto dictum D. Alexander. Ludouiſ. olim Diuina Prouidentia Papa Gregorius XV. in ſua deciſ. 158. num.6. qui in deciſ.364.num* 3.proinde competere manutentionem affirmat.

3 Pro qua tractatione abbundantis materiæ reſignationis addas duplicem reperiri reſignationem, vna ſimplex, & pura, per quam Beneficium ſimpliciter, & purè renūtiatur in manibus ſuperioris, *ſecundum Put.deciſ.158.lib.* 3. & altera conditionalis, vt cum reſignatur in fauorem certæ perſonæ aut ex voluntate Romani Pontificis in cuius manibus tantum fieri poterit (.in ſimplici renuntiatione reſignans omne ius, & poſſeſſionē quam habebat in beneficiò ammictit ita vt remanet ſine titulo *Caſſad.deciſ.4.de reſtitut.*ſpoliatorum, vt ei non remanet nec quidem titulus coloratus *Cardinal.Put.deciſ.158. lib.3.*

Sed in reſigniatione cōditionali aut facta fauore certæ perſone ſecus eſt quia tunc remanet in pendenti, & ius, & poſſeſſio remanet penes ipſum reſignantem donec conditiones purificantur *Guidobon.deciſ.159.Cotta deciſ.312.& 318.Caputaquenſ.deciſ.7.in manù ſcripta lib.2. Caſſador. deciſ.81. num. primo de renuntiat. Verall. deciſ.3.nu.83.lib.3. Boer.deciſ.2.num. 16. Mobedan.deciſ.83.et Cardinalis Puteus deciſ.145. lib. p.* applicatur in reſignatione facta iuxta caſum noſtræ deciſionis cum reſeruatione fructuum qui ſtatim quod per reſignantem percipiuntur remanet adimpleta conditio, & titulus, & poſſeſſio ammictitur, per ipſum reſignantem *Anton.Fab.in Codic.Fabrian.lib.p. tit. 2. definit.54.vol.p.& Ceuall.practicar.opin.comun. 6. comunes q.561.num.4.* licet ſine conditione debet eſſe libera reſignatio *teſte Creſcent. in deciſ. p.tit.de Simonia num. 2.*ad quam illationē pluribus ex cauſis redi validam reſignationem *Caueтur ex Bulla Pij V.vt ponit Rebuff.in pract. Benefic.tit.de reſignat.cap.par.condit.num. 2. quas tangit Hoſtienſ.in ſumm.tit de reſignat.§.cui ſit num.8.vt citat Ricc.in prax.var.reſolut.217. & in collett.deciſ.* 1405 & per quātum tempus debeat viuere reſignans poſt reſignationē, & ex his ad laudem omnipotentis Dei glorioſiſſimæ eius Matris, ac Diuæ Mariæ gratiæ, & omnium Sanctorum ſit impoſitus finis laboribus iſtius primi Libri in quibus ſi quid bene fuerit dictum totum ad gloriam ſit ipſorum cum in humanis nihil eſt perfectum vltra quod nemo ſolus ſatis ſapit teſte, Vulpello de pace, & tregua q.30.nu.4.

Baldaxar de Angelis.

Finis huius primi Libri.

BIBL. NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

NOVISSIMARVM DECISIONVM

S. R. C. NEAPOLITANI

IPSIVS EXCELLENTISSIMI VIRI

NICOLAI ANTONII GIZZARELLI

Eiuſdem Conſilij Senatoris longè ſpectatiſsimi.

LIBER SECVNDVS.

Hac editione ab eodem Baldaxare de Angelis Neap. I. C. olim in Barenſi Prouincia Auditore, nunc Aduocato, recollectæ, & ſolitis, vt in præcedentibus Additionibus auctæ, ex quibus abſtruſiores iuris difficultates reſoluuntur,

SVPERIORVM PERMISSV.

NAPOLI

NEAPOLI,
Ex Typographia Secundini Roncalioli. 1629.
Sumptibus Dominici Vecchi Bibliopolæ. Sub ſigno Santiſs. D. IESVS.

BALDAXAR DE ANGELIS

BENEVOLO LECTORI.

ACcipe etiam, candide Lector, eiuſdem excellentiſsimi Conſiliarij Secundi Libri Deciſiones, citra omnem aleam, luce digniſsimas; haud enim perpeti poteram, labores ita excultos, ita Dedalea arte tornatos, iacere diutius mutos, mancoſque, ac in perpetuis ſilentij inuolucris obuolutos, in occulto latere. Collegi, itaque è diuerſis vndecumque voluminibus, ac (vt aiunt) è faucibus orci, nec non è ciminerijs ſpecubus extraxi, eripuique. Hæ itaque mea ope, ac opera, tandem in lucem prodeunt, at in gratiam tui. Fruere igitur alacriter feliciterq; meq; in penitiſsimis cordis penetralibus ſerues, præſerueſque ab liuidiſsimis Momorum, Zoilorumque morſibus, oro. Vale.

ARGVMENTVM.

An depoſitio trium ſociorum criminis inducat plenam probationem contra perſonam non leuis, & infamatæ vitę ad ornatum Cap. regni frequens, & ineffrenata.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus, & conuictus non appellat; & ibi ponitur obſeruantia S.C. & nu. 3.*
2 *Exemplo opus eſt in atrociſſimis, & celeritate, & ordo eſt ordinē iuris non ſeruare in illis.*
4 *Sociorum criminis depoſitiones faciunt plenam probationem cum ampl. num. 5.*
6 *Cap. frequens, & ineffrenata latum fuit ad tollendam publicorum latronum multitudinem.*
7 *Cap. frequens declaratio quando perſona nominata non eſt leuis, & infamata vite.*
7 *Facti qualitas probanda à fundante ſe in illa.*
9 *Pragmatice alique allegate declarantur in materia depoſitionis ſociorum criminis.*

DECISIO LXXVIII.

1 S. C. conſueuit obſeruare in atrociſſimis
delictis nō cōmictere appellationē ad inſtantiam inquiſitorum
condemnatorū quando ſunt confeſſi, &
conuicti. Sed Magna
Curia facit relationē
de meritis cauſæ audito Fiſci patrono, &
Aduocatis Inquiſitorum, vel Aduocato pauperum pro eis, & hoc pacto audiuntur ſummariè,
& quando ſunt conuictiones, & cōfeſſiones abſq;
difficultate aliqua remittitur cauſa eidem Ma-
2 gnæ Curiæ, quæ ſuum exequitur decretum quia
in atrociſſimis opus eſt exemplo, & celeritate, &
3 ordo eſt ordinem iuris non ſeruare, ſed quando
habet aliquam probabilem difficultatem tunc
Comictitur cauſa in S.C. & defertur appellationi
iuris ordine ſeruato.

Accidit cum creuiſſet latronum audacia, &
cepiſſet populare quodam nouum genus latronum, & furum nocturnorum intus Ciuitatem,
qui ſub colore amicitiæ habbita prius notitia ab
aliquo domeſtico, vel familiari, vel ſpeculatore
domus ingrediebant, & fingendo negotia
habere cum Dominis domorum illos compulſos, & cum minis depredebant quicquid in
ea domo prætioſū erat, & mutatis etiā barbis ne
cognoſcerentur aliquando minabantur mortem
daturos niſi certam pecuniæ quantitatem illico
eis darent, & vt ſe redimerent à minis, morte, &
violentia quæ ſuperaſtabant. Miſeri homines vel
prædam domorum permiſcebant, nec audebant
acclamare, & reſiſtere, vel pecuniam petitam dabant.

Cumq; extra menia Ciuitatis in Burgo Sancti
Antonij comiſſum eſſet furtum ab hoc Latronum genere ſub ſimulata amicitia adhibito exploratore, & ſpia quadam N. riſpolo qui habebat
notam domum, & ſciebat horam qua poterat
cum facilitate ingredi, & furari hora quarta noctis fuerunt capti Latrones, & dictus Riſpolus
explorator qui fuit per Magnam Curiam acriter
tortus, & non confeſſus tamen Magna Curia omnes condemnauit vltimo ſupplicio. Appellauit
riſpolus explorator ad S. C. Fiſcus inſtabat non
4 eſſe admittendam appellationem quia in atrociſſimis, & quia erat conuictus ex depoſitionibus
quatuor ſociorum qui in tortura confeſſi fuerāt
furtum data opera, & induſtria dicti Riſpoli
qui Dux, & explorator fuerat, & dicebat eſſe caſum quo depoſitiones quatuor ſociorum faciunt
plenam probationem ex iure particular. c. *Regni
quod incipit frequens, et ineffrenata* per quod
ſtatuitur confeſſionem trium Latronum factam
in tormentis facere tantam probationem contra
ſocios receptatores, & fautores quantam faceret
depoſitio duorum proborum virorum. Item
dicebat eſſe caſum *Prag. Regni in Prag. prima in
vltimo caſu ſub tit. d. exul.* dicebat etiam eſſe
caſum pragmatice nouiſſime editæ tempore Excellentiſſimi Proregis D. Ioannis de Zuniga editæ ad id pręcipuè, & iuxta literā paridis hos fures
nocturnos qui ſuo tempore, & ſemper Ciuitatē
infeſtabāt nocturnis de populationibus, & furtis
cum ſcalis, & fractione domorum, conuinci
ex depoſitione trium dictorum Latronum,
& ſi de actibus differentibus diuerſis, & ſin-
5 gularibus deponerent, & dicebat Fiſcus hunc
eſſe caſum, & proinde dictum Riſpolum eſſe
conuictum cum quatuor eius ſocij in tortura
depoſuerint contra ipſum, & tanquam conuictum non eſſe audiendum, & apellationem
non eſſe commictendam.

Et cum hæc cauſa eſſet relata in aula in qua
reſidebant Conſiliarij tunc Salamanca Conſtantius, & quiros cum interuentu tunc Vincentij de
Franchis præſidis S.C. ortaq; difficultate, an Fiſci
inſtantie eſſe deferendum per Excell. D. Proregem fuerunt adiuncti alij quatuor. Conſiliarij v3.
Maſtrillus Ego D. Ioannes Sanches, & Marcus
Antonius de Ponte, & fuit dubitatum, an iſte caſus eſſet comprehenſus in prædictis iuribus particularibus Regni, & ſi non eſſet comprehenſus,
an dicta iura poſſent extendi ad hunc caſum.

Et fuit per omnes concluſum hunc caſum nō
6 eſſe comprehenſum in dictus iuribus nā cap. Regis Caroli primi (frequēs, & ineffrenata) emanatū fuit ad tollendā multitudinem Latronū pub-

licorum quia tunc vigebāt in hoc Regno diſtrobatores publicarum ſtratarum, vt ex prohemio inſeritur, & poſtea ſuperuenit aliud capitulum Diuæ memoriæ per quod limitatur diſpoſitio d.
7 c. frequens, & ineffrenata quod ſz. tunc demum confeſſio trium Latronum faciat tantam probationem, quantam faceret depoſitio duorum proborum virorum quando ſcilicet perſonæ nominatæ reperiantur eſſe leuis, & infamatæ vitæ,
8 quæ facti qualitas eſt probanda ab eo qui ſe in cauſa, & ſic à Fiſco, & dicebatur quod hęc qualitas deficiebat in hoc nam licet Fiſcus prætenderet ex perquiſitione fundare hanc qualitatē quia alias erat inquiſitus de furto, & homicidio fuit dictum quod duo ſunt titij.

Nā ex perquiſitione nō coſtabat hunc eſſe illū, & pro parte inquiſiti dicebatur quod erat non Riſpolus ille de quo in perquiſitione, & offerebat hoc probare nam illa inquiſitio erat ab anno 1558. & ſic valde antiqua, & iſte non ſenex, & facile poterat eſſe alter Riſpolus, & non iſte cui nunc erat deneganda defenſio ſaltim reſpectu huius qualitatis.

9 Item fuit concluſum pragmaticam primam de exulibus neq; comprehendere hunc caſum nec illam facere legem vniuerſalem in hoc Regno, & in hac præcipue Ciuitate Neap. quia eſt localis in Prouincia Capitinatæ, vt eſt videre, & facta fuit ad eſtirpandos Latrones publicos diſrobatores ſtratarum illius Prouinciæ tantum.

Nec pragmatica Comendatoris maioris comprehendit hunc caſum, & ita ab omnibus concluſum quia illa apparet emanata ad extirpandos hos fures nocturnos ab hac Ciuitate qui ſcalis appoſitis, vel extractis ianuis domos ingrediuntur, & furantur quod genus Latronum frequens erat in hac Ciuitate.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Sociorum criminis tres depoſitiones non facere plenam probationem contra perſonam non leuem, & non infamatæ vitæ.*

2 *Socij criminis de per ſe non ſunt omni exceptione maiores.*

3 *Cap. frequens, & ineffrenata declaratur per Cap. Conſtitutionem 148. in ordine.*

4 *Sociorum trium criminis depoſitiones faciunt inditium quo ad torturam contra perſonam non leuem, & non infamatæ vitæ.*

5 *Iſernia dictum in materia probationum quas inducunt depoſitiones trium ſociorum.*

6 *Tortura illata alicui operat quod ſi negauerit etiam quod poſtea ſuperuenerint tres ſociorum criminis depoſitiones non conuincant.*

7 *Cap. frequens declaratur quando depoſitiones ſociorum ſunt eliſæ, & non integræ.*

8 *Socius criminis, vt probet contra ſocium, quæ requirantur.*

9 *Socij criminis qui dicantur, qui complices fautores, inſtructores, & Conſiliarij &c.*

10 *Socius criminis an dicatur coactus per vim.*

11 *Socij tres criminis, an probent ad defenſam, & 12.*

13 *Confeſſiones receptatorum cōtra receptantem faciunt plenam probationem cum ampl. & declarat.*

14 *Socij criminis probant contra furantem de nocte cum diſcaſſatione intus Ciuit. Neapolis &c.*

15 *Craſſatores ſtradarum in actu craſſandi reperti, & furantes de nocte poſſunt impune occidi, & num. 16.*

17 *Socij criminis probant in crimine coniurationis.*

18 *Socius criminis poteſt torqueri ad eruendam veritatem ſuæ confeſſionis.*

19 *Conuictus quis dicatur.*

20 *Teſtes duo conuincunt cum declarat curioſis.*

21 *Conuictus legitimè quis dicitur in crimine blaſfemia.*

22 *Confeſſus, & conuictus cum qualitate minuente delictum non dicitur legitimè conuictus.*

23 *Confeſſus ex tortura illata præcedentibus inditijs dum erat inquiſitus de inciſione monetæ non appellat.*

24 *Delinquentes qui non appellent.*

1 PRæſens ex nouis, & adiuntis Deciſionibus non tam eſt curioſa quam vtilis, & practicabilis dum decidit trium ſociorum criminis depoſitiones non facere plenam probationem contra perſonam non leuem, & infamatæ vitæ pro declaratione (*frequens, & ineffrenata Regni Capituli*) adhuc quod in tormentis fuerint ratificatæ: quæ firmatur *ex Afflict. in Conſt. Regni ſi dāna clandeſtina in quinto notabili de Frāch. deciſ. 570. in principio qui meminit de puntuali facto ipſius deciſiones cū diſcurſu pariter* ad in-
2 telligentiam Præallegati Capituli Regni. & bene quia de per ſe Socij criminis nō ſunt teſtes omni exceptione maiores, ſed inhabiles, & minus
3 idonei *Oter. in diſput. Rom. 7. num. 3.* & ita declaratur *illud cap per aliud quod incipit cōſtitutionem 148. in ordine, & tenent Petr. Foller. in praxi crim. in fragmentis num. 132. fol. 411. in nouis vbi ample addidi Muſcatell. in praxi fol. 171. num. 26. & 27. id. de Franch. deciſ. 577. num. 2.*

num. 2. & Caball. caſ. 185. num. 3.
4 Et ex hoc obſerua tales depoſitiones trium
ſociorum tunc facere indiciũ quo ad torturam,
& ſic ſeruari ius commune *clar. q. 21. verſ. ſed
pone, quod non omnes fol. 79. Io. grande de bello
exulum fo. 211. num. primo in fine Camp. in
d. c frequent. poſt num. 63. verſ. ſed iuſta mate-
riam Capituli noſtri fol. 36. Baiard. ad clar. loc.*
5 *cit. num. 49. Caball. d. caſu 185. inde dicit yſern.
in Conſt. ſi damna num. 22.* quod ſocius criminis
etiam cum tortura non probat ad condemnan-
dum eſtò quod ſint plures vt meminit de eo *ip-
ſe de Franch. d. deciſ. 570.* quod ad pœnam or-
dinariam non tamen extraordinariam quia ta-
les depoſitiones ſocij criminis debet eſſe admi-
niculatæ *Menoch. de arb. r. caſ. 477. n. 47. Tréta-
cinq. conſ. 20. nu. pri. vol. primo cum ſeqq. Maſc.
concl. 1317. et vide Martã voto 130.* & pariter
6 ampla deciſionẽ noſtrã vt nõ procedat diſpoſitio
allegati c. Regni quando ſocius nominatus fuit
tortus, & nõ cõfeſſus adeo quod fuit liberatus in
forma ſi poſtea contra ipſum superuenerint aliæ
due depoſitiones, & confeſſiones ſociorum La-
tronum de eodem furto quod non debeat pu-
niri pena ordinaria, vt in terminis *de Franch. de-*
7 *ciſ. 577* quia cap. illud intelligitur quando con-
feſſiones ſunt integræ, & non eliſæ per torturam
illatam, vt ipſe de Franch. per totam, & ipſa
deciſio eſt menti tenenda) et vide plura
*per Farinac. de Indit. q. 40. Menoch. de arb. tr.
caſ. 217. in nouis, & in terminis. Giurba conſ.*
8 *crim. 50. num. 42.* vbi alia, & ſi vis videre quæ
requirantur, vt ſocius criminis *faciat inditium
contra ſocium nominatum Caball. caſ. 33. &
D. Rouit. in all. prag. per totam Peguer. deciſ.
5. Honded. conſ. 100. num. 4. Deiian. conſ. 18. num.
64. 67. & 69. Viu. deciſ. 216. & Farinac. de in-*
9 *dit. q. 43.)* & qui dicantur ſocij criminis con-
plices adhærentes fautores inſtructores, &
Conſiliarij per *Ruin. conſ. 158. num. 15. vol. 5.
Pariſ. conſ. 65. col. fi. vol. 4. gloſ. in clem. p. de*
10 *penis in verſ. defenſauerit,* & quod non dicatur
ſocius criminis coactus per vim *l. ſi vxor §. ſi
quis ff. ad l. Iul. de adult. lud. Alfer conſ. 143. nu.
9. tom. primo inter conſ. crim. diuerſor. Magnæ*
11 *impreſſionis,* ſed an ad defenſam probent tres
ſocij criminis *Bald. in l. quoniam liberi num. 2.
C. de teſtib. quẽ refert, et ſequitur Boer. deciſ. 319.
Monticell. reg. 4. ampl. 3. Campeg. de teſtib. re-*
12 *gul. 86. & 87.* & quod ſocius pro ſocio in crimi-
minalibus non admictitur *Maſcard. de probat.*
1317.
13 Aduertas tamen quod confeſſiones recepta-
torũ 6 receptantem faciunt plenam probatio-
nem, vt dixi *ſup. in addit. 75. grand. loco allega-
to fol. 211. & latiſſime Caball. caſ. 287.* adhuc ſi
d poſuiſſent de actibus diuerſis, & ſingularibus
dum tamen fuerint reperiti *vt in prag. 5. de
perſeq. malefact. & ibi D. Rouit.* alias puniretur
ſocius pœna extraordinaria *D. Theodor. alleg.
97* & ita fuit deciſum reſpectũ quorundam de
marſico nuouo qui propter tale defectũ repeti-
tionis Euaſerunt à furcis licet per Tribunal.
Cãpaneæ fuerant condemnati ad illa inde per M.
C. fuerunt condemnati in perpetuum ad trire-
mes, & interpoſita appellatione ad S. C. abſoluti
detecto tali huiuſmodi defectũ, vt dicit *Mari
addit. ad gramatic. deciſ. 56. num. 3.*
14 Pro vt pariter probant in caſu prag. edite in
anno 1581. contra furantes de nocte per Ciuita-
tem Neapolim, vt vulgo dicto (Cappiando cum
diſcaſſationibus Domorum ſiue apothecarum
Ciuium, & Habitantiũ in Ciuitate prædicta, &
ſuburbijs, vt fuit deciſum per S. C. de menſe De-
cembris 1595. ad confirmationem ſententiæ M.
C. V. quæ condemnauerat ad pœnam vltimi ſup-
plicij ſocium contra quem aderant quatuor ſo-
ciorum depoſitiones, & cõfeſſiones, *vt de Frãch.
deciſ. 570.* & ita retulit D. genitor meus Conſu-
matiſſimus aduocatus cautarum Criminalium à
15 quo multa ſẽper habui de ipſa materia,) & tales
16 nota quod poſſunt impune occidi pro vt ſtra-
tarum Craſſatores *l. p. & 2. C. quibus liceat ſe ſi-
ne Iudice &c. Baiard. ad clar. §. Homicid. nu.
281. Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. c. 380.* quando
in actu delinquendi fuerint reperti, vt pariter ip-
ſe meus genitor dixit quia vidit ita ordinatum
de menſe Auguſti 1597. per Collaterale Conſi-
lium viro Antonio Sancta Maria tunc commiſſa-
rio Campanæ in Prouincijs Principatus citra, &
Baſilicatæ.
17 Et in crimine coniurationis non dubites pro-
bare depoſitiones ſociorum criminis *Bald. in l.
quam in verſ. quaro igitur C. de teſtib. quem ſe-
quitur dec. conſ. 342. num. 3.* & de ipſo ſocio cri-
18 minis aduertas poſſe torqueri ad eruendam
veritatem eius confeſſionis contra Socium non
obſtante gratia ei promiſſa de pœna ſi publica-
ret delictum, vt fuit deciſum *Franch. deciſ. 459.
Baiard. q. 21. num. 26. Capibl. in pragm. 6. num.
70. de Baronib. Caball. caſ. 29. Ricc. deciſ. 38. p. p.*
19 *& Paſchal. de patr. poteſtat. p. 4. c. 3. nu. 7.* pro vt
non permictas ad puntualitatem ipſius deciſionis
non appellandum conuictum non legitime con-
uictum licet teſtibus propria confeſſione inſtru-
mentis rei euidentia, & violenta præſumptione
quis dicatur conuinci *ſecundum Luc. de pennã
in l. ſi ille verſus finem verſ. & nota quod dicto
C. de decurion. lib. 10. vt ſequitur Maſcard. cõcl.*
20 *496. cum ſeq. concluſ.* & duos teſtes conuincere
*Io Mill. in praxi crim. § quatuor modis nu. 17.
fol. 144. & §. probatio num. 93. fol. 149.* cum data
aliqua inhabilitate non poteſt dici conuictus, &
id circo ſi minor, & maior deponant 6 aliquem
non conuincunt in terminis *Marſil. conſ. 28. &
refert deciſum in facto Thor. 2. p. compendij in
verbo conuictus quis nam legitime &c. & vide*
21 *Giurbam conſ. 71. num. primo*, & quis dicatur
legitime conuictus in crimine blaſfemiæ *per
D. Rouit in rub. de blaſfem. num. 6.)* pro vt non
dici confeſſum, & conuictum ad finem dene-
gandi appellationem tam in ciuilibus quam in
criminalibus *2. Laffred deciſ. 451. de Frãch. deciſ.
556. num. 2. Ceuall. pract. quæſt. contra com. q.
509. D. meus R. Valenzuela conſ. 6. nu. 5. & Ca-
rabba ſingul. 10. & Breder. de appellat. p. p. tit.*
22 *13. verſ. ex confeſſione* quando eſt confeſſus, &
conuictus cum qualitate minuente delictum
Franch. deciſ. 556. Ricc. coll. 621.
23 Et addas, in tali Tractatione confeſſũ licet nõ
con-

conuictum, ſed præcedentibus iuditijs tortum non admiſſum ad appellandum, vt de quodam inquiſito de inciſione monete refert *Gram. deciſ. 71. Carrer. in prax. tit. de appellat. verſ. decimus ſextus caſus fol. 24. & 25. in parvis*) & *videas Borell. latiſſime de materia* ipſa quando confeſſus, & conuictus appellet *in 2. p. ſumm. deciſ. tit.*
24. *33. & Ricc. coll. 621. & 497.* & qui delinquentes non appellent *in addit. ſup. ad deciſ. 15.*

Baldaxar de Angelis

ARGVMENTVM.

An mutus, Surdus, & fatuus poſſint retinere feudum.

SVMMARIVM.

1 *Materia l. is à quo de rei vindicatione enutiatur.*
2 *Excellentiſſimus Comes de Oliuares laudatur.*
3 *Pupillaris quando euaneſcat.*
4 *fideicommiſſaria ſubſtitutio requirit mortem naturalem.*
5 *Extenſio non fit in ſubſtitutionibus, & non fit de perſona ad perſonam.*
6 *Poſiti in conditione non cenſentur poſiti in diſpoſitione.*
7 *Factum ſufficit narrari in Conciſtorio Principis.*
8 *Infantes quando perfectè nati dicantur.*
9 *Peritorum iuditio ſtatur.*
10 *Teſtibus deponentibus de ſana mente magis creditur duobus quam mille de non ſana.*
11 *Actus filij à nemine melius ſciri poſſunt, quam à matre.*
12 *Actore non probante reus abſoluitur.*
13 *Hominis definitio traditur.*
14 *Natus præſumitur quiſq; perfectus.*
15 *Mutus Surdus cecus claudus fatuus &c. an poſſint retinere feudum, & 18. & ſeq.*
16 *Andreas feudiſtarum Princeps.*
17 *Lex varios patiens intellectus non debet allegari ad deciſionem cauſarum.*
19 *Correctio intelligitur iuxta terminos legis correcta.*
20 *Præcedentia recipiunt interpretationem à ſequentibus.*
21 *Feudum fuit datum propter ſeruitium.*
22 *Primogeniti Regis dementia operat, vt ſecundus genitus ſit Rex, & quid quando dementia ſuperuenit ex accidenti &c.*
23 *Regni Fran cia plura.*
24 *Sententia declaratoria requiritur, vt quis tãquã incapax priuetur feudi ſucceſſione.*

DECISIO LXXIX.

ANtonius Caracciolus preter generis nobilitaté opibus etiam clarus decedens tres reliquit filios. Ioſeph vz maſculum primũ genitum, & duas fœminas Hieronymam, & Victoriam, & vniuerſalem hæredem eius teſtamento inſtituit Ioſeph filium, cauitq; vt ipſi decedenti in pupillari etate, vel ſine liberis quandocumque ſuccederent Hieronyma ſecunda genita, & Hieronymæ pariter ſine liberis decedenti ſubſtituit victoriam. Hieronyma ſoror ſecunda genita, quæ dempto fratre de medio locum primogeniti capiebat. Copulata iam cum Principe Sancti Seuerij egit in Sacro Conſilio petens dictum Ioſeph eius fratrem declarari feudorum, & ſucceſſionis incapacem tamq; imperfectum, & inhabilem, quia mutus ſurdus, & fatuus, & proinde feudorum ſucceſſionem, & etiam burgenſaticorum ad ipſam ſpectare virtute ſuſtitutionis paternæ, & inter agendum ipſa Hierunyma deceſſit relicto filio vniuerſali hærede cuius nomine Princeps Sancti Seuerij pro vt legitimus adminiſtrator iudiciũ ſuit proſequutus quo ad ſucceſſionem bonorum feudalium quia quo ad ſucceſſionem Burgenſaticorum iam S.C. cauſa relata in Collaterali Conſilio coram Illuſtriſſimo Prorege ſententiam tulerat, abſoluendo *Ioſeph* ab impetitis, reſeruando deciſionem reſpectu feudalium ex capite propoſitæ in capacitatis, & fatuitatis, & hoc ex iuditio medicorum qui eam etatem eſpectandam, & inſpiciendam retulerunt, vt in capacitatis, & inhabilitatis prædictæ certius iudicium fieri potuiſſet Huic iuditio, & liti ſe poſtremo obtulit Victoria Caracciola filia tertia genita copulata prius cum Comite Caſtri poſtea cum Comite Sarni, & Viro nunc iterum Vidua, quæ tam ad infringendam iura Hieronymæ, ſeu eius hæredis pro eius intereſſe quæ ad coadiuuãdum iura Ioſeph fratris petijt audiri, & poſt habitam aliquam diſcuſſionem per Dominos Conſiliarios duarum aularum non obſtante proceſſus erat compilatus inter Ioſeph, & eius Curatores, & hæredem Hieronymæ fuit tandem deciſum quod audiretur in terminis in quibus cauſa reperiebatur, & poſtmodum fuerunt ei conceſſa beneficia repulſa parte, quæ prætendebat beneficia non eſſe concedenda quia debebat audiri in terminis in quibus cauſa reperiebatur, & nil remanebat agendum niſi illam decidere nihilominus Sac. Cõſ. vt dictũ eſt articulo mature diſcuſſo cõceſſit beneficia) hęc notare volui ad
1 materiam *l. 15. à quo de rei vend. & eorum quæ tractat. plene Couar. pract. 99. c. 14 et xv.* fuitq; hæc cauſa vna ex arduis, quæ per multos an-
nos

Digitized by Google

nos fuerit agitata in Sacro Conſ. deciſa coram
illo prudentiſſimo, ac ſapientiſſimo Prorege,
& Comite de Oliuares in Collaterali Conſilio
per Conſiliarios duarum aularum in cuius deci-
ſione contigit dubitari de pluribus.

Primo an Hieronyma recte egerit ad conſe-
quutionem bonorum feudalium virtute ſubſti-
tutionis paternæ inſtabant .n. Curatores Ioſeph.
Itemq; Victoria ſoror eſſe abſoluendum Ioſeph
ab obſeruatione iudicij ex ineptitudine actionis
præpoſito.

Siquidẽ dicebatur, quod ſicuti Hieronyma præ
tendebat venire virtute ſubſtitutionis pupillaris,
& hoc erat ridiculum, quia Ioſeph iam exceſſe-
rat pupillarem ætatem annos iam nat. viginti octo
3 quo caſu pupillaris euaneſcit *§. maſculo* Inſt. de
pupill, inſtitut. Aut virtute ſubſtitutionis vulga-
ris, & idem quia non ex caſu, & defectu volun-
tatis quià hæreditas adita fuit, & hoc caſu expi-
rauit ſubſtitutio *l. poſt aditam. C. de impub. &
alijs ſubſt.* non ex defectu, & caſu inpotentiæ
ſuccedendi, quia iſte caſus in feudalibus non eſt
comprehenſus in ſubſtitutione, quia deficit re-
gius aſſẽſus quod deficiẽte diſpoſitio ſuper feu-
dalibus eſt nulla, & quia teſtator non cogitauit
caſum incapacitatis, ſed capacitatis illum inſti-
tuendo hæredem, & pluribus legatis grauando,
& ideo exemplariter non ſubſtituit *ad tex. in l.
ex facto §. de vulg. & pupill. ſubſt.* quo caſu etiã
4 ſubſtitutio requirit mortem naturalem ſi ſine li-
beris decederet *l. cum pater ff. hæreditatem lò
primo ff. de leg. 1. l. ex facto §. ſi quis rogatus ff.
ad Trebell. et l. Statius Florius §. Cornel. Felici ff.
de iure Fiſci.* Et poſtremo, & fortius quia Hiero-
nyma prætendit ſucceſſionem ex perſona matris,
vt illius hæres, & certum eſt ius ſubſtitutionis ad
hæredes non tranſmitti etiam liberos *l. toties ff.
de hæred. inſt. §. ſed ſi plures ff. de vulg. & pup.
gloſa in l. ... in verbo derelictis C. de his qui ante
apert. tab. Bar. & alij in §. cum in l. hæredes mei
ff. ad Trebell. et Alex. conſ. 36. vol. 2.* aut ex per-
5 ſona propria, & ipſe non eſt vocatus, & in ſubſti-
tutionibus non fit extenſio de perſona ad perſo-
nam *l. ſi quis ita §. pen. ff. de teſtam. tut. glo. in l.
lites comunit. recepta in verbo oportere ff. de
lib. & poſt Io. Andr. in add. ad ſpec. in tit. de te-
ſtam. §. primo verſ. occurrit, & Bart. in l. ad pro-
6 bationem C. de probat.* etiam quia poſiti in con-
ditione non cenſentur poſiti in diſpoſitione *glo-
ſa in l. Lucius l. a 2. ff. de lib. et poſt et Canoniſt. in
c. Rainald. ext. de teſtam. Iul. clarus recept. ſent.
§. teſtamentum q. 77.* vbi teſtatur communem.

Et licet de rigore iuris valde vrgeret hæc ex-
ceptio, & alias rationes prædictæ compellerent
ad ſic iudicandum tamen de ea non fuit habita
ratio quia iam detecta erant iura vtriuſq; partis
etiam audita Victoria cui beneficia fuerunt con-
7 ceſſa, & in Conſiſtorio Principis ſufficit narrare
factum, & vtraq; pars inſtruxerat proceſſũ, & ſua
iura deduxerat ſuperconcernentibus articulum
cauſæ principalis incapacitatis, & ſuper hoc ad-
uocati reddiderant allegationes, & informatio-
nes ideo nullus ex Dominis dubitauit quin pro-
cedendum eſſet ad deciſionem cauſæ principalis
in dicta ſententia reſeruata.

Quæ deciſa fuit die 13. Ianuarij 1598 in cuius
deciſione interfuerunt dignus Marthos de Gro-
ſtiola Ferdinandus Fornarius Locũ tenens Re-
giæ Camer. D. Petrus de vera. Ego Octauianus
Cæſar cauſæ commiſſ. & relator Scipio de Cur-
te Alfonſ. Ximenes Io. Thomas Veſpuli, & Ca-
rolus de Tapia Regij Conſiliarij.

Et in deciſione prima fuit Heſitatum an eſ-
ſet verum in facto dictum Ioſeph eſſe mutum
ſurdum, & fatuum à natura, vel ex accidenti.

Secundo an mutus ſurdus fatuus, & imperfe-
ctus à natura, vel ex accidenti ſit feudorum in-
capax.

Quo ad primum, & ſi facti quæſtio eſt cum
tamen conferat ad deciſionem. Pro parte Hie-
ronymæ fuerunt producti nonnulli teſtes qui
dicebant dictum Ioſeph à natiuitate fuiſſe pro-
ditum mutum, & imperfectum, quia in ipſo nun-
8 quam fuerunt viſa, & cognita ſigna, & inditia na-
turalia alijs infantibus qui perfecti naſcũtur pro-
prie, & communia quia non ploratus non riſus,
& exultatio in conſpectu lucis, & nutricis quæ
naturaliter ſunt infantium, ſed Ioſeph prædictus
ceruice capitis ſemper inclinato ferè ſine mo-
tu apparebat. Accedebat teſtimonium nõnullo-
rum medicorum atteſtantium hoc vitium im-
perfectionis mutitatis, & ſurditatis, ac fatuitatis à
natura ei innatũ. Viſaq; perſona retulerunt Sacro
Conſilio hunc à natura mutum, & imperfectum,
9 & ideo ſtante iuditio peritorum quibus ſtandum
eſt in ſimilibus *per tex. in l. prima ff. de ventre
inſpic. & l. ſemel C. de re milit. lib. 12. vbi Bart.*
ac ſtantibus teſtium depoſitionibus videbatur
nullo pacto contrauerti poſſe quin Ioſeph iudi-
candus ſit fatuus mutus, & imperfectus à natura,
& natiuitate.

Ex aduerſo dicebatur non eſſe verum talem
fuiſſe natum, ſed ex accidenti contigiſſe, & hoc
tam ex teſtium depoſitionibus quam etiam
medicorum iuditio, nam pro parte Ioſeph,
& Victoriæ ſororis fuerunt producti teſtes
qui deponebant de actibus ſpecificis ſignifican-
tibus perfectionem naturalem inter quos te-
ſtis omni acceptione maior, mater eius, &
omnium colliti gantium cui ſoli credendum
eſſe dicebatur teſtificanti fuiſſe natum ſanum,
& perfectum maxima cum ſua patris, & om-
nium conſanguineorum lætitia, & illum in
lucem proditum prodidiſſe voces, & eiulatus, &
ploraſſe prout cæteri infantes ſolent exultaſſe
lucis aſpectu fugiſſe hac cognouiſſe nutricem la-
ctantem cepiſſe loqui poſtmodum ea informi vo-
ce qua cæteri infantes quaſi à natura docti inci-
piunt exprimere mamma tata pappa, vt vtar ver-
bis matris ergo dicebatur non natus mutus mi-
nime ſurdus nequaquam fatuus, addit q; ipſa
(vt aſſolent matres) alloquente congratu-
landi cauſa his verbis veni veni Ioſeph fili mi
ad me; exultabat puer enutricis vbere indicans
ad matrem vocantem euolare velle quo cum tã
ſpecifico matris teſtimonio concordant aliorum
teſtium non minus fide dignorum depoſitiones
53. Marchioniſſa vici, & aliorum teſtium dome-
ſticorum, & cõſanguineorum quibus eſt omni-
no credẽdum *ex regul. tex. in c. quæ, & c. quanto*

eſſe

*eſſe de præſumpt. & l. Octaua. C. vnde cognati di-
cunt inſuper dicti teſtes* ita ſanum, & robuſtum,
ac præualidum perueniſſe, ad annos duos quo
tempore infirmitate grauiſſima fuit affectus quã
Neap. Medici vocant de le Bone ex qua in extre-
mum vitæ diſcrimen conſtitutus fuit, & iuditio
Medicorum deſperatus de vita apparebat. dein-
deq; superuenerunt aliæ acceſſiones, & humores
ex quibus poſtea redditus fuit mutus, & fatuus vt
nunc inſpicitur. Hæc probatio tam ſpecifica
coadiuuata fuit teſtimonio multorum peritorũ,
& Medicorum atteſtantium imperfectionem, &
vitium prædictum non à natura, ſed ex accidenti
cauſatum quinimmo ponderabatur pro hac par-
te etiam teſtimoniũ peritorum adhibitorum pro
parte Hieronymæ actricis qui dicebant non poſ-
ſe ipſos certum iuditium reddere, an hæc im-
perfectio ſit naturalis, vel accidentalis inter
quos fuit Ioann. Berardinus Longhus Philoſo-
phus, & Medicus primarius noſtræ Ciuitatis
Io. Antonius Piſanus Doctiſſimus, & exper-
tiſſimus, & Protomedicus luca Salonius gener.
eius, & alij etiam Medici dictæ noſtræ Ciuitatis
primi, quare dicebatur quod cum probatio facta
per Ioſeph, & Victoriã ſororem contineat actus
tantum ſpecificos, & poſitiuos, & probatio Hie-
ronymæ actricis, non contineat niſi actus gene-
ricos ſpecifica hæc probatio debet præualere
genericæ per gloſam cõmuniter receptam *in l.
diem proferre §. ſi plures in verbo conſeruantur
ff. de arbitr. & Aimõ. quis alior cumulet in conſ.
226. num. 13.* nam actrix ſe fundat in negatiua
quæ non poteſt facile probari reus in poſitiua
10 quæ eſt probata, & magis creditur duobus te-
ſtibus deponentibus de ſana mente, quã mille de
non ſana *Abb. in c. cum dilecti extra de ſucceſſ.
ab inteſt. Iaſ. conſ. 11. num. 8. vol primo, & conſ.
78. vol. 2. late Boer. deciſ. 23. num. 93.* & ſi quali-
tas teſtium eſt attendenda, & ponderanda ex par-
te conuenti adſunt teſtes omni exceptione ma-
iores, & digniores ex quibus in ſimilibus de-
fert omnium ſidem, & ſola matris depoſitio ſuf-
ficere deberet, vt & Medicorũ iuditia ex aduer-
ſo, & teſtes repellerentur? quia deponit de acti-
11 bus qui à nemine melius ſciri poſſunt quam ab
ipſa, & alijs domeſticis matres conſeruant ex
corde, & in corde hos primos motus, & actus in-
fantiles, & peruigiles omnia perſpiciunt præſer-
tim quia inter tot Medicos diuerſa iudicia facta
ſunt, & magis docti dubitauerunt, an hęc imper-
fectio naturalis, vel accidẽtalis fuerit. & ideo de-
bebat preualere iudicium Medicorũ matris te-
ſtimonio magis cõforme, & depoſitionibus alio-
rum teſtium coadiuuatum, vt .ſ. accidentale de
quo cauſam ſcientię reddunt teſtes prædicti quã
naturale fuerit vitium prædictum, vel ſi ex his te-
ſtium contrarijs depoſitionibus, & Medicorum
iudicijs probatio reddebatur dubia debebat ſuc-
cumbere actrix in hoc articulo cuius erat onus
ſpecificam habere probationem *l. fin. c. de pro-
bat. c. ſciant cuncti 29. ſine, & C. epiphanium 2.
q. 2.*

12 Nam actore non probante reus venit eo ipſo
abſoluendus. l. qui accuſare C. de eden. quia pro-
batio dubia non releuat actorem & in dubio pro
reo.

Dicebatur etiam quod ſi pro parte Ioſeph non
eſſet probatum niſi quod lac ſuggebat, & co-
gnoſcebat nutricẽ, quod hęc ſigna non poterant
illum iudicare perfectum, nam hoc etiam com-
mune eſt animalibus brutis ſuggere, & cogno-
ſcere nutrices, ac benefacientes, vt experientia
docet, ſed ridere, exultare, cõtriſtari, plorare, lo-
qui in conſpectũ parentũ conſolari, & exprime-
re illas primas voces informes infantiles, qui ſunt
actus ſpecifici probati in hoc homine infante na-
to, ſunt hæc attributa propria hominis cum alijs
brutis non communia, & paſſiones, & actiones
hominis perfecti, non muti ſurdi & fatui, & mi-
nime communes cum imperfectis, vt conſtat ex
13 diffinitione hominis *per Ariſtotelem eſt* Animal
rationabile ſotiabile riſibile, quę eſt diffinitio Ho
minis perfecti, ergo in quo concurrunt prædictæ
qualitates perfectus natus dici debet, tum quia
14 in dubio etiam vnuſquiſq; præſumi debet per-
fecte natus, quia natura operatur perfectè, & ne-
mo præſumitur imperfectus natura, quia nun-
quã natura præſumitur ſeparata à ſuo naturali
vt optimè dicit *add. ad Bald. in Rubr. an mutus*,
& ille qui ſe fundat in imperfectione hominis te-
netur illam qualitatem plenè probare *Soce. conſ.
42. vol. primo Boer. deciſ. 23. num. 67.* alias
iudicabitur *ſecundum regul. d. l. qui accu-
ſare, & latius Barb. in c. cum dilecto extra de
ſucceſſ. ad inteſt. col. pen. num.* idem conclu-
dit dicens quod inter præſumptiones eſt dare
gradum, quia vna tollit aliã, & ex qualitate actus
geſti quis præſumitur ſanę mentis, vel furioſus,
quia ſi actus geſti conueniunt homini ſanę men-
tis iudicandus eſt talis ergo in propoſito di[illegible]a-
tur, quod cum actus prædicti arguãt quem [illegible]
fectè natum talis cenſendus idem *Franc. Curt.
Iun. conſ. 61.* & illa probatio quæ habet iuris
concomitantiam præfertur ſemper *vt per Aym.
conſ. 73. num. 41.* & nihilominus in hac probatio-
num controuerſia maior pars dominorum adhe-
ruit probationi actricis, & in hoc articulo tenuit?
Ioſeph prædictum à natiuitate ortum imperfe-
ctum fatuum mutum, ac ſurdum, & non fuiſſe
vitium accidentale.

15 Et ideo fuit ſolemniter diſcuſſus ſecundus
articulus, an ſcilicet mutus ſurdus, cecus fa-
tuus, vel aliter imperfectus, ſiue à natura, ſiue ex
accidẽti ſit incapax feudi. Et in muto fatuo, &
imperfecto à natiuitate dicebatur eſſe caſum *ex
c. primo an mutus in tit. Epiſcopus vel Abb. &
in tit. an mutus per totum*, vbi mutus feudum re-
tinere nõ põt ſz. qui nullo modo loquitur inquit
tex. in d. §. mutus, & in c. primo an mutus dici-
tur Mutus ſurdus cecus claudus vel aliter imper
fectus etiam ſi ſic natus fuerit torũ feudum pater
nũ retinebit *Obertus, & Gerardus, & multi alij*
quidam tamen dicunt cum qui ſic natus eſt feu-
dum retinere non poſſe quia ipſe ſeruire non va-
let, ſic dicimus in clerico, & in femina, & in ſi-
milibus, & dicebatur quod hæc ratio militat in
vtroq; imperfecto ſiue à natura, ſiue ex accidenti,
& ideo vtrumq; comprehendere debet, & hanc
16 opinionem *tenet Andr. Princeps feudiſtarũ in
d. c. primo an mutus, & in d. §. mutus ex eo*, quia
militat eadem ratio, & imperfectum vocabo om-
nem

nem

nem,ſiue mutum,ſiue cecum,ſiue claudũ,ſiue fatuũ,ſiue ſurdũ, ergo parũ refert quod ſit imperfectus ex accidenti, ſiue à natura, additq; And. feudum eſſe conceſſum ob cauſam .ſ. ob ſeruitium dum ergo quis eſt mutus, ſeù imperfectus etiam ex accidenti redducitur ad non cauſã qua ceſſante debet ceſſare effectus *l. prima ff. de cõd. cau. data, & cauſa non ſequuta*. Et licet magna ſit authoritas Andreæ feudorum. Euangeliſtæ contra quam iudicare periculoſũ ſit nihilominus quia articulus erat iſte nouus, & nondũ deciſus, & doct. in acies diuiſi ſunt inuicem digladiantes ſuper *intellectu d. c. primi an mutus, & habet* varios ſenſus ita vt doct. altercantes inter eos verè reddiderint dicti tex. mutum, & ſurdum, & imperfectum ſiue à natura, ſiue ex accidenti feudum non valere retinere, & è conuerſo quod valeant retinere non inualidis argumentis, & rationibus à doctoribus defenditur, & ſubſtinetur *licet Canet ſiculus acutiſſ. in repet. c. ſi aliquem, in cap. incip. non ſic facile num. 37. teſtetur opinionem Andreæ ſ. relatam eſſe communem*, alij tamen contra, & vtraq; opinio habet ſuos ſcopulos ſuoſq; fautores, & Duces, & tex. prædict. inter Scillam, & Cariddim fluctuat. Ideo opere prætiũ eſt vt verus, & germanus ſẽſus dicti tex. ſecernatur, licet .n. lex quæ varios patitur intellectus ad deciſionem cauſarum non debeat allegari. *l. in ambiguo vbi Bart. ff. de rebus dub.* quia tamen
27 ex hoc tex. pendet iſtius caſus deciſio, & alium non habemus etiam quia lex quæ multiplici intellectu intricatur debet interpretari, & extricari ſecundum magis cõſonam rationem, & vſum. *l. ſi de interpretatione ff. de legibus, & latè Canon. in c. fin. ext. de conſuetudine* ſicut ardua fuit cauſa ita, & diſputatio de vero ſenſu dicti tex. accerrimè habita inter omnes, & plures intellectus recitantur. ſiquidem primus intellectus eſt ex quo in d. l. duæ recitantur opiniones prima *Oberti Gerardi*, & aliorum quod .ſ. mutus poſſit retinere feudum paternum ſecunda aliorum tenentium in eo qui ſic natus eſt non poſſe retinere quia ſeruire non poteſt. Primum intellectum tradidere, & tenuere *Præpoſ. ibi. Io. Rainald. in ſuo comprehens. in §. præterea ducatus l. imperialem de probit. feud. alien. per fed. num. 11. Camer. & Flocc.* qui ſecundum hunc intellectũ conſuluerunt. *in conſ. impreſſo poſt Canet. in eis rep. ſupra citata* ſecundum intellectum tenuit *Andr. dè Iſernia. in d. tit. et latè Canet qui ad partes diſputat hũc intellectum in loco ſupra citato reprobata opinione Camer. & Floccari. vbi late de vtriuſq; intellectus veritate.*

Tertius fuit quod prima opinio nõ corrigat ſecundam nec è cõtra, ſed quod vnaquaq; procedat in ſuo caſu particulari, nam quidem dixerũt tex. præd. in prima ſui parte loqui in feudo paterno, & in eo procedere. Secunda vero in feudo nouo, vt ſit verum quod mutus, & c. poſſit retinere feudum paternum ſiue ex accidenti, ſiue à natura fuerit mutus, & imperfectus, & hoc in prima parte. In ſecunda vero parte quod valeat retinere feudum nouum ad differẽtiam paterni de quo in prima parte, & hoc fuit de mente *glo. in d. c. primo an mut. & ibi Bald. & martin. laud. & idem Bal. in d. ſ. mutus, & ante omnes Ardizz. in sũma in tit. de ſucceſſ. feudi §. an mutus c. 137. & c 69. Iacob. de Rauenna in ſua ſumma in tit. quib. mod. feu. ammiſſ. add. ad Bal. in d. §. mutus, littera F. Iacob. de Beluiſo in eod. §. mutus, & ibi etiam Aluarottus, & in d. tex. an mutus vbi teſtatur Nicolaum de Neap. idem tenere, et Rainald. vbi ſupra qui teſtatur hunc eſſe verum ſenſum, & opinionem, & idem in §. pena num. 4. & in ſ illud num. 28. in fine, & nouiſſime Camillus. Salern. in addit. ad Hapod. in conſuet. ſi quis in xxx. concord. inter feudum hereditarium, & ex pacto, & prouidentia.*

Quartus intellectus quod prima pars dicti tex. intelligatur quod ſeruitiũ præſtari poſſit in pecunia vt ſic procedat illa prima opinio quod mutus, ſiue à natura, ſiue ex accidenti poſſit feudum retinere ſecunda vero intelligatur, vbi ſeruitium perſonale exigitur, & ſic in feudo recto at vbi ſeruitum poteſt præſtari in pecunia tunc mutus, & à natiuitate retineat feudũ, & ita tenuit *glo. Bal. Præpoſ. Iac. de Beluiſo, & a ÿ* ibi quia mutus feudum ſeruire poteſt, & ſic ceſſat ratio in d. tex. conſiderata, & hanc opinionem tenet *idem Bal. in tit. de pace Conſt. in l. liberalis in fine Alex. cõſ. 136. nu 3. vol. primo Card. Alex. in c. cũ apud extra de ſponſalib. Molina in tract. de primogeni. lib. primo c. 13. num. 44. ubi alios congerit.*

Quintus quod tex. prędictus in prima ſui parte loquatur in muto ex accidẽti, & in ſecũda parte in muto à natura, & ſic ſẽſus quod mutus ex accidẽti factus nõ ammittat feudũ, & ita ꝓcedat prima pars mutus vero naturalis amittat, & ita procedat ſecunda pars, & hunc intellectum, & opinionem ſequuti ſunt doct. omnes parum memores quod aliter aliqui tenuerunt contrariũ, vt Pileus in ſua ſumma relatus. *E glo. & Aluar. in d. c. primo, & glo. 6. Pileum ſequitur Iac. de Areu. Iacob. de Beluiſo. & Bald. in d. ſ. mutus vbi teſtatur hanc opinionem veriorem, & æquiorem, et idem in c. primo in fine d. ſucceſſ. feud Prepoſ. in d. ſ. mutus, & in d. c. primo, an mutus Feder. Soler. in eod. §. mutus, & in d. c. primo an mutus, & in c. primo de mil. vaſſ. Rainal. in d. comprehenſ. ſ. præterea ducatus num. 11. Cumia in. repet. c. ſi aliquem ſ. maſculus nu. 27. & 28. Franc. Octom. in d. §. mutus num. 3. Iaſ. in tract. de feud. tit. de ſucceſſ. feudi 8. parte nu. 68. Iacobin. in ſuo Tract. de feud. in prin. col. . Greg. in Tract. de ſucceſſ. feudi 4. parte q. 8. num. 29. Igneus in l. 3. ſ. verum nu. 49. fol. 59. ff. ad Syll. Laud. in Tract. de primogen. col. pen. & ſeq. & in Tract. de Principe num. 22. Corſett. in Tract. de Eccleſ. reg. 94. Tiraquel. de iure primogen. q. 27. Alex. conſ. 176. vol. . . . Abb. conſ. 47. nu. 7. vol. primo Socc. omnino vid. in conſ. 47. num. primo, & 11. vol. 3. Archid. in c. grande extra ſuplenda neglig. prælat. Molin. in d. Tract. de primogen. lib. primo c. 13. nu 21. cum ſeq. & Capic. in ſua inueſt. in verbo feudatariorum filÿ ſ limita 11. Freccia lib. 2. de ſubfeud. q. prima in cap. incip. ſupereſt aliqua nu. 9. Liparul. in d. c. primo an mutus ſuper verbo non eſt nouum, & hanc eſſe communem.*

Sextus datur intellectus quod prima pars tex.

proce-

procedat rege ſubſtinente, & non patente reuocationem feud. quia ſubſtinẽdo feudatariũ inhabilem retinebit feudum, ſecunda pars procedat in rege non ſubſtinente ſed reuocante, vt non retineat feudum, & hoc de mente *Andreæ in d. c. primo*, ſed ſenſus diuinatiuus eſt licet opinio in ſe vera ſit, vt inferius dicetur, vbi de ipſius Regis præiuditio tantum agitur; nam non eſt dubium, quod ſubſtinendo vel inueſtiendo Vaſſallũ inhabilem, & imperfectum ex certa ſcientia poterit feudum retinere.

Septimus intellectus eſt *quod tex. in d. c. primo in prima parte procedat*, quando Rex facit gratiam feudatario inhabili, ſecunda vero, & etiam tex. in d. §. mutus quando rex noluit facere gratiam, ſiue agatur de feudo nouo ſiue paterno, & ſiue morbus ſit naturalis, ſiue accidentalis, vt colligitur *etiam ex Andrea in vtroq; tex.* Sed eſt etiam vera diuinatio.

18 Ideo vnus ex Dominis dixit quod licet ex tot Doct. varijs interpretationibus iſte tex. videatur inextricabilis nihilominus non æget cauillatione. nam ſi bene ratio ponderetur non diuinetur tex. prædictus loquitur de vtroq; muto, & imperfecto nempe de eo qui ab vtero matris vitium contrahit, & naturaliter talis naſcitur, ac de eo quem poſt natiuitatem morbus inuaſit, & imperfectum reddidit, & quod hoc ſit verum patet quia primo ponit caſum de muto, ſurdo, cæco &c. ſecũdo ponit deciſionem in qua recitat duas opiniones. Primam quæ fuit Oberti, & Gerardi, & aliorum, ſecundam, quæ fuit aliorum his verbis, quæ neceſſario repetenda ſunt *Mutus ſurdus, cæcus, claudus, vel alias imperfectus etiã ſi ſic natus fuerit etc.* quæ verba etiam ſi ſic natus fuerit inneunt adeſſe alium qui non ſic natus ſit. Ergo de vtroq; muto, & imperfecto ponitur caſus, tam de eo qui ſic natus, quam de eo qui non natus, & conſequẽter ex accidenti redditus imperfectus, nam altero de duobus modis quis poteſt eſſe mutus, & imperfectus, vel à natiuitate, vel ex accidenti, vt de ſe patet ergo tex. de vtroq; intellexit, vt ſit ſenſus non ſolum imperfectus ex accidenti in quo nulla videbatur difficultas, ſed etiam qui ſic natus eſt nam dictio illa etiam, quæ eſt implicatiua ſimiliũ implicat caſum minus dubitabilem, vt latè per *Dec. in l. qui ſe patris nu. 11. C. vnde lib. not. 86. in verſ. etiã per procur. Aret. cõſ. 62. Alex cõſ. 116 vol. 2. Dec. cõſ 696. Bal. conſ. 209. vol* 3. vbi ex duobus illatis, & præſuppoſitis, qui vnum negat alterum affirmare præſumitur, & eſt ac ſi dixiſſet) non ne bene dicunt Obertus Gerardus, & alij quod mutus, cecus, claudus, ſurdus, vel aliter imperfectus etiã ſi ſic natus fuerit non ſolum ſi ex accidenti feudum paternum retinere poſſit, & reſoluit, ac reſpondet tex. quidam tamen dicunt eum qui ſic natus eſt feudum retinere nõ poſſe ergo ille qui non eſt natus feudũ retinebit, quoniã de duobus tex. ille heſitauit de muto à natura, & de muto ex accidenti conceſſit tamẽ mutum à natura eſſe inhabilem, & incapacem feudi ergo remanet firma opinio Oberti Gerardi, & aliorum in muto ex accidenti, ergo patet hactenus hanc lecturam abſq; cauillatione planam eſſe, & de vtroq; imperfecto loqui, & ſentire expreſſe: & dicit quod vterq; totum feudum paternum retinebit ex opinione Oberti Gerardi, & aliorum, & hæc eſt prima opinio recitata in textu, ſubdit deinde recitando ſecundam opinionem, & dicit quidam tamen dicunt eum qui ſic natus eſt feudum retinetinere non poſſe quia ipſum ſeruire non poteſt & c. cum ergo à principio tex. de vtroq; muto, & imperfecto ſentit, & iuxta opinionem Oberti Gerardi, & aliorum vterq; eſſet habilis, & capax feudi poſtmodum ſe reſtringit tantum ad mutũ à natiuitate quem ſecundum opinionem aliorum incapacem, & inhabilem declarat. ergo mutus ex accidenti remanet ſub diſpoſitione primæ deciſionis quod feudũ retinere poſſit quia nihil in eo immutatur, & incluſio vnius eſt excluſio alterius etiam arguendo à contrario ſenſu ex *regula tex. in C. nonne extra de præſumpt. & ſi tex.* voluiſſet excludere vtrumq; mutum à feudi ſucceſſione, & retentione à principio non poſuiſſet caſũ, & ſe reſtinxiſſet ad eum, qui ſic natus eſt in quo videbatur tota difficultas, ſed ſimpliciter de muto, ceco, vel aliter imperfecto dixiſſet, & hæſitaſſet abſq; diſtinctione, an ſic natus ſit, vel non natus ſit. Ergo litera tex. plana eſt nulla tergiuerſatione cauillanda ex qua reſultat deciſio ſupra firmata quod mutus ex accidenti poteſt feudum retinere à natura vero ſic editus incapax penitus ſit, & illud retinere non poſſit, & conſequenter non ſit limitata, & correcta opinio Oberti Gerardi, & aliorum, quæ iam vigebat niſi quo ad mutum, & imperfectum à natiuitate tantum remanet firma quod ad mutum, & imperfectum ex accidenti. Cui accedit ratio per Canet. explicata in repet. d. c. ſi aliquem in loco ſupra citato nu.
19 26. pag. mihi 223. dicens quod cum hæc ſecunda opinio recitata in tex. corrigat primam. Correctio debet cenſeri iuxta terminos legis correctæ vt probat tex. *in auth. de ſiljs ante inſtr. dot. nat. circa medium, & Corn. in conſ. 199. 2. vol.* ideoq; cum principium capituli comprehendat vtrũq; vitium tam naturale, quam accidentale, & hoc principium eſt correctum per finem, ſeu ſecundam opinionem in fine poſitam debet omnia corrigere.

Siquidem dicimus quod per Canet. adducta procedunt, vbi correctio eſſet ſimpliciter, & generaliter facta, ſecus vbi correctio eſſet ſpecialis, & reſtricta. & limitata ad certum caſum tantum, nã tunc extra illum caſum non porrigitur, vt in d. tex. in quo finis, ſeu ſecunda opinio non corrigit primam ſimpliciter, ſed ſe reſtringit ad mutum qui ſic natus eſt, & ideo non eſt correctio vniuerſalis, & prima opinio non eſt correcta, quo ad vtrumq; mutum, ſed quo ad mutum à natiuitate, vt ſupra eſt ponderatum nam deciſio limitata producit effectum in caſu limitato tantum ex *reg l. in agris ff. de acquir. domin. & l. ſi ſeuerior. vbi Bald. Alex. & alij C. ex quibus cauſ. infam. irrõgatur latius Felin. in c. cum ordinem extra de reſcriptis num. 4. poſt Barbatiam* ibi & verba legis non debent captari, & calumniari,
20 ſed præcedentia recipiunt interpretationem, & reſtrictionem à ſequentibus, & è contra *l. ſi cum fundum, & ibi gloſ. ff. de hæred. inſt. l. ſi ſeruus*

plurium

plurium § fin. ff. de lege primo tanto magis quia non militat eadem ratio in vtroq; vt inferius dicetur, & tanto fortius debet cenſeri facta correctio in vtroq; muto. Et ad ſecundum retinere in tex. poſitũ. Dicitur quod tex. loquitur in eo qui de facto retinebat feudum nam eo tempore ſecundam opinionem Oberti, & aliorum in tex. prædicto recitatũ omnes retinebant feudum, & cum hæc opinio eſſet controuerſa fuit neceſſe promulgare legem quæ opinionum differentias tolleret, & lex ſuit facta, & ſuperuenit ad tollendas controuerſias illorum ſapientum, & compilatorum conſuetudinem circa feudalia, & ad id quod de facto tunc contingebat.

Nec Sacrum Conſ. mouere debet ratio per Andream allegata ex quo ratio excluſionis in tex. conſiderata militat tam in muto ex accidenti quam in muto à natura debet vtrumq; comprehendere, quia quemadmodum mutus à natura excluditur quia feudum ſeruire nõ poteſt eodem facto non poteſt ſeruire mutus ex accidenti ergo eadem ratio militat in vtroq; & conſequenter eadem diſpoſitio debet in vtroq: habe-
21 re locum *vulg. l. adigere ff. de iure patr.* Item etiam quia cauſa per quam fuit datum feudum fuit propter ſeruitium, & modo propter impedimentum, ſiue naturale, ſiue accidentale redducitur ad non cauſam, per quas rationes expreſſe tenet tex. prædictum loqui de vtroq; muto, & ſub eadem diſpoſitione vtrumq; comprehendi præſertim vbi Rex non facit gratiam, vel ſcienter nõ inueſtit, mutum in imperfectum, nam hoc caſu faciendo gratiam, vel inueſtiendo ex certa ſcientia poſſint ſeruire per ſubſtitutum, quam opinionem late defendit *Canet. in loco ſupra citato*, & eſſe communem non ex numero doctorum, ſed ex pondere authoritatuum, & rationum, vt ibi per eum.

Nam, pace tantorum virorum, non ſine miniſterio textus prædictus de vtroque muto heſitans ſe tantum reſtrinxit ad mutum à natiuitate, ſecundum vltimam opinionem, quæ, vt dicit Canet. præualere debet, quia corrigit primam, & eſt vera deciſio illius caſus, quia non eſt verũ mile, quod militet eadem, & vna ratio in vtroq; quinimmo totum contrarium. Nam in muto ex accidenti concurrit legitima feudi acquiſitio, & poſſeſſio ab initio: nam cum impedimentum ſit accidentale, ergo legitimè feudum ab initio acquiſiuit, & poſſedit, & licet *Andr. in d. tex.* dixerit, quod in hoc caſu non habet locum regula, quod multa impediuntur contrahenda, quæ non impediuntur iam contracta, tamen communis opinio eſt in contrario vſu, in his terminis tenuit *Bald. & vniuerſa feudiſtarum Schola*, concludit enim Bald. in hoc num. 4. quod difficilius tollitur ius quæſitum, quam quærendum; nam mutus ex accidenti habuit originem fundamenti in perſona patris, & deinde in perſona propria, vnde quaſi in duabus radicibus fundamentum, fortius eſt ad quid facit illud vulgatum, turpis eijcitur, quam non admittitur hoſpes, & in *cap. 1. in fine de feud. ſucceſſ.* tenet hoc, in
22 ſpecie in primogenito Regis demente, dicens, quod ſi fuerit demens à natura, quia vitium eſt naturale, & perpetuum, ſecundogenitus erit Rex; ſi vero dementia ex accidenti ſuperuenerit, quia ius Regiæ poteſtatis reperitur, iam radicatum in ipſo primogenito, non poſſit hoc caſu ei auferri Regnum, & hoc ius radicatum, ſed tantum dari curator, *per tex. in cap. grandi extr. de ſuppl. neglig. prælat.* vbi eſt caſus, & quod notat *Archid. in cap. item obijcitur 2. quæſt. 7. & cap. cum inter, extr. de elect. & idem Bald. in auth. hoc amplius, C. de fideicomm. ſequuntur Laudenſis in tract. de primogenit. in penult. col. & ſeq. verſ. rurſus quærendum eſt, Iacob. in tract. de feudis in princip. in cap. incip. quid ſi Rex num. 7. Aluar. in d. §. mutus Epiſcop. vel Abb. Corſett. in tract. de excell. Regis quæſt. 10. & Ioannes Leciryer 1. tract. de primogenit. lib. 1. quæſt. 5. gloſa Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſa 1. in 2. quæſt num. 25.* qui tenet hanc opinionem non habere locum in Regno Franciæ, vbi etiam
23 demens à natura ſuccedit, & ad idem allegat *Igneum in tract. ſeu diſput. an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem col. 3. & 8. ſed verius num. 97.* vbi dicit Regnum Franciæ non Regi more feudi, nec eſſe feudum, quia attenditur propriè deberi Regnum iure agnationis, & etiam furioſo quæri, & furorem non impedire retentionem iuris quæſiti, & debiti iure agnationis, vt ibi per eum *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. par. 4. quæſt. 8. num. 29. & ſeq.* & nihilominus in Rege, qui ſuſcipit Regni gubernaculum, maius imminet periculum, ſicut in Prælato propter curam animarum, tandem dementia accidentalis, & ſuperueniẽs illos non excludit, ſed excuſat, quia iam habent ius radicatum, & dominium legitime acquiſitum, ergo à fortiori debet procedere in feudatario in quo nõ conſideratur aliud quam ſeruitium, & aliud periculum non imminet, nec aliud inconueniens poteſt imminere, & periculum poterit præſtari, & explicari per ſubſtitutum, quemadmodum Regnum gubernari per curatorem in caſu prædicto, quæ ratio ceſſat in muto à natiuitate, ex ſupradictis; nam cum hæc lex reſiſtat vtiq; non poteſt dici in tali muto radicatum aliquod ius, nec dominium legitime acquiſitum, & ideo facilius impeditur quærendum, quam quæſitum, ergo verum eſt dicere, quod multa prohibentur acquirenda, quæ acquiſita tolerantur, & poſtquam dominium eſt radicatum in alicuius perſona non tollitur impedimento ſuperueniente, quod à principio acquiſitioni obſtetiſſet ſi adfuiſſet. Poteſt etiam dari reſponſum, quia primogenitus feudatarij eſto ſit imperfectus à natiuitate, nihilominus patre mortuo illico ipſo iure cenſetur dominus feudi, quia dixit *glo. in c. 1. quid ſit inueſt. in verbo aut ſucceſſione*, quod filij non acquirunt ſuccedendo patri, ſed acquiſita capiunt, & *Bald. in d. tit. an mutus num. 5.* dixit in his proprijs terminis noſtris, quod in ſuo hærede etiam patre viuo dicitur primogenitus feudatarius, *per tex. in l. ſi quis duos, ff. de lib. leg.* & ideo poſt mortem patris non dicitur ſuccedere, ſed retinere, *per tex. in l. in ſuis, ff. de lib. & poſthum, & §. ſui, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſer.*

Cu accedat alia ratio, quod ad hoc, vt quis

34 priuetur feudi ſucceſſione tãquã inhabilis, & incapax neceſſaria eſt ſententia declaratoria, per quã declaretur imperfectus, *vt in cap. ſancimus, vbi Andr. quo temp. mil. & in cap. 1. §. ſed nec alia iuſtior num. 34. quæ fuer. prima cau. benef. amitt. & ibi Afflict. & Capit. in ſua inueſt. in verſ. feuda amittuntur, in numero trigeſimoquarto, verſ. ſententia etiam requiritur*, ergo ſi requiritur ſententia declaratoria, interim ſuccedit, & poſſidet, & proinde de retentione, non de acquiſitione dubitatur, quia alias ſi non poſſideret neceſſe eſſet dicere dominium feudi eſſe in ſuſpenſo contra regulam.

Verum licet opinio Gloſ. & Bald. videatur mulcere auribus, tamen in ſe non eſt vera in caſu noſtro, vbi de muto a natiuitate agitur, quia poſſet procedere datis terminis habilibus in perſonis capacibus, & quæ nullum habent impedimentum ſuccedendi, & acquirendi dominium feudi; nam vtique tunc finguntur retro acquiſiuiſſe, etiam patre viuo: quo mortuo poteſt non improbabile dici, quod acquiſita capiunt, quia ſunt vere acquiſita, & eſt vetum, quod in rubro, & nigro illius tit. de retentione tãtum dubitatur; nam eo tempore, vt dictum eſt, erat conflictus opinionum, an mutus à natiuitate poſſet feudum retinere: quia qui tenebant poſſe retinere præſupponebant poſſe ſuccedere, & acquirere, & ideo fuit neceſſe facere legem negatiuam, & prohibitiuam quod non poſſit retinere, ex quo ſunt feudi incapaces tales muti, & imperfecti à natiuitate, & conſequenter non poſſunt in feudis ſuccedere, qua lege, ſeu conſuetudine feudali hodie ſtante non poteſt in huiuſmodi imperfectis habere locum, opinio gloſæ prædictæ, & Baldi, quia tam ante, quam in ipſo actu ſucceſſionis perſona non reperitur capax, & habilis ad acquirendum, & ſuccedendum in feudis, & ita tenuit *Petr. de Ceruia relatus per Alnar. in d. tex. num. 1. in fine, verſ & aſſignat rationem differentiæ*, dicens, quia quando vaſſallus à natura naſcitur imperfectus, tunc contractus iſte feudalis deuenit in perſona ſua ad caſum in quo non potuit vnquam conſeruare, & ideo vitiatur, *ex tex, in l. generaliter, & l. Vra.iæ, ff. de fideiuſſor.* ſed quando eſt ex accidenti, quis imperfectus, tunc bene retinere poteſt feudum, quia habet originem fundamenti, n. dum in perſona patris, ſed etiam in ſua, vnde fortius eſt, quod duabus radicibus fundatur; cũ ergo talibus imperfectis lex reſiſtat, propter legis repugnantiã, non in vita patris cenſentur acquirere, quia fictio non operatur contra ius, & in rebus impoſſibilibus, & conſequenter neq; poſt mortem patris acquiſita capere.

Et pariter ceſſat ex hoc inconueniens allegatum, quod alias dominium eſſet in ſuſpenſo, ſiquidem eo ipſo, quod primogenitus naturaliter naſcitur imperfectus, & conſequenter incapax feudi tunc dominium cadit in ſecundumgenitũ, vel alium proximiorem agnatum, cui lex defert feudi ſucceſſionem gradatim, vel agnatis deficientibus feudum aperitur domino, *vt dixit Andr. in cap. 1. in fine de feudo fam.* loquens in primogenito, qui tempore mortis patris reperitur clericus, & conſequenter etiam feudi incapax, & ideo non poteſt dici dominium eſſe in ſuſpenſo, etiam quia dominium hoc caſu reſideret in ipſo eodem feudo, ſicut dicimus de datione hæreditatis iacentis, quod reſidet in ipſamet hæreditate dũ iacet, & acquiritur hæredi futuro, *l. 1. §. quoties, ff. de eninr. Conarr. lib. 3. var. cap. 13. num. 13. licet Curſ. in tract. feud. in 2. par. principali quæſt. 8. num. 11.* teneat poſſe feudum eſſe in ſuſpenſu, in caſu de quo ibi per eum pendente natiuitate poſthumi præteriti, *per tex. in l. antiqui, ff. ſi parſ. hæred.* & ad illud, quod requiratur ſententia declaratoria eſt, verũ niſi natura non proferret ipſam ſententiam, ſed requireretur extrinſeca probatio, & factũ hominis, ſed caſus de quo diſputatur, vbi naturaliter, & viſibiliter quis naſcitur imperfectus, & dato hoc præſuppoſito, quia tunc, vt dictum eſt, iuris operatione, & miniſterio non poteſt dici acquiſitum feudum in vita patris, neq; poſt mortem, alia ſententia non requiritur, & ſi ſententia ſubſequatur declarat factum, quod fuit ab initio natiuitatis talis imperfecti, cum ius, illico facit operationem ſuam, dato ſubiecto naturali imperfectionis, & incapacitatis, & ideo facta declaratione per Iudicis ſententiã retrotrahitur ad tempus natiuitatis, à quo tempore iuris intellectu dominium fecit tranſitum in proximiores, præterea namq; poteſt dici dominium feudi eſſe in ſuſpenſo, quia ſemper reſidet in ipſo feudo, ſicut de dominio rerum Eccleſiæ, quod ſemper eſt apud eum, vt dicit *Andr. in cap. 1. §. ſimiliter in oſtendityſ num. 16. de Capit. Corradi, & Innocen. in cap. in præſentia extr. de probat.* vbi dixit, quod licet præbendæ ius vacet, tamen res, & iura pertinentia ad præbendam, non vacant, immo poſſidentur ab Eccleſia, etiam dum viuit prælatus, quia prælatus poſſidet nomine Eccleſiæ, hinc dicimus in feudatario, qui vtiliter poſſidet, non directè; directus autem dominus eſt Princeps, & feudum dicitur hnmo mutus, *gloſ. in conſtit. conſuetudinem præuam in ver. cum his, Afflict. in conſtitut. ſtatuimus, num. 54. Frecc. lib. 1. de ſubfeud. in tit. de offic. Magni Cancell. num. 33. & Rota deciſ. 4. in nouis incip. poſſeſſor beneficij fol. 2. & Capic. deciſ. 2. num. 7.* & feudatarius eſt ſicut pica, & organum, *vt dicit dicta gloſ. & ſimilis, glo. in l. multum intereſt, C. ſi quis, vel ſibi, de domino, & procuratore, & ſequitur Bald. in l. 3. num. verſ. eſt & quartus caſus, C. de edi. diuè Adr. Capic. deciſ. 1. & Innocent. in cap. cum ſuper, extr. de cauſa poſſ. & propr.*

Sed hodie ceſſat omnis difficultas, & ratio *tex. in dicto cap. 1. fine*; nam fæmina ſuccedit in feudo ex iure conſt. Regni, ſi ſuccedit femina in qua militabat ratio, quod ſeruire non poterat: ergo & mutus, & ſurdus fæminæ æquiparatus, vt *per Siluanum in conſ. 3. & alios quos citat ad id Bolognet. in conſ. 1. num. 29. & ſeq. omnino vid.*

ADDI-

ADDITIO.

SVMMARIVM:

1 *CAEcus, an poſſit retinere feudum.*
2 *D. Camillus de Medicis laudatur;*
3 *Milites Hieroſolymitani S. Ioannis an poſſint retinere feudum.*
4 *Milites S. Iacobi*, Calatraua, *& Alcantara an poſſit retinere feudum.*
5 *Famina, an poſſit retinere feudum.*

1 MEmini de hac abbundanti deciſio-
ne ſupra in deciſ. 43. vbi idem ar-
ticulus diſcutiendus apparuit) ſi
cæcus poſſit retinere feudum &c.
2 & allegaui *conſil. eximij Aduocati D. Camilli
de Medicis in conſ.* 30. qui in eadem cauſa ſcrip-
ſit, & ibi omnia addito *Domino Regente Tapp.
deciſ. Sac. Conſ. 6. nouiſs.* & ad materiam nota
alias eſſe in iure perſonas, quæ feuda retinere
3 non poſſunt, vt patet in militibus Hieroſolymi-
tani S. Ioannis, *per ea, quæ Cacher. deciſ.* 27.
num. 18. *Brunus conſ.* 17. *& Anna ſingul.* 207.
Et nouiſſimè more ſuo argutè, & dilucidè *The-
ſaur. Iun. in quæſt. forenſ. quæſt.* 18. *num.* 6. *verſ.
ego in pũcto lib.* 1. in qua quidem quæſtione iura,
& rationes, ad hunc materiam ſpectantes cumu-
latiſſime congerit; contrariæ tamen ſententiæ
Doct. plurimos in d. deciſ. 43. adduxi, quibus
liberiori calamo annecto *Tho. de Marinis de ge-
nerat. & qualit. feudi tit.* 2. *§. conſtitutio n.* 141.
Menoc. de arbitr. cap. 231. *nu.* 7. *& in additione
num.* 21. *& Dominus de Ponte conſ.* 14. *num.* 5.
vol 1. *& Intrigl. de feud artic.* 1. *num.* 208. *p. p.*
4 ſed ſecus eſt in Equitibus, & Militibus S. Iacobi,
Calatrauæ, Alcantaræ, & ſimilibus, qui in feudis
ſuccedunt, & videmus propemodum infinitos,
nunc in hoc Regno Neapolitano, & tota Italia,
& in Hiſpania, qui poſſident feuda titulata.
dignitatum, ac magna dominia, & feuda, *Molin.
de Hiſpan. primogenit. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 98.
Menoch. in addit. ad dictum caſ. 231. *num.* 31.
5 & in femina, *vide Georgium alleg.* 21. *numer.* 6.
Annam conſ. 8. *num.* 6 *Borrell. de Magiſtr. edict.
lib,* 1. *cap.* 2. *num.* 63. *Minadoum deciſ.* 36. *num.*
12. *& in conſtit. aliquibus, verbo filiorum num.*
25. *& Annam alleg.* 34. *num.* 9. *&* 106. *num.* 4.
vbi negant eſſe capacem ad feudorum ſucceſſio-
nem receptis tamen declarationibus per ipſum
*Borrell. treſdecim dicto loco enunciat, vt in
num.* 64. *& latius in ſumm. deciſ. par.* 1. *tit.* 34. *à
num.* 164. *& ſeq.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Mercatoris doloſè decocti pœna enuntiatur.

SVMMARIVM.

1 *MErcatorum fraudes per DD. aliquæ recitata remiſſiuè.*
2 *Bancherij publici foro cedentes, & in termino pragmatica non comparentes, habentur pro foriudicatis.*
3 *Mercatores, & doloſi decoctores in Hiſpania quomodo puniantur, & quod priuatur nobilit.*
4 *Mercatores doloſè decocti ſunt infames, & infamiſſimi, & more antiquiſſima legis debent creditoribus tradi dilaniandi, cum declaratione num.* 5.
6 *Materiam mercatorum doloſè decoctorum enuntiauit etiam Author ſupra in deciſ.* 59. *abbundanter.*
7 *Mercatura non poteſt exerceri abſq; peccato.*

DECISIO LXXX.

1 OBacuta, & auara in-
genia mercatorum,
qui varias ſolent cõ-
mictere fraudes ad
decipiendos credito-
res dum foro ſe ceſ-
ſuros, ac decocturos
ſe vident, vt diſcur-
runt *Doctores in l.
poſt contractum, ff.
de donation. & in toto titulo, ff. de his quæ in
fraud. credit.* & optimè explicat, ac cumulat ip-
ſorum fraudum genera, *Matthieuſ. lib.* 5. *reco-
pilat. tit.* 19. *de decoctor. & eorum pœnis l.* 1. *glo.*
1. *&* 2. *per totum*, multas habemus conſtitutas
2 pœnas contra ipſos, & in Regno noſtro in pu-
blicis bancherijs, qui foro cedunt ſtatutum, eſt
per pragmatica ſub titulo de nummular. quod
ſi aufugerint, & non comparuerint intra termi-
num ibi ſtatutum habeantur pro foriudicatis, &
3 in Hiſpania mercatores decoctores, qui ratio-
nes perturbauerint, falſificauerint, libroſue ra-
tionum adulterauerint, aut abraſerint, vel occul-
tauerint, tanquam publici latrones puniantur,
& nobilitate priuentur, *vt d. tit.* 19. *lib.* 5. *nouæ
recopilat. per totum*, licet de per ſe in aliquibus
nationibus ſola mercatura non inficiat nobilitati,

Cc 2 vt di-

vt dicebat *Tiraquell. de nobilit. cap.33.num.21.*
id circò interrogatus reſpondidi pœna mortis
puniendum,& vti ignobilem;nam actentis *Baldi*
4 *verbis in conſ. 400. num. 40. vol. 1.* tales vti in-
fames, & infamiſſimi, more antiquiſſimæ legis
5 deberent tradi creditoribus dilaniandi, *gloſ. in*
l.1. in gloſ. vlt. C. qui bonis cedere poſſunt, in-
telligendo propriè in mercatoribus fraudulenter
fallitis, qui maximo Reipublicæ diſpendio ex
6 pecunijs, & rebus alienis verſuram doloſam
faciunt, & furtum in dies committunt, *& facit*
l. quilibet, C. de decurionibus lib.10. ibi ictibus
plumborum, &c. inde dicebam tale exercitium
7 prohiberi Clericis, *cap.fi.1.de vita, & honeſtate*
cleric. cap. prædicator 16. q. 1. cap 14. q.4.cap.
negotiationem 88. diſtinct. ex ratione c. ſummæ
14 q.4.cap. canonum, & cap. quicumq; eadem
cauſa,& q. e 1 & quæ notant ibi DD. de empt.
& vendit. Abb. in c. fin. de vſuris, Boer. in
cap. in Ciuitate eod. tit. num.6. quæ ſcribere vo-
lui breuiter, licet & in deciſ. *59.* aliqua etiam
dixiſſem.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores falliti, famoſi dicuntur latrones.*

2 *Mercatorum ſtatus verſatur in magno periculo, & diſcrimine æternæ ſalutis.*

3 *Mercatura an deroget nobilitati.*

4 *Mercatores propter eorum tenacitatem, & fraudulentem habitum, iura diuerſimodè tractarunt.*

5 *Mercatores decocti, ſiue falliti ſunt ipſo iure priuati adminiſtrationem eorum bonorum.*

6 *Mercatores decocti non admittuntur ad ceſſionem bonorum.*

7 *Mercatores decocti antiquo iure quomodo puniebantur.*

8 *Mercatores decocti poſſunt torqueri, vt indicent pecunias.*

9 *Mercatores decocti poſſunt capi in Eccleſia.*

10 *Mercator decoquens dicitur furtum facere, & ſtante decoctione eius bona efficiuntur creditorum.*

11 *Mercator vitio fortunæ decoctus non patitur pœnas doloris mercatoris.*

12 *Bancherius decoctus etiam vitio fortunæ, & facto Miniſtri banchi ſortiudicatur.*

13 *Mercator bonus non præſumitur librum falſificare.*

14 *Falſitas, vt euitetur, interpretatio ſemper fit.*

15 *Mercator non probatur ex vnica venditione, & ibi quomodo probetur mercatura.*

16 *Mercator quando dicatur eſſe in dolo, & num. 17.*

18 *Mercatores falſum committentes in eorum libris, pœnis varijs puniuntur.*

ADdas ex eo, quia huiuſmodi mer-
1 catores falliti dicuntur latrones fa-
moſi, *ſecundum Ioſeph Seſſa de-*
ciſ. 102. numero 1. per totam, &
Rebuff. de Mercatore tom. 2. numero 8. &
9., vbi de mercatoribus propriæ occultanti-
bus merces, &c. & *Caball. caſu 177. numero 4.*
2 latiſſimè inde dicunt decoctorum mercatorum
ſtatum verſari in magno periculo, & diſcrimi-
ne ſalutis æternæ, *Stracch. in tractatu de*
Mercaturis num. 5. folio 33. in paruis atergo,
Viſconte concluſ. Mercatoris ſtatus, cui addo
Dominus Conſiliarius Rouit. in pragmatica
prima de Mercatoribus num. 2. qui in rubri-
4 ca excitat, An Nobilitati deroget mercatura,
per obſeruat. Mißinger. 54. centur. 2. quibus
addas etiam Domin. Ludouiſ. olim Pontiſ.
Maxim. Diuina prouidentia deciſion. 322.
numero 10. Caball. Millei oq. 794. & non præ-
5 termittas propter eorum tenacitatem, fraudu-
lentemque habitum, iura diuerſimode tractare
tales homines ad hoc, vt iuuenes, & lectores
non tam ſeueram iudicent hanc relatam opinio-
nem; vt primo, quod tales mercatores decocti,
ſeu falliti, ſint ipſo iure priuati adminiſtratio-
ne ſuorum bonorum, & ſint inhabiles ad velle,
& nolle, *Soccin. conſil. 78. num. 2. volum. 4.*
Bald. 249. numero primo, verſic. iſti falliti 2.
Domin. Camillus de Medicis conſilio 98. nu-
6 *mero 27.* & non admittantur ad ceſſionem bo-
norum, *Boer. deciſ. 349. num. 10. verſ. & pro*
deciſione, & deciſ. 215. num. 6. Stracch. de
decoct. par. 3. num. 8. & ſeq. Farinacc. de de-
lictis, & pœn. quæſt. 26. num. 26. qui *num. 27.*
7 antiquo iure puniri huiuſmodi decoctores car-
ceribus, cum compedibus quindecim ponderis,
ex Menoch. de arbitr. quæſt.90. num.14. & ho-
die ictibus plumborum ſubijci, *idem Stracch.*
par. 3. num. 4. & 5. & Menoch. q.90. nu.16.&
8 *17.* quæ nota pro deciſ. Domini Auth. circa pœ-
nam datam, & poſſet torqueri mercatores, vt in-
dicent pecunias, &c. *idem Farinacc. quæſt. 42.*
9 *num. 35. & 48. num. 18.* & poſſe capi in Eccle-
ſia, *Couarr. variar. reſolut. lib.2. cap.20. num.*
14. verſ. nec Iaſonis argumentatio in fine, ibi in
mercatoribus fraudulenter fallitis, qui maximo
Reipublicæ diſpendio ex pecunijs, & rebus alie-
nis, dum negotiationem quæſtuariam exercent,
vſuris, & fœnoribus ſtrenuè dantes verſuram fa-
ciunt, & ad Eccleſiam confugientes, creditores
omnes miſere fallunt, *& vide Boer. deciſ. 215.*
num.7. & Decian. cap. 28. num. 34. in fine, vt
idem Farinacc. quæſt.28. num.33. & quæſt. 42.
num.35. Ioſeph Seſſe de inhibit. cap.4. §.2. num.
43. Re-

43. Rebuff. in conſtit. Galliæ tomo 2. tit. de mercator. glo. fin. num. 7. & D. Rouit. in pragm. 1. de numularijs num. 3. & omnia penes Gratian. diſceptat. forenſ. 380. tom. 2. & nouiſſimè Anton. Dianam de immunit. eccleſ. reſolut. 32. folio 15. & adde ad iſtam tractationem mercatorum, qui tenaces, & ſolliciti eorum credita exigere naſcuntur, iuxta *Mutam deciſ. 42. num. 30.* quod
10 mercator ſi decoxerit, dicatur furtum facere, & ſtante decoctione eius bona efficiantur creditorum, *Maſtrill. deciſ. 225. nu. 23. & dixit Dom. Auth. deciſ. 62. num. 6.* circa mercatorem decoctum, quoordine ſit creditoribus ſatisfaciẽdũ.

Data tamen declaratione, quod intelligantur prædicta in mercatore doloſo decocto, non autem qui vitio fortunæ, vt puta, propter infortu-
11 nia ſucceſſa, hoſtium incurſu, ventorum, mariſq; violentiam, aut quid ſimile; tunc enim hic effectus non ſoluendo, & decoctus nec infamis eſt, nec punitur, nec ceſſionis beneficio priuatur, ſicuti aperte hanc rem declarat, *Pariſ. conſ. 94. num. 58. lib. 1. Menoch. de arbitr. d. quæſt. 90. num. 19. Stracc. de decoctoribus par. 3. num. 11. verſ. dic igitur diſtinguendo, per tex. in l. diuus ff. de officio præſidis, poſt Salicet. quem allegat in tract. de ceſſione bonorũ quæſt. 5. quartæ quæſtionis principalis, num. 2. verſ. quod declarat Farinacc. quæſt. 26. num. 30. de delictis, & pæn.*
12 ſed non reſpectu bancheriorum ſe abſentantiũ, *iuxta formam pragm. 1. de numularijs*, qui etiã quod fuerunt decocti culpa, ſeu facto miniſtri banci foriudicantur, *vt per cap. 2. inter gratias conceſſas per Ducem Oſſunæ in anno 1585. impreſſas inter capit. & priuilegia Neapol. fol. 176. vt Dom. Rouit. allegat in d. pragm. num. 1. per ſequentes*, quæ omnia actendas, dum in caſu deciſionis D. Auth. apparuit ex falſificatione, & in
13 hoc aduertas bonum mercatorem non præſumi falſificare librum ſuum, *Cappell. Tholoſ. deciſ. Aurea 497. num. 1. & per totam*, ad cuius additionẽ notes falſitatem non præſumi, ſed errorẽ
14 potius, & ſemper interpretationẽ fieri, vt falſitas euitetur, *Soccin. nepos conſ. 95. num. 4. vol. 2. & conſ. 45. num. 6 & 7. vol. 3. Marſil. conſ. 51. n. 33. Maſcard. in concl. 745. num. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5 cap. 20. num. 1 Verall. deciſ. 3. p. 2.*
15 Et pariter pro additione iſtius curioſæ deciſ. facit mercatorem non probari, quem ex vnica venditione, *Giurba conſ. 72. num. 74.* inde vt probetur quem mercatorem probandum eſt, hodie mercaturam illum exercere, *Maſc. in concl. 1051. n. 12. & 13. & nu 7. latiſſime, & addas requiſita per Caſſaneum in conſuetudine Burgundiæ tit. des droyctes rub. 4. §. 1. gloſ. 11. n. 2.* & vide
16 quando mercator dicitur eſſe in dolo, &c. *per Dom. Auth. meum latiſſime ſupra in deciſ. 62.*
17 *num. 8. & 13.* ibi mercatorem in continenti poſt rem emptam foro cedentem dici eſſe in dolo, &
18 plura de mercatoribus falſum commictentibus in eorum libris, *per Doctiſſ. conſulentem Burg de Pax conſ. 13. n. 6.* vbi copioſe addidit eius nepos doctiſſimus D. Franciſcus Balboa Iudex M. C. in criminalibus meritiſſimus, *& in conſ. 8. nu. 7.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Legatum quando cauſa demoſtrationis, & non taxationis appateat; enunciatur, & falſam cauſam vitiare contractum, & inſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum cauſa demoſtrationis, & non taxationis quando dicitur, & de effectu eius &c. & nu. 15. latiſſimè.*
2 *Legatum in dubio præſumitur factum cauſa demoſtrationis non taxationis concurrente ſanguinis coniunctione, & affinitate.*
3 *Exceſſus pro annullando contractu debet eſſe vltra dimidiam.*
4 *Fructus variantur, & ſunt difformes, & vno anno ſunt maiores alio minores.*
5 *Leſio non datur propter periculum diminutionis.*
6 *Conuentiones fiunt per perſuaſiones, et blandimenta.*
7 *Contrahentibus licet inter ſe decipi.*
8 *Cauſa ſanguinis excludit omne dolum, & culpam.*
9 *Cauſa eſt regina voluntatis, & ea in contractibus conſideratur.*
10 *Cauſa ceſſante ceſſat voluntas.*
11 *Falſa cauſa vitiat contractum, & nu. 16.*
12 *Falſa cauſa inſtitutionis vitiat ſubſtitutionem, & n. 17. narratio mentem animumq; contrahentium indicat.*
14 *Cauſa contractus colligitur ex narratione facta in principio, & Proemio inſtrumenti.*
18 *Contractus, vt teneat reciproca, & mutua debet eſſe certitudo, & incertitudo.*
19 *Dolus debet abeſſe à contractu.*

DECISIO LXXXI.

ILL. quon. Diomedes Carrafa Dux Madaloni in anno 1561. decedens heredem inſtituit Lelium Carrafam eius nepotem, & Robertæ Carrafe eius vxori legauit alternatiuè, vel ducatos triginta millia, vel annuam præſtationem ducatorum mille, & ducentum eius

vita durante de fructibus Baroniæ Forniculæ cũ conditione quod deputaretur eius vita durante Vicaria generalis cum dicta perceptione in dicta Baronia.

Poſt mortem Ducis Diomedis illinc ad paucos menſes deceſsit Lelius hæres inſtitutus ſine liberis per cuius obitum regia Curia occupauit ſtatum. Verum quia ſupererat Martius frater Lelij, qui eo tempore contumax, & exulerat in Ciuitate Venetiarum, reuerſus, & ad patriam reſtitutus recuperauit ſtatum à manibus Regiæ Curiæ, & ſucceſſit in dicto ſtatu, ex perſona fratris.

Volenſq; voluntatem teſtatoris adimplere elegit conſtituere prout fecit Robertam eius Amitam Vicariam generalem in prædicta Baronia cum prædicta annua perceptione ducatorum mille, & ducentum tantum, & hoc per binos cõtractus vnus in anno 1561. alter in anno 1565. quorũ contractuũ vigore Ducillа tenebatur rationẽ reddere eius quod ſupererat ex fructibus dictæ Baroniæ retentis pro ſe dictis ducatis mille, & ducentum tantum.

Cumq; affectaret habere omnimodam fructuum perceptionem exibita Duci quadam nota, & liſta fructuum dictæ Baroniæ per quã conſtabat non aſcendere ad dictam ſummam ducatorum mille, & ducentum die 28. Maij 1567. in Terra Madaloni ad quam Duciſſa acceſſerat dimiſit dictæ Duciſſe omnes fructus dictæ Baroniæ, tam Burgenſaticos, quam feudales ad quamcumq; ſummam aſcenderet, ſub hac aſſertione, & cauſà, quia viſis computis ærariorum, & Camerariorum, & tractatu habito ſuper liquidatione introituum perceptorum, compertum eſt fructus dictæ Baroniæ, tam burgenſaticos, quàm feudales non aſcendiſſe neq; aſcendere ad ſummam prædictam ann. ducatorum 1200. immò verum quod in dies potius minuantur, quam augeantur ideo ceſſit Dux dictos fructus, & Duciſſa liberauit Ducem ab onere ſupplendi de proprio id quod fortè deficeret.

Hac ceſſione habita, & inter partes inita Duciſſa ſuos creauit ærarios, & plenã adminiſtratione in perceptione dictorum fructuum poſita eſt per multos annos abſq; controuerſia. Aduertens vero Dux fuiſſe circumventum in hac vltima ceſſione, & ex falſa cauſa inductum ad ſic cedendum, ac dolo Duciſſæ) ceſſit Ill. Marchioni Argentiæ filio eius primogenito ius repetendi, & recuperandi à prædicta Duciſſa quidquid vltra dictos ducatos mille, & ducentum dicta Duciſſa Roberta percepit ex fructibus dictæ Baroniæ, & per contractum ceſſionis in anno 86. factum conſtat cuius vigore egit in S.C. Marchio, & inſtituit iudicium nullitatis, et inualiditatis conuentionis habitæ inter Ducem, & Duciſſam ex duplici capite.

Primo ex capite falſæ, & erroneæ cauſæ adiectæ in contractù anni 1567. in quo putabat Dux eſſe obligatum de proprio ſupplere, quod deficiebat dictis ann. ducatis 1200. Duciſſæ Robertæ debitis iuxta eius aſſertionem.

Secundo ex capite doli dãtis cauſam contractui, quia reuera fructus prædicti exceſſerunt quantitatẽ prædictam ducatorum 1200. & in facto fuit demonſtratum, tam ex ſcripturis per Duciſſam productis, & eius teſtium depoſitionibus fructus dictæ Baroniæ quotannis exceſſiſſe in notabiliſſima ſumma quantitatem prædictam quinimmò calculatis fructibus perceptis per Regiam Curiam tempore quo ſtatum prædictũ occupauerat, & occupatũ erat repertũ fuit illis ſingulis annis aſcendere ad prædictos ducatos duos mille, & ducentum vltra multa corpora quę numq; fuerunt poſita in libris, & computis ærariorum quibus additis, & computatis Baronia prædicta iuxta Marchionis prætenſionem erat redditus ann. ducatorum trium millium fuit, & in facto deductum quod Dux nullam notitiã habebat, nec habere poterat introituum, & fructuum dictæ Baroniæ quia tempore obitus Ducis Diomedis patrui, & Lelij eius fratris ipſe erat abſens, reuerſus reperit ſtatum occupatum, quo recuperato illico conſtituit Vicariam Generalẽ dictam Duciſſam, quæ creauit Camerarios, & ærarios, & vt induceret Ducem ad credendum introitus, & fructus non eſſe valoris ducatorum mille, & ducentum ei debitorum illa exibùit cõputa defectiua multa corpora bonorum occultauit ex quibus Dux intelligebat contractum geſtũ in anno 1569. eſſe ipſi valde proficuum, & nõ ita contracturus ſi rei veritatem ex profeſſo, & ſine fraudè intellexiſſet.

Ex parte Duciſſæ dicebatur conuentionem prædictam neq; per errorem neq; dolo fuiſſe initam quia Dux de proprio tenebatur reficere, quod ei deficiebat de fructibus Baroniæ vſq; ad ſummam prædictam de iure quia fuit relictum
1 ann. legatum prædictum præſtandum de fructibus Baroniæ, quo caſu legatum fuit ſine dubio gratia demonſtrationis, & non taxationis factum cenſetur, & tenetur hæres de ſuo reficere, & ſupplere ſi corpus demonſtratum non eſt ſufficiens ex *deciſ. tex. in l. Paulo Calimacho §. finali de legatis 3. leg. quidam teſtamento de leg. primo l. legatum §. primo ff. de anno leg & l. ex eo ff. Vino trit. et ol. leg Bar. in l. inter ſtipulantem §. ſacram num. 6. ff. de verb. oblig. Doctores in l. ſi quis argentum §. primo C. de donat. Felin. in c. ad audientiam lo. 2. & in c. ex literis extr. de reſcript. Andr. in Rubr. quo temp. mil. & in tit. de vot. feud. gloſa paris in §. 10. & nu. 20. & ſeq.* & ideo non poteſt conqueri Dux fuiſſe inductum ex falſa cauſa ad ſupplendam deficientiam introituum cum de iure ſuberat hæc obligatio.

Ad quod confirmandum adducebatur vehemens coniectura, quia cum Dux Diomedes legauerat triginta millia ducatos, vel ann. ducatos mille, & ducentum uita durante Duciſſæ prædictæ vtriq; ſi hæres præſtaſſet ducatos triginta millia in proprietate, vel annuos ducatos mille, & ducentum de fructibus alicuius feudi non eſt veriſimile gratia taxationis, ſed demonſtrationis, & proinde hoc caſu legatum non reſtringendum, ſed ampliandum venit ad *tex. in l. vnum ex familia §. ſi rem ff. de leg. 2. Corn. in conſ. 103. nu. 5. vol. 4. Bald. in conſ. 451. vol. pri-*
2 *mo conſil. Det. 92.* & in ſpetie quod legatum in dubio ſemper ceuſeatur factum cauſa demonſtrationis

ſtrationis non taxationis concurrente ſanguinis
coniunctione,& affinitate, vt dixi firmat *Bart.in
l. Centurio verſ. ſed quod ff. de vulg. & pu-
pill. & in l.cum pater ſ. mentæ verſ. quia ſi te-
ſtator ff.de legat.2.Det.conſ.324.verſ.9.facit,&
conſ.568.* & ita alias iudicatum teſte *Guid. Papa
q.8.per tex. qui decidit caſum non violando li-
teram in l.huius ff.de alim.& cib.leg.*

Dicebatur ſecundo quod exceſſus fructuum
quando eſſet non eſt conſiderabilis., & actus
ad annullandum,& reſcindendum contractum,
quia ſaltim deberet exceſſus eſſe vltra dimidiam
iuxta *tex.in l. 2. C.de reſcind.* & cum ex vtraq;
parte adſit probatur, & redditur dubia proba-
tio Marchionis quod fructus fuerint tantæ quã-
titatis, & inter teſtes aderat aliqua repugnantia
ideo de exceſſu non poterat haberi ratio?

Secundo dicebatur alia ratione de prędicto ex-
ceſſu non eſſe curandum quia Dux erat certus
qui;& quales eſſent redditus nam alias orta cõ-
trouerſia inter Ducem,& Duciſſam ſuper fructi-
bus prædictis, Idẽ Dux articulauit fructus ex-
cedere quantitatem ducatorum mille, & ducen-
tum, & teſtes per eum producti cõtrarium ſunt
teſtificati,& ex liſta releuij præſentati in R.C.pro
parte Ducis fuerunt deſcripta omnia corpora
introituum ergo erat certus, & nihilominus vo-
luit cedere Duciſſæ Amite vt ei gratificaret, &
in amoris ſignum ſuum purum gratumque
animum demoſtraret erga ipſam Duciſſam
amitam.

Ex alio non poterat haberi ratio dicti exceſ-
4 ſus ratione incerti iudicij, & difformitatis, quia
non ſunt fructus vniformes, & certi, ſed varian-
tur ex tempore, & vno anno ſunt maiores alio
minores,quia ſunt fructus qui colliguntur,vt tri-
ticum,ordeum,& alia huiuſmodi. Itaut ratione
incerti iudicij videtur potius Duciſſa ſuſcepiſ-
ſe in ſe periculum diminutionis, & emiſſe iactũ
retis, & tanquã iactũ retis cõſiderandi sũt iuxta
poſſibile,& ꝙ facile eſt nã interdũ modici,& exi
gui recolliguntur, & ideo tanquam iactus re-
tis non datur læſio *l.ſi iactũ retis ff. de act.empt.
l.nec emptio ſ.aliquando ff.de cõtrahend. empt.
& l.quod in venditione ſ.neq; ff.de hæred. vel
vel act.vend.& Bal.in l.ea lege ff. de vſufruct.
Det.conſil.41.* & ideo propter periculum dimi-
nutionis non eſt conſiderabilis, nec datur læſio
5 *vt per Bart.& Det.in l.cotem ferro ſ.qui maxi-
mos ff.de publ.& vectig. & idem Bart. in ſua
quæſtio inter publican.gloſ.& Salic.in l.prima
ff.de iure emphiteot.*

Dicebatur in ſuper ex ſupradictis non poſſe
conſiderari dolum neq;ex propoſito neq;re ipſa
non ex propoſito, vt etiam præſupponebatur,
quia Duciſſa nimium affectauit habere ceſſio-
nem liberam à Duce illi perſuadendo, & blan-
diendo,vt faceret illo modo,vt dicunt teſtes, nã
6 licet blandiri, & perſuadere,& perſuaſiones, &
blandimenta ſunt conuentiones, & hoc non
eſt à iure reprobatum non eſt dolus neq;
7 læſio conſiderabilis, quia licitum eſt contra-
hentibus inter ſe *decipere l.in cauſe generaliter
ff.de minoribus l.ſi voluntate C.de reſcind.vend.*

tanto magis quia Dux ſperabat, & ſperare po-
terat Duciſſã Amitam ex eo ꝙ carebat filijs eſſe
ipſi gratificaturũ omni tempore,& maiora ab ip
ſa expectabat,quæ donauerat,& ceſſerat, & fecit
ceſſionem ſub prædicta ſpe maioris recompen-
ſationis,vt dicunt etiam teſtes quare ſe ipſum
decepit Dux non illum Duciſſa, & de hoc dice-
batur *eſſe caſum in l. cum donationis C.de tran-
ſact.& contra dict.Alex.in conſ.110. vol.7. &
ibi add.* quare non poterat dari actio Marchioni
Ceſſionario quia non poterat competere Duci
ad reſcindẽdam, & annullandam prædictam *Ceſ-
ſionem per tex.in l.fin.C.de donat.per quem tex.*
aliquis ex Dominis fundauit ſuum votum, & di-
cebat eſſe deciſionem particularem huius con-
trouerſiæ,& facti.

Et alter dixit eſſe abſoluendam, Duciſſam
quia cauſa ceſſionis fuit cauſa ſanguinis coniun-
8 tionis,& affectionis reciprocæ,quæ cauſa exclu-
dit omnem dolum,& culpam.

Sed his non obſtantibus per maiorem partẽ
Dominorum relata in duabus,aulis fuit annulla-
tus contractus factus in anno 1567. & conden-
nata Duciſſa ad reſtituendum fructus Baroniæ
prædictæ exactos vltra ducatos mille, & ducen-
tum ſibi debitos apud Amatrudam die 22.
Decembris 1592. Coram D. de Franchis Præſi-
dente Domino Pompeo Salernitano D. Pe-
tro de vera D. Carolo Fenicio cauſæ Commiſ-
ſario me D. Fuluio de Conſtantio, & Domino
Ioanne Sanches iudicantibus, & fuerunt fru-
ctus pro præterito exacti per Duciſſã vltra quã
titatẽ ſibi debitam liquidati in ducatis ſexdecim
mille,& habuit S.C. per abſoluto contractum
fuiſſe fundatum in falſa cauſa, & fuiſſe dolo ex-
torſum à Duciſſa dante cauſam contractui prop
ter occultationem corporum, & introituũ quo-
rum Dux non poterat habere ſcientiam, vt ipſa
habebat plenã quia quot annis eos exigebat eſt
verum, quod illi, duo qui fuerunt voti, quod
Duciſſa abſolueretur fuerunt etiam voti, quod
condemnaretur ad inſtãtiam vxoris Ducis) quæ
ſubintrauerat in præſenti iudicio ad fructus
quorundam bonorum Burgenſaticorum à dicto
Duci donatorum contemplatione matrimonij
contracti cum ipſa etiam in beneficium filiorum
procreandorum ex dicto matrimonio verum,
quia cauſe Comm. dixit, quod non aderant alia
Burgenſatica &c. exiſtentia in dicta Baronia, &
per reſolutionem dicti contractus omnia reuer-
tebantur ad Marchionem filium contemplatum
in dicta donatione ideo eorum vota non fuerunt
recepta in hoc, attentis alijs,quæ ponderaban-
tur.

Et pro contractu prędicto annullato fuit con-
ſideratum pariter quia ſemper in contractibus
9 attenditur cauſa, quæ eſt Regina voluntatis, &
10 conſenſus quo ceſſante ceſſat voluntas, & ideo
vitiatur actus tanquam ceſſante cauſa *l. adigere
ſ.quamuis ff.de iur.patr. l. quod dictum ff. de
11 pactis, & ibi Aret.* Item vitiatur contractus ſi
falſa cauſa in eo eſt expreſſa propter quam con-
tractus fuit celebratus, nam aliter non contra-
xiſſet, vt probant *Bal. & alij in l. qui Romæ.*

ſ.duo

Digitized by Google

§. duo fratres ff. de verb. oblig. gloſa par. tit.
... §. primo gloſ. 5. nu. 22. vbi docte more ſoli-
to dicit contractum ipſo iure nullum, & DD.
omnes in l. diuortio ff. verb. oblig. dixerunt,
quod falſa cauſa vitiat contractum, idem Bar. in
l. falſa demonſtratio in 4. q. ff. de condition. de-
monſtr. maxime quando ſuggeſta, à Muliere
ſanguine coniuncta ex punctuali doctrina Aqui.
in conſ. 137. vol. 3. num. 20. & ſeq. & Menoch. in
conſ. 720. vol. 10. vbi cumulat alios quemadmo-
12 dum dicimus in falſa cauſa inſtitutionis, quæ vi-
tiat inſtitutionem. l. eam quam C. de fideicom.
l. nec apud eos, & l. ſi pater C. de hæred.
inſtit. Grat. conſ. 524. vol. primo, quæ iura ex-
tendunt ibi communiter DD. tam in actibus vl-
timæ voluntatis quam in contractibus inter vi-
uos, & Iacob. in d. l. nec apud allegat. tex parti-
cularem in. l. cum hic ſtatur §. ſi quis Sponſam
ff. de donat. inter vir. & vxor. & Anchar. in
conſ. 580. nu. 4. dicit quod ſi factum aliter ſe ha-
13 beat quam ſit notum, quia narratio mentem ani-
mumq; contrahentium indicat contractus eſt
14 nullus, & ex narratione facta in principio inſtru-
menti, et prohemio colligitur cauſa contractus,
vt not. Bar. in l. prima in princ. per illum tex. ff.
ad Maced. Bal in l. hæc verba C. de falſa cauſa
adiecta legat arg. l. quia §. Iuliano ff. de pact.
& per hæc, & alia Dec. in conſ. 351. in fine, &
melius in conſ. 600. conſuluit.

Dicebatur inſuper, quod licet alias controuer-
tatur valde, an legatũ certæ quãtitatis ex aliquo
fundo præſtandum cenſeatur gratia taxationis,
vel demonſtrationis factum, quia pro vtraq; cõ-
tendunt iura inter ſe repugnantia nihilominus
vera eſt diſtinctio per Doct. tradita cuius au-
thor fuit Bar. in l. inter ſtipulantem §. Sacram
ff. verb. oblig. num. 6. quod ſi eſt factum legatum
certæ quãtitatis, & poſtea ſubijciatur locus vnde
exolui debeat puta titio centum lego, & volo,
15 quod ſoluantur ex fructibus fundi Seiani tunc
gratia demonſtrationis non taxationis locus adie-
ctus intelligitur, & legatum non reſtringitur, &
ſi fructus fundi Seiani non ſufficiunt hæres de
proprio ſupplebit, quia duplici ratione legatum
factum eſt, ſed ſi vnica ratione legatum eſt factũ
puta titio centum lego de fructibus fundi Seiani
tunc ſi fructus non ſufficiunt hęres de proprio
non tenetur, quia gratia taxationis legatum fa-
ctum cenſetur, & ita procedit tex. qui ponit ca-
ſum particularem in l. nomen arbitoris §. vni ex
hæredibus ff. de leg. 3. tex. in l. ſi quis ſeruum §.
ſi huic ita l. gaueris ff de leg. 2. tex. in l. cum cer-
tas ff de trit vin. & oleo leg. quæ diſtinctio à do-
ctibus cõmuni voto eſt recepta teſte Paulo Caſtr.
in conſ. 338. vol primo, & Felin. in cap. ad au-
dientiam lo 2. in 6 concl. & in d. c. ſuper litteris
extra de reſcript Rom conſ. 369. Gozed. conſ. 83.
conſ. 724. Mantica de cõiect. vlt. vol lib.
9 tit. 3. & Andr. conſ 95 quë conſtituitur ... in
c. primo de notis feud. & in c. imperialem §.
percipimus prohib feud. alienat. per Feder. & in
c. primo de March & hic eſt caſus de quo agi-
mus in quo Dux Diomedes reliquit vnica ora-
tione ducatos mille, & ducen tum de fructibus
Baroniæ ergo non tenebatur Dux ſe obligare ad
ſupplẽdum) igitur ex falſa cauſa ſe obligauit, ſed
conſideretur, quod hæc cauſa non habuit effe-
ctum, quia non ſuppleuit, vt nec dicatur, quod
obligans ſe de proprio Dux Mutius cum non
teneretur.

Sed dicebatur, quod contractus factus ex fal-
ſa cauſa, ſiue in facto, ſiue in iure ſit erratum non
16 tenet Dec. conſ. 908 nu. 5. poſt Cyn. in l. genera-
liter ante num. 17. C. de non num. pec. Paul. in l.
ſit. §. idem quæſyt. ff. quod indeb. et idem Dec.
conſ. 528 & de vtroq; eſt tex. in l. nec apud eos C.
de hæred. Inſt. vbi teſtator in iure inſtituendo
perſonam, quam de iure putabat poſſe adopta-
re, & nõ potuit dicit tex. quod non valet inſtitu-
17 tio, & de errore in facto loquitur tex. in l. p. in
principio C. eod. & vtrobiq; Doct. Item vbi agi-
tur de damno vitando, vt eſt caſus error iu-
ris non nocet. l. iuris ff. de iur. & facti ignor. &
Bar. in l. prima ff. de bon. poſſ. facit tex. in l. ſed et
ſi me putem, vbi gloſa ff. de cond. indeb. l. ſi poſt
C. d. iur. & facti ignor Bar. in l. non fatetur ff.
de confeſſ. Dec. conſ 202. num. 5. & conſ. 145.

Adeſt falſa cauſa dans cauſam contractui, nã
aſſeruit Duciſſam Robertam fructus dictæ Ba-
roniæ non aſcendere ad quantitatem ipſi debitã,
& legatam, & ex ſcripturis per ipſam productis
in proceſſu conſtat de exceſſu ergo conuentio,
& contractus ob illam cauſam expreſſam factus,
&c. quia introitus, & fructus non erant ſuffi-
cientes ad prædicti legati præſtationem.

Et ex parte Robertæ Duciſſe fuit contractus
omnino Lucratiuus ex parte Ducis Martij om-
nino damnatus ex illa cauſa ideo nullus per tex.
in l. alumnæ §. ſuà, & l. filio § matr. ff. de adim.
legat. Socc. in conſ. 27. n 23. vol. 4. Aqu. conſ. 246.
num. 4. Iaſ. in l. Lucius nu. 18. verſ. 8. facit ff. de
vulg. & pupill.

Et ab initio in omnibus contractibus Duciſſa
Roberta habuit Animum decipiendi Ducem aſ-
ſerendo fructus Baroniæ eſſe exiguos, & inſuf
ficientes occultando corpora exhibendo notam
18 introituum defectiuam quo caſu, vt teneat con-
tractus neceſſe eſt, quod mutua reciproca inter-
cedat certitudo, & incertitudo, vt concludit
Andr. in c. primo poſt num. 27. & poſt num. 29. de
nat. feud. vbi allegat. tex. in l. quod ſeruus ff. de
cond. cauſ. data, & cauſa non ſequuta late Ti-
raquell. in l. ſi vnquam in verbo donatione lar-
gitus num. 126. & ad fuit ex parte Duciſſæ ve-
rus dolus de quo loquitur tex. in l. ſi quis affir-
mauerit ff. de dolo, & in l. Iulianus §. ſi venditor
ff de act empti. & tex. in l. eleganter §. primo ff.
de dolo, & tex. in l. 3. §. cui ff. pro ſocio, & latè
Pin. in rep. l. 2. C. de reſcind. vend. in 3. par. c. 2.
num. 25.

Tenebatur inſuper Duciſſam palam indicare
Duci omnes, redditus, & introitus, vt certus redi
potuiſſet, & deliberare an ſibi expediret ceſſionẽ
facere, vel denegare, & non indiminutè de hoc
eſt tex. expreſſus in l. ediles. l. 2. ff. de edil ed. l.
quæro ff. de act empti. & l. ea. quæ comendandi
19 cauſa. ff. de contrah. empt. in fin. ibi dolum ma-
lum abeſſe venditor præſtare debet, quæ non
tantum in eo eſt. qui fallendi cauſa obſcure lo-
quitur, ſed etiã qui inſidioſè obſcure diſſimulat,
& licet

& licet dicta iura loquantur in venditore, quia emptor eſt penitus ignarus rei, quam emit, & proinde lex obligat vẽditorem dominum rei ad dandam certã ſcientiam, vt hic dux, qui vt hæres preſumebatur de iure omnia ſcire, nihilominus in facto fuit deductum non potuiſſe Ducem habere notitiam prædictorum introituum, quia rediens reperijt ſtatum occupatum, quo illico recuperato, fecit Vicariam Duciſſam Amitam.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 LEgatum quando dicatur gratia demonſtrationis, vel taxationis.

2 *Falſa cauſa etiam legato adiecta vitiat diſpoſitionem teſtatoris, & quomodo, & quid reſpectu inſtitutionis.*

3 *Legata in quibus caſibus debentur vitiata inſtitutione.*

4 *Falſa cauſa adiecta decreto an illud vitiet, & quomodo.*

CIrca tacta in preſenti adiuncta deciſione: Adde quando legatum dicatur
1 gratia taxationis, vel demonſtrationis in caſu propoſito, & exemplato per D. Author, quod ſi teſtator dixit. Do Titio centum, quæ illi volo dari ex reditu talis rei, tunc ille reditus videtur appoſitus gratia demonſtrationis, & licet ille reditus non ſit, tamen hæres cogitur illum ſoluere, *Anellum de Amato conſil. 32. & 37. Marcum Ant. Eugen. conſ. 94. n. 22. 23. & 24.* q ſi teſtator dixit vnica oratione volo, vt ex fructibus talis fundi ſoluantur Titio decem, tunc fructus videntur appoſiti gratia taxationis, & illis non exiſtentibus hæres cõpelli non debet ad ſoluendum, *de Franch. deciſ. 483. num. 6. & ſatis pulchre in dec. 721.* vbi reperies, quid fuit iudicatum per S. C. & accedunt *Lanar. conſ. 54 nu 8. Loffred. conſ. 46. nu. 5. Reg. de Curte de feudis fol. 26. nu. 39. & ſeq. & Surd. de alim. tit. 4. q. 26. n. 2. cũ infinitis ſeq. & Franc. de Amicis conſ. 46. & Coſta de portione rata q. 163. & Gratian. diſc. forenſ. cap. 256. lib. 2. vt dixi in addit. ad deci. 35. in fine.*

Et circa aliam concluſionem, quæ ex ipſa reaſſumitur pariter circa falſæ cauſæ effectũ, &c. vi-
2 de *Menoch. conſ. 346 lib. 4. num. 14. & 15. Bart. ſingul. 77.* vbi falſa cauſa etiam legato adiecta diſpoſitionem vitiat teſtatoris, qui alias relicturus non erat, & quod vitiet inſtitutionem, &c. de *Franch. dec. 1. nu. 7. vt latius Bart. in l. fin. ff. de*
3 *hered. inſt.* vbi ponit in quibus caſibus legata debeantur vitiata inſtitutione, & vide pluta de ipſa falſa cauſa adiecta circa inſtitutionem per *Har-*
3 *tman. c. 22. tit. de teſtam. lib. 2.* & quod falſa cauſa vitiet decretum inte poſitum ſuper alienatione rei Eccleſiaſticæ, quam ſi cauſæ cognitio præceſſerit decretum, *Camill. de Medicis conſ. 166. num. 16. fol. 583.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Mercatorem ſuſpectum de fuga, teneri cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 MErcator ſuſpectus de fuga, an teneatur cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo.

2 *Conuentus ſuo nomine non tenetur ad cautionem de iudicatum ſoluendo, cum declaratione.*

3 *Suſpectus de fuga teneatur cauere de iuditio ſiſti, & iudicatum ſoluendo.*

DECISIO LXXXII.

1 CApto quodam mercatore ob ſuſpitione fugę nomine Samuele . . . . excitatum fuit in Sac. Conſ. dubium ad relationem M. C. V. dum tractabatur de eius excarceratione ſi eſſet relaxandus cum fideiuſſione de iuditio ſiſti tantum, an etiam de iudicatum ſoluendo.

Et qui partes carcerati fouebant, allegabant ſufficere illam de ſtando iuri, *ex Alex. in l. neq; impuberes, §. qui in ius, ff. de in ius vocando, §. ſed hodie, inſtitutionibus de ſatiſdat. & ibi*
2 *Aretin.* vbi habetur neminem conuentum ſuo nomine teneri ad cautionem de iudicatum ſoluendo, niſi ſit forenſ. & ibi Aretin. ipſe limitat, & quando res eſt mobilis, quia tunc debet ſequeſtrari, vel caueri, vt ſequitur *Iaſon in l. Iulianus in fin. ff. qui ſatiſdare cog.*

3 Sed contrarium determinauimus, vt .ſ. deberet cauere de iudicatum ſoluendo, & de iuditio ſiſti, *ex proprijs terminis Caſtrenſ. in l. neque impuberes, §. qui in ius, ff. de in ius vocando Cotta lib. memorabil. verb. debit.* licet non abfuerint, qui in aula, & cum ipſa opinione concurrerent, &c. prout etiam firmata fuit prædicta matura deciſ. noſtri S. C. *ex Afflict. deciſ. 170. num. 4. vbi ſic in eodem S. C. indicatum refert, & ex Vrſill. qui pariter indicatum per eodem S. C. refert in anno 1540. ad Afflict. d. dec. n. 3.*

& fuit

& fuit reſponſum contrarijs, & allegatis *ex Caravita ad ipſum locum Afflict. 170. in princip.* quam deciſionem nolui breuiter in numero aliarum omitere, cum in praxi in dies occurrere poteſt.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Mercator fugitiuus tenetur cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatū ſoluendo.*

2 *Cautio de ſtando iuri praſtatur ad finem, vt conuentus ſiſtet in iudicio.*

3 *Cautio de iudicatum ſoluendo datur ne ſententia ſit eluſoria, cum pluribus ad tractationem ipſarum cautionum.*

4 *Debitor fugitiuus quis dicatur.*

5 *Debitor fugitiuus, vt carcerari valeat, qua requirantur, & num.7.*

6 *Captura infert praiudicium irreparabile.*

8 *Creditor dum non habuerit instrumentum publicum, ſed tantum apocham priuatam, vel teſtes, an poſſit petere capturam ſui debitoris fuga ſuſpecti.*

9 *Debitor ad fugam praparatus, poteſt capi de facto.*

10 *Debitor fugitiuus, qui praſtitit cautionem carcerari non debet.*

11 *Cautio de iuditio ſiſti, & iudicatum ſoluendo ad quid fuerunt introducta.*

EX breuiſſima hac deciſione colligitur differentia inter cautionem de iudicio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, &c.
1 dum dicit mercatorem fugitiuū teneri cauere de iuditio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, *vt firmarunt Corn. conſ. 136. col.2. vol. 4. Ricc. deciſ 61. par. 1. Galupp. in praxi S.C. cap. 3. p. p. num. 30. Muſcatell. in prax. fideiuſſ. p. p. modo 19. num. 18. & in praxi S. C. lib. 1. p. 3. glo. expenſis num. 28. de Franch. deciſ. 311. Maxilla in conſuet. Bari rubr. de dilat. §. reus conuentus num. 11. Hieronym. de Laurent. deciſ. Auen. 203. num. 7. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 7. num. 134.* & quod in Hiſpania ita practicetur, *Suarez in declar. lib. 2. tit. de los emplazamientos, lib. 2. verſ. ſed pone, num. 6. fol. 776. & in Francia Rebuff. nu. 55. ad Gall. conſtit. art. 6. gloſ. 3. tract. de liter. oblig. tom. 1.* & conſideratur ipſa diffe-
2 rentia in cauſis ciuilibus per DD. quia illa de ſtando iuri præſtatur ad finem, vt cōuentus ſiſtat in iudicio, & in iudicij exercitatione, *Par. de ſindicat. verbo fideiuſſor in fine num. 7.* illa vero
3 de iudicatum ſoluendo, ne ſententia ſit eluſoria, & ſuum poſſit conſequi effectum, ſcilicet exequutionem, *argum. l. 1. & ibi glo. & d. l. iudicatum ſolui la ſeconda, ff. iudicatum ſolui, vt inter alios Muſcatell. praxi fideiuſſ. loc. cit. num. 19. verſ. quoad tertium*, ideo ſemper coniungitur ad tradita in noſtra deciſ. & per relatos Doct. eumque cautio de ſtando iuri de per ſe non includit ſententias, ſed lata ſententia expirat, *Ricc. collect. 2254. par. 7. ex Rubin. deciſ. 31. Nouar. quaſt. forenſ. 12. num. 2. lib. 1. l. grace, §. & poſt litem, ff. de fideiuſſoribus*, & proinde fideiuſſor non tenetur, *& ex hoc Bald. in cap. dilecti, col. 3. de appell.* monet Iudices ne relaxent carceratos ſub dicta fideiuſſione de ſtando iuri tantum, *& per Bart. in l. conſentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, argum. tex. in l. ſi pecunia, ff. vt in poſſeſſionem legatorum*, ſed debet præſtari cautio de ſoluendo iudicatum, *Rom ſingul. 102. incip. vnus vult fideiubere, Carauit. rit. 159. num. 5. & 6. & Bur. deciſ.* 314. & aduerte ipſam cautionē dari etiam oblato libello, ſed ſtatim, Ricc. & Nouarius ſupra citati, qui notant hodie ſecundum eorū mentes non eſſe neceſſariam ipſā cautionem de iudicio ſiſti, cum in cauſis procedatur ſola facti veritate inſpecta, etiam ſi debitores non poſſiderent ſtabilia, *ex Cacher. deciſ. 1. num. 9. à quo habuit ipſe Ricc. vt alleg. cit. loco notando ex pragm. 1. ſub rubr. de ordine iudiciorum*, in cauſis in hoc Regno vertentibus, procedit ſola facti veritate inſpecta ſūmariè, &c. & ibi dum dicunt etiam ſi debitor non poſſiderit ſtabilia, &c. nota vt deciſio noſtra vim habeat,
4 debitorem fugitiuum conſiderandum non poſſidentem ſtabilia, *ſecundum Gram. conſil. ciuil. 17. num. 13. & ſeq. Rit. Magn. Cur. 170. Menoch. de arbitr. caſ. 87. num. 16. Cala de modo articulandi num. 606. fuſius Maſcard. de probationibus concluſ. 455. nu. 1. cum ſeq. volum. 1. & 823. vol. 2.* & clarificatur per duos teſtes eſſe de fuga ſuſpectum, *Vin. opin. 177. num. 1. verſ. in contrarium par. 1. Coſta in ſuis memorabil. verbo creditor non poteſt, & Roland. conſ. 65. nu. 8.*
5 *cum ſeq. volum.* 3. & in hoc aduertant Iudices, quod ad hoc, vt talis carcerari, & capi poſſit requiritur, quod creditor habeat inſtrumentum, & quod ſuſpicio fugæ ſuperuenerit poſt factum inſtrumentum, & debitum contractum, deteriorando ſubſtantiam ſuam, inde ſemper in Audientia tempore mei biēnij auocabam cauſas ad aſſeſſores, qui oſtenſo inſtrumento debiti, & præſtito iuramento de ſuſpitione fugæ, concedebant immediate licentiam capiendi, non probatis huiuſmodi requiſitis, contra quos exclamat *Angelus in l. ſi ab arbitrio in fin. ff. qui ſatiſdare cogantur*, cum captura inferat præiudicium irreparabile, *Carauit. rit. 52. Alex. conſ. 17. num. 7. vol. 1.* & infamiam, *Farinacc. de carceribus, & carcerat. quaſt.* 27. & obſeruabam practicam, quod porrecta comparitione fieret decretum, quod caperetur ſummaria informatio, & conſtito de credito, & ſuſpictione fugæ expedirentur litteræ exequutoriales, quod debitor fugitiuus caperetur de perſona, & duceretur ante præſentiam, *& malè ſentijt Viuius in dicta opin. cit. num. 1.* per prius in dicta Audientia Auditor, dum dixit conceſſiſſe, ex ſolo iuramento creditoris, capturam debitoris, ſubdens ita ſeruari in omnibus Regni Curijs Italiæ, cum malè, & peſſimè loquutus fuit, tum contra legem Regni, tum contra diſpoſitionem Ritus prædicti, tum etiam cōtra communem, & practicatam opinionem, ſe-

cundum

cundum præallegatum, & miror cũ fuerit inſignis Doctor, & Regnicola noſter poſtquam *Ludouic. in deciſ. 41. Peruſ. num. 3.* qui ita videtur tenere loquitur inſpecta conſuetudine, & ſtilo locali Curiæ Peruſinæ circumſcripto *dicto Ritu vt aduertit Cala loco præalleg. num. 610.* ſed an debito taliter probato quantitas ſolo creditoris iuramẽto poſſit probari *Giurba in conſuet. Meſſ. c. 9 gloſ. 11. num. 18.* poſſet tamẽ reconciliari eius dictum quando immineret periculum fugæ euidentis ſi fierent probationes de fuga teſte *Carauit d. rit. num. 13.* & in hoc addas latiſſime *Rugenell. pract. 99 c. 11.* circa requiſita, quæ debent concurrere, vt debitor ſuſpectus de fuga poſſit ſolo iuramento capi, & ad ipſam concluſionẽ *vide Domin. Ricc. deciſ. 198. p. 2. ex allegat.* Nouarij ſui ibi inſertis, vbi omnia circa ſuſpictionẽ fuge debitoris, & eius capturæ aduertendo, quod etiã ſi dies ſolutionis non venerit debitor fugitiuus poteſt capi, & carcerari pro effectu noſtre deciſionis, dum fuerint verificata talia requiſita *Card. Pariſ. conſ. 101. num. 8. Suarez. in l. poſt rem iudicatam in 7. limit. nu. 2. ff. de re iudicat. fol. 614. in paruis Carauit. d. rit. num. 3. verſ. amplia Ludouic. concl. 8. in ſuis concluſ. verſ. tertio limita. fol. 14. à tergo Surd. de alimentis tit. 8. priuilegio*
8 *77. num. 8. Surd. deciſ. 120. num. 13. & 161. num. 7.* & ſi procedunt præallegata, dum creditor non habuerit inſtrumentum publicũ, ſed tantum apocham, vel teſtes, an poſſit petere capturã ipſam &c. vide per *Mariam voto 182. num. 2. & 3. ex Affl. deciſ. 109.* vbi R. affirmatiue, & extende ad propoſitum etiã à Iudice incompetenti capi poſſe debitorem fugitiuum *Miſing. obſeru. 65. cẽt. 2.*
9 & non ſolum ſi fuerit fugitiuus, ſed ſi præparauerit ad fugam &c. *Gomez. Leo deciſ. 22. etiam in die feriato Rub. deciſ. 23. & Ricc. coll.*
10 1203. vbi de alijs caſibus, & ibi cum præſtitit fideiuſſorem debitor fugitiuus incarcerandus nõ
21 eſt ſecundum *Fabr. deciſ. p. C. de fideiuſſ.* & circa ipſas cautiones de iudicio ſiſti, & iudicatũ ſoluendo obſerua fuiſſe introductas, vt diximus pro iudicij aſſicuratione ob fugæ timorem, & à iudicij intentati loco ne iudicium euaneſcat, & eluſorium fiat *l. ſciendum vbi Bart. ff. qui ſatiſd. cogant. l. properandum §. ſin autem Reus C. de iudic. Bald. in l. 2. §. in fideiuſſorem ff. eod. Lelius Zanchi de priuileg. Ecc. perſon. num. 18.* & alias in iure dari fideiuſſiones, vt per *Muſcatell. loco præcitato vbi abundè.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Remedium competens colono pro tuitione ſuę poſſeſſionis qualc fuerit.

SVMMARIVM.

1 *COlono, & inquilino non datur interdictũ vndeui, & interdictum recuperandæ ſi per vim fuerit expulſus ex ratione.*
2 *Colonus non poſſidet, ſed detinet.*
3 *Colono, & inquilino non competit interdictum, vti poſſidetis.*
4 *Colonus dum turbatur implorat officium iudicis nobile ad finem ne moleſtetur.*
5 *Inquilino ceſſanti a ſolutione penſionis ſi poſſit Dominus claudere oſtium domus.*

DECISO LXXXIII.

MOnaſterium Sancti Petri Martyris locauerat quandã eius maſſariam pro annis tribus ..... pro certa penſione vigore publicarum cautelarum, deinde durãte adhuc triennio prædicto locauit eandem maſſariã alteri primus conductor timens de facto a ſecundo conductore eijci à tenuta, & affictu dictæ maſſariæ adijt Sacrum Conſilium implorando remedium capitulorum Regni pro tuitione, & conſeruatione poſſeſſionis fuit dubitatum, an colono competeret dictum remedium.

1 Siquidem colono, & inquilino non dantur interdictum vnde vi, & inter dictum recuperandę ſi per vim expellatur, & deijciatur, quia prædicta
2 interdicta dantur poſſidenti, ſed colonus non poſſidet, ſed detinet, & dicitur nomine Domini poſſidere propio autem nomine detinere. *l. male agitur C. de præſcript. XXX. vel XXXX. ann. l. qui vniuerſas §. fin. ff de acquir. poſſ.* cum alijs, quæ ad id allegat *Ant. Gomez. in l. 45. Tauri nu. 8.* ergo interdictis prędictis, vti non poteſt, quod probat *tex. in l. prima §. deijcitur. et ibi Bar. Alber. Ang. & alij ff. vnde vi & tenet gloſ. in l. ſi de fundo, & ibi Ang. C. locati declarat optime Vacon. lib. primo ſuarum declarat. 34. rubrica. 12. & Ripa in c. ſæpe extra de reſt. ſpol. num. 35. Menoch. de recuper. poſſ. remedio x. num. 25. Caroc. in tract. de locato par. 6 remedio 8. & remedio 16.* vbi de hac re ad ſatietatem.

3 Item colono, & inquilino non competit interdictum, vti poſſidetis nam, & illud pariter poſſidenti datur, vt probat *tex. in l. 3. §. creditores cũ cõcord. ff. vti poſſid.* vbi ea ratione denegatur creditori, quia non poſſidet, *idem in d. l. prima §. deijcitur ff. de vi, & vi arm. glo. in l. prima §. quoties ff. de itin. actu prin. Aret. in §. retinendæ num. 2. & ibi Iaſ. & alij Inſt. de interd. latius Caroc. de loc. & cond. par 6. remed. 7. q. 2. & optime Ant. Gomez. in d. l. 45. Tauri num. 11.* luxerunt etiam ponderata verba *tex. capituli editi à Rege Roberto incip. charitatis affectus*, quod loquitur de conſeruando eo, qui iuſte, & rationabiliter poſſidet, tam in narratione, quam in diſpoſitione, & ideo ſi capitulum prædictum emanauit ad tuendum poſſeſſorem vtiq; non poteſt comprehendere colonum, vel inquilinum ex ſupradictis.

Hæc

Hæc cauſa fuit bis per me relata, & non deciſa, quia nunquam comparuit in S. C. Aduocatus ſecundi conductoris tempore, quo cauſa fuit vocata, & relata, & quia Sacrum Conſilium inclinabat pro primo colono noluit tunc cauſam decidere dicto Aduocato non audito. Tanto magis, quia nihil auferebatur colono, qui iudicio prædicto pendente iam non poterat de facto turbari, & expelli Interim fuit mihi relatũ, quod colonus prædictus adijt Curiam Nuntij Apoſtolici à quo obtinuit, prouiſiones, quod de facto non deijceretur.

4 Licet .n. verum ſit quod colono, & inquilino non competunt remedia prædicta vti poſſidetis recuperandæ, & vnde vi, & quilibet detẽtor remedijs prædictis vti nõ poſſit cũ tamẽ ſi expellitur in ſua detentatione turbatur lex prouidit de remedio, vt poſſit implorare iudicijs officium nobile, qui tenetur prouidere, vt colonus non moleſtetur, vel reſtituatur ſue detentationi *tex. eſt ſingularis in l. aquili regulus ff. de donat. & ibi Bar. poſt gloſ. Aug. & Paul. de Caſtro, qui dicit hunc tex. ad id eſſe ſingulare num. 5. & idem Ind. Rom, ac omnes alij doct. ibi, & idem probat tex. in l. manifeſtiſſimi §. ſed cum in ſecundã in prin. C. de furtis, et ibi glo in verb. rem furtiuam, quã ſequuntur omnes Doct. ibi ad idem glo. expreſſa, & melior, quam ſit in iure in l. & ideo §. neratius in gloſ. fin. ff. de cond furt. & ibi Doct. omnes, Io. de Platea in d. l. ſi coloni in primo verſ. 5, item quæro num quod, & alij ibi, & hanc opinionem ex profeſſo late tuetur ex his, & alijs, & preclare exornat Ant. Gomez in d. l. 45. tauri num. 12.*

Præterea licet valde ſit controuerſia opinio, an emphiteutæ colonn, vel inquilino expulſis
5 competat remedium *l. extat ff. quod met. cauſa* quod prohibet, ne ſua authoritate, quis ſibi ius dicat ſub pena, vt ibi quo in loco *Alber. num. 5.* format queſtionem, an inquilino ceſſante à ſolutione penſionis poſſit Dominus claudere oſtium domus, & ipſum conſequẽter expellere propria authoritate, vel iudicem adire. Dubitat, & dicit, quod de facto ſeruatur opinio, quod poſſit claudere, ſed contraria opinio, quod teneatur adire iudicem eſt magis honeſta *per tex. in l. Dominus horreorum ff. loc. Iaſ. tangit in l. 2. num. 101. C. de iure amphit.* Sed omnes ponunt caſum quando emphiteuta, vel inquilinus deficit à ſolutione canonis, & penſionis, & ſic eſt in culpa, *et licet Cauoc. qui format. 9. in ſpe, in D. ſuo tract. par. 6. tit. vnde vi remedio 8. num. 5. referat multos Doct.* qui tenent non competere, & dicat hãc eſſe magis communem opinionem tamen in iuditijs cõtraria opinio ſemper viguit tãquam magis ęqua, & ſalubris propter ſcandala, quæ poſſunt oriri, & ſemper hæc opinio fuit practicata, vt teſtatur deciſum *Affl deciſ. 97.* & fuit opinio cap. & Petri, vt refert Iaſ. & hanc practicatam, & diſputatam in Curia Delphinali teſtatur *Papa deciſ.* 107. & idem teſtatur *addit. ad Alex. conſ. 105. vol. 3. num. 18. & addit. ad conſ. Dec. 146. & Vrſill. in add. ad d. deciſ. Afflic. num. 6. quem addentes allegant in conſ. 16. vol 2. & in conſ. 171. vol. 3. Cran. conſ. 18. n. 7. præſertim vbi* timetur ſcandalum, *& adheret Plot. in rep. l. ſi quando num. 287. C. vnde vi,* vbi dicit, quod etiam ille, qui habet contractum nullum pro ſe, & facultatem ingrediendi propia authoritate non poteſt ea, vti vbi ſubeſt timor ſcandali, & nõ excuſatur à penis criminalibus infligendis contra violentos allegat *Cornenm d. conſ. 18.* & alios, & huic opinioni videtur adherere *Menoch. de recuper. poſſ. remedio 5. q. 43. num. 44. cum ſeq. & fuit opinio, Bar. in C. alia cauſa §. eleganter nu. 8. per concluſo matri.* vbi dixit, quod ſi quis iret ad occupandam poſſeſſionem, ex pacto, & inueniret reſiſtentem non poſſet eum repellere, nam pactum non prodeſt ad id quod eſt cauſa maioris tumultus *l. non eſt ſingulis ff. de reg. iur. & à fortiori prædicta opinio* obtinere debet vbi quis vult expellere colonũ non propter culpam, & penſionem non ſolutam, ſed quia alius magis obtulit poſt contractum perfectum cum primo, vt in caſu noſtro præſertim in hac Ciuitate Regni Metropoli in qua Reſidet Prorex vltra iudices inferiores, & ſuperiores, qui poſſunt facillimè partibus iuſtitiam miniſtrare, vt non propria authoritate quis ſibi iuſdicat.

Et quia prædicta Capitula Regni ſapiunt, ac comprehendunt naturam omnium remediorũ, & interdictorũ aduerſus turbatores, & inquietatores, & ſunt fũdata in maxima æquitate, & charitate ex his Sacrum Conſ. inclinabat pro primo colono aduerſus ſecũdum ne turbaretur in eius tenuta, & affictũ, ſed vt dixi cauſa non fuit aliter deciſa cum caſus alias occurrerit ex his facile decidi poterit.

ADDITTIO.

SVMMARIVM.

1 *INterdictum vti poſſidetis quando detur.*
2 *Poſſidens per colonum non priuatur poſſeſſione niſi ille fuerit expulſus.*
3 *Interdictum, vti poſſidetis allegans debet probare turbationẽ illatam ab aduerſario.*
4 *Interdictum vti poſſidetis, quando detur.*

CIrca Remedium, quod competit colono, & inquilino pro tuitione ſuę poſſeſſionis, vt in diſcurſu ipſius deciſionis &c. cum turbati fuerint *Vide Menoch. de recuperand. poſſeſ. remed.*
1 *3. per totum,* & de materia interdicti, vti poſſidetis, quæ cadit in ipſis. Adde dari ſtãte animo poſſidendi adhoc vt turbatus à turbatione deſiſtat, *Caſtrenſ. conſ. 234. in cauſa appellationis col. 2. ad medium verſ. ſed ſubſtiuendo cauſam lib. 2. Menoch. 9. remed. num. 36. Put. deciſ. 198 num. 4. lib. primo, & Gratian. diſcept. forenſ. c. 384. nu.*
2 33. inde poſſidens per colonum priuatur poſſeſſione niſi ille fuerit expulſus *Bart. Angel. & alij in l. Peregre. §. quibus ff. de acquir. poſſeſ. Aret. conſ. 32. & Gratian. diſcept. forenſ. c. 519. num.*

3 *num.75.* & circa allegantem interdictum vti poſſidetis nota debere probare neceſſe eſſe turbationem illatam ab Aduerſario *Magon. deciſ. Luc.54.* imo debet etiam qualitates turbationis ſpecificare, *Anna allegat. 82. Ricc. coll. deciſ. 1371. p. 4.* & quando detur interdictum, vti poſſidetis ad detentionem poſſeſſionis naturalis per *D. Gratian. diſcept. forenſ. 311. nu. 23.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Si pauper allegans ſuſpictionem teneatur facere depoſitum ſeruata forma (Pragmatice), & ibi traditur deciſio pro quadam vniuerſitate.

SVMMARIVM.

1 *Suſpictiones proponuntur cum depoſito, & quomodo practicetur.*

2 *Pauper proponens ſuſpictionem, an teneatur facere depoſitum ſeruata forma R. pragmat. & num. 6.*

3 *Pauper non tenetur ſoluere Aduocato ſalarium neque mercedem prout neque Procuratori, & actuario pro actis ſcriptis.*

4 *Pauper qui in futurum ſoluere poteſt tenetur ſe obligare de ſoluendo mercedem.*

5 *S. C. ſtilo admictuntur pauperes abſq; depoſito ad recuſandum, & vniuerſitates, & ibi deciſio traditur.*

7 *Paupertas excuſat à deſertione cum alijs.*

DECISIO LXXXIV.

1 Dictat pragmatica, quod qui recuſauerit aliquem ex Regijs Conſiliarijs teneatur facere depoſitum ducatorũ triginta, vt primum proponit capita, quæ debent diſcuti, & decerni ſi ſunt admictenda, & ſi ſuper capitibus admiſſis prouidetur, quod capiatur informat ſit depoſitum ducatorum centum, quæ pena pro medietate liberatur Cõſiliario recuſato ſi decernitur recuſationẽ non militare, & pro alia medietate regio fiſco, fuit dubitatum, an ille qui recuſat, & dicit ſe eſſe pauperem ſit audiendus abſq; depoſito hic caſus non eſt prouiſus à regia pragmatica, & ideo tanquam ommiſſus remanet

2 in diſpoſitione iuris communis, ſecundum quam pauper non tenetur facere depoſitum, quia paupertas excuſat *gloſ. eſt notab. in c. ſtatutum §. inſuper in verbo pauperes de reſcrips. lib. 6. per quam dixit Bal. in l. furioſi in vlt. not. C. de*

3 *nupt* quod pauper non tenetur ſoluere Aduocato, nec Procuratori ſalarium neq; mercedem actuario pro actis, quæ ſcripſit *glo. Abb. Felin. & alij in c pri. de off. iud. deleg. ide Felin. in c. ſi pro debilitate coliũ. fin. de off. de leg. Rota in deciſ. 2. de conſtit.* In antiquis dicens ita Palatium in

4 vrbe obſeruare in vere paupere alias ſecus ſi in præſenti, vel in futurum ſoluere poſſet, quia tenetur, ſe obligare quod ſi in futurum efficiatur ſoluendo debitam mercedem ſoluet, vt reaſſumit *Beniucaſ. de pauper. q. 7. ſpetiali. 4. de iud. num. 4. cum multis ſeq. cumulat nonnulla ad hãc materiam Foller. in pract. crim. 2 par. verſ. recipiantur defenſiones Reorum num. 27. poſt Alex. in l. argẽtarius nu. 4. C. de edend. et Ripã in l. cẽturio num. 35 ff de vulg. et pupill.* Sacrum Conſ. paſſim non ſolum perſonas particulares recuſan

5 tes, qui aſſerunt ſe pauperes, ſed & vniuerſitates admictit ad recuſandum abſq; depoſito in quibus etiam, quod non poſſit cadere tanta paupertas à dictis Doctoribus conſiderata, vt fuit in cauſa vniuerſitatis ſeminariæ cum Duce eiuſdem, quæ in cauſa illa me recuſauit, & fuit audita, & admiſſa abſq; depoſito, vt apud ſecretarium Sacri Conſ. & paſſim, vt dixi pragmatica prædicta practicata fuit, & practicatur non obſtante forma ab ea tradita in recuſationibus proponendis.

6 Et vere, vbi adeſt vera paupertas pragmatica non poteſt habere locum, quia ſi Prorex, & Collaterale hunc caſum cogitaſſent vtiq; idem ſtatuiſſent ſeruata diſpoſitione iuris

7 communis, quia etiam paupertas excuſat à deſertione ſi infra tempus præfixum à Conſt. & pragmaticis appellans non præſentauerit copiam proceſſus ad Iudicem ad quem propter paupertatem, nam conſtito de paupertate non declaramus appellationem deſertam ob non præſentationem actorum, & indulgemus paupertati, vt valeat præſentare copiam actorum, vel facimus præceptum Iudici à quo, & actuario, quod gratis tranſmictat, & procedimus in cauſa appellationis, & cognoſcimus demeritis cauſæ.

ADDITIO.

SVMMARIVM

1 *Pauper an teneatur facere depoſitum dum allegauerit aliquem ex officialibus ſuſpectum.*

2 *Paupertatem prodeſſe gentibus in multis, & infiniti fauores paupertatis enuntiantur, num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 16. 17. 18. 19.*

18. 19. & 20. 22. 23. 24. 25.

14 *Pauperes eorum culpa deuenis in paupertatem an gaudeant priuilegio paupertatis.*

21 *Paupertas inuitat ad ſcelera.*

26 *Paupertas excuſat à ſolutione actorum.*

27 *Vniuerſitates inter miſerabiles perſonas connumerantur.*

28 *Aduocatus pauperum datur pauperibus.*

29 *Pauper an dicatur habens artem cum deciſ. Regia Audientia Barenſ. tempore Auditoratus Authoris.*

IN hac noua deciſione ſubſequitur Dom. Auth. alium caſum, in quem quis iuſta formam pragm. & eius requiſitorum non tenetur facere depoſitum, dum allegauerit ſuſpectum aliquem Conſiliarium præter aliũ deſcriptum *in deciſ. 66. ſupra*, quando allegans eſt pauper, quia tunc iuſta relatam deciſionem admittitur ad proponendam, allegandamq; ſuſpictionem abſque depoſito, (de terminis formæ ſuſpictionis allegandæ, &c. cum ipſo requiſito, *vide Nouar. in puncto dictæ prag. in quæſt. forenſi 160. D. Reg. Tappia in ritu 265. in ſuo iure Regni, & abbundantiſſimè in deciſ. Sacr. Conſ. 20. num. 1.* ad pennam obſeruata præter allegata per nos ad ipſum D. Auth ſupra in dicta deciſ. 66. Et de fauoribus pauperpatis, dum pauper ipſe apparet excuſatus à depoſito faciẽdo:, Adde plura conceſſa paupertati, &
1 in multis ipſam prodeſſe gentibus, vt dicebat *Cynus in l. ſi quis ad declinandam §. fin. C. de Epiſcop. Audient.* ſed à tali prodeſſe liberet nos
2 Deus,) cum in multis ſit peioris conditionis pauperes, quàm diuites, *Bart. in l. ob fenus ff. de*
3 *adminiſtr. tutorum*, eſt verum tamen, quod pauper excuſatur ab oneribus, & à collectis, *Cauẽſ. tit. 290. Petr. Ruiz. deciſ. 4. num. 283. vſque ad*
4 307. & pauper debitor carceratus poteſt petere à creditore alimenta, ad cuius inſtantiam reperitur carceratus *l. Iudices, vt latius in prato meo demonſtraui C. de Epiſcopali Audientia num. 9.*
5 *& Anua ſingul. 179. vbi addidi pariter Valaſc. in conſult. 1. nu. 8. & Capibl. de Baron. pragmat. 19. num. 12. & Nouar. quæſt. forenſ 9. & in d. l. Iudices in ordine dicti mei prati etiam ſcripſi,* pariter carceratum pro cauſis criminalibus à Fiſco conſequi alimenta prædicta cum quæſito ſi ſit habenda ratio ipſius nobilitatis in alimentis taxandis, & excuſari pauperem à ſolutione multæ, *Baldus in l. 1. numer. 5. C. què bonis cedere poſſunt gloſſ. in cap. ſacrorum 12. quæſt. 2. l.*
7 *illicitas §. Præſes ff. de officio Præſidis*, & excuſari à pena pauperem *l. igitur ff. de libera li ecuſa*,
8 *ſa*, inde emphiteuta pauper ſi ceſſauit pro parte à ſolutione canonis non cadit à iure ſuo emphiteutico, quia paupertas liberat eum à tali pena *Iaſon in l. 2. nu. 56. C. de iure emphiteut. Rodoan. de rebus Eccleſiæ non alienaud. quæſt. 74. cap. 2. num. 4. & 5. & quæſt. 79. cap. 3. num. 9. Clar. in*
9 *§. emphiteuſim quæſt. 8. verſ. hoc autem*, & excuſari pauperem à pena contumaciæ, *Marauta in ſuo ſpecul. 6. parte 2. membro Iudic. de contumacia nu. 5. carta 329. & ita ex doctiſſimo D. meo eximio viro Regente Valenzuela in conſ. 14. nu. 19.* patet excuſari, & à periurio *Viu. dec. 268. nu.*
10 *1.* & de patre paupere, quod non teneatur alere filios, quia prima cauſa incipit à ſe ipſo *l. Præſes C. de ſeruit. & aqua*, vt collexi pariter in di-
11 cto prato meo, & exequutorem pauperem poſſe ſibi ipſimet diſtribuere omnes notarunt, *vt Felin. in cap. irrefragabili §. cæterũ n. 15. de officio ordinarij, Menoch. caſ. 182. nu. 43.* & in hac materia aduertas reſtitutionẽ bonorum ſi ex voluntate defuncti facienda ſit pauperibus ſi aliqui pauperes in vita ſint electi ipſa electio poſſit poſtea reuocari, & alios pauperiores admitti *Burg. de Paz inter Hiſpanos ſemper honorandus in conſ. 20. num. 17.* vbi famosè addidit eius nepos Iudex D. Franciſcus Balboa particularis meus dominus enũtiando fauores paupertatis plures,)
12 inde ſcias paupertatẽ facere probabile, id, quod alias nõ eſt probabile *Bald. in l. ex hoc iure nu. 7. ff. de*
13 *iuſt. & iure*, & pauperẽ admitti ad beneficium moratoriæ dilationiſq; quinquennalis, *Apicella tit. de quinquenn. dilat. n. 18. & tit. 22. & in d. tit. 1. nu. 116. latè de priuilegijs paupertatis Oter. in quæſt. iur. diſp. par. 3. quæſt. 4. num. 3. Gagliard. de abſolut. à iuram. §. 1. num. 34. & 35. & ſeq. num. 40. Carott. de oblig. 2. par quæſt. 10. num. 21. & latiſſimè Apicella filius alleg. 6.* vbi hos, &
14 alios fauores paupertatis enunciat, & ibi quid de pauperibus eorum culpa deuentis in paupertatem, & num. 21. caſum fortuitum conſiderari paupertatem cum vera definitione pauperis in num. 15. prout eius pater *in præalleg. tract. tit. 1. num. 18. ante ipſum, & adde Serafin. deciſ. 51. & 58. & Gramatic. deciſ. 409. Martam voto 21. & Maſcard. de probation. concl. 426.* vbi de vera
15 probatione paupertatis, non ommittendo excuſari pariter pauperem à regula de literis non expeditis *teſte Rota deciſ. 676 par. 1. in nouiſſ. quã*
16 *allegat Ricc. coll. 2197. verſ & primo, &c.* & excuſari à pena lenocinij, vt iudicatum in Regia Audientia refert *Viu. deciſ. 454.* ibi in matre, quæ ob paupertatem fecerat lenocinium filiæ ſuæ, &c. *qui in deciſ. 241. num. 5.* non excuſari
17 tamen adulteram ob paupertatem ait, &c. & excuſari pauperem à proſequenda appellatione in cauſa, in qua poſſet habere ſumptus litis, *Felin. in cap. ſi qui teſtis col. 2. num. 9. de teſtibus, Nouar. de priuileg. miſerab. perſonar. priuilegio*
18 *94. num. 8.* & ſuccurri pauperibus præſertim in iudicialibus, in quibus vt plurimum opprimuntur *Gabball. Millell. 676.* & in dubio Iudicem pro paupere iudicari debere, *Caſtrenſ. in l. quẽ filium §. Sabiuus ff. ad trebell. Butr. in cap. in noſtra de teſtibus Macthesil. de elect. opin. num. 5. & vide Gracian. diſcept. forenſ. 256. num. 15.*
19 *tom. 2.* & vide etiam ſi fauetur pauperi, vt non teneatur ad refectionem melioramentorum *per Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 18. num. 1. & 13.*
20 & excuſari à pena furti pauperem, dum pro neceſſitate furauit *Marin. ad Gram. deciſ. 38. nu. 10.* quẽ nuper quo præſentia ſcribo audiui Meſſanæ mandaſſe imprimi alias ſuas additiones ad noſtrum Authorem, & in effectu ſub impreſſione exiſtere, inde dicebat, *Camillus Borrell, in tract.*

in tratt. de magiſtratibus lib. 1. cap. 13. num. 17.
21 paupertatem inuitare ad ſcelera, & habes
22 faueri pauperi, qui ſi violentas manus in clericũ iniectus fuerit poſſet ab Epiſcopo abſolui, *vt Ricc. deciſ. 190. num. 13. par. 4. prout in deciſ.*
23 *153. num 6. ead. par. & num 7.* ponit ſi excuſe-
24 tur pauper à proteſtatione, prout faueri pauperi, vt prius ſua cauſa tractetur, quàm diuiti,
25 *Viu. deciſ. 222. num. 5. & 9.* & non poſſe pauperem excommunicari ſi debitum non ſoluit *Afflict. deciſ. 377. num. 4. & in deciſ. 322. num. 3.* paupertatem excuſationem præbere, & habere electionem fori *Creſcentius deciſ. 16. num. 1. fol.*
26 217. & faueri pauperibus, quod acta gratis conficí debeant *Couarr. pract. quæſt. cap. 6.* & ita fuit deciſum pro Terra Hoſtiliani cum Principe quam deciſionem nota ad confirmationem deciſionis D. mei Authoris, vbi & pauperem admicti ad proponendas cauſas ſuſpictionis ab[ſq;] de-poſito, & vniuerſitatem ſecundum form[am] prag. Regni, notauitque eam *Capibl. de Baronibus*
27 *prag. 19. nu. 11.* & vide *Gail. obſer. lib. 1. obſer. 43.* ibi & pauperibus gratis patrocinium præſtare aduocatos, & medicos curam cum alijs curioſis ex hoc eſt pauperem non teneri facere depoſitum, dum allegauerit nullitates, nam verum penam dicentium de nulllitate ſententiarum S. Conſ. eſſe ſtatutam in ſolutionem ducatorum duodecim pragm. 5. §. 2. & 3. de off. Sacr. Conſ. & dicentium de nullitate ſententiarum Magnæ Curiæ Vic. à ducatis 75. infr. eſſe ducatorum ſex vltra duc. 75. ducatos duodecim, quo ad ſententias diffinitiuas, vel habentes vim diffinitiuæ, ſed circa alia interloquutoria ſi fuerint ſictæ per Magn. Cur. pena erit ducatorum trium, ſi verò à Iudicibus domi erit carolenorum quindecim, vt in pragm. 1. de procurat. §. dicentes de nullitate, & refert deciſum, *Thor. par. 2. compendij in verbo pena dicentium de nullitate, & ante eum Gallupp. in prax. S.C. par. 3. cap. 7. num. 12.* vbi de praxi, & ego non plures ſunt dies, quod practicaui in cauſa Auguſtini Paoneſſæ, in qua vti pauper fuit admiſſus per Reg. Cam. ad proponendas nullitates præuio reſcripto Suæ Excell. penes Lucam Actuar. ita & taliter, quod poſtmodum receptis abſq; depoſito nullitatibus per ipſum propoſitis obtinui in fauorem ipſius Auguſtini ad relationem D. mei Comitis moles Preſidis Reg. Cam. quod cum fideiuſſerat ipſe Auguſtinus pecuniam peruentam ex effectibus Ferdinandi Monſorij liberatam Antonio de Ianuario debitori Fuluij de Bellis ſui principalis de reſtituendo, cui quibus, & quando vt erat liberata ipſi Antonio, quod non teneretur ad inſtantiam aliorum creditorum reſtituere, quam prædicti de Monſorio, & non ad inſtantiam creditorum ipſius Antonij, vt Reg. Cam. ipſa per bina decreta mandauerat aduerſus ipſum pauperrimum Auguſtinum Paoneſſam inſtante quodam creditore nomine Ioſeph de Acunto creditore ipſius Antonij ex regula *l. à Iudice §. 1. de iudicijs. quem exornat de Franch. deciſ. 601. num. 3.*
27 me patrocinante, & aduertas etiam ad propoſitum vniuerſitates inter miſerabiles perſonas connumerandas, *Nouar. de elett. fori quæſt. 20. num. 7. ſett. 1. pag. 46. & quæſt. 14. num. 7. ſett. 2. pag. 161. prout pauperes id. quæſt. 5. num. 3. ſett. 1. pag. 11.* & dari etiam pauperibus aduocatum pauperum, *Paſchal. de patria poteſtate par. 2. cap. 2. num 88. & ſeq. & num. 63.* de materia, & cognitione pauper[um].

29 Nolo tñ ommictere, quod in Reg. Aud. Bareñ contigit dubitari ſi inter pauperes connumeraretur homo habens artem, ex qua alere ſe poterat ad finem, vt admicti poſſet ad vnum ex enunciatis prædictis fauoribus, & cum allegaſſem *gloſſ. in l. ſi quis argentum §. ſed, & ſi quis in verbo quantum donauit C. de donat. quam ſequitur Maſcard. concl. 1154. num. 36 in tratt. de probationibus præter Coler. de aliment. lib. 1. cap. 2. num. 80.* fuit receſſum à contradictione, in qua aderant collegæ, & deciſum inter pauperes non connumerari in quadam cauſa cuiuſdam de terra terlitij, & receſſimus propriè à diſputatione ſi accuſator tenebatur ſubminiſtrare expenſas reo pauperi, vt præter allegata *ſupra Boer. deciſ. 325. in terminis.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

An poſſit cogi ad petenda beneficia ſibi competentia priuilegiatus.

SVMMARIVM.

1 *BEneficium per vnum petitum eſt commune alteri iuxta practic. Sacr. Conſ. noſtri.*
2 *Priuilegiati non poſſint compelli ad petenda beneficia ſibi competentia.*
3 *Deciſio S.C. traditur.*

DECISIO LXXXV.

INnoleuit Practica in S.C. quod vbi agitur Iudicium inter plures perſonas priuilegiatas, quibus de iure in iudicijs dantur reſtitutiones ad pinguius probandum, quod ſi cócedatur reſtitutio, ſeu beneficiũ vni petenti, ſolet cau-
1 ſæ Commiſſ. domi, vel in Sac. Conſ. prouidere, & decernere quod beneficium currat etiam reſpectu omnium priuilegiatorum, qui ſunt in iudicio, & ita paſſim practicamus, & eſt bona practica, ne lites fiant immortales, & proceſſus, quã

citius inſtruantur reſpectu omnium collitigantiũ, ſed dubium incidit an huiusmodi practica, & decretum liget pupillos, orſanos, Vniuerſitates, & alias perſonas, quæ de iure non poſſunt compelli ad petendum beneficia iuxta traddita *per Capic. in eius deciſ.* 110.

Nam quoad pu[illegible]llos, orſanos, & alios huiuſmodi certum eſt, vt ibi per Capic. non poſſe cõpelli. At ſi hæc practica indiſtintim, & paſſim ſeruaretur eſſet illos per indirectum compellere ad vtendum beneficio alteri conceſſo, arctarentur, n. ad ſaciendum probationes, quas forſan nunc non habent, & ex hoc lederentur, & eſſet illis auferre reſtitutiones, & beneficia, Sacrum Conſilium cum caſus accidiſſet inter vniuerſitates Bitunti, Baroli, & Medunei de confinibus litigantes in duabus aulis decreuit talem practicam
2 non habere locum reſpectu priuilegiatorum, qui non poſſint compelli ad petendum beneficia, nã eſſet alias ipſos indirectè, & ante tempus compellere, ſed quod ſeruetur reſpectu aliarum perſonarum, quæ poſſunt compelli ad petendum, vt ſunt mulieres, & aliæ, quæ non iure ſpetiali reſtituuntur. Et ideo eum in caſu præmiſſo ad inſtantiã Vniuerſitatis Modunei eſſet cõceſſum ſecundũ beneficiũ, & prouisũ per cauſæ Cõmiſſ. quod cenſeretur conceſſum, & curreret reſpectu omnium priuilegiatorum in iudicio exiſtentium, & notificatum in ſpetie Vniuerſitati Bitonti, quæ tũc
3 nil dixit, ſed poſtmodum, & poſt multos annos petijt ſecundum beneficium, his diſcuſſis, fuit per Sacrum Conſilium conceſſum die primo Iunij 164. referente Conſiliario Marco Antonio de Ponte, non obſtante prædicto decreto, & practica, quæ allegabatur in contrarium, quam cenſuit Sacrum Conſilium non habere locum in omni caſu, nam alias eſſet pernicioſa, & contra ius, ſed tantum in caſu ſuo vt ſupra.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia, iure ſpeciali alicui competentia non poteſt cogi quis petere.*
2 *Author fuit Iudex in Ciuitate Auerſa.*
3 *Author fuit Auditor Prouincia Terra Bari.*
4 *Beneficia quo tempore petantur.*

1 Communi calculo receptum eſt in Tribunalibus non poſſe cogi ad petenda beneficia perſonas, quibus iure ſpetiali competunt, vt ſecus iuxta caſum noſtræ deciſionis ſi non iure ſpetiali, &c. & proinde reperitur cõcluſum mulierem inuitã compelli poſſe ad petendam reſtitutionem in integrum, ſeu beneficium, vt pars aduerſa diũ non ſtet in ſuſpenſo teſtibus *Nuntio Pelliceo in conſuetud. Auerſ. in additi. cap. 7. incip. adde quod*
2 *ſi tutor*, quem totum fatigaui tempore, quo fui Iudex in illa Ciuitate per decẽ, & ſeptem menſes circiter *Maxil. in conſ. Bari rubr. de minoribus, §. etiam minor nu.* 14. quem pariter vidi, & lexi,
3 tempore quo fuit Auditor in ipſa Audientia Terræ Bari per ſpatiũ annorum circiter triũ *D. Reg. Tappia in conſtit. mulieribus num. 1. Sfortiod. de reſtit. in integrum quæſt. 25. art. 2. Vrſill. deciſ. 469. num. 8. Thorus in compend. deciſ. verbo mulier tom. 1.* ſed hodie id parum deſeruit *cum l. Regni cautum fuit*, vt infra certum tempus petantur, & cõcedantur talia beneficia, *vt per prag. Illuſtr. Cardin. Zappatæ de anno 1621. ſub*
4 *die 27. maij* madatum fuit poſt publicatum in cauſa, & 30. dies non poſſe peti talia beneficia plus, & poſt 30. dies à concluſione facta non poſſe peti ſecunda beneficia, & eſſe præcluſam viam cõſequendi, ipſa etiam per viam reſtitutionis in integrum; & ſic etiam deciſum reſpectu fiſci [illegible]etierit, per Sacrum Conſilium in cauſa [illegible]dum Detij Criſconij, cum Aloyſia Sica die 2. Menſis Aprelis 1622 referente Conſiliario Ambroſio Sancto Iacobo da Villalobes decernẽdo, quod petito beneficio non obſtante procedatur ad ea, quæ incumbunt penes ſecret in banca Figliolæ, in qua Fiſcus inſteterat pro conceſſione beneficij, *Thor. 2. parte compend. verbo beneficium primum, vel ſecundum in medio*, & reſpectu pupillorum non petentium beneficia cautela eſt, vt introducatur cauſa in Sac. Conſ. v idem *Thorus refert in dicto compend. par. 1. verbo minor.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Abbunde diſcutitur quando falſum in vno cenſeatur falſum in omnibus, & curioſa diſtinctio traditur.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus falſus in vno cenſetur in omnibus cum ratione, & nu[illegible] & 11. 13. & 14. & 15.*
2 *Vniverſalis redditur falſa cuius aliqua particularis eſt falſa.*
3 *Atteſtationes ſi in aliquo reperiuntur falſa in omnibus cenſentur falſa, & nu. 4.*
5 *Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.*
6 *Bonus quandoq; dormitat Homerus.*
7 *Tranſactio infirmatur pro patre qua reperitur falſa.*
8 *Malus ſemper malus præſumitur.*
12 *Coniecturis opus non eſt in claris.*

13 *Teſtes*

16 *Teſtes producens falſos in cauſa etiam, quod alij eſſent legitimi totus proceſſus impeditur propter illos falſos.*

17 *Acta facta in foro Eccleſiaſtico coram ſummo Pontifice, an faciant fidem in foro ſeculari, & ſententia lata per Summum Pontificẽ & Sacrã Congregationẽ per quã declarata eſt falſa pars proceſſus, & informationis capta per Iudicem Laicum pareat exceptionem rei iudicata in foro ſeculari, & teneantur iudices ſeculares ſtare illi ſententia, & actis.*

DECISIO LXXXVI.

QVod proceſſus falſus
in vno cẽſeatur, fal-
ſus in toto, & in om
nibus. Ego nũquam
tempore meo vidi
1 dubitari, & ita paſ-
ſim iudicauimus, &
iudicamus in Sacro
Conſilio citra con-
trouerſiam) ſi qui-
dem Regula eſt pro
2 hac opinione, quod vniuerſalis redditur falſa
cuius aliqua particularis eſt falſa, quam regulam
facit *Specul. in tit. depoſitionibus §. 14. num 22. per tex. in c. ſi ad ſacras 9. diſt. ſed voluit allegare tex. in c. ſi ad ſcripturas, & per tex. in c. pura iij. q 11. & tex. in l. cum eiuſdem ff. de edil. ed.* &
& licet inter gloſatores antiquos fuerit contro-
uerſia, an prædicta opinio ſibi vindicet locum,
vbi capitula ſunt ſeparata, & diuerſa, quia Io.
Teuton. antiquus gloſator iuris Can. & nonnul-
li cum eo tenuerunt, non habere locum in capi-
tulis ſeparatis, & diuerſis, ſed in connexis, & de-
pendentibus, ſeù acceſſorijs eius tamen opinio
reprobata fuit, & indifferenter *Bartol. Brixienſis*
qui floruit centum ferè annis ante Bart. tempore
Gulielmi duranti *in d. c. ſi ad ſcripturas in glo. in verbo, quid in eis* recitata opinione Ioannis
3 concludit contra eum, quod ſi inſtrumenta, vel
atteſtationes in aliqua parte reperiatur falſæ in
totum reprobãtur *per tex. in c. Canones 16. diſt. tex. in d. c. pura, & d. l. cum eiuſdem his verbis.*
4 Ego dico, quod ſi aliquid falſitatis reperiatur in
inſtrumento, quod totum redditur ſuſpectum,
nec ei creditur *l. 2. ff. de fide Inſtrum.* ſubdẽs ita
notaſſe in ſuis qq. in quibus eandẽ opinionẽ di-
ſputãdo ſequtus fuit nã in quæſtionibus venera-
bilibus *in tit. de fide inſtrũ. q. 50.* ad partes diſpu-
tauit, & concludit, quod ſiue capitula, ſint diuer-
ſa, & ſeparata, ſiue annexa, & dependentia totum
inſtrumentum erit ſuſpectũ qualitercunq; falſitas
deprehendatur, nec ei adhibetur fides niſi aliter
de veritate conſtet, & in *qq. Dominicalibus in tit. de teſtibus q. 48. num. 4.* idem tenet, & ante
alios hanc eandem q. ad partes diſputauit etiam
Pileus in ſuis qq. q. 95. qui pro vtraq; parte ad-
ducit quatuor fundamenta, & tandem concludit
pro parte affirmatiua quod. ſ. data falſitate in ali-
qua inſtrumenti parte totum reddatur falſum, &
vitioſũ etiam ſi capitula ſint diuerſa, & ſeparata
cuius rationes reaſſumit *Io. Andr. & eũ ſequitur addit. ad ſpecul. in tit. de inſtrum. edit. §. 9. incip. Inſtrumentum num. 11.* quo loci ſpeculator reci-
tat opiniones omnium antiquorum, & tandem
opinioni Brixienſis etiam adheret eiuſdemq; opi-
5 nionis *eſt glo. in c. quid ergo in verbo falſum 23. q. 5.* & facit vetus illud maiorum noſtrorum. Ad
agrim. Morbida facta pecus totum corrumpit
ouile *de qua in c. reſecandæ 24. q. 3. & meminit gloſa fin. in c. fin. extra de procur.* Inquiens hoc
caſu vtile per inutile vitiari. Hanc eandem opi-
nionẽ indiuiduo Canonizauit *Innoc. in c. fraternitatis extra de heret.* nulla habita ratione al-
terius opinionis, vbi capitula eſſent ſeparata, &
diſtincta, quia ſiue ſeparata, ſiue annexa, & acceſ-
ſoria ſi inſtrumentum in aliquo probetur falſum
totum carere robore firmitatis cenſuit, ac firma-
uit per *tex. in d. c. pura, & d. l. cum eiuſdem*, eidẽ
opinioni ſe ſubſcripſere *Archid. in d. c. cum ad ſacras, & Turre Crem. ibidem in fine nu. 4. Hoſt. in d. c. fraternitatis num. 6. Io. Andr. num. 1. in fine Zabarella num primo*, circa finem ibi Inno-
centius autem approbat dictum primum, & eſt
verum, & Ant. de Butrio fatetur, ac teſtatur opi-
nionem Innocentij eſſe communiter receptam
num. 4. prope finem quia ex quo eadem eſt ſcrip
tura in vno falſa in toto redditur falſa, quia iam
in toto inſtrumẽto ex iſto falſo vitiatur fides in-
ſtrumenti ab *Innoc. opinion. nõ diſcedit Abb. nu.* 4. dicens hanc ſibi magis arridere, ac placere, quã
opinionem Ioannis tenentis contrarium, vbi ſunt
capitula ſeparata late illi adheret *Felin.* vbi alle-
gat rationem, quod ſi de vno inſtrumento falſo
propter vitiũ Notarij reſultat ſuſpictio ad aliud
vt in præcedenti concluſione dixit fortius de vno
inſtrumento ad ſe ipſum, ſed iſta fuit ratio *Martini gloſatoris*, vt refert *Butric. in l. ſi ex falſis, C. de tranſact.* quam ſibi mutuat, *Felin.* & hanc te-
ſtatur eſſe communem opinionem accedit, *Mar. Socc. num. 12.* qui etiam de communi teſtatur, &
Innocentij opinionem tenuit *Rota in antiquis in tit. de fide inſtrum. deciſ. 3.* & in repertorio, quod
Brixiẽſi adſcribitur *in verbo inſtrumentum* verſ.
an inſtrumentum in aliqua ſui parte falſum con-
firmatur prædicta opinio, & veram teſtatur, *Oldrad. in conſ. 37. in prin & fuit etiã opinio Guid. Suzaria. vt refert, et ſequitur Gand. in ſuo tract. de Malef. in tit. de falſarijs num. 8.* ita ut dubita-
re de hac opinione fatuum videatur.

Et licet *Accurſ. in l. ſi ex falſis quæ eſt penult. C. de tranſact. in glo. in verbo firmis* ex illo tex.
ſumat argumentum, quod inſtrumentum non eſt
totũ vitioſum ratione partis, & allegat ad idem *l. primã. §. pen. C. de latin. libert. toll.* dumodo cau-
ſa ſit diuidua alioquin ſecus *vt ff. de minorib. l. etiam §. primo* tamen patet manifeſte allucina-
tum fuiſſe in intellectu illius tex. & non mirum,
6 quia bonus quandoq; dormitat Homerus ſiquidẽ
ille tex loquitur in caſu particulari ex quo non
poteſt ſumi argumentum, & illatio vniuerſalis,
quam facit Accurſ. qui totum robur, & vim con-
ſtituit in diſpoſitione illius tex. ad fundandum,
quod vitiata parte nõ vitiatur totum, quam opi-

nionem tenet etiam in *l. ſi vnus C. de teſtam. vbi ſe fundat in d. l. ſi ex falſis, & in l. 2. in fine C. de vet. iur. Enucl. pari modo ſe fūdat, in d tex.* qui loquitur (inquam) in caſu particulari, & diuerſo ibi namq; inter partes præceſſerunt plures, & diuerſi contractus de diuerſis rebus, & negotijs differentibus patet ex eo tex. in quo dicitur tranſactionem continere diuerſa capitula reſultantia ex præcedentibus inſtrumentis ergo diuerſi, & ſeparati erant contractus, & inſtrumenta ex quibus ortis inter partes ipſas controuerſijs initę fuerunt pactiones, & tranſactiones deinde detectum eſt vnum, vel alterum ex dictis inſtrumentis deductis in tranſactione eſſe falſum dubitabatur, an tota tranſactio redderetur falſa, vel tantum pro illa parte, & capitulo, ſeu inſtrumento, quod eſt detectum falſum reſpondidit Imperator non totam tranſactionem, ſed pro illa parte, & reſpectu illius capituli, quod detectum eſt
7 ſalſum infirmari, & ratio eſt in manu, quia tranſactio ipſa quo ad ſe non eſt falſa, ſeu falſitas nō eſt Commiſſa in ipſa tranſactione, nec ab ipſa dependet, ſed erat iam commiſſa prius in vno, vel altero dictorum inſtrumentorum ex quibus inita eſt tranſactio, & ideo occaſionaliter dici poteſt falſa tranſactio reſpectu inſtrumentorum falſorum præcedentium, & quemadmodum circumſcripta tranſactione ſi antequam inita eſſet fuiſſet detecta falſitas alicuius inſtrumenti non omnia inſtrumenta, ſed illud quod erat falſum veniebat infirmandum pari ratione non debet tota tranſactio reſcindi ex pluribus, & diuerſis inſtrumentis, inita, ſed tantum pro ea parte, pro qua falſitas inſtrumēti eſt detecta, quia attenditur illa diuiduitas, & diuerſitas contractuum præcedentium, & illud primordiū veritatis. At q. noſtra & Doctorum eſt vbi eſt falſitas commiſſa in vnico proceſſu, in vnico actu, ſeu contractu, qui contineant differētes cauſas capitula culpas, & negotiationes, & in uno ex capitulis diuerſis, & ſeparatis detegatur falſitas, an corruat vniuerſus, & totus proceſſus Inſtrumentum, & contractus, & de hoc caſu non loquitur *tex. in d. l. ſi ex falſis patet ex eodem tex. in prin.* ibi ſi ex falſis inſtrumentis præſupponit ergo ante initam tranſactionem præceſſiſſe plura inſtrumenta non vnum ſubdit pactiones, ſeu tranſactiones inite fuerunt ergo illa inſtrumenta inſunt tranſactioni, iterum ſubdit falſo reuelato eas retractari præcipimus, ita demum, vt ſi de pluribus cauſis, vel capitulis eedem pactiones, ſeu tranſactiones initæ fuerunt illa tantummodo pars, quæ ex falſo inſtrumento compoſita conuicta fuerit, alijs capitulis firmis remanentibus nō poteſt ſe clarius declarare tex. quod .ſ. retractetur tranſactio quo ad illud inſtrumentum, quod falſum deprehenſum eſt, ergo vt diximus non erat tranſactio ex ſe falſa, ſed reſpectu inſtrumentorum præcedentium in ipſam deductorum, & inſertorum, quæ cum ſeparata, & diuerſa eſſent ab initio, & per prius ſeparatas, & diuerſas cauſas, & capitula continentia non facit aliud Imperator ibi quam ſegregare, & ſeparare illud inſtrumentum falſum ab ipſa tranſactione quo ſeparato cetera firma remanent. quia alia inſtrumenta ſunt vera, & non falſa, & hic eſt verus. Et genuinus ſenſus huius tex. ni fallor. & poſt hæc à me ſcripta, & conſiderata *vidi Alber. in d. l. ſi ex falſis, qui interlinealiter num.* 4. circa finem ita ſencit, & explicat d. tex. dicit .n. & ad hanc, *l. ſi ex falſis poteſt reſpōderi*, quod hic fuerat falſitas in præambulis tranſactionis non in ipſa tranſactione, ſeu tranſactionis inſtrumēto hęc Alber. & poſt eum Corn. idem expreſſe confirmauit *in fin. col. dicens*, parum facere d. tex. ad argumentum, & illationem gloſæ, nam non loquitur de falſitate tranſactionis, ſeu inſtrumenti ipſius, ſed de falſitate aliorum inſtrumentorū quorum timore facta fuit tranſactio, quæ venit retractanda in illis capitulis in quibus fuit facta timore dictorum inſtrumentorum idemq; aduertit *Paul. de Caſt. num. 12. circa finem, & Sal. nu. 12.* quod ſi non præceſſiſſent plura inſtrumenta, ſed vnicum continens diuerſa capitula ex quo compoſita eſſet tranſactio, & illud vnicum inſtrumētum poſtea detegeretur falſum, & reſpondidiſſet Imperator non infirmari tranſactionem niſi pro parte capituli falſi vtiq; res non haberet, difficultatem, & non opus eſſet diſpoſitione, ſed de hoc caſu non tractat Imperator in eo tex. ſed diuerſo quinimmo dicit Paul. de Caſtro, & eſt notab. doctrina quia, vt ipſemet aduertit hoc non reperitur à nemine tactum *in d. l. ſi ex falſis num.* 3. quod ſi reperiretur productū falſum inſtrumentum ſuper vno capitulo, quod dederit cauſam tranſactioni faciende ſuper omnibus alijs capitulis aliorum inſtrumētorum, & probaretur, quod pars ſuper alijs capitulis non tranſegiſſet ſi tale inſtrumentum productum non fuiſſet eo caſu tranſactio retractabitur in omnibus non obſtante *d. l. ſi ex falſis*, & hoc dictat rationabilis, quia deficit cauſa ob quam aduerſarius tranſegit, & hanc Pauli Doctrinam, ac Theoricam magni facit, & extollit *Rom. in d. l. ſi ex falſis num.* 8. non video igitur quomodo poſſit ſtare ſenſus, & illatio gloſæ prædictæ, quæ tamen alibi non negat immo concedit, & firmat veritatem huius communis opinionis, & concluſionis nempe *in d. l. 2. in fine. C. de vet. iur. enucl. in pen. glo. in verbo libri inquit.* .n. ex eo tex. notari, & inferri totū reddi falſum ratione partis, & allegat *ad idem tex. in l. vulgaris §. quod ſi totum vas ff. de furt. & in l. iij. §. ſi quis tabulas ff. ad ſill.* & licet ſubdat poſtmodum dic contra in inſtrumentis, *d. l. ſi ex falſis* in hoc allucinata eſt ex ſupradictis etiam, quia firmando concluſionem ibi ex eo tex. quod totum reddatur falſum ratione partis: dum vult excipere nō habere locū in inſtrumentis nullam affert rationem fallentię, & exceptionis, niſi quod ſe fundat in d. tex. qui non probat eius intentionem, tam contra ſupradicta, quā ex infra dicendis ergo remanet regula, & concluſio vera, quod falſitas partis vitiat totum, & limitatio falſa, & ſic *in l. ſi ex falſis* non mirum ſi falſa, & erronea redditur eius opinio. Hinc eſt quod magis famoſi, & antiquiores, ac dictiores iuris ciuilis interpretes ab eius opinione diſceſſerunt contrarium ſententientes, & ſequuti, *& in primis Martin. gl. ante Acurſ.* gloſator cōtrarium cenſuit, vt refert *Iac. Butrig. in d. l. ſi ex falſis, & ſpecul. in loco ſupra citato, & contra*

gloſam

gloſam tenet Butric. quod vbi vitio notarij procedit falſitas procul dubio opinio, quod vitium in parte vitiet totum eſt vera, quia totum inſtrumentum recipit validitatem ab authoritate Notarij, quæ authoritas eſt indiuidua, & natura indiuidui eſt, vt vitium partis vitiet totum, *vt in reg. vtile de reg. iur. lib. vj.* & iſta ratio rogo aduertatur, quia in caſu meo ponit gladium ad radicem, vt eſt in prouerbio cum verum ſit, vt inferius dicam falſitatem totius informationis proceſſiſſe ab authoritate Comiſſarij ſubducentis inſtrumentiſq; teſtes, & ſcribæ ab eo aſſumpti. Pet. de Bellapert. ibidem tangit q. arguit pro vtraq; parte tandem concludit, & tenet contra gloſam dicẽs ego credo contrarium, quod vitiatur in totum inſtrumentum, idem in teſte qui ſi depoſuiſſet multa, & probaretur falſitas in vno non crederetur ei in aliquo *arg. l. ſi cui §. primo. ff de acc. & l. prima ff. quemadm. teſtam. aper.* & contra gloſam aperte ſenſijt Iacobus de Rauenna quem refert, *& ſequitur Cyn. in d. l. ſi ex falſis in fine*, vbi vi-
8 tio Notarij proceſſit falſitas, quia qui ſemel malus ſemper præſumitur talis, *l. ſi cui §. hijſdem ff. de accuſ. et in c. qui ſemel de reg. iur. lib. vj. Bart. ibidẽ ſequitur Innoc. in d. c. fraternitatis*, & concludit ſine dubio cenſeri falſum totum inſtrumẽtum, vbi in parte eſt falſum vitio Notarij allegat ad prædictæ opin confirmationem *tex. in l ſi aliquid C. de ſuſcept. & arcar. lib. 10 & l ſi quis ex argentarijs. §. primo, vbi not. ff de ed.* ſed ſi falſitas detegatur propter alium defectum, quàm defectum falſitatis diſtinguit, vt ibi qui cum cum quo concordant, & concurrunt omnes, & non eſt noſtri inſtituti, nec ad rem noſtram facit ideo ommitto *Bal. nu. 14.* de directo tenet cõtra gloſam, & idem *in l. ſi vnus C. de teſtamentis*, quia vbi eſt manifeſta falſitas totum inſtrumentum, & omnia capitula corruunt, quia deficit fidei fundamentum, ſed ad rem redeundo *Alber. nu. 4. in d. l. ſi ex falſis*, dicit quod ſtricto iure opinio Bart. & ſequacium verior videtur, & refert alios doct. antiquos tenentes hanc opinionem, & citat alia iura, & rationes eandem opinionem ſequutus eſt *Ang. in d. l. ſi ex falſis, & C. polla in d. l. cũ eiuſdem ff. de edil. ed. nu. 8. Salic. in d. l. ex falſis nu. 12.* tenet quod falſitas in vno trahatur ad omnia, quia de vno ſubiecto trahetur ad aliud ſubiectum *d. l. ſi aliquid.* Et ideo ſi vna pars falſitatis reddit totum falſum, & ſuſpectum, & de vno ſubiecto ad aliud extenditur à fortiori in vno, & eodem ſubiecto, vt eſt inſtrumentum vna pars vitiare debet totum cum quelibet pars eiuſdem ſubiecti i. inſtrumenti vnico tempore, & contextu dicatur procedere ſulgos in omnibus *Sequitur Bar. num. 8. Paul. de Caſtr. nu. 12. Rom. nu. 8 & ſeq. Corn. col. fin. cum Bar. concurrunt Iacob num. 19.* facit concluſio, quod vbi inſtrumentum eſt falſum in vno capitulo vitiatur in totum, *& Iaſ. num. 9.* dicit quod opinio Bar. eſt magis communis, & quod falſus in vno ſit falſus in omnibus dicit eſſe communem, & in dubiam opinionem *Boſſ. in tit. de falſis nu. 147.* vbi alios citat, & cum hac opin. reſidet *Luc. de Penn. in d. l. quicunq; vbi ſequitur Inn. in d. c. fraternitatis & Io. de Londris in ſuo Breuiario, & Comentario iuris ciuil. & can. in d. l. 2. §. omnia C. de vet. iur. encl.* in verbo pro parte eandem opinionem ſequitur, & ante alios hanc opinionionem *tenet Gul de Cun. in l. ſcripturæ. C. de fid. inſtr.* inquiens, quod vbi ſcriptura in aliquo redditur ſuſpecta non ei adhibetur fides in aliquo, quæ opinio in teſte indubia eſt, vt omnes *prædicti Doct. tenent, & Ang. & poſt cũ Alex. ac alij in l. prima §. ſi quis ſimpliciter ff. de verbor. obligat et in conſ. 42. num. 6. vol. 4.* & in teſte ſiue diuerſa ſint capitula ſiue vnum tantũ totum vitiari tenet idem *Alex. in conſ. 45. num. 6. vol. 2. & eod. vol. conſ. 134. num. 9.* & cum prędicta opinione concurrit, *Aret. in conſ. 71. Bal. in conſ. 28. vol. 3.* dicens in teſtibus quamlibet maculam, vel leuem ſiniſtram ſuſpectionem debilitare eorum dictum, & fidem, quod in aliquo non credetur, & hanc opinionem, vt in dubiam ſequitur *Socc conſ. 155. 2. vol. Corn. in conſ. 61. 3. vol. num 23.* dicit eſſe communem, ſiuè inſtrumentum contineat diuerſa capitula, vel annexa.

11 Quare ex his concluſio remanet validiſſima, quod falſitas in vno ſubiecto trahitur ad aliud, & redit totum ſuſpectum, & licet poſſet dici, quod prædicta opinio de facili poteſt admicti in inſtrumento, quod eſt à Notario confectum, quia vitio Notarij procedit falſitas, & ideo non debet, nec poteſt fides adhiberi in alijs vacillando in vno iux. vetus Adagium crimine ab vno diſce omnes ſecus in informatione in qua reperiuntur teſtes falſi nam non procedit vitio inquirentis, ſed teſtium, & vbi ſunt diuerſa capita in informatione in vno potuerunt teſtes falſum deponere non in alijs, & ideo non poteſt fieri illatio de inſtrumento ad proceſſum continentem diuerſa capita, Nam reſponſio eſt facilis, quia eadem ratione, qua redditur ſuſpectum totum inſtrumentum continens diuerſa capitula, vbi in vno detegeretur falsũ, quia ſurgit præſumptio, quod in omnibus ſit falſum militat in Proceſſu, & informatione, quia ſurgit præſumptio, quod quemadmodum in vno capite teſtes falſum depoſuerunt depoſuerint in omnibus, & ideo totus proceſſus continens diuerſa capita informationis debet cẽſeri, & declarari falſus, quia ſi de uno ſubiecto trahitur ad aliud, & ſi falſitas in vno facit, et reddit ſuſpectũ totum vniuerſale ergo totus proceſſus falſus, & ſi inſtrumentũ reputatur vnum indiuiduum eodem pacto proceſſus formatus, ſub vnica commiſſione ſub vnico iudice inquirente, & ſi plura continet capita vnum indiuiduum eſt eadem ratione, & hic eſt caſus noſter etiam, quia non eſt præſumendum, quod ex ſe ipſis ſponte, & abſq; cauſa teſtes falsũ nunquam velint deponere, nam aut tunc producti à parte accuſante, aut à Fiſco, vel ex officio inquirentis ſi à parte præſumuntur omnes ſubducti à parte vno ſubducto, & falſo detecto ſi à Fiſco idem, ſi ex officio inquirentis idem, vt in
12 caſu noſtro, ſed in claris non eſt opus cõiecturis vtiq; luce meridiana clarius eſt probatum, & deductum teſtes falſos etiam ſubductos à N. adſunt declarationes nonnullorum productæ quos d. N. tentauit ſubducere oblata pecunia, & præmijs, vt contra me deponerẽt ecce primordium falſita-

Digitized by Google

falſitatis. Nam, vt notorium eſt d. N. porrexit d.
Proregi capita contra me, & aſtitit informationi
captæ per iudicem N. inimicũ, & conſtat ex de-
clarationibus teſtium factis coram Iudice Ec-
cleſiaſtico depoſitiones ſcriptas ſuper prætenſis
ſortilegijs, & incantationibus nõ eſſe veras ſi hæc
non ſufficiunt, vt proceſſus iſte ita formatus ſit
nullus irritus totus falſus, & igni tradendus nun-
quam proceſſus aliquis erit falſus.

13 Sed quid opus eſt diſputare res clara eſt etiã
his circumſcriptis ſufficit .n. vnam partem pro-
ceſſus eſſe declaratam falſam per ſummum Pon-
tificem, & Sacram Congregationem Cardinaliũ,
vt totus corruat, & cenſeatur falſus, & comburi
debeat. Nam diximus ſub vnica comiſſione non
ſub pluribus comiſſionibus integer proceſſus
formatus eſt de pluribus, & ſeparatis capitibus
ab vno Iudice inquirente, non à pluribus Iudici-
bus cepta eſt informatio de omnibus ergo vnus
14 eſt proceſſus non plures, & ideo vna, vel mini-
ma parte vitiata, & falſa totus redditur falſus tex.
eſt capitalis, & particularis *in d. l. 2. in fine C. de
vet. Iur. enucl.* Vbi propter vnam cartam falſam
totus, & integer liber exiſtimatur falſus, & re-
probatur, & nihilominus liber non ſolum con-
tinet diuerſa capita, ſed diuerſas materias diuer-
ſas res, & differentes cauſas, ſed tanta eſt falſitatis
vis, vt vna carta falſa totum ſuſpectum, & falſum
reddat, & rationem reddunt *Butrig. & alij in d.
l. ſi ex falſis*, quia totus liber, & ſi continet diffe-
renteſ materias diuerſa capitula, tum reputatur,
vt vnum indiuiduum inquiens librum quo ad ſui
formam dici indiuiduum ſicut quędam reſpectu
vnius totalis formę dicũtur indiuidua, *vt in l. ſti-
pulationes non diuiduntur in priu. ff. de verb.
oblig. l. ſi is qui quadrigenta ff. ad l. falcid. & l.
15 græce ff. de fideiuſſ* & ideo vitiata qualibet mini-
ma parte vitiatur totum, & poſt eum eandem ra-
tionem affert *etiam Alber. ibi in fin. col. & alle-
gat Dynum in d. l. ſtipulationes non diuiduntur,
& ante omnes ſentijt Odofredus in d. l.* ſi ex falſis
in hoc concludens, quod ſi negotium eſt indiui-
duum totum redditur falſum ratione partis, &
ita ſentiunt omnes Doct. ibi poſt iſtos at vt dixi-
mus ſub vnica comiſſione à Prorege data fuit
poteſtas inquirendi de pluribus capitibus ergo
ratione formæ vnicus totus proceſſus eſt, & in-
diuiduus, & totus debet corruere.

Et hoc tandem in terminis decidit, & conclu-
dit *Bal. in l. prima num. 3. C. de quæſt. dicens* de
facto contigiſſe, quod contra quendam fuerunt
producti teſtes, qui plene probauerunt, & pro-
ductum eſt etiam inſtrumentũ, & opponitur de
falſo ſi pars, & Iudex nolũt vti dicto inſtrum. ex-
ceptio falſi non poteſt impedire proceſſum, ſed ſi
Iudex, vel actor intendunt vti admictenda eſt
reprobatio. & impeditur *proceſſus arg. l. optimã
16 C. de contrah. & comit. ſtipul.* ex quibus ſubdit
eſſe determinatum, quod ſi aliquis produxit vn
teſtem falſum in cauſa etiam, quod alij eſſent le-
gitimi, & concludenter probarent nihilominus
propter illum vnum teſtem falſum ſi exceptio fal
ſi opponatur debet impediri totus proceſſus, &
loquitur Bal. vbi contra alios teſtes nihil oppo-
nitur, & eſſent legitimi) à fortiori in caſu præſẽ-
ti in quo tot teſtes falſi ſunt detecti ſuper diuer-
ſis capitibus examinati, *& cum Baldo concurrit.
Sal. in l. ſi docueris. C. ad l. Corn. de falſis Cynus
& idem Bal. in l. prima num. 52. et 53. C. qui ac-
cuſ. non poſſ. & Io. de Anania in d. c. fraternita-
tis nu. 14. vbi hanc Baldi Theoricam comendiat
te, & expendit. et allegat eundem Bal. in l. ſi quis
ex argentarijs ff. de ed.*

17 Reliqui eſt modo videre, an acta facta in foro
Eccleſiaſtico coram Summo Pontifice, & Sacra
Congregatione Cardinalium Sanctiſſimi Offitij
Inquiſitionis faciant fidem in foro ſeculari, & ſen
tentia lata per Summum Pontificem, & Sacram
Congregationẽ qua declarata eſt falſa pars pro-
ceſſus, & informationis captæ per Iudicem Lai-
cum pareat exceptionem rei iudicatæ in foro
ſeculari, & teneantur Iudices ſeculares ſtare illi
ſententiæ, & actis, & arbitror neminẽ ex Iudici-
cibus ſecularibus poſſe inficiari quin faciant fidẽ,
& pareat exceptionem rei iudicatæ, & non poſ-
ſe ab illa, & actis ibi factis recedere niſi qui vo-
luerit ſe cenſuris Eccleſiaſticis innodare ſiquidẽ
eſt *caſus Canonis in c. 2. de except. lib. 6. vbi
Bonif. ſummus Pontifex* ſtatuit atq; decernit
acta facta coram Iudicibus Eccleſiaſticis facere
fidem coram ſecularibus, & ſententiam latam à
Iudicibus Eccleſiaſticis parere exceptionem rei
iudicatæ corã ſecularibus, & loquitur Summus
Pontifex regulariter in quolibet iudicio coram
Eccleſiaſticis ab initio inſtituto à fortiori vbi eſt
inſtitutum coram ſeculari, & remiſſum Eccleſia-
ſticis Iudicibus competentibus, vt eſt caſus no-
ſter, & dicit ibi *Filipp. Franc. nu. 2.* hoc eſſe men-
ſi tenendum, quia exceptio rei iudicate, poteſt
opponi coram quocũq; Iudice etiam diuerſi fori,
& territorij, & acta facta in vno foro facient fi-
dem in alio, & *teſtatur ſpecul. in tit. de ex-
cept. §. 2. num. 10 quod fuit Conſt. Alex. 4. & in c.
nonnulli de except.* quia idem ſancitum fuit, vt
Iudex ſecularis admictat exceptionem rei iudi-
catæ fori Eccleſiaſtici alius poſſit cogi per cen-
ſuram Eccleſiaſticam, quam cõſtitutionem *Alex.*
4. non habemus, vt aduertit *Io. And. in d. c. 2. &
in addit. ad ſpecul. ibi ſed habemus hanc Boni-
facij 8. & vna ſufficit, & ideo concludunt omnes
Doct. in d. c. 2. poſt Archid. preſertim. Gemin. nu.*
2. Ancar. & alij quod acta facta coram Eccleſia-
ſticis Iudicibus facient fidem coram ſecularibus
& non eſt dubium ex his, & alijs ſupra conſide-
ratis nullam rationem haberi poſſe totius infor-
mationis, & proceſſus ab inimico Iudice for-
mati.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Falſum in vno quando cenſeatur in om-
nibus, & nu. 2. & 3.*

4 *Teſtes debent eſſe omne exceptione maiores
in crim. falſi cum ampl. nu. 5. & 6.*

7 *Fal-*

7 *Falſum in vno dicens in totum eſt periurus,*
& nihil probat etiam ſi id, quod dixiſſet,
fuiſſet verum cum ampl. nu. 8. & 9. & de
clarat.nu. 10. 11. & 12.
13 *Inſtrumentum, ſeu prothocollum, quod exi-*
beri petitur pro redarguendo de falſo debet
exiberi.
14 *Ioannes Baptiſta Thorus laudatur.*
15 *Partita libri priuati falſa operat, vt tota*
cenſeantur, alia falſa, cum diſtinctione
Authoris num. 16. vſque ad ſequentes, &
finem.
16 *Cauſa falſitatis orta in ciuili, an faciat ſu-*
perſedere e a m, &c.

CVm materia inſtantis deciſionis non
requirat tãtam amplitudinem diſcur-
ſus quantum aliæ præcedentes, Addas
1 breuiter quando falſum in vno cen-
ſeatur in omnibus, *per Iutrigl. deciſ. 12. num. 22.*
lib. 3. & ſingul. 37. Ball. de quæſt. & tormentis 9.
10. num. 32. & quæſt. 11. num 25. Muta in Pa-
norm. conſuet. 9. num. 79. Burg. de modo proced.
ex abrupt. quæſt. 46. num. 11 & 28. Felic. in al-
leg. 138. num. 38. par. 2. & Giurba conſ. 91. num.
25. & 46. par. 1. num. 39. Auenon. deciſ. 33. num.
1. & 53. num. 4. & Guazz. reorum defenſ. 25. cap.
2 *1. num. 23. & 24.* & ſi in parte fuerit falſus in to-
tum credatur falſus, *per Farinacc. conſ. 169. nu.*
9. & 114. nu. 27. ibi in caſ. prædicti Giurbæ nu.
3 *25.* dum falſus, & ſi in modicis fuerit teſtis, quod
tota cauſa fuit habita falſa, ne torqueri poſſit
4 reus, &c. & aduertas, quod in crimine falſi etiam
teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, *ſe-*
cundum Alex. conſ. 70 lib. 1. & 179. lib 2. Aimon.
conſ. 75. num. 35. Dec. conſ. 138. num. 3. Iaſ. conſ.
153. col. 5. verſ. 11. lib. 2. Auchar. lib. 1. quæſt. 71.
5 *num. 3. cum ſequentibus*, vbi ampliat ad teſtes
inſtrumentarios, *Surd. conſ. 132. n. 43. & 44. lib. 1.*
6 vbi etiam quo ad articulandũ tales teſtes eſſe de-
bẽt omni exceptione maiores, *ſecundum Pariſ.*
conſ. 152. num 6. cum ſeq. lib. 4. Socc. Iun. conſ.
39. num. 60. lib. 2. Gram. conſ. ciuili. 69. num. 17.
modicum defectum vitiare eorum depoſitiones
Bald. in c. cum Ioannes heremita col. vltima de
fid. inſtrum. & in cap. Sacramentum de conſue-
tud. rect. feud. Alex. conſ. 180. num. 6. lib. 6. Surd.
conſ. 132. num. 44. lib. 1. & Gratian. diſcept. fo-
renſ. 543. num. 33. 34. & 35. tomo 5. & ad tale pro-
poſitum quid in alijs teſtibus ſuper alio crimine
productis, &c. *per Gabriel. in quæſtionibus ſuis*
lib. 7. concl. 4. vbi ponit multas fallentias, *& Me-*
7 *noch. de arb. caſ. 309.* quodqui in vno dixit falſũ
in totũ ſit periurus, & nihil probet, etiam quod
id, ꝙ dixi, & fuerit verum, imo dixit D. Geni-
8 tor meus pluries practicaſſe, quod etiam ſi in
modico eſſet falſitas, quod non probet *ex Bald.*
in cap. cum à Deo num. 4. de reſcript. Maſcard.
de probationibus concluſ. 642. num. 22. & 743.
num. 6 Menoch. de præſumpt. lib 5. præſumpt. 22.
num. 5. Bertazz. conſ. 71. num. 28. & hoc propter
iuſiurandum, quod eſt indiuiſibile, *Moncada*
poſt Crotum in tract. de teſte num. 388 Menoch.
d. præſumpt. num. 3. Afflict. in conſtitut. Regn
9 *in cap. de periurijs* vbi dicit, quod etiam ſi eſſe
abſolutus à periuro non eſſet idoneus teſtis in
aliqua cauſa, de quo *Baiard. ad Clar. in §. fal-*
ſum in verſ. teſtis, qui falſum, & in quæſt. 53.
10 *num. 17 per totum, & ſequentes,* poteſt tamen
reſtringi id, quod diximus quando teſtes falſum
deponentes in vno articulo commiſerũt falſum
in ommictendo, non autem in commictendo, *Ti-*
raquell. de penis temperand. cauſa 44. num. 42.
11 *Vin. opin. q. 35. num. 1. & ibi num. 4.* pariter re-
ſtringit in falſitate in vno articulo, ſeu capitulo,
quod non vitiet cætera capitula, omnino diuerſa
12 à falſo, *ſecundum Boer. deciſ. 253. num. 6.* & re-
ſtringe, *ex Aret. in cap. licet cauſam de probatio-*
nibus, quando teſtis deponeret falsũ in eo, quod
mediate ſpectat ad negotium, quia non per hoc
13 eius dictum in alijs corrueret, & quid in inſtru-
mento, inde mul toties occurrit, quod partes pe-
tunt exhibitionem inſtrumentorũ, & etiam pro-
thocolli pro redarguendo de falſo, & tenentur,
&c. exhibere vt refert *Thor. in compend. deciſ.*
par 1. verbo protocollum 2, licet in eadem parte
verbo protocollũ 1. referat contrariũ per plures,
14 ſed quælibet opinio eſt intelligenda in ſuis ter-
minis, & in hoc obiurgatus fuit à *Gaito in tract.*
de credito cap. 3. tit. 1. num. 119. ex eo, quod cu-
mulauerit prædictas deciſ. contrarias non aduer-
tendo, quod obligatio tanti docti viri vti compi-
lator, & relator ſimplex opus habebat referre
diuerſo capite deciſiones, vt iacent, licet contra-
rias, nec eas conciliare, prout alius lector conſi-
derare poteſt, inde vt ipſe Gaitus ait; non aduer-
tenter deſcripſiſſe ipſum Thorum apparet, nec
diuerſificaſſe concluſiones, nec duas de vna feciſ-
ſe, ſed iuxta ſuam doctrinam copioſitatem, &
exactum laborem, vt omnes plura eanunt ſuo
inſtituto ſatisfeciſſe, procedendo ſic diſtinctè e-
nunciando deciſionantes ſegregatim, & DD. qui
15 vna, alteraq; opinione ſcripſerunt, &c. & ad quę-
ſtionem redeundo nota in libris priuatæ perſonæ
in quo ſi vna partita reprobetur tanque diuerſa
cætera reprobata, & ſuſpecta cenſentur, *Bald. &*
Alex. in l. ſi ex falſis C. de tranſact. vbi Salicet.
qui tutiorem decit opin. Gabriel. lib 7. com. con-
cluſ. concl. 3. num. 19. verſ. contrarium, & Maſ-
card. de probat. concl. 742. num. 14. vide Baiard.
ad Clar. in §. falſum num. 90. & Farinacc. conſ.
16 *108. nu. 14.)* ſed tu conſidera, aut vitium ſit cir-
ca ſubſtantialia libri, & ſcripturę, de quibus ſcri-
bens, & Notarius de viſu faciat fidem, & ſic circa
ea, in quibus conſtat vis totius ſcripturæ, pro vt
eſt in loco, & tempore teſtibus, & in facto prin-
cipali, vel circa ſubſtantiale aliquod libri requiſi-
tum, & tunc ſubſtingue, nam tunc illa partita, aut
particula habet correſpectiuitatem cum alijs, aut
nequaquam: ſin habeat, & tunc indiſtinctè teneas
partita vna reprobata totum reprobari librum,
prout in inſtrumento, quod correſpectiuè conti-
net omnia capitula in eo contenta. *Bart. in d. l. ſi*
ex falſis 1. lect. col. vltima verſ. aut propter aliũ
num. 12. vbi Caſtrenſ. Alex. Iaſ. & cæteri om-
nes, vt ſequitur Menoch. de præſumpt. 21. lib. 5.
num. 27. & Farinacc. in fragment. criminalibus
par. 2. verſ. inſtrum. num. 382.

Sin verò correſpectiuitatem non habet cum alijs partitis, prout eſſe poterit in libro, in quo in quolibet folio diuerſificari poterit tempus, & locus, ac alia ſimilia, & partitæ reliquæ veræ appareant tunc concludas eas non vitiari, *vt Scacc. cap. 11. num. 323. & 327.*

Et conſidera alium caſum quando partita non haberet correſpectiuitatem cum alijs reliquis, & illæ reliquæ aliunde quam per librum non apparéant veræ, ſed probarentur per librum tantum, & tunc ſi partita vitiata vitiaretur in ſubſtantialibus indiſtinctè vtique teneas reliquas vitiari, quamuis vitium commiſſum ſit viſibile, quamuis verò intrinſecum, & latens, & omnes Doctores relati teſtantur, & in alio caſu an ſi partita vitiata haberet correſpectiuitatem cum alijs, & tunc abſolutè à fortiori omnes cenſentur vitiatæ, *Farinacc. vt verbo inſtrumentum num. 377. & ſeq.*

Et deniq; quando partita vna non eſſet vitiata in ſubſtantialibus circumſtantijs, ſeu in ſubſtãtia negorij, vt puta ſi ſcribens ſcripſiſſet debitorem non eſſe de terra, & loco, de qua erat, vel ſcripſerit eſſe conſanguineum, aut filium talis, & non erat, vel aſſignaſſet locum dicendo in domo titij, & non eſſent titij, & ſimilia, *ſecundum Caſtrenſ. in d. l. ſi ex falſis vbi Rom. Alex. Fulgoſ. Iaſ. Iacobin. Curt. Iun. & innumeros relatos per Farinacc. loco cit.* quibus & in ſimilibus caſibus partitam vitiatam non vitiare reliquas, quamuis verè aliunde non apparerent, vt ex pręcitatis Doctoribus, quando verò vitium viſibile, aut intrinſecum ſit concernens ſubſtantialia, aut non ſubſtantialia, *ipſe Farinacc. dicto loco poſt Menoch. dicta præſumptione 21. conſulendus eſt.*

Et in hac materia ex his, quæ *D. Auth. noſter dicit num. 15.* haberi in tantam conſiderationem falſitatem in vno capite, &c. commiſſam, quod ſi aliquis vnum teſtem produxerit falſum in cauſa, etiam quod alij eſſent legitimi, & concindenter probarent, nihilominus quod propter illum vnum teſtem falſum ſi fuerit oppoſitum impediatur totus proceſſus, Adde quæ cumulaui in prato meo *ad l. 2. & pen. C. de falſis, & in l. finali C. de ordine iudiciorum ex Gratian. diſcept. forenſ. 394. to. 2. & Farinac. conſ. 199. vol. 3.* vbi quomodo in actu practico, & videas DD. modernos ad pragm. 2. ſub tit. de falſis, *& Maſtrill. decıſ. 220. par. 3. & Aſciam determ. 61.*
17 quod orta cauſa falſitatis in ciuili non ſuperſedetur hodie in Regno, & quando, *Thorus 2. par. compend. verbo cauſa criminalis*, vbi de recentiſſima Deciſion.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Vicinus an poſſit cogi ad vendendam domum pro ampliatione hoſpitij Religioſorum.

SVMMARIVM.

1 *Vendere an teneatur domum quis pro ampliatione hoſpitij Religioſorum, & cum deciſ. Sac. Conſ num. 9.*
2 *Vendere rem ſuam nemo cogitur cum ampliat. num. 3.*
4 *Vendere alteri quemlibet compelli iniquum eſt.*
5 *Fiſcus nec compellit priuatos emere res confiſcatas per eum ſubhaſtandas.*
6 *Hoſpitium Religioſorum dicitur locus religioſus, & æquipollet monaſterio.*
7 *Monaſterium dicitur Monachorum ſtatio.*
8 *Vicinus pro comoditate monaſterij ad vendendum compellitur.*

DECISIO LXXXVII.

DEcreueram deciſionẽ hãc propter eius breuem diſcurſum in numero votorũ collocare, & non iſtarum deciſionum, ſed attenta eius pulchritudine nolui prætermictere, dato etiam, quod de eius materia aliam collocaui
1 deciſionem, vt eſt videre 37. *ſupra*, & ex eius terminis anſa dubitandi deuenit, ſi pro hoſpitij ampliatione Religioſorum compelli poſſit vicinus
2 ad vendendam domum cum nemo cogatur vendere quod ſuum eſt *l. inuitum, & l. dudum C. de contrah. emptione, vbi Doctores l. nec emere C. de iure deliberandi, etiam iuſto pretio Boer. deciſ. 312. num. 2. Menoch. de arbitr. caſu 462. num. 12. Couarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 14. numer. 7.*
3 etiam quod ſit conſanguineus concors, vel vicinus niſi retractus ſtatutarius, vel conuentionis, vel conſuetudinarius, hoc diſponat, & tradũt *Pariſ. conſ. 38. vol. 3. Ruin. conſ. 70. vol. 1. Tiraquell. in præfat. num. 15. Caſtrenſ. conſ. 1. vol. 4 & Igneus*
4 *ad l. dudum C. de contrah. empt.* inde iniquum apparet quemlibet compelli alteri vendere, *l. nec enim ff. rerum amotarum nec contra emere Iaſ. in l. fin. num. 27. C. de iuriſd. omn. Iudicum,*
5 *Gabriel. tit. de legibus concl. 3. num. 17.* vnde nec

Fiſcus

Fiſcus compellit priuatos emere res confiſcatas per eum ſubhaſtandas *l.licitatio §.ad conducendum ff.de public. Nact.conſ.500 num.7.*

6 Sed pro contraria parte allegabantur, quod hoſpitium Religioſorum dicitur locus religioſus,& eccleſiaſticus *cap. ad hæc, & cap. de Zenodochijs de Religioſ.domibus*,& equipollet mo-
7 naſterio, cum monaſterium dicatur monachorũ ſtatio, *Archid. in clem.de regul. de ſtatu regularium Iaſ. in l.2.§.appellata ff.ſi certum petatur*,
8 ſed vicinus pro comoditate illius poteſt ad vendendum compelli, *vt Gram. deciſ. 75. & in d. deciſ.37.num.5* recenſuimus *Anton. Padilla in l. altius num.21.C.de ſeruitut.Cuiac.lib.3. obſeru.cap.22.* & alia, quibus diſcuſſis determinauimus ad relationem eximij Conſil. Petri Pauli Theodori de anno 1600. non potuiſſe compelli dictum vicinum ad vendendum,& conſequenter priuilegium conceſſum cogendi vicinos ad vendendum Eccleſiis non extendi ad hoſpitia,&c.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus an teneatur vendere pro ampliatione cappella domum ſuam atrij viridarij, & eius ampliatione, & ad locandam domum, & pro conſtruenda Eccleſia.*

2 *Vicinus an teneatur vendere pro constructione viarum, & palatiorum publicorum, & pro clauſtris ſcholis ædificandis.*

3 *Vicinus an teneatur vendere ſeruitutem officientem.*

4 *Teſtator cum mandauit conſtrui Eccleſiam in domo ſua, & locus non fuerit ſufficiens, vicinus cogitur ad vendendum.*

5 *Authoris opinio quod teneatur vendere pro ampliatione hoſpitij Religioſorum, quis ei ratione.*

6 *Vendere quis cogitur pro clauſtris ſcholis fabricandis.*

7 *Vendere quis cogitur pro dormitorio extendendo.*

8 *Vendere quis cogitur palmos terræ ne ex eo inſpiciantur Monachi,vel quod ſint tuti.*

PRo hac breui deciſione vide allegata *per nos, & addita in deciſ. 37. num.11. ex Ricc.deciſ.528. par.1.* qui ita deciſum per Curiam Archiepiſcopalem, *refert, & Thor.p.par.compendij Eccleſiaſtic. verbo vi-*
1 *cinus*, & ibi quid pro ampliatione Cappellæ, pro viridario,& eius ampliatione,atrij, dormitorij,& an poſſit cogere ad locandum, & pro conſtruenda Eccleſia, *vt de Ponte de poteſtate Proregis tit.2.§.4.num,19. & nouiſſimè addas eximium D. meum Regentem Tappiam in deciſ.S.*
2 *Conſ.7.*ſi pro ampliatione viarum,& palatiorum publicorum quis teneatur vendere,& pro clauſtris,ſcholiſque ædificandis,*in d.addit, ad deciſ.*
3 *37. num. 3.* vbi de alijs curioſis quæſtionibus, & ſeruitutem officientem Monaſterijs, &c. vide
4 *Franch. deciſ. 223.* & cum teſtator mandauerit conſtrui Eccleſiam in domo ſua, & locus non fuerit ſufficiens, quod vicinus cogatur ad vendendum, *Anton. de Burgos de empt. & vendit. Franciſc.Marc.deciſ.635.Petr. ad Gram.deciſ.*
5 *75.nu.8.* quæ benè pertranſeunt, ſed neſcio quomodo reſpectu hoſpitij ampliationis Religioſorum, quis non teneatur vendere,cum verum ſit ratione loci pij, quem teneri vendere pro ampliatione, *vt Franciſcus Marc. 136. par. prima Giurba deciſ. 86. Gaſp. Theſ. queſt. 64. par.s. Coſta de remed. ſubſidiar. cap. 65.* tanto magis ipſius hoſpitij, quod Religioſũ dicitur, vt in litera deciſionis patet, & ſi vt diximus *in d. addit. ad deciſ. 37.* quis cogitur vendere pro clauſtro ſcholis fabricandiſque, *vt Marc. deciſ. 539. num. 5. par. 1. Scot. conſ. 3. num. 19. Coſta de remed. ſubſid. remed. 76. num. 9. Molin.*
7 *diſp. 341. num. 2.* & pro dormitorio extendendo, *Socc. regul. 435. fallent. 8. & Gram. dicta deciſ. 75. & pro Monaſterij viridario, & eius ampliatione, vt hic, & Marc. Anton. Mater. lib. 1. reſol. 112. caſ. 29.* tanto magis pro hoſpitij Religioſorum ampliatione, attento pariter,
8 quia ſi vendere cogitur quis palmos terræ ne ex eo inſpiciantur Monachi,vel quod tuti ſint *Scot. dicto conſ. 3. num. 20. Ricc. deciſ. 138. num. 3.* tanto magis pro ampliatione eorum hoſpitij.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Feudalia, an veniant in generali obligatione.

SVMMARIVM.

1 *Feudalia, an veniant in obligatione generali.*

2 *Bonorum appellatione venit feudum ſicut curtis.*

3 *Obligatio generalis non comprahendit, quæ ſpecialem obligationem requirit.*

4 *Feuda in regno paſſim,& vbiq; venduntur pro dotium reſtitutione, & conſeruatione.*

5 *Obligans omnia bona ſua, & non habens niſi feuda illa comprehendit in tali obligatione.*

6 *Andreas ſummus feudiſta dicitur.*

7 *Bonorum appellatione veniunt ea pro quibus*

bus habemus actionem & exceptionem.

8 *Statuto dictanti quod propter delicta publicentur bona, an comprehendit feudalia.*

9 *Obligatio generalis comprehendit feudalia.*

DECISIO LXXXVIII.

VVlgata, & antiqua controuerſia eſt inter Doct. tam Regnicolos, quam exteros, ſed noua viſa fuit Sacr. Conſ. & quia nondũ deciſa, an. ſ. in obligatione generali bonorum veniant feuda, & hæc in cauſa creditorum quon. Petri Ant. de Victorio, qui in eius hæreditate inter cœtera bona reliquit officiũ magiſtri actuariatus Terræ Afragolæ cuius quatuor partes decreto Reg Cameræ fuerunt declaratæ feudales, quinta, & reliqua Burgenſatica, & contendentibus creditoribus quis eorum præferendus in portionibus feudalibus. Iſabella Ceſarana communis debitoris vxor dotes ſuas, & antefatum repetens alios ſuperare pretendebat, quia tempore anterior. Aduerſabantur alij creditores tempore poſteriores, dicentes ſe eſſe potiores, quia Pet. Ant. Maritus, & tempore quo cum ipſis contraxit, in ſpetie ipſis obligauit feudalia, & ſuper obligatione obtinuerunt aſſenſum regium quo carebat prædicta Iſabella, & proinde non poterat illis præferri ſuper feudalibus. Qua replicante ipſam habere obligationem omnium, & quorumcumq; bonorum mariti, & tamquam Neapolitana aſſenſum legis quem Reges huius Regni conceſſerunt mulieribus Neapolitanis ſuper bonis feudalibus mariti *de quo in cap. xxi. inter priuilegia, & capitula regis capit. pag. mihi 42. & c. 8 eiuſdem pag. 62. & in c. 14. Caſar. pag. 105. & in capit. 7. eiuſdem pag. 128. et c. 15. feliciſſ. memoria Regis Philippi 11. fol. 162.* per quæ capitula, vt dictum eſt præſtatur generalis aſſẽſus ſuper bonis feudalibus mariti pro dotium conſeruatione, & reſtitutione, quia tamen in obligatione, & inſtrumento dotali celebrato per dictũ Pet. Ant. in beneficium vxoris, non fuerunt in ſpetie obligata feudalia, ſed generaliter omnia bona præſentia, & futura, ac etiã vniuerſaliter omnia quecumq; & ſingula bona, fuit igitur merito dubitatum, an in prædicta obligatione generali, & vniuerſali bonorum, & ſi de feudis nulla facta eſt mentio, ipſa tamen comprehendantur.

Pro parte creditorum, quod in generali obligatione bonorum feuda minime comprehendan-
a tur dicebatur eſſe caſum legis *in c. in generali ſi de feud. def. mil. & in c. primo de cap. qui Cur. vend.* per quæ iura doct. omnes nemine refragante reformauerant prædictam concluſionẽ quorum catalogum more ſolito longa ſerie refert, *Gabriel. lib. 2. ſuarum com. opin. tit. de reg. iur. concluſ. 12. num. 15. & ante ipſum Tiraquell de retr. § primo gloſa 3. num. 5 præter congeſtos per Pariſ. conſ. 12. nu. 57. cum multis ſeq. conſ. 3. conſ. 7. conſ. 18. & conſ. 20. vol. primo nouiſſ. Intrigliol. de feud. centur. prima q. 9. fol. 309.* & multa pro huius opinionis corroboratione *adducit capic. in ſua inueſt. in* verbo feuda bonorum appellatione, & in c. Imperialem pag. mihi 6. 2. col. quæ non tranſcribo ne ſuperfluis membranas impleã, cui opinioni ſe ſubſcribit Canet. ſiculus acutiſſ. in repet. c. volentes, & attẽta diſpoſitione d. cap. de quo inferius dicetur pag. mihi 20. in cap. incip. colligitur etiam num. 7. ita vt diſputare, & dubitare de dicta concluſione ſit ponere os in cœlum, præſertim exponendo *tex. in d. c. in generali* prout exponit *Iac. de Beluiſo ibi, & Bal. ac alij in verbo Vaſſalli, quod ſ. illud verbum* exponatur actiue ſ. quod Vaſſallo alienante generaliter omnia bona ſua non veniat feudum non paſſiue. ſ. quod ipſe Vaſſallus fuerit alienatus, qui poſſidet feudum, vt ſit ſenſus in generali alienatione Vaſſalli .i. quam facit Vaſſallus, vel facta à Vaſſallo, nam ſi aliter exponeretur ſecundum ſenſum Grammaticè paſſiue. ſ. quod ipſe Vaſſallus fuerit alienatus. generaliter vtiq; tex. ille non probaret, ſicut non probat tex. in d. c. primo de cap. qui Cur. vend. vbi vendita caſtro nõ venit feudũ nam licet Curtis, & Vaſſallus, quo ad ſe ſit nomen genericum, & vniuerſale *Oldrad. conſ. 252. num. 8 Bar. in l. prima ff. de ed. & ibb. in c. 2. extra de libelli oblat. & in c. cum ad ſedem extra de reſt. ſpol.* tamẽ reſpectu bonorum eſt nomen ſpecificum, & diſtinctum, & non ſimpliciter vniuersale, ſeu genericum, & maxima differentia eſt inter vendere omnia bona, & vendere Curiã generaliter, nam appoſitione bonorũ venit. Curtis, ſicut venit feudum, vt inferius dicetur, ſed ommiſſa hæc facio, quia retenta pro vera regula, & opinione ex d. tex. ſumpta quod in obligatione, ſeu venditione generali bonorum non veniſſe feuda, fuit dubitatum, an in caſu de quo agimus veniant ſiquidem regula prędicta habet ſuas exceptiones, & fallentias, & prima eſt quam tradit idem *Andr. ibi, quod tex. in d. c. in generali ſit localis,* & ideo non ſeruetur, vbiq; ſed tantum vbi eſt vſus, & conſuetudo, quia dicta diſpoſitione non videtur rationabilis, & ideo Andr. neſcit inuenire, & dare veram rationem deciſionis, & ſenſum ad d. tex. nam in vniuerſali venit ius patronatus, vt ibi arguit *per glo. in l. operarum ff. de oper. lib.* & ſub verbo forte dicit forte, hoc ſtatuitur propter dignitatem hominum, & feudorum, quæ faciunt hominem nobilem, quia paradagium faciunt *c. primo quis dicatur Dux,* ſed quia hæc ratio non eſt concludens, nam paſſim feuda venduntur, & alienantur, & non ſtringit per neceſſe ideo dicit, quod vbi eſt ſic vſus ſeruabitur, vbi non videtur rationabile, & ideo vnus ex dominis dixit, quod vere iſta diſpoſitio iſtius tex. non eſt rationabilis, ſed exorbitans, quia contra regulas iuris communis quo ſtatuitur, quod qui omne dicit nihil excludit *l. ſi cui omnes ff de leg. primo. & cap. Romanorum x11. Item aduerſatur tex. in l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrb. præd.*

ibi

ibi verbo generali omne lumen ſignificari. Item
aduerſatur tex. in l. obligatione generali ff. de
pig. à contrario ſenſu, nam inquit ibi tex. quod in
3 obligatione generali non veniunt ea, quæ ſpecia-
liter, quis non fuiſſet obligaturus, ergo ea quæ
ſpecialiter fuiſſet, quis obligaturus veniunt, ſed
ſic eſt quod in Regno paſſim, & vbiq; feuda ven-
4 duntur, & obligantur præſertim pro dotium re-
ſtitutione, & cõſeruatione, vbi quis tempore ob-
ligationis habet feudalia, & non eſt veriſimile,
quod dotantes conſignaſſent dotes abſq; ſpeciali
obligatione feudorum, vbi recipiens dotes habet
feuda, ergo veniunt feuda in obligatione genera-
li ex vi d. l. & ideo poteſt ex his, & non irratio-
nabiliter dici, quod quemadmodum quando
quis obligat omnia bona ſua, & non habet niſi
feuda, illa veniunt, quia aliter obligatio eſſet fru-
ſtatoria, & non haberet in quo ſubſiſtere, & poſ-
ſet verificari, arg. tex. in l. fundus qui locatus ff.
de fun. inſtruc. per quem ita in ſpetie tenet Ca-
pic. in ſua inueſt. in v feuda bonor. appell. verſ.
quæro, primo limitando diſpoſitionem dicti tex.
capituli generali, & allegat ad idem Felin. in c.
primo extra de reſcrip. ex Alex. in l. 4. §. prætor
ait. ff. de damno infecto, quam opin. tenet etiam in
indiuiduo Dec. in conſ. 389. in fin. Socc. conſ. 150.
& Paul. de Caſtr. quem Dec. allegat in conſ. 65.
Catell. Cotta in ſuis memorabilibus in dicto
verbo emphit. non venit in fin. vbi allegat Iaſ.
in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. in
4. q. & alios, & pro ſingulari tenet Rom. in ſing.
437. dicens quod licet in legato generali non cõ-
prehendantur ea, quæ teſtator habebat mer-
cius cauſa l. generali §. vxor. in ſimilibus ff. de
vſufrut. legato, tamen ſi teſtator alia non
habebat tunc illa veniunt per tex. ſing. ſecund.
verum intellectum gloſæ in l. periculis §. Item
cum quæreretur, & ibi Bar. ff. de auro, & argen-
to legato cum alijs quos ad idem citat ibi Nico-
laus Pig. in addit, & tenet etiam Affl. in
conſtit. Ea, quæ decus num. 14. e contrario
etiam, vbi quis recipit dotem, & non
obligat in ſpecie feuda, quia tunc non habet quę
veriſimiliter obligaſſet ſi habuiſſet ex frequenti
contrahentium ſtilo, & conſuetudine in hoc Re-
gno, quod ſi poſtea acquirat venient in obliga-
tione generali, & cenſeantur obligata ex mente
ipſorum contrahentium, & iuris prædicta diſpo-
ſitione, Item eſt irrationabilis diſpoſitio d. tex. in
cap. generali, quia licet, valde fuerit controuer-
ſus articulus iſte in Sac. C. an bonorum appella-
tione veniunt feuda, vt tenet expreſſe And. d.
cap. primo de Cap. qui Curiam vendidit, & eſt
tex. expreſſus in cap. primo per quos fiet inueſti-
tura, ibi boni vero inueſtitura feudi non ab alio
recte fit niſi ab eo, qui legitime ſuorum bonorũ
adminiſtrationẽ habet, & gloſa ibi in verbo bo-
norum hoc aduertit, quod in bonis ius feudi cõ-
putatur, & eſt in bonis Vaſſalli alium tex. allegat
Anna in ſing. qui hãc opin. ueram putat in ſing.
476. & tex. in c. primo de Cler. qui inueſt. fecit ibi
de bonis ſuis eſt etiam tex. in conſtit. Comitibus
vbi eſt caſus quod primogenitus de bonis Patris
tenetur dare vitam, & militiam ſecundogenito,
quam certum eſt ex feudo deberi, non ex alijs
bonis, Ergo appellatione bonorum veniunt feu-
da, vt tenent ibi Affl. per illum tex. num. 20. &
idem tenet Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua
in vero in bonis omnibus num. 176. & Catell.
Cotta in ſuis mem. in d. verbo emphiteuſis non
6 venit. & ſequens Andr. quem ſummum feudiſtam
appellat, Aluar. Velaſques de iure emphit. con-
cluſ. prima num. 22. Pinell. in repetit. l. primę in
prima parte num. 18. C. de bonis maternis, & ra-
tio eſt demonſtratiua, quia ſi ideo dicuntur bona
quod beant l. bonorũ ff. de verb. rerũ ſignif. vtiq;
feuda; magis beant quam alia bona burgenſatica,
& allodialia dupliciter, primo ratione iuriſdi-
ctionis nobilitatis, & paradogij, vt per Andr. in
d. cap. primo de cap. qui Curiam vendidit, & d.
cap. in generali. Secundo ratione vtilitatis, ac fru-
ctuum, ergo magis proprie feuda veniunt appel-
latione bonorum, quam alia bona, & qui negat
bonorum appellatione non venire viiq; negat illa
nõ eſſe bona: quod profecto ridiculũ eſt, & hæc eſt
verior opin. & teſtatur Cannet. qui alios ad id
congerit in repet. c. volentes in c. incip. colligitur
etiam pag. 20. num. 32 quicquid alij contrarium
dixerint, vt ibi per eum etiam, quia dicere, quod
non veniunt, quia feuda ſunt diuerſi generis, &
ſeparata, ac diſtincta ab alijs bonis, & quia in his
non habemus niſi vtile dominium; & non datur
facultas libera diſponendi vtiq; ridiculũ eſt etiã,
& doctis viris indignum ſiquidem non ſequitur
quod ob id nõ ſunt bona, & nõ veniunt bonorũ
appellatione, ſed ſunt bona, quæ retineant hanc
qualitatem, & prærogatiuam, & etiam in bonis
emphit. non habemus niſi vtile dominiũ, & pro-
hibita eſt alienatio abſq; aſſẽſu Domini, & ex cõ-
tractu libellario ſuperficiario, præcario, & loca-
tionis ad longum tempus, vtile tantum dominiũ
transfertur, vt optime explicat Pariſ. de Pute
de re integrat feudi in c. incip. quia plerumq;
pag. 101. Euer. in ſua topica loco à feudo ad em-
phiteuſim à num 48. vſq; in fin. & tamen bona
emphit. quæ ſunt diuerſi generis ab alijs, & om-
nia alia ſupraſcripta in quibus vtile tantum do-
minium habemus veniunt appellatione bonorũ
vt paſſim per Doct. & teſtatur Catell. Cotta vbi
7 ſupra. Præterea non poteſt negari quin appella-
tione bonorum veniant ea pro quibus habemus
actionem, & exceptionem l. rem in nobis ff. de
acquir. rer. dom. At pro feudo datur actio, & ex-
ceptio c. primo §. rei autem de inueſt. de re alie-
na facta, Ergo appellatione bonorum veniunt,
8 qua de re dicunt Doct. quod ſi ſtatuto caueatur
quod propter delictum publicentur bona delin-
quentis veniẽt feuda in ipſorum bonorum pub-
licatione ſecundum ſpeculatorem in tit. de feu-
dis §. quoniam ver. 40. & ibi Io. Andr. in additã
magna Oldrad. conſ. 27. & eſt de mente gloſæ in
l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damno infe-
cto, in verbo per longum tempus in fin. quam ſe-
quuntur ibi Bar. Ang Paul. Imm. ac alij quos
congerit, Euer. vbi ſupra num 21. Hæc dicta ſint
ad confuſionem eorum, qui articulum tam cla-
rum, & irrefragabilem controuertere auſi ſunt in
hac cauſa in qua Sacrum Conſilium non diſcre-
pauit ab opinione prædicta tamquam veriſſima,
& ideo non erraret ex his qui ſequeretur opi-

Ee 5 nionem

Digitized by Google

tionem *Andreæ ſ. quod tex. prædictus ſit localis*, & ideo, qui ſe fundat in illius deciſione, tenetur docere eſſe receptũ in Regno, & vnus ex Dominis dixit quod nõ eſt receptus in Regno, ſed paſſim iudicatum contra diſpoſitionem dicti tex. & hoc teſtimonio *Affl. in d.c. in generali nu.9.* vbi diſputat queſtionem, an in mandato vniuerſali facto ad omnes, & quaſcunq; cauſas veniant cauſæ feudales, & licet ipſe nixus ſit tenere, quod nõ veniãt, prout etiam Capic. loco ſupra citato, quia cauſe feudales arduæ, & quia feuda ſunt ſeparata à bonis burgenſaticis, & diuerſi generis, & quia feuda non veniunt in diſpoſitione generali, ex di-
2 ſpoſitione *d. tex.* nihilominus dicit quod in Sacro Conſilio fuit deciſum contrarium licet ipſe tali deciſioni non conſenſerit, ſed hoc parum obeſt ſatis eſt in S. C. fuiſſe deciſum venire cauſas feudales in generali diſpoſitione, & mandato non obſtante diſpoſiaione d. tex. & rationibus additis per Doct. pro deciſ. d. tex. Idem nouiſſime confirmatur teſtimonio Io. Vinc. annij Aduocati ſuo tempore primarij, ac docti, vt doct. ſua monumenta teſtantur *in ſing. 328. & in c. de vaſſ. decrep. ætat. num. 43.* vbi idem fatetur ſuiſſe deciſum, licet ipſe *binis allegationibus defendat contrarium nu. 118. & 119.* allegat. per eaſdem rationes, quare ex his conſtat diſpoſitionem *d. tex.* non eſſe in hoc Regno receptam, ſed iudicatum contrarium.

Secundo dicebatur diſpoſitionem d. tex. non habere locum in obligatione vniuerſali omnium, & quorumcumq; bonorum. Nam licet nonnulli tenuerint, quod etiam in vniuerſali non veniant feuda vt fuere, *Bal. in d.c. imperialem in princ. Aluar. in d.c. generali, capic. in ſua inueſt. loco ſupra citato col. 5. verſ. quæro primo, Pariſ. de reintegr. feud. in c. quæro nouiſſime pag. 152. num. 16. Bart. & Salicc. in l. prima C. quæres pign. oblig. poſſ. Arrius pin. in rubr. c. de bon. matr. num. 47. Neguſ. de pignorib. primo membro primæ partis num 37. Ruyn. conſ. 25. nu. 16. vol. primo Socc. Iun. cõſ. 72. vol. primo Crau. conſ. 256. Matthesil. in ſing. 136. Nota vnũ motiuum, Bar. et ibi Gabr. Sard. in add Pariſius conſ 12. num. 67.* vbi dicit *Detium in conſ. 389. etiam ſibi contrarium in conſ. 76. col. 2.* ſed non eſt verum, *& add. ad Det. d. conſ. 75 & conſ. 30 & in l. prima ff. de reg. iur. & in l fin. C. de pactis*, tamen verior eſt contraria opinio, quam ſequũtur vnanimiter Doct. omnes, quinimmò *ijdem Doct.* ſupra relati parum ſibi conſtantes huic opinioni acceſſere, & nonnulli ex prædictis loquuntur in obligatione generali non vniuerſali omnium, & quorumcumq; bonorum, quam opinionem affirmatiuam ſequuti ſunt in princ. *glo. in Conſt. vt de ſuccellionibus in verbo* ex vtroq; parente loquens in teſtatore inſtituente alios extraneos non vocatos ab illa Conſt. ad feudi ſucceſſionem, quod licet ſit prohibita feudi alienatio *in l. peto §. fratre ff. de leg.*
2 hoc eſt verum ſi ſpecialiter in ipſo feudo eſſet facta inſtitutio, ſed cum vniuerſaliter in omnibus bonis ſic inſtitutus feudum licet ſic in alienabile tamen tranſibit cum vniuerſ. ſicut dicimus de fundo dotali, & aliarum rerum quarum Cõmercium non habemus *in l. quædam ff. de acquir. rer. dom.* ergo venit feudũ in vniuerſali obligatione ſicut in vniuerſali inſtitutione *Andr. in c. primo de Capit. qui Cur. vend.* vbi concludit in alienatione feudorum indefinita æquipollere vniuerſali, & omnia venire, quæ alias non venirent, vt ibi per eum *& in c. primo ſ. eadem lege, de lege Corradi* dicit, qui vendit totum ius, quod habet etiã iuriſdictio tranſibit cum vniuerſitate, quæ alias deperſe non tranſiret, *arg l. prime ff. de ſun. dot. & l. quædam ff. de acquir. rer. dom. & l. immodicis. ff. de contrah. empt.* ſicut de iure patronatus dicimus, quod cum vniuerſitate tranſit, & ſequitur hanc opin. *Affl. in d.c in generali nu 7.* concludẽs, quod vbi quis renũtiat bonis quibuſcũq; in renuntiatione illa veniunt feudalia, quia illud verbum vniuerſale eſt prægnians omnia cõprehẽdens, vt idem fatetur, & tenet num. 8. & 9. eandẽ opin. tenet Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua in verbo in bonis omnibus, vbi dicit ſignũ vniuerſale eſſe omnium comprehenſiuum, vt ibi per eum, *& num. 176.* dicit quod ſi diſpoſitio illius conſuetudinis vniuerſalis non comprehendit feuda illud eſt, quia feuda ſunt ſpecialiter excluſa à cenſura conſuetudinum, vt in conſuet. prima in quibus reb. habeat locum quarta, nam ſecus eſſet de intellectu iuris communis, & dicit *Cuiacius in d.c. in generali c. 19.* dictionem vniuerſalem eſſe dictionem peremptoriam *Anna in d. ſing. 328. tenet idem quod Affl.* quod qui renunciat vniuerſabiliter omnibus, & quibuſcumq; bonis cenſetur renuntiare feudalibus idem tenet *Liparull. in add. ad Andr. in d.c. in generali, optime idem concludit Camer. per multas col. in repet. d. c. imperialem de quo inferius mentionem faciemus in 8. 10. 11. & 14. concluſ. Io. Aloiſius Siculus in repet. c. volentes de quo mentionem facit Canct. vbi ſupra, qui dicit hanc eſſe irrefragabilem opinionem, & allegat Oldradum conſ. 300. & alios Intriglial. de feud. q. 9. in ſua centuria num. 314. Bal. in c. hoc ad nos in verſ. inueſt. de pac. Conſt. allegat ad idem Alber. in l. fin. C. de iuriſd. omnium*, quia verba vniuerſalia habent vim ſpecificè, & ſunt equipollentia ſpecialibus, & ex mente contrahentium idem operatur, ac ſi omnia ommiſſa in ſpetie eſſent deducta, vt tenet *Det. in conſ. 389. & in l. prima ff. de reg. iur. & in l. pri. ff. ſi cert. pet. et in l. . . . C. de pactis, et paſſim in alijs locis, & opt. Alex. in l. ſi patroni, num. 14. ff. ad S. C. Trebell.* vbi dicit, quod licet feudum regulariter non veniat in reſtitutione fideicommiſſi tamẽ ſi feudum eſſet receptum pro ſe, & hæredibus quibuſcunq; propter hoc ſecundum vniuerſale veniret, quia dictio quibuſcunq; debet operari augumentũ, vt ibi per eũ, idem in ſpecie in caſu de quo agimus *Sraderus de feud. par. 7. cap. 5. num. 48. & eadem par. cap. 2. num. 66. 72. Alex. in conſ. 17. vol. 2. Gozad. conſ. 26. num. 51. Soc. conſ 300. Ruin. conſ. 72. nu. 9. vol. 5. Natta conſ. 159. num. 24 & conſ. 61. nu. 2. vol. primo Ceſalus conſ. 170. num. 34. Corneus conſ. 421, in fin. vol. 4. & 256. num. 6. Aym. conſ. 294. in princ. Curtius Iunior conſ. 26. num. 8. Berous conſ. 102. num. 7. vol. primo Rolandus conſ. a. nu. 7. vol. 4.* & nouiſſime non inerudite hunc articulum reaſſumit *Bãmacarius in d.c. in generali*,

& hanc

& hanc veriorem opinionem aſſerit, & alios cõgerit,& facit ratio à Doct.traddita, qui dicunt, quod in generali ſermone, & diſpoſitione non veniũt exempti, *vt tenet Bal.in l. primu penul. col.C.de fur.per tex.in l.legatorum §.qui plures ff.de leg.ſecundo,& rationem affert Rodoanus in tract.de ſpol.Eccl.q.13.num.39.* & tamen in vniuerſali diſpoſitione facta per verba vniuerſalia veniunt exempti etiam Reges, & Imperatores, qui alias non venirent, vt dicit *gloſ.magiſtral.in clem.prima de Iud.in verbo* quibuſcumq; quam materiam late proſequitur, *Gometius in probem, reg Cancellaria q.2.& cumulat multa Burſ.cõſ. 66.num.13. cum ſeq.* Nam vniuerſalis diſpoſitio ampliat diſpoſitionem, vt omnia comprehendat, quæ ſpetialiter fuiſſent dicta, *vt tenet etiam Bar. in l.generali §.vxori ff. de vſufr. leg. Dec. in c. ſedes ex de reſcript.Iaſ.in conſ. 224. vol 2. Corbula, qui alios multos recenſet in tract. de iur. emphit.in tit.de cauſ.priuationis ob lineum finitum num.51* Probatur deniq; per eaque communi calculo Doct.concludunt, quod vbi fit conceſſio ab Eccleſia in emphiteuſim ſimpliciter pro ſe,& hæredibus, eo caſu intelligitur conceſſio facta pro hæredibus ex corpore, & extranei non veniunt, ſed ſi conceſſio fiat cum ſigno vniuerſali, vt puta pro hæredibus quibuſcũq; tunc propter hoc ſignum vniuerſale quibuſcumq; etiam extranei hæredes contra naturam rei veniunt,& alteratur natura conceſſionis, quia hoc operatur vis,& potentia diſpoſitionis vniuerſalis, *vt tenet Bal.& cum eo ceteri Canoniſtæ in c. in præſentia extra de probat, Berous d.§.102.num.8. vol. primo,* quia illud ſignum vniuerſale declarat mẽtem contrahentium fuiſſe, quod omnes hæredes extranei admittantur,& ampliat conceſſionem, *Alex.conſ 30.num.15.vol.5.conſ.195. vol.6.nu. 4.optime Rolandus in conſ.79.num.35.vol.2.& conſ 96.num.29. vol. primo, Gozad. in conſ.27. nu.22.ex quibus S.C. prædictam opinionem ſequutum fuit.*

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Feudalia an veniant in generali diſpoſitione,& hæredis inſtitutione,& quando.*

2 *Feudum hæreditarium iudicatur vti de allodialibus.*

3 *Feuda antiqua an veniant in confiſcatione,& quid reſpectu fructuum.*

4 *Feudalia an veniant in generali obligatione vſque ad finem.*

1 Sed an veniant feudalia in generali diſpoſitione,& vniuerſali hæredis inſtitutione quando ipſa bona feudalia alienari poſſunt abſque conſenſu domini, & alienãs in penam non incideret, *per Lopez in cap. per veſtras §. 38. num.2. de donat. inter virum, & vxorem, Schrader. de feudis cap. 4. num.43.& par.9. cap.9. num.17. Io. Fabiuſt. in rubr. de rer.diuiſ. & de abbundantiſſimu tratt. Anellus Amatus in conſ. 35. num. 15.* & cum vniuerſaliter fuerit facta diſpoſitio, *Mozzius de feud.tit. de natura feudi num. 72. ſola ſuper conſuetud. ſubaud. tit. de feud. par.2. gloſſ.1.num 9. Bambacar.in repet.cap. volentes quæſt. 1.num.40.in medio* maxime in vltimis voluntatibus, *Gabriel. num. 35. & 41. concl. 12. de regulis iuris Marcubr. conſ. 26. num.375. & ſeq. Menoch. conſ. 406.num.68,vol.5,Schrader. de feud.par 7.cap. 2. num. 73.* & quando ex mente contrahentium per æquipollentia verba enunciata detegi poterit, voluiſſe etiam de feudali contrahere, ſiue diſponere, quia eo caſu feudalia comprehenduntur *Rom.conſ.271. num.4. Camerar. in cap. Imperialem col,1.verſ idemque putare fol.31. & col. 3.verſ.13.concluſio fol.59.de probib.feudi alien.*
2 *per Federic.* & cum eſſemus in feudo hæreditario, quia de huiuſmodi feudo iudicatur vti de allodialibus, *Anna conſ.121. num.24. vol.2. & pater eius in conſtit.diuæ memoriæ num.172. & Minadois in conſt.in aliquibus notab. 8. num.9. & latiſſimè Maſtrill. deciſ. 86. per totum in de-*
3 *ciſ.165.num* 20. ſi feuda antiqua veniant in confiſcatione, *& num. 22.* quid reſpectu fructuum, &c. *ex Theſ. puntualiter deciſ. 165. & in*
4 *deciſ.200.latè num.fin.* ſi in generali obligatione veniant feudalia ad articulum principale iſtius deciſionis, pro quo pariter videri non diſpliceat hæc, quæ in quadam cauſa quodam tempore ſcripſi tenoris ſequentis.

Adminiſtratores multiplic.quond.Nicolai Pauesij tempore eorum adminiſtrationis publico mediantè inſtrumento obligauerunt ſeipſos, & eorum bona omnia,& quęcunque pro reditione computorum vna cum reliquorum reſtitutione quæritur modo de duobus, primo an ſub iſta generali obligatione bonorum veniant feudalia, ſecundo vtrum aſſenſus poſſit in tali contractu impetrari adeo, quod ſi fuerit obtentus feudalia remaneant obligata.

Ad primum breuiter dico, quod ſi de iure erit verum in generali obligatione venire feudalia, reſoluta pariter remanebit ſecunda quæſtio, nam abſque dubio poterit aſſenſus impetrari, ipſoq; obtento feudalia obligata remanebunt, ſed ſi nõ venire de iure erit verius, tunc diſcutiendum erit ſecumdum dubium.

Quæſtio iſta an in generali obligatione veniãt feudalia latè à feudiſtis fuit tractata *in cap.in generali ſi de feud.def.cont, ſit inter dominum, & vaſſallum,& in cap.1.d cap.qui cur.vend.& ib gloſ.& Iſern. & Lyparul. qui alios congerit. & videtur in opinionem negatiuam inclinare eundem ſententiam fuit ſequutus Afflict. in d. cap. in generali num. 4. rationem affert ex Bald. in cap.Imperialem de probibit. feud. alien. per Feder. ſumptam ex eodem tex.* nam cum prohibetur expreſsè obligatio, ideo in generali obligatione tum veniunt idem *Cupic. in ſua feud. inueſt. in verbo feuda bonorum appellat. verſ,*

hypotheca, qui alios allegat eandem opioionem ſequũtus fuit *Mar. Freſc. lib. 2. de feud quæſt. 3. num. 8. in fin.* & pariter hac teſtatur ſententiam *Io: Viac. de Anna in alleg.* 118. *ponderando tex. in d. cap. in generali*, cuius verba ſunt hæc in generali non continetur ſeudum niſi expreſſe ſit dictum, ex quibus infert in generali ſermone nũquam venire ſeudum niſi proprio ſuo nomine ſeudum vocetur *per tex. in l. 1. & l. titius ff. de lib. & poſt.* vbi habetur quod filius debet nominatim exheredari, quærit *gloſ. in d. l. titius*, quid ſi teſtator exheredat omnes filios ſuos per verba vniuerſalia, num exheredatio valeat, & concludit quod non obſtante ſermone vniuerſali eandem opinionem ſequitur *Ann. filius in add. Felin. in cap. quæ in Eccleſiam num. 84. de conſt. circa initium*, qui antiquiores congerit, quæ opinio adeo videtur vera, quod licet *Bar. in l. tutor §. fin. ff. de pignor. act.* ipſam limitaſſet quando in generali obligatione, eſſet dictum ſaluo iure domini, adeo quod clauſula illa debeat procedere effectum, *attamen Afflict. in d. cap. in generali num. 2.* dubitat de hac limitatione, & inter ceteros dd. ad quos ſe remictit, allegat *Felin. in d. cap. quæ in Eccleſiarum de conſt. d num. 84. limit. pen.* qui nõ ſequitur opinionem *Bar dicens*, quod licentia, ſeu aſſenſus, vel requiritur ante factum, vel in ipſo facto, alias traditio eſſet contraria proteſtationi, *allegat Bal. in cap. 1. §. fin verſ. ſed pone, quæ fuit prima cauſa benef. amitt. cæteros DD* ne verus relator videar, *cumulat Tiraquell. pro vtraq; parte de retract. lign. gloſ. 3. verſ. boua quem poteſt num. 61. & pariter omnes DD. cumulat Bamb. in cap. in generali quæſt. 2. ſi de feud. defunt. cont. fuer. sut. dom. & vaſſall.*

Aduertendo pro veritate huius quæſtionis, quod licet, quam plures DD quos enat Tiraq. tencant opinionem in generali obligatione venire feuda, iſtud procedit, vel in locis illis, vbi viget conſuetudo obligandi feuda abſq; conſenſu & volũtate Domini puta in Francia, *vt refert Io. Fab. in rub. inſt. de rerum. diuis.* vel, & ſecundo ſi quando obligauit omnia bona habeat conſenſum Domini quo ad feuda, nam tunc veniunt in generali obligatione, *Cap. in d. verb. feud. bonorum appell. in prin. allegat, Bal. in cap. in generali in fine prima opp & alios DD. ita tenenter, & ita poſuit quæſt. Bamb in præcitato loco*, & hæc videtur vera, & indubitata opinio in regno.

Qua opinio ne habita pro vera, quod feuda nõ veniãt in generali obligatione aſſenſus impetrandus nullum peterit importare effectum, nã cum aſſenſus nihil aliud operetur niſi validitatem cõtractus in hoc contractu feudalia non comprehendũtur aſſẽſus ſubſeqnẽs nihil operatur, *et ita videtur cap in d. inueſt. feud. verſ. quæro tertio*, & ita iuris cenſet hæc breuiter adnotaui ob temporis anguſtiam, cetera ſuppleant peritiores.

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Res furata reperta pœnes aliquem non male famæ, & conditionis quod producat Inditium contra eum.

SVMMARIVM.

1 *Res furata reperta pœnes aliquem facit ad torturam inditium.*

2 *Res furata reperta pœnes aliquem non facit inditium ad torturam dum non eſt Homo mala famæ & conditionis, & alia non concurrunt inditia ex ratione.*

3 *Præſumptio fortior tollet debiliorem.*

DECISIO LXXXIX.

REferente Conſilio Carolo Fenitio de anno .... iudicauimus in S. C. Fabritium del Santo liberãdum, nec haberi rationem de inquiſitione 6. cum formatam, & decreti condemnatorij M. C. Vicariæ ex eo, quod quædam Res furtiua fuerat reperta pœnes ipſum 13. pro Fiſco, & querulantibus inſtabatur exequi, & confirmari decretum ipſum torturæ per d. M. C. latum per regulam l in ciuilem, *& l. ciuile eſt C. de furtis, vt Clar. q. 21. ver. ſi res furata eſt, et Alciat. de præ-*
1 *ſumpt. regul. 3. præſumpt.* quod res furata reperta pœnes aliquem inditium faciat ad torturã,
2 & iuris talis ſit præſumptio) dum non erat probatum eſſe Hominem ipſum Fabritium malæ famæ, ſed bonæ, & alia inditia non concurrebant ex ratione, quia quantum grauatur ipſius rei furtiuæ inuentione tantum ſubleuatur ſua bona extimatione inditijs enim inditia tolluntur con-
3 traria, & vna præſumptio tollit aliam, & fortior debiliorem *l. pen. ff de reſt. in integrum Felin. in c. vigilanti in fine de præſumpt. Bald. conſ. 249. circa finem vol. 3. Aret. conſ. 102. col. p. id Bald. & Salicet. in d. l. in ciuilem grãm. conſ. 14. Menoch. caſ. 462. num. 10. Clar. in q. 21. in fine* tanto magis, quod iurauerat ſe non cognouiſſe illum à quo emerat talem rem furtiuam, vt in terminis tradit, *Auguſt. ad Angel. de Maleſic. in verbo, & veſtem celeſtem num. 20.*

A D.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Diſtinctio traditur, quando res furata reperta pœnes aliquem faciat iuditium ad torturam.*

Fuiſſem certus pariter inter vota collocaſſe, hanc deciſ. D Auth. noſtrum ſi ſuo tempore typis mandata fuiſſet propter eius breuitatem, vt teſtificatus fuit in alia deciſ. 87. ſupra) & attendendo ſequtam determinationem notes eſſe
1 certam regulam, Rem furatam pœnes aliquem repertam inditium facere ad torturã, *vt peguera deciſ.73.Maſcard.de probat.concluſ.*833.*& Farinac.de indit & tortura q.37.num.*48. Sed cum diſtinct. quod aut emptor pœnes, quem res furtiua reperitur eſt ſolitus tales res emere, vt ſunt aurifices,qui annulos,& gemmas emunt,& cætera huiuſmodi,vel Mercatores,& feneratores,qui emunt veſtes,& hoc caſù iſti,ſiue bonæ,ſiue malæ non tenentur indicare à quo emerint, quia præſumuntur illos bona fide emiſſe, & ratione ſui officij excuſatur *Hipolit.de Marſil. in pract.criminal §.diligenter num. 90.* aut vero eſt ſolitus tales res emere, & ſubdiſtingue,aut eſt bonæ, aut malæ famæ ſi eſt male, & declarat à quo emit res furtiuas,& excuſatur *l.in ciuilem,et l.ciuile C.de furtis,& ibi gloſ.& DD.aut non dicit à quo habuerit,& poteſt torqueri id DD. in d. iurib. & Rom.conſil.54 viſis circa id num. 6.Grat. conſ. 94.vol.2.Angel.de Malef in verb et veſtem Celeſtem col.6 verſ quaero, an eo ipſo, & in verb. fama publica col. 4 verſ vel quia res furata Marſil.conſ. 57. miſericordia Domini num. 33. & 40.Maſcard.de probat.concluſ 1003.nu.32 et tanto magis hæc vera ſunt ſi talis eſt ſolitus res furtiuas emere gloſ. in d l. in ciuilem in verb. incidetis Aufer. ad Cappell Tholoſ. deciſ. 151. num.2.Brun.de indit.q.3.p prima num* 3. Sed ſi eſt vir bonę famę, & alia inditia non concurrunt non poteſt torqueri, vt in caſu deciſionis noſtræ ex ratione ibi adducta *Boer.deciſ.*211.*num.* 18.*Roland.à Valle conſ 45.num.41.Bonen. de indit.fol 25.num. 3. & omnes allegat. Ricc. deciſ.50.p.prima per totam,vbi formaliter pro deciſ.noſtræ Authoris,et prędictarũ diſtintionum poſitarum,& vide quæ ſcripſit Farinac. de inditijs,& tortura q.37 num 48 et Carot. de re furtiua pœnes tertium reperta q. 4. 5.6. & ſeq. vbi latiſſime.*

Baldaxar de Angelis.

ARGVMENTVM.

Pena, an ſit vnica, quando vnica eſt ſentencia, vel an tot dicantur pœnæ, quod delicta.

SVMMARIVM.

1 *Relegationis fines frangens vita durante damnatur ad inſulam cuſtodiendam ex more M C V.*
2 *Pena,an ſit vnica quando vnica eſt ſententia, vel an tot dicantur pena, quot delicta.*
3 *Plures ſumma ex diuerſis capitibus diuerſis actionibus,& numero petita quamuis vnica conceptione verborum petita non vnicum,ſed plura dicuntur capita.*
4 *Pena vnius quando confundat aliam.*
5 *Deciſio S. C. traditur.*

DECISO LXXXX!

Relegato in inſulam per decemnium Marco Antonio Paladino anno 1591.pręuia ſententia M. Curiæ Vicariæ,tàm pro homicidio q. Ioãnis Baptiſtæ Paladini anno 1584 patrato, quàm de vulnere in perſonam Agatij Piſtoyę anno 1590. & deniquè de vulnere in perſonam Andreæ Imparati anno 1591. tempore carcerationis ipſius inquiſiti conuicto de omnibus his criminibus diuerſis temporibus, diuerſiſq; ex cauſis ortis,& ſic vnica pro omnibus irrogata pęna.

Non ſeruatis ab eo relegationis limitibus per
1 eandem M. Curiam in anno 1595. vita durante ad eandẽ inſulam cuſtodiendã damnatus fuit, vt mos eſt M.C.in ſimilibus.*ad tex. in l.relegati ff. de pen. & eſt prouiſum per Regiam Pragmaticam,ſub tit.de relegatis.*

Et quia ſententia condemnationis vita durante ob Illuſtriſsimi,& Excellẽtiſſimi Comitis Mirandę reſcriptum commutationis in inſulam Siciliæ reluctante Fiſci patrono executioni demandata non fuit, pendente adhuc relatione facienda in Collaterali Conſilio à commutatione ipſa generalis ſuperuenit abolitio inuictiſſimi Regis noſtri Cattolici Philippi Tertij.

Hinc petitum in M.Curia ipſum debere gaudere dicto beneficio, tàm pro pœna condemnatinnis vita durante, quàm etiam pro pœna in prima ſententia irrogata; vel ſaltim pro homicidio tantùm pro quo adimpleuit cum partis remiſſione,&

ne,&

Digitized by Google

ne,& per M. Curiam in omnibus denegatum, ex quo vnica erat pœna, & pro vulneribus adhuc partium remiſſiones deficiebant, Sicq; difficultas in hoc ſolum reſidere videtur, an vnica ſit pœna ſicut vnica eſt ſententia, an tot dicantur pœnæ, quot delicta, vnica tamen conceptione verbo-
F rum irrogatæ, ita vt pro homicidio ſaltim gaudere, ac frui poſſit.

Pro inquiſito adducebatur, quod hoc caſu dubitari non poteſt, quin delicta hæc plura non ſint ſeparata, nec inter ſe connexitatem habent prout ſecus eſſet, quod pro vno delicto plures, quis pœnas ſubire cogeretur *l. illud. §. fin. ad l. Aquiliam, l. eos de modo multarum*, vel vnicum delictum pro pluribus habere *ad tex. l. nunquam plura ff. de priui. delic. vbi Aber. præceteris, ad intelligentiam glo. Magiſtralis illius legis, idem Alber. in l quicunq. C. de ſeru. fugit. num. 14. 15. Salic. in l. ſi non conuicij. C. de iniur. Bart. conſ.* 108. ob quod ſententia inde proueniens ad omnia præcedentia reſpiciens, quamuis vnica, diuidua tamen, & multiplex iudicanda ſecundum factorum pluralitatem, ad quod conferunt relata per Doctor. ad intelligentiā illius regulæ (Quot capita tot ſententiæ) *ad tex. l. ampliorem C. de*
B *appell. l. etiam §. 1. ff. de minor.* nàm cum plures ſummæ ex diuerſis capitibus, diuerſis actionibus, & numero petuntur. Quamuis vnica verborum conceptione petuntur, non vnicum, ſed plura dicūtur capita, *ad tex. in l. qui ſeparatim §. ſi quis cum vna, ff. de appel. cum glo. in ver. & poterit, l. ſi idem cum eodem ff de iuriſd om. iud & præcipuè Angel. & Imol in d. l. qui ſeparatim, adducunt doctr ſuam, Bar. in l. vbi fideiuſſor, ff. de ſol. num* 4. Ad intelligentiam ſtatuti, quod bannitus à centum libris poſſit impunè occidi, non verificabitur in eo, qui paſſus fuit condemnationem diuerſis ex cauſis, ac criminibus, nempè pro percuſſione in faciem, & alia in bracchio, nec attenditur cumulus, *Ang. in d. l. idem cum eodem vbi Iaſ. Bal. verò in l. ædita. C. de ædend. num. mihi. 93 94. verſ. decimo quærit ad dignoſcendum*, quando libellus vnum, vel plura contineat capita, diſtinguit ſi vno eodemq; iure plura petuntur, vnica eſt cauſa, vna eſt actio, vnus conſideratur libellus, ſimiliq; modo ſi vni actioni in genere ſupponuntur, *ad tex. in l. hæreder. §. de pluribus fam. hercis.*

At ſi plures cauſæ genere differunt, licet ſimul eodemq; libello petuntur, tamen quælibet de per ſe dignoſcitur, & ſeparatur. *Id* eò plures erūt libelli plures erunt ſportulæ, ac ſententiæ cum à pari procedant libellus, & ſententia, *l. vt fundus com. diu.* Sicque diuerſa sūt capita ex diuerſitate factorum, & actionum, *latè Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſijt de lib leg. l. 2. de re iud. Boer. deciſ. 74. Anna alleg. 136. in princ. Franch. deciſ. 133. ad intelligentiam tex. l. quædam mulier fam. hercis, & l. Carmelia pia de iur. patr.*

Sed magis proprie, quod pluralitas hæc delictorum ex pluribus factis proueniens, & diuerſos effectus producens, pœnarum pluralitatem inducat. nec pœna vnius confundat aliā, & quot
E delicta, tot penæ ſunt imponendæ, etiam quod vnico libello proponerentur, *eſt tex. in l. non eſt nouum, ff de act. emp.* vnde ſiquis vno libello de pluribus delicti accuſaretur, cuilibet diſtinctè attribuenda erit ſumma pœnarum. Attamen Iudicis eſt, vel pro omnibus vnica tantum pœna reum plectere, vel diſtinctè, *ad tex. in l. prætor ædixit, §. ſi mihi ff. de iniur. vbi Bart. latè, Cin. in l. Si non conuicij, C. de iniur. q. 12. Qui dicit de hoc eſſe caſum in l. 1. §. 1. ff quæ ſen ſin. appel. reſcind. quo in loco, Caſt § item ſi calculi* fatetur Iudicem coaceruare pœnas poſſe, nec in ſingulas condemnare, & vnam pro omnibus alleg *Bar. in d. l. prætor ædixit, Angel. in d. l. prætor §. ſi plures de iniur.* quo in loco fatetur, quod cauſa minuendarum litium poſſunt omnes coniungi, verùm quelibet de per ſe dignoſcitur, *alleg. tex. in d l. nō eſt nouum de act. emp.* & ſi Iudex coarctauerit vnico verbo condemnatorio, ſatis erit, licet quilibet de per ſe dignoſcatur, quam opinionem ſequitur quoq; *Salic. in l. atrocem, C de iniur. nu. 4 in fin. verſ. quidam eſt paſſus*, & hanc formam proferendæ ſententiæ in criminalibus M. C. ſeruat, vt paſſim vidi etiam me reluctante in aliquibus cauſis, vbi pro aliquibus non admittitur appellatio. Quo caſu permitti non debet, nè inquiſiti pro omnibus appellationis beneficio priuentur.

Propriùs tamen, quod in pœnis ſententia ſic indefinitè prolata ſi Iudex nō diſtinxerint ex criminibus extimandum erit, *eſt tex. in l. ſi præſes, ff. de pœn. l. in ſumma, & l. ait prætor, §. ſi iudex, ff. de re iud.* & effectus huius ſententię erit, vt habeatur ad formam petitionis, & ſecundum, quod petitio erat qualificata, *Ita Franciſcus de Amilia inter conſ. Crimin. conſ. 13. tom. 2. nu. 5. & 6.* Eoq; magis cum pœnæ debeant commenſurari delictis c. non aſſeramus 24. q. 1. c. queſiuit de his, quæ fiunt à prælat. vbi Doctor. & pręcipuè hoc caſu, dùm in rubrica decreti dicitur, de homicidio, & alijs, & proinde dicebatur, quod cum pro homicidio Partis remiſſio erat producta, nulli dubiūm pro ea gaudere generali Indultu fatendum erit, quanta autem fuerit pœna homicidij de per ſe ex ſententia eiuſdem M. C. dignoſcitur in perſonam Horatij Paladini fratris, & ſocij in homicidio annorum quinque relegationis in proceſſu tertio 106. à tergo.

Pro duplicatione verò indè ſecuta, cùm delictum hoc partis remiſſione non indigeat generali indultu comprehenditur, Sicq; reformanda ſententia ipſius M. Curiæ.

Ideo Sacrum Conſilium.

Die 4. Februarij 1604. audita relatione Conſiliarij Fabij de Anna iudicauit ſententiam in qua vni a pœna eſt impoſita pro pluribus delictis confuſim eſſe indiuiduam. Sed quo ad fractionem relegationis, quia contemptus reſpicit principaliter dominū, & ſic Regem, & Fiſcum ſecundario partem fuit dictum, quod gaudeat indultu, quia Rex per indultum ſuum remiſit hunc contemptum in ipſum factum.

AD

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Vmbra ſenis plus valet, quam eloquentia iuuenis, vel arma.*
2 *Committens plura eiuſdem generis delicta ad eundem finem ſtãte interuallo pluribus pœnis plectitur, & num 4. & 5.*
3 *Committens plura facta quorum ſingula in ſe continent crimen, ſi facta illa ad eundem finem tenderent vnicum delictum dicitur.*
6 *Committens plura diuerſi generis delicta ad eundem finem confunduntur omnia, & maior pœna delicti irrogatur num. 7.*
8 *Pœna duplex pro eodem facto non datur.*
9 *Pœna duplici non punitur delinquens cum armis.*

Candide lector ex lectura iſtius deci-
ſionis vltimæ inter collectas illud diſ-
ſerendum apparet ſi pœnæ veniant
multiplicandæ ſi plura ex vno facto
oriantur delicta, vel vna pro omnibus
irroganda ſit, & an minus delictum cum maiori
confundatur: in qua quæſtione attendendo dicta
eruditiſſimi D. genitoris mei, quę ſemper atten-
1 dere conatus ſui cum vltra alia rationabilia verũ
eſt valere plus vmbram ſenis in omnibus, quam
eloquentiam vel arma iuuenis vt dicebat, *Bald.*
in c. primo per illum tex. de renuntiat. & in l. cũ
antiquioribus C. de iure deliberãd.) Caſus aliqui
excitandi ſunt, & per tranſendo Breuiter iuxta
2 modum additionatoris tendẽtia, quod ſi quis plu
ra eiuſdem generis delicta ad eundem finem cõ-
miſerit, quia plura vulnera intulit alicui ſi inter-
uallum curreret pluribus pœnis plectendus erit
Caball. casũ 155. num. 2. & 8. & casũ 158. num. 9.
Boer. deciſ. 81. nu. 10. Couarr. 2. reſol. cap. 10. nu.
8. Caualch. de Bracch. regio p. 4. num. 147. Ioſeph.
Ludouic. deciſ. lucenſ. 61. nu. 2. Tuſc. liter. P. con-
3 *cluſ. 210. num. 11.* ſed quando plura quis facta cõ-
mittet quorum ſingula continent in ſe crimen,
& facta illa ad eundem finem tenderent vnicum
delictum & crimen dicitur committere *Placa*
lib. primo delictorum c. primo num. 18. Couarr. d.
c. 10. num. 8. Coſta de ſcient. & ignor. inſpect. 15.
num. primo, & 8. Caball. caſ. cit. num. 13. &
17. & caſ. 158. num. 8. Triniſ. deciſ. 49. num. 44.
lib. 2. Tuſc. littera P. concl. 209. num. 8. & 210. nu.
4 *12. & 13.* vt ſecus ſi plura diuerſi generis delicta
ad eundem quoq; finem ex interuallo committat
tunc, & ſi vnum ſit ad aliud ordinatum diuer-
ſis pœnis plectenda ſunt omnia *Caball. d. locis*
Scrader. de feud. p. 9 p. 2. princ. ſect. 11. num. 18.
Farinacc. voto 61. num. 23. 29. poſt vol. 2. & q.
5 *22. num. 28. & Bologniet. conſ. 40. n. 9.* In illo tamẽ
casũ in pluribus diuerſi generis delictis, quæ non
ad eundem finem, ſed ad diuerſum finem tende-
rent tunc de omnibus ſeparatim puniri is debet,
& ſi eodem tempore commiſſa eſſent, *Couarr.*
d. loco num. 8. Farinacc. conſ. 47. nu. 10. Tuſc. con-
6 *cluſ. 210. num. 22.* Aduertendo, quod ſi plura di-
uerſi generis ad eundem finem committantur
delicta tunc confunduntur omnia, & maior de-
licti pœna irroganda eſt reo, quia vnum delictũ
trahit ad ſe aliud, & vna pœna includitur in aliã
Iodoc. prax. crimi. c 76. nu. 4. Boer. deciſ. 82. nu.
10 Eugen conſ. 64. num. 73. Barz. deciſ. 136. num.
25. Catal de indultu c. 35. num. 220. Gram. conſ.
35. num. 12. Anna in conſt. ſi quis aliquem num.
85. & 89. & 92. Merenda crim. conſil. 23. lib. 2.
diuerſ. niſi pœna primi maior ſit ſecundi delicti,
tunc non confunduntur delicta *Bologniet. conſ.*
33. nu. 5. & 8 nec ſi eadem l. diuerſæ pœnæ pro
eodem delicto ſint impoſitæ ſecus ſi ex diuerſis
legibus, quia maior cum minori non confundi-
tur *Tuſc. d. concluſ. 210. nu. 32. & latiſſime Giur-*
ba in conſ. 82. nu. 49. qui in antecedentibus num.
alios caſus adducit pro iſtius tractationis elucida-
tione, vt eſt videre.
8 Et nota pro iſtis notabilibus poſitis nunquam
duplicem pœnam ex vno facto cauſari poſſe,
Bertazz. crim. conſil. 64. num. 2. Tuſc. conſ. 209.
niſi ex eodem facto plures criminis tituli oriren-
tur, qui ſe habeant, vt ſpecies figuratæ, tunc enim
qui ob idem crimen ratione vnius tituli duplici
pœna afficiendus eſt criminali ad vindictã .ſ. alia
etiam pœna indiſtintim puniri poteſt *Farinacc.*
q. 22. num. 3. Ludouic. deciſ. 61. num. 5. ſic quoq;
duplici pœna puniri poteſt Reus ſi diuerſis re-
ſpectibus illi imponatur *Alban. conſ. 309. num.*
10. Giurba conſ. 25. num. 25. inde ad corrobora-
tionem prædictam delinquens cum armis non
9 deplici pœna punitur, *vt Ricc. deciſ. 57 p. 2. & in*
deciſ. 42. nu. 2. & de reliquis *Thor. 2. p. comp. ver-*
bo pœna vna, & hæc ad ornatum iſtarum deci-
ſionum dixiſſe ſufficiat in laudem Dei Beatiſſi-
mæ Mariæ Matris Diuæ Mariæ gratiæ meæ ad-
uocatę, ac Diuæ Mariæ de Aguſto cuius hodie
dies feſtus celebratur 15. Auguſti 1629.

Baldaxar de Angelis.

F I N I S.

NAPOLI

Digitized by Google